

QVARTVS
TOMVS OPERVM
Marci Antonii Coccii Sabellici, qui,
quid contineat, sequens in-
dicat pagina.

BASILEAE.

2 400 40
SEITZ
MADE IN SPAIN

Q V A R T V S

T O M V S O P E R V M

Marci Antonii Coccii Sabellici, qui,
quid contineat, sequens in-
dicat pagina.

B A S I L E A E.

QVARTI TOMI
CATALOGVS.

Exemplorum libri X.

De Aquileiæ antiquitate, libri VI.

De Venetæ urbis situ, libri III.

De Venetis magistratibus, liber I.

De Prætoris officio, liber I.

De officio scribæ, Dialogus.

De Latine linguæ reparatione, Dialogus.

Epistolarum familiarium libri XII.

Orationes duodecim.

Poëmata uaria.

MARCI ANTONII COC-
CII SABELLICI, EXEMPLORVM

LIBER PRIMVS.

DE INSIGNI ORTV, CAPVT PRIMVM.

De Christo Dei filio.



IRGINIS puerperiu, ut à sacratissimo Christi ortu au spiciamus ordiar, Propheti- cum carmen, Sibyllinæ uo ces, Ethnica oracula, tam manifesto prædixerunt e- uentū, ut in nouo & incre- dibili penè mysterio, cuius sit capax, nihil sit eorum, quæ fide continentur, cui libentius accedat humana pietas.

De Mose.

Quid Moses mortalium omnium celo familia- rissimus? Nonne eius salutaris ortus, dubium ora- culo an Memphitici alicuius uatis diuinatione Pha raoni prædictus, multo priusquã puer nasceretur, & regem sollicitum habuit, & Amarim patrem in spem certam erexit publicæ salutis? Enim uero per quietem monitus is, talem ex se filium nasciturum, præcepit animo, qualis postea ille fuit in suorum li bertate uindicanda.

De Ioanne Baptista.

Nec intempetius matris uterus, non faustum Ioannis Zachariæ filij, salutaremq; terris despondit ortum. Nihil Deus non mirifice & utiliter operat. Mulier, quæ dum per ætatē mater fieri potuit, steri- lis fuerat, iam grandis natu & decrepita prægnans facta est. Cæterum q̄ magnus futurus esset partus, ipse puer, cū in materno adhuc clausus esset utero, declarauit, q̄ prius p̄pheta extitit, q̄ in lucē ederet.

De Dominico Calagoritano.

Calagoritani Dominici ignea uis illa, arcano lu- mine accensa, & ipsa non nihil antea præuisa est, cu ius mater prægnans, magno mentis prælagio per quietem uidisse fertur, parere se catulum, in cenam facem ore circumferentem, quo omnes incendio ter- ræ conflagraret. nec defuit nocturno uiso euentus, orta est ex illa ingens familia, quæ diuina prædica- tione, terrarū partem multo maximā inflammauit.

De Nicolao Tollentinate.

Censenda est in hac relatione Nicolai Tollenti- natis genesis, cuius sanctitas antequam concipere- tur, & oraculo, & nocturno uisu est parentibus re- præsentata. Hi de futura sobole oraculo quodam instructi, uoti causa Barium profecti sunt, ubi cum ad diui (qui religiose illic colitur) conditorium ue nerabundi diutius iacuisissent, casu an potius prouid- entia dubium, somno succubuerunt. Hic in opinato monitu instructi, præceptā multo ante spem prolis augent, auctam uotis & solenni precatione sibi ra- tam despondent, neq; preces incallum missæ, om- nia maiora sanctioraq; secuta, quàm mens hominū sperare ausa esset, ut ex nō sanctis sanctus nasceret.

De Pio pontifice maximo.

Adjiciatur his recēs exemplum. Senis Hetruscis matrona nobilis, cuiu Victoriæ fuit nomen, cum pro- xima esset partui, in somnis sibi uisa est, puerum se parere mitram capite gestantem. Fuitq; id prælagiū humanæ mentis uerius quàm somnium, infantem enixa est, quem pōtificem maximū Pij secundi ap- pellatione nostra uidit ætas.

A DE ETHNICIS
exemplis.

Ingenda sunt prophana sacris, non quia eiusmodi sunt, ut cum illis rectè conferri possint, aut in eadē parte operis locari debeant. Nemo nisi de- mens terrena hæc cœlestibus, humana diuinis com- parat. Verum quia & illi quorum meminimus, tam etsi in cœlum recepti homines fuere, nō absurdum fit (ut arbitror) ea, quæ hominum sunt, etsi diuersa illis non solum tempore, sed præstantia subtexere, quid quod ipsa uariatio gratiæ fortassis aliquā affe- ret huic relationi, ut in lautioribus cœnis, nihil æ- què ac saporum uarietas delectat. Nec ullus suauior est concentus, quàm qui ex diuersarum uocū con- cordia constat: tanquam igitur fas bonumq; sit id facere, tuebor consilium, pergamq; deinceps non externa Romanis iungere: quod rectè fecisse uideri potest Valerius, qui suorum temporum rationē ha- buit, sed prophana sacris, quorum gratia potissimū labor hic susceptus est.

De Romulo.

Nunc quis hominum ex Ethnicis aut maior fuit aut augustior Romulo, qui urbem condidit omnium quæ unquam in terris fuerit præstantissimam? hu- ius mater Rheia Ilia, siue demōnis cuiusdam, ut ipsa uideri uoluit, siue hominis compressu gratis, se ge- minos concepissee affirmare ausa est. quæ res, quia euentus non defuit, plus illi in discrimē capitis ad- ductæ profuit, aut certè prædesse debuit ad salutem, quàm cerimoniarū sanctitas, quæ læsa Vestalem de- grauabat, aut regium stemma, in quo accusatorem inuenit.

De Alexandro Magno.

Vt religiosus draconis disimuletur accubitus, qui Philippum Macedonum regem ab Olympi- adis coniugis cōgressu perpetuo absterruit, illud cer- tē quod ad Alexandri conceptum pertinet, magno prælagio fuit, quod idem rex in somnis uisus est si- bi signum Olympiadis utero impitimer, in quo ex- pressa esset Leonis forma, per quæ Aristander uates coniectura haud inepta, affirmare est ausus Olym- piadem concepissee, quoniam quæ uacua essent im- pressionem non recipere. Nec Alexander noctur- nam illam, quæ patri obuersata est sefellit imaginē, qui tantum pugnandi ferocia ceteros mortales an- tecelluit, quantum feras omnes Libycus leo for- titudine præstat.

De Octauio Augusto.

Pensatur in Augusto principe maiestas Romani imperij, quæ quo maior fuit, eò plura maioraq; præ- sagia futuram unius potentiam portenderūt. Nam ut Veliterni disimulentur muri ante eius ortum prodigiose è cœlo tacti, & quod oraculo quodam senatus exterritus, haud multum abfuit, quin om- nes qui eo anno nascerentur, extingui iussent, nec reputetur in hac parte nocturnus ille serpens solen- ni sacro Actiæ matri allapsus. Certè duplex somnij species parentibus per quietem oblata, magnitudi- nem futuri partus facile portendit, mater priusquã pareret, cernere sibi uisa est sublimiter sua ferri inte- rina, explicariq; per omnem terrarum & cœli am- bitum.

AAAa 2 bitum.

bitum. Octavius pater iubar solis ex utero cōiugis ortum, se per quietem uiderē imaginatus est.

De Tiberio Cæsare.

Tiberij Cæsaris, qui huic successit futuram magnitudinem, Livia mater antequā nasceretur ostento, & uatum prædictione cognouit, prægnans hæc cū uarijs captaret ominibus, marem esse an feminam editura, ouum gallinæ incubanti subductum, nunc sua, nunc ancillæ manu tam diu fouit, donec pullus sit inde exclusus insigniter cristatus: quo inspecto, Scribonius mathematicus regnaturum infantem spondit, uerū sine diademate, ignota scilicet adhuc Cæsarum potestate.

De Achille Pelei filio.

Vendicet & ueritas illa fabulosa sibi locū inter seria, quæ et si Poëtarum figmentis magna sui parte regitur, prodest tamen exemplo & eruditione. nec enim (ut credere est) fabulari tantū uoluit, sed aliquid etiam docere, cum Thetidis progenie dixit à Ioue formidatam, quia futurum uereri poterat, ut is fortior esset patre, qui ex ea nasceretur.

De Paride Priami filio.

Fuit & fax illa Asiæ & Europæ infausta, Troiæ uerō exitialis, quam Hecuba Priami uxor, cum uentrem ferret, sibi in somnis uisa est eniti, & ipsa aliquanto antè præuisa, itum est obuam, quantum humana uis ualuit fatali necessitati, sed fatum mutari non potuit.

De Cyro regē.

Sed in nullo unquam fatorum uis tam ineluctabilis apparuit, quā in maioris Cyri ortu & salute tuenda, duplex infomnij speciei de Mandane filia adeo percussit Aftyagem Medorum regem, ut illius progeniem uelut sibi, & suo regno peltiferam horere prius non destiterit, quā uana interpretatione à seipso circumscriptus perijt. Primo Mandane filia uisa est illi altè dormienti, Regiam urbē, mox totam Asiam urina perfundere, uitis dein eius genitalibus enata magnam terrarum partem inumbrare: uidit hæc Aftyages, ignobilisq; filij matrimonio, & destinata nepotis nece cauissè sibi & Medorum regno ratus est. Sed euenit nihilo fecius, quod necesse fuit euenire.

DE INSIGNI INFANTIA, Caput I I.

Nihil est in uita hominum, in quo fortuna uolubilis uersata sit, aut prouidentia insignis operata, quā in ipso uitæ primordio. Nam quid magis mirum dici potest, aut minus credibile, quā unum aliquem perditū perdi non potuisse? aut non perijtse periturum? damnauit multorū infantium uitam regum sæuitia, in primo uitæ lumine, nec aliam ob causam quā quod nati essent. Cæterum sunt illi seruati, non hominum fauore, sed fortuna, uel (quod magis æquum sit credi) cæli prouidentia.

De Christo Dei filio.

Impium enim & execrabile sit opinari, quæ in Christo recens nato euenerunt, casu & non diuinitus contigisse: enim uero licet ipse Deus esset, atque idem rex regum omniumq; rerum conditor. Cæterum humanitate amictus, tam salutare mysterium interpolari potuisset, nisi tres illi magicæ disciplinæ affectatores, qui peregrè cum muneribus ad eum uenerant, per quietem moniti essent, ne ad Herodē reuertētur, qui capitaliter pueri imminēbat. Frustra humanum genus laborat in ijs, quæ prouidentia diuina sunt.

De eodem.

Quid Egypti latebra Iosippo in somnis demonstrata, quā in eo non obscura numinis uoluntas

apparuit? necari non potuit is, qui ut unus periret, multa puerorum milia perijtisse simul constat.

De Moysē.

Pari prouidentia Moyses ut omnem Israëlitis progeniem seruariet, infans seruatus est, quem parēs crudelissimo Pharaonis edicto subacti, aluo inclusum in profluentem abiecerunt. Reddidit eum terris tumidus amnis tanquam fatorum conscius, redditum regiæ aulæ intulit fatalis necessitas, ut unde illi nuper mortis tenebrę intendebantur, regalia sint alimenta exhibita, & quæ nuper domus exitio illi penē fuerat, eadem ad imperium extolleret.

De Ioa Ochoziæ filio.

Affuit & Ochoziæ filio Iohæ celi numen, cum omnes à Dauide oriundi, crudelissimo Athaliæ imperio uno tempore sunt ferro dediti. Infans mediæ cædi subtractus, pientissimæ amitæ cura tam diu occultè seruatus est, donec puera scere incipiēs, magno hominum consensu in auiti sit regni fastigiū restitutus.

De Eustachij filijs.

Sed omnium maximè illud memorabile, quod in Eustachij filijs euenisse proditum est. Fuit is militiæ magisterio clarus Traiano principe. Sed post multo clarior martyrio factus. Exercebatur uir fortis per clades & ærumnas ad cælestis militiæ præmia, bonisq; fortunæ alijs alio casu amissis, uxore postremò piratica ui adempta, cum filios duos nō dum crepundijs egressos, uado fluminis trajiceret, unum post alterum amisit. Enim uero repetens quæ priore ripa reliquerat, dum medium tranat amnem amborum sollicitus, uterq; hic feræ lupæ, ille leonis incursum è patris conspectu abripitur. Sed quā flebiliter fuerunt illi amissi, tam feliciter postea sunt prouidentia reperti, parentibusque non sperantibus restituti.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, & primum de Romulo & Remo.

Subit nunc reputatio eorum, quæ de Ethnicis hominibus sunt memoriæ prodita, tantum ab his quæ diximus diuersa, quia non tam felicia euentu, ut illa: cæterum nihilominus memorabilia, præsertim casu uarietate. Romulus & Remus gemini fratres, Amulij iussu in Tyberim proiecti. Sensisse prouidus amnis uideri potest fatale onus, futurumq; decus gentiū in parte oneris periclitari, & cum una anima extingui, sed siue senserit id ille, aut tanquam id sensisset, contraxit se illico, cum forte uberius solito flueret, destituitq; pueros tenui aluione. Iacebat gemina proles cæno pronolura, haud dubiè peritura, nisi auspiciatissimo uagitu Martiam lupam ad locum pertraxissent: occurrit huic nō raptrix, sed nutrix (tanta est uis fatorum) & qui prædæ esse debuerit, immiti feræ pro alumnis fuerit. Inde sublati pastorum stabulis inferuntur, adultique regnum auo uindicant, sibi nouum condunt, quod domestico statim malo imbutum, perpetuæ deinceps discordiæ exagitantum reliquere.

De Semiramide.

Semiramis femina illustris, simili casu infans penē prius periclitata est, quā in lucem edita, iacuit infans circa Syriæ stagnum, uel alimonix defectu mox interitura, nisi aues stagni accollæ iacenti alimenta peropportune ministrassent, hinc sublata inter regios pastores alitur, adulta regia fit coniunx. Demum sub aliena persona non modò regnum tenuit, sed insigniter etiā auxit, tanta fuit una in femina in doles, tanta fatorū uis omni indole potētior.

De Camilla Volsorum regina.

Regis filia fuit Camilla, regiæq; domo orta, uerū lubri-

lubrica & uolubilis humanarum rerum fors, infan-tem adhuc (nisi poëtae ubique fabulantur) paterni exilij fecit comitem, eandem teli iactu subere inuoluti, à clementi & uorticosi fluminis impetu seruauit, armentali lacte aluit, uenatibus exercuit, restituitque demum paterno regno, ut regina ignobili manu bello non ignobili caderet.

De Pyrrho rege Epirotarum.

Eisdem uitæ uoluminibus iactatus est Pyrrhus Acidiæ filius, regia domo excidit, prementibusq; à tergo hostium telis in tormenti speciem trans flumen lancea contrortus ægrè seruatus est, dein Glauciæ regi commendatus, ad eius pedes miserabiliter obrepit infans, reptatu (quando uerbis non potuit) risuque tempestiuo suam regi salutem commendaturus, adultus & in regnum restitutus, Italiam concussit bello, Siciliam subegit, Macedoniam suis opibus adiecit, Lacedæmonem fatigauit, per quæ tantum est gloriæ adeptus, ut imperatoria uirtute clarissimi ducis iudicio, uni uerorum imperatorum, Alexandro uidelicet regi cesserit, qui nulli bellica fuit gloria secundus.

De Hercule Alamenæ filio.

Hercules, si poëtica fides in his recipienda est, cū in crepundijs infans iaceret, non uocalibus est anguis percitus, potuitque facillè obnoxia iniuriæ ætas ui subita extingui, nisi tantus ille à cunabulis fuisset, quantum eum esse oportuit, qui omnium terrarum monstra adultus sustulit.

De Perseo.

Adjiciatur huc non minus Poëticis figmentis celebre Persei fatum, similibus tamen uero quā proximum. Arcæ hic ab Acrifio cum matre inclusus Danaë, beneficio piscatoris uixit, adultus cum in maximam spem ob egregiam indolem uenisset, & aui iniuriam ultus est, & suo euentu compta uuit, nullos fermè mortalium in reliqua uita clariores fortunæ benignitate, quā quos illa à primo statim ortu ueluti sæuissima nouerca uideatur abiecit, tanquam enim suæ potestatis ostentandæ cupida, eos potissimū ab initio periculis obiecit, quos ad rerum summam felicitatem euehere mater indulgentissima postea facta uelit.

De Cyro regē.

Similia sunt, sed propiora uero, quæ de maiore Cyro memorantur, in quo de canis nutricatu ægrè posteritas Græciæ astipulatur, certior fama Cyrum confestim à Mandanes matris partu Harpago datum, ut ferarum laniatu exponeretur, nutrumq; magis casu, quā Harpago consilio apud regum bubulcum, cæterum agnitum Aftyages maternus auis non ausus fati ire obuam, præstitit enim inco- lumem: sed non tam pertinax fuit uis illa, per quam seruatus est in eius infantia & pueritia tuēda, quā postea præsens in regno adipiscendo, fama; in omne æuum propaganda.

DE INSIGNI PVERITIA,

Caput III.

De Christo Nazareno.

Contigit insignis pueritia multis, sed nulli magis quā Christo Deiparæ filio, cuius uita absolutissima est uirtutis idea. Nec fuit unquam in ullo, nec esse potuit tanta indoles, ut studio sapientiæ & cælestium rerum cura, puer parentis reliquerit, matre cui charissimus fuit propina-

quorumque comitatu relicto, triduo requisitus, non in puerorum cœtibus, sed in sapientium uirorum confessu: non puerili intentus lusui, sed diuinarum rerum disceptationi: non in prophano, sed augustissimo est templo repertus, restatus oportere se non in ijs esse quæ hominum sint, sed quæ sui (qui se in terram misit) patris.

De Iosippo Israëlitis filio.

Præclarum & in Iosippo Israëlitis filio adhuc puero refulsit uirtutis exemplum, cuius ut mens somniorum sagax fileatur, cum in Putipharis domo Memphi seruiret, non herilibus illecebris, non pliorum metu subigi potuit, ut muliebrem libidinem secutus cum hera à qua procaciter appetebatur, solus stuprum faceret: maluit castissimus puer in tenebris inter reos & sōntes uinctus iacere, quā eam domum in qua clementer ac benignè alebatur flagitio fœdare, dignus qui plus in ijs tenebris in quas coniectus est, quā omnis Ægyptiorum sapientia uiderit.

De Ioanne Baptista.

Nemo inter natos mulierum (ut sacris utar uerbis) surrexit maior Ioanne Zachariæ filio, nihilque in eo sanctius extitit, quā quod puer res humanas aspernatus è medio excessit, solitudinis cupidus, prætulit eremum æqualium cœtibus, ieiuniū comestationibus, continentiam libidini, paupertatem diuitijs, per quæ meritus est, ut maior quā propheta haberetur: nec Iordanes cuius fuit accola, magnis licet regibus, magnisque exercitibus uadatus, maius uidit unquā aut sanctius præter Deiparæ filium.

De Tobia.

Est & Tobias in hoc laudis genere censendus, qui cælestis nunciij ductum secutus, tametsi puer adhuc & rerum omnium ignarus, peregrè proficisci ausus est, longiusq; inuestigare per quæ paternæ cæcitati opitularetur.

De tribus Hebræis pueris.

Fuit hæc pietas in uno memorabilis, sed in tribus uel numero uel exemplo longè clarior, qui ne cultu abducerentur alienigenarum, ignem oculis ad motum contempserunt, meruit constans pietas, ut flammam, in quam coniecti sunt, innoxiam fuerint experti. Cæcinerunt hymnum Deo salutis auctori, pueri omnium qui admouebantur terrorum securi: aut quia humana crudelitas obesse his, quos nomen tuetur, non potuit, aut quia non debuit.

De Bernardino Senensis.

Bernardinus Senensis pupillari ætate Dianæ materteræ commendatus, prandioli partem pauperibus impartire solitus, cum fortè unicus esset panis domi, prohibereturque infringere, portionem petijt suam, quā precariò adeptus, mendico obtulit, & hi à pueris per hæc suam indolem probarunt, et risque conspectiorem fecere.

DE ETHNICIS, ET PRIMUM de Alexandro Magno.

Sunt & Ethnicis sua exēpla. Nam in omni genere extiterūt aliquando præclari partus, & exempla præcocis ad uirtutem ingenij, sed omnium in doles maximè memorabilis extitit in Alexandro Philippi, qui orientem domuit. Cæterum ætate puer præclarum deposuit apud Leonidem pædagogum futuræ munificentix rudimentum, siquidem artis ad motus, factorum causa cum largius th-

ra focus congereret: Sic sacrificabis, inquit ille, cum Arabiam subegeris, cuius ille uocis memor robustus rex, & iam uictor thuriferis gentibus bello subactis, nauim ad eum thure onustam misit, præcipiens ut cum dijs parcus esse desineret, qui secum tam benignè agerent.

De Prætextato.

Age uerò quid Prætextatus ille Quiritij generis? qua cum indole fuisse putandum est? qui de more in curiam à patre ductus, cum res de qua die illo consultus fuerat senatus, credita silentio esset. Isq; domum reuersus, à matreque appellatus, cum non impensis precibus, non minis subigi potuisset, exarsit confestim muliebris animus, ut disceret quid illud esset, quod tam fido premeretur silentio: incredibili denique cognoscendæ rei cupiditate, & ut prona est in uentum hominis natura, præsertim impotentioris sexus, uariè uersando eò pueri mentem perpulit maternis precibus imparem, ut mendacium confinxerit. Prætextatus ad muliebrem intemperiem mitigandam peropportunum, fide enim à matre prius accepta, fore ut rem in occulto haberet: Decretum, inquit, est, ut ad propagandam sobolem liceat uiris plures uxores ducere. hic bona mulier non tantum fidem præstitit, sed præcipiti fama per uiciniam primò, dein per uniuersam urbem dissipata, autor fuit ut postmodum illius diei ingens matronarum numerus in uestibulum curiæ conuenerit: mirati primores patrum, insuetos matronarum cœtus, ubi quid querelarum atulissent cognitum est, & quid puer commentus esset ad tegendum curiæ secretum, irrisit uniuersus ordo muliebrem leuitatem, stultamq; credulitatem. Puer publicè laudatus, datumq; ut uni puerorum omnium curiam ingredi posthac liceret.

De Marco Catone.

Marcus Cato, cui ex morte Vticensis cognomè obtigit, & patriæ & ciuium suorum se uindictam, quantum in se fuit, puer adhuc præstitit. Is L. Syllæ carnificinam uerius quàm domum officij gratia cum Sarpedonte pedagogo ingressus, posteaquam inde demissi sunt, sciscitatus est ex eo, ecquorum essent hominum capita illa quæ tam multa numero & à tam multis ad Syllam deferrentur, cum Romanorum ea esse ciuium, ac ferè principum ciuitatis, & à Sylla proscriptorum audiuisset: Deuissis, inquit, mihi ferrum exhibere, ut tam atrocem uindictam iniuriam.

De C. Cæsio.

Fuit in C. Cæsio, si non maior indoles, at maius certè prælagium tuendæ patriæ, utpote qui puer in Fausto Syllæ filio, tam acer extiterit libertatis uindex, quàm postea adultus in C. Cæsare dictatore. hunc enim, quia tyrannidem affectarat, interfecit: illum, quia à patre exercitum laudaret, contumeliose pulsauit, cæterum tantum abfuit ut facti peniteret, ut Pompeio rem cognoscente, eia Fauste dixerit Cæsio, profer hic coram sermone, quo sum abs te laesisset, ut iterum à me in publico uapules.

De C. Cæsare puero.

Sed quàm hic libertatis studiosus, tam C. Cæsar, qui post Syllam dictator fuit nominatus, & regij nominis cupidus, enim uero puer adhuc semper Tragicum illud in ore habuit, Si ius humanum uiolandum est, regnandi causa uiolari debet. Cupe res naturam illam meliora uoluisse. Voluit enim uerita, & liberæ ciuitati, in qua natus erat imperare. Sed quod puer optauit, adultus tenuit, parturijt; tener animus, quod marurus peperit.

De Alcibiade.

Nec in Alcibiade minor unquam indoles uirtu-

atit, uirtuorum que fuit, quem nescias gloriari magis Athenæ debeant, quod genuerint, an dolere. Neque enim tantum strenue pro patria bellando imperium auxit; quantum postea factus illi hostis affixit. Is sanè à pueritia qualis uir futurus esset, facillè documentum dedit, qui ad Periclem auunculum deductus, cum subtristem illum conspiciat, Ecquid est, inquit, auuncule quod doleas? illo uerò respondere, Cruciaris se animo, quod curati à se propylæi rationem minus aptè profusæ pecuniæ exposcenti populo reddere non possent: Quinimmodò cogitandum tibi potius quo pacto non reddas. Arripuit statim prudentissimus uir puerile monitum, & patriam ad eò graui finitumorum populorum bello implicuit, ut sollicita de salute imperij ciuitas, aliò mentem cōuerterit: sicq; Alcibiades patriam, quam facta uir postmodum euerit, iam tum puer uiam, ut facilius rueret, ostendit: magno rerum publicarum documento, nunquam his committendam rempublicam adultis, qui à pueritia præcociorem improbitatem præ se ferant.

DE INSIGNI ADOLESCENTIA. Cap. IIII.

De Dauide rege.

Successit pueritiæ adolescentia, qua uita parte quicquid natura insitum est animis hominū, uelut iam maturo partu prodit in apertum, & ut ab re uetusta, exemploque minime uulgari sumatur exordium, quis unquam adolescens fuit Dauide ferocior? est enim uis hæc peculiarior adolescentiæ comes, uix pueritiam egressus cum Golia hoste immanissimo, ex prouocatione congressus, non ætate, non statura corporis, non armis, nulla denique re alia, præterquam animi magnitudine illi par, sed felicitate maior. fuit enim insignis illa pugna magis inopinato euentu, quàm quod patres cõsissent, unus Dauidicæ fundæ ictus Philistæū quantumcumque fuit moribundum explicuit: clero documento, posse magna à paruis uinci, fortia ab inualidis, si uel prudentia adsit, aut si fauor numinis (qui omni est humana prouidentia ualidior) aspiret.

De Solomone.

Magnum hoc uirtutis exemplum in adolescente, sed sapientiæ illud, quod in Solomone huius filio celebrius exiit ad posteros: acceperat is regnū à patre adolescens, ne puer dicam, cum in anceps iudicij genus incidit. Ignobilis puerpera filium nuper natum necauit incauto accubitu, hæc (infamie metu an alendi studio non traditur) occultè quod satis constat alteri puerperæ filium subtrahit suo similem, eneatum subtrahit loco quiescentis lateri leuiter applicat. oritur inter eas contentio, postq; longam altercationem ad regem itur, stabat populus in concionis modum circumfusus, ancipitis iudicij exitum expectans, ex eo qualem habiturus esset regem iudicaturus: erat muliebris assertio rixæ (ut fit) & iurgio simillior, quàm liti. Tum rex, Ite, inquit, & (quando lis aliter expediri non potest) puerum in duas partes dissectum, utriusq; dimidiū dare. Tum uera mater, Quin uiuat potius, inquit, atque illa integrum puerum habeat. arripuit uocem sapientissimus rex ueritatis restem, puerumq; huic addixit, in quo seruando maternus extiterat affectus.

De Daniele.

Non multum ab similibus huic quæstio illa memorabilis, qua usus Daniel adolescens fatidicus, Susannæ pudicitiam ab infanda calumniæ labe uindica-

dicauit, accusatoribus in id supplicium, quod puella intenderant, compulsi.

De Iosippo Israelis filio.

Sed quanta huius fuit sagacitas in Susannæ causa cognoscenda, tanta ac nescio an maior etiam in Iosippo prouidentia, qui in ipso limine adolescentiæ, duplex Pharaonis insomnium interpretatus, fatali inopiè iustus ire obuiam: Ægyptum uniuersam septem annos à terribissima defendit fame, patrem cum tota domo iniquitate illa remportim, gratiæ frumentatione sustentauit.

De Daniele iterum.

At in quo uirtus una est, plures in eò esse credi par est, sed si quis in Daniele omnes fuisse dicat, non minus uerè id quàm piè dixerit. Nam quanta in eo prudentia apparuit, Susanna à tam detestabili calumnia seruata, tanta quidem ac nescio an maior etiam in eodem uictus continentia, qualis & in Anania fuit, Misael & Azaria eius æqualibus, qui regias dapes aspernati, leguminibus & aqua contenti uixere, ne patria lege aberrarent.

DE ETHNICIS, ET PRIMUM DE AFRICANO MAIORE.

Age nunc quid Ethnici? nam sunt & his sua exempla. P. Scipio, qui primus ex Africâ bello uicta, cognomè reportauit: is puer adhuc primo suo tyrocinijs Scipionem equestri prælio, quod cum Pœnis est ad Ticinum amnem commissum, grauius uulneratum, & ad terram afflicti, in aduerium hostium globum ferociter inuectus, periculo seruauit: adolescens non solum ciuica corona dignus, sed immortalitate etiam nominis, ad quam præmatilla uirtus cum argumento pietatis manifestum illi parefecit iter.

De Antigono Demetrii filio.

Habuit præclarū Scipionis exemplum plus fortitudinis, uerum in eo quod de Antigono Demetrii filio traditur, maius quoddam pietatis specimè fuisse uideri potest. Erat Antigonus adolescens, cū Demetrius pater in Chersoneso Syriæ, ubi Seleuci iussu ad extremum uitæ tempus custoditus mortem obiit: intenderat ille cursum in Syriam, auditio patris obitu, ut eius cineres in Græciam deportaret, eratq; iam multum eius nauigationis emensus, cum illos obuiam habuit, quos magna ueneratione complexus urna clausit aurea, purpura & diademate instrata, regia nauis sublimiter collocat: circumstantibus hastati iuuenes armorum fulgore conspicui, sacrum canebar carmen Xenophantes modulatore ætate illa insignis, tanta uocum suauitate, ut remorum pulsus, nauitæ præsertim modulationi accommo darent, & Antigonus per insulas & urbes Græciæ paternum funus tam piè extulit.

De Africano maiore.

Subit nunc ex hac duorum comparatione alterū Scipionis exemplum, per quod ille rursus fit maior Antigono, uel quod fortior fuit, quia cōtinentior. Capta Carthagine in Hispania, perducta est ad Scipionem ducem, & si admodum adolescentem puella nobilis atq; eleganti forma, hæc ille castè sancteq; in suorum aduentum custoditam, adolescenti nobilissimo, cui desponsata erat, intactam & sine precio restituit: illud duntaxat cum eo pactus, ut amicus inde esset Rom. populi, & ut in animum induceret, in Romana ciuitate multos esse uiros sui similes.

De eodem Africano.

Quid illud eiusdem? latis enim, ut arbitror, foret ad hoc quod proposui demonstrandum, unius ado-

lescentis uita, si unius contenti essemus exemplo, nam quid rogo? quid unquam tam dignum Romana indole fieri contigit? aut quid potissimū ab adolescente est ullo speciosius exemplum editū, quàm ab eodè Scipione? qui Romanis legionibus ad Aufidum in Apulia cæsis, cum nobiles quidam adolescententes ex ea acie elapsi, de Italia relinquenda consilia agitarent, ad eos stricto ferro repente ingressus, ad eò terruit minaciter instans, ut non solum proposito auerterit, sed passim sint etiam à se iusurandum exigi de patria non nisi cum uita relinquenda.

De Alexandro Magno.

Talis fuit adolescens, nisi maior etiam sit habendus Alexander Philippi filius, qui Bucephalū equū insignem à patre nuperrimè emptum, cum à nullo subigi posset ut equitem pateretur, primus in domi tæ peruicaciæ domandæ rationem ostendit, mox præter omnium opinionem quadrupedem ascendit, ac citrò ultroque effusus aperto campo habentis ad lassitudinē agitauit. quam in filio indolem uigoremq; exosculatus Philippus, dixisse fertur, Aliud tibi regnū quæras fili, nam te Macedonia nō capit.

De eodem Alexandro.

Magnum certè fuit ferum equum tam subita uita ab adolescente subigi potuisse, cum multi frustra eam regi operam nauare conati essent: sed prælagiū fuit illud, non exemplum bellicæ uirtutis, id quod sequitur plus indolis & admirationis habet, siquidem tener adhuc annis, memorabili illa pugna ad Cheroneam edita, qua Græciæ opes funditus concidere, primus omnium Alexander impetum fecit in sacram Thebanorum cohortem, quæ quo insignius dimicauit, eò magis huic reliquit nomen, per quem primum impulsa est.

DE IUVENTA.

Caput V.

Omnium ætatum iuuenta longè operosissima est, cui in uniuersum rota debet uita. Liberos procreat, alit infantiam, instituit pueritiam, adolescentiam ducit, seipsam regit & ornat, tuetur senectutem, decrepitam ætatem fouet: hæc demū uita solū est, quod præcedit lusus & lasciuia, quod sequitur supplicium. nulla sui parte hominis uita pluribus abundat exemplis, sed nos paucis contenti sumus, atq; eorum præsertim, qui ex omni flore hominum leguntur, ut per quos fit quæq; pars uitæ insigniter acta, breuis relatio demonstrat.

De Iesu Nazareno.

Nunc quis auspicius huic dabit parti exordium, quàm qui exemplar fuit uirtutum omnium? qui omnes docuit gentes, rex fuit, quin potius rex regum, per quem uia ad cœlum homini patefacta est, omne uirtutum specimen in aperto positum. Nam quod ad hoc pertinet, quis Christo fuit unquam sapientior, cuius nomen in sapientiæ appellationem abiit? Quis potètiore, quàm qui propria uirtute operatus est ut cæci uiderent, audiret surdi, claudi ambularent, mortui reuiuiscerent? Quis fortior, quàm qui moriendo mortem uicere? Aut quis prouidentior, quàm qui racitos intra præcordia cogitatus hominum præuidit? qui rogare uolentibus toties occurrit, quæ in se postremo euentura erant, tanto prius præuidit ac prædicauit? Quis frugalior aut cōtinentior, quàm qui cum omnia posset, nihil tamen habuit, nihilq; habere uoluit? Quis humilior quàm qui piscatores sibi comites legit? qui publicanum non aueratus est?

Quis demum clementior, quam qui latroni dedit ueniam? Meretricem flentem non a se repulit? Fuerunt equidem aliae uirtutes in alijs, in Christo Nazareno omnes fuisse fateatur humana pietas.

De Sansone.

Non caret admiratione, quod de Sansone proditum est ad posteros, qui unus cum una Philistaeorum gente internecinum bellum gessit: enim uero siue fatali robore, siue caeli providentia inuictus fuit. Contra multa milia hostium (quod satis constat) solus & inermis prosperè dimicauit. Idem hostili urbe deprehensus, ubi sub noctem uim sensit aduersus se parari, demolitus est portas urbis, a uulsasque postibus, in iugum montis detulit, quod hostili urbi imminerebat, statuitque in conspectu atrocitatis ciuitatis, ludibrium uerius quam trophaeum.

De Solomone Rege.

Sed quantum in hoc finitimi hostes uires stupue re, tantum in Solomone omnes gentes sapientiam, cuius fama impulsit Aethiopum regina Hierosolyma uenit, audiuitque regem nobilis hospes, & quem absens mirata fuerat, praesens uenerata est, donauitque amplis muneribus: sed ipsa multo amplioribus aucta, ueritatem scilicet adeptam, quam tum omnis caeterarum gentium miserabilis sapientia ignorabat.

De Dauide Rege.

Subit nunc proximae relationis admonitu, propheticae mentis exemplum, cum arte omnium pulcherrima coniunctum. Dauid qui Solomonis fuit pater, diuino (ut credi par est) afflatus spiritu, partem multo maximam eorum, quae in Christo longo post temporis interstitio euenerunt, fatidico carmine praecinit, humanum genus futurae salutis admonuit: ut dubium sit, uter maior hic uates, an ille sapientiae antistes: sed hic sanctior, qui caelo propius accessit, ille clarior fama, qui sapienter imperauit.

De Iuda Machabeo.

Est & Iudae nomen ingens cognomento Machabeae, nulli maius rei bellicae studium, nullus unquam Hebraeorum sapiens cum hoste dimicauit. Nullus toties uictor fuit, in quo illud praclarum & maxime memorabile, quod fortunam gentis afflictam, ac propemodum extinctam ueri adortus, adeo bellica uirtute erexit, ut in Romani populi sit societatem receptus, ex quo facta est eo duce, res Israelitica, Syriae & Aegypti regibus multo quam antea infestior.

De Ioan. Baptista.

Et quia adhuc unius gentis lumina censentur. Age nunc, & quantus fuit Ioannes Zachariae filius? non cessit hic suae gentis hominibus, alijs alio genere laudis excellentibus, abstinencia uero & sanctitate post Christum Nazarenum (qui extra omnem humanitatis aleam est habendus) fuit omnium longe princeps.

De Iob patientissimo hominum.

Fuit & in uno patientia omni aeuo memorabilis. Iob nomen illi redditur, fuitque is Cussetae terrae accola, grande pecus, & fortunas omnes uno tempore amisit, liberi promiscue mares & foeminae subita ruina obruti perierunt, & quod immenso aërumnarum cumulo accessit, ipse sanie tabeque consumptus, omni que mortalium ope destitutus, omnia patienter tulit, contumaciantis praecipue coniugis intemperiam, pietatem & innocentiam pro delirio & stultitia illi exprobrantis. & quidem Iob ex florentissimo uita statu, hominumque opinione fortunatissimo aërumnosissimus factus, nulli iratus, semper illud in ore habuit, Deus abstulit, eius semper lauderetur nomen. Quae uox meruit, ut

his tot malis defunctus, multo plura deinceps possederit, quam amiserat, uita in multos annos feliciter prorogata.

DE ETHNICIS, ET PRIMUM DE SOCRATE.

Socrates, ut aliarum quoque gentium exempla referantur, Delphico oraculo mortalium sapientissimus iudicatus, semper eodem fuisse uultu traditur, neque hilarior uisus die, quo uxorem duxit, aut turbatior extremo uitae tempore, cum uenenum hausit: hinc cuncta Graeciae ingenia, humanaeque sapientiae flumina illa uberrima, quae omnes terras inundarunt, fuitque tanta uirtus nihilominus inuidiae obnoxia. damnatus publice est, uenenoque sublatus, cuius supplicij tanta secuta est poenitentia, ut accusatoribus insigniter multatis, statua sit illi publice decreta. Ad eo leuiter interdum multitudo & amat & odit.

De Hercule.

Fortitudinis exemplum Graeciae astipulatum (nam aliae uirtutes in alijs fuere, non omnes in omnibus) uerum nescio, an omnium maxime memorabile in Hercule fuit Alcmena filio, si quae de eo scribunt Graeci (genus hominum in suorum laudem propensissimum) sunt recipienda: enim uero ubique ille inuictus, omnibus terrarum montibus uercali imperio obiectus stetit, sed haec tam tradenda sunt quam tradita: poëtarum enim fabulis propius accedunt, quam historicæ fidei.

De Milone Crotoniate.

Multo ueriora sunt, & ad ea credenda fides sua sponte pronior, quae de Milone Crotoniate traduntur, solitum eum frequentissimo Graeciae spectaculo ingentem taurum gestare humeris. Idem (nisi forte alius fuit ab eo diuersus hoc nomine) cum uestigio constitit, à nullo potuit submoueri, nec eius digitus corrigi, cum pomu manu teneret.

De Alexandro Macedone.

Quin illa potius fortitudo censenda, quod audendi fortia sit scientia quaedam, in quo genere laudis Alexander Philippi tam eminens fuit, ut nemo fortium imperatorum aut regum, sit illum rerum gestarum gloria aemularus. Nullus tantum terrarum subegit armis, aut tam numerosos prostrigauit exercitus. Nihil ille bello tam arduum & difficile tentauit, quod non sit demum adeptus, & quod eius felicitati uel uigori potius, inuictoque animo iure impures, nulli de tot gentibus tam celebris uictoria contigit. Tantum enim terrarum cepit, quantum obequitare potuit.

De Caio Cesare.

Vnus omnium qui omni memoria fuerunt, C. Caesar dictator: hunc cuius nunc memini, gestarum rerum magnitudine propemodum aequauit, in uno etiam fortassis maior habendus, quod hic noster toties collatis signis cum hoste dimicauit, quoties nec Macedo, nec aliorum ducum imperatorum uel quisquam. Idem plura hostium milia acie cecidit, quam caeteri duces uicerint. Subit & illa reputatio, Caesar priuata domo medicisque fortunis ortus, ad fastigium rerum euectus est, nomenque summi ducis adeptus. quae eò Macedoni fuerunt aditu faciliora, quod & patrem regem habuit, & eundem tyrociniij magistrum non poenitendum.

De M. Curio Dentato.

Contigit magnae continentiae nomen M. Curio Dentato, qui aurum quod à Samnitibus offerebatur,

tur, non solum repudiauit, sed laudabile exemplum memorabili responso illustrauit: testatus non egere se auro, quamdiu cupiditatibus posset suis imperare.

De Caio Fabricio.

Nec C. Fabricij obscuram eo genere uirtus, qui non gentis unius munera, sed regis aurum, regnumque opulentissimum, in cuius partem recipiebatur, est asperratus: dignus cui hostis non solum captiuos ciues gratis restituerit, sed eius quoque ciuitatis optauerit amicus fieri, quae tantum sortita esset ciuem.

De Iunio Bruto.

Nulla uirtus minus est uulgata, quam iustitia: nulli tamè magis debet hominum uita, habet haec quoque sua exempla. Iunius Brutus duos filios adolecentes, quia post assertam libertatem comperit sunt, consilium cum paucis cepisse de urbe regibus prodèda, in conspectu populi uirgibus caesos, capitali affecit supplicio. Spectaculum memorabile, si hominum affectus, ut corpora oculis cernerentur. Stabat hinc liberum charitas, inde patria: accusat haec, illa excusat: ad supplicium, altera retrahit, uicit demum que uincere debuit, cessit humanitas rationi, charitas iustitiae, priuatus luctus publicae salutis, cunctusque est Brutus non quod uoluit, sed quod debuit.

De Manlio Torquato.

Nec credere est Manlium Torquatum (abundantius enim domesticis exemplis) tum proflus humanitate exuisse, cum filium securi percussit: quia contra consulare imperium in hostem dimicasset, non filium forte pater auerlatu est (nemo non suos uult & fortes & bonos esse) sed militarem disciplinam ab eo neglectam uindicauit, posthabuit itaque priuatum affectum publicae utilitati, maluitque eam Reipublicae parre, qua Romani summa stabat imperij, quam filium esse incolumem.

De Catone minore.

Quid M. Cato C. Caesaris aequalis, uir cum morum sanctitate, tum caetera uita omnium Quiritium longè princeps? An ob singularem animi continentiam non dignus fuit qui in ea ciuitate nasceretur, quae omnium iustissima esset aut in qua de principatu non armis, sed uirtute contenderetur? prodest homo homini, profuit etiam quidam multis, unus Cato in uniuersum non patriae solum, sed uitae profuit.

DE SENECAE, ET PRIMUM DE NUMA POMPILIO.

Prætereo caetera iuuetutis exempla, sparsim deinceps, uerum in suo genere dicenda, siquidem nunc omnia exequi superuacuum sit, & à praesenti proposito alienum, non enim in suum genus dicta, factaque memorabilia nunc rediguntur, sed humanae uitae partes deliniantur insigniter actae. Nunc quod ad rem attinet, ut omnis splendor gerendarum rerum iuuentutis est comes, sic pietas, consilium & autoritas senectutis: infunt & aliae laudes, est enim pars haec uitae omnium humanarum uirtutum portus, in quem uelut ex longa iactatione sese recipiunt, ac uelut in tuto conuiescunt.

De Habraamo.

Nihil tamen est tam huic aetati proprium, quam pietas, cuius tanta fuit in Habraamo cura & studium, ut unicum filium, quando id facere à caelo iussus esset, non dubitauerit arae pro hostia admouere in holocaustum daturus, deditque haud dubie pietissimus senex, nisi ut ferro parceret, eodem fuisset oraculo admonitus.

De eodem.

Subit nunc alia reputatio haud minoris exem-

pli, hominem senio confectum ea fuisse apud adulescentem, & iam robustum filium autoritate, ut sciens ille uolensque pro uictima sit uinctus, & ut tener uictulus, aut micis agnus sine relictatione ad aram se admoueri sit passus, tanta tum in uno fuit uiro pietas, tanta simul & autoritas: haec domus imperatrix sua, illa numinis diuigens cultrix.

De Mose.

Nulli hominum contigit tam familiare numinis commercium, quam Mose, nullus maiore caeli fauore ductauit exercitum, cui sua sponte patuit mare, aquae pumicibus exiluuerunt, quibus amaror inerat dulces factae. Idem caelestis rore pauit populum ingentem, religione rexit, hostem precatione fudit, nulli prima rerum origo fuit notior, & quae proxima fuerunt originibus: iuuenta exercita, exercitator senecta, fama & celebritate magnus, sed maior propheta, ac nescio an omnium etiam, qui omni memoria fuere, maximus.

De Noë.

Quid Noë, nonne & ipse iam senior oraculum secutus, incredibili solertia, irrequietoque tot annorum opere, arcam fabrefecit? fabrefactam rexit cataclysmo omnia obtinente? Per quae est & ipse cum tota domo seruatus, seruataque cum eo animalia, quae spectatim solerti in lagine nauigio inclusit.

De Iosippo Christi patre.

Magnum quidem fuit & ad posteros memorabile, unius opera contigisse humanum genus reparari: sed maius illud & illustrius uiro admodum seniam aetatis exactae datum, ut regi regum & nutritius esset & custos. Nulli unquam sanctior alumnus contigit, nulli angustior nutritus. Iosippus enim primus omnium, Deiparæ filium nuperrime ortum uidit, primus adorauit, angelicos cantus audiuit, Magos uenientes excepit, infantem asportauit, per rum requisit: & quod felicissimi cumulo ministris accessit, Christi pater & rector est dictus, qui omnium uerus erat pater & moderator summus.

De Symeon.

Meruit & Symeonis sanctitas non parum, qui oraculo instructus, fore ut non prius humanis excederet, quam Christum uideret, consecutus est, ut uiuens suis sit amplexus uicinis, qui caeli, & quae caelo continentur, uno fouet complexu.

DE ETHNICIS, ET PRIMUM DE NUMA POMPILIO.

Vnt oppidè multa, insigniaque, etatis huius exempla: caeterum quia senio decrepita aetas haeret, suntque ipsa uitae partes propemodum indiscretae, adeo ut quod unius sit, alterius esse uideri possit, utendum est parcius exemplis. Nunc quado de potiore hominum ordine est abundè dictum, equum est & prophanis hominibus sua reddantur exempla. Magni itaque esset pietatis nomen Numae Pompilij, qui Romae secundus à Romulo regnauit, nisi stultitia uerius quam iustitia, supersticio non religio habendus sit malorum daemonum cultus: fuit is autor ut Martia ciuitas, & ad id tempus rei bellicae addita, aris & facellis daemonum addiceretur, dignus senex qui meliora uoluisset: nemo tenacior cultos fuisset religionis, quippe qui hostium accessu repente nunciato, Ego, inquit, sacrificabo.

De Cesare dictatore.

Confluxit Caesar dictator cum hoste quinquagies collatis signis, quoties Romae ducum nemo. Verum exacta aetate, & iam senescere incipiens, cum atior factus est ad ineunda praelia: ueritus, ut credere est, ne fortunam quam toties secundam fuerat experitus, aduersam semel experiretur.

De Marco Marcello.

Major in Marco Marcello iam sexagenario ferocia, maius bellandi studium, quippe qui per quiete saepe sibi pugnare uisus est, optauit identidem ut uino inclutus loco, cum Hannibale omnium qui omni memoria fuerunt ducum ferocissimo de summa rei armis decerneret, hoc certe fuit cur Rom. fit populi gladius dictus, cum Fabius qui cunctando uicit, clypeus diceretur.

De Fabio Maximo.

Fregit Fabij huius prudentia non minus Pœnum quam Marcelli inuictus animus, ac nescio an salubrior etiam fuerit Fabiana maturitas, iacenti & afflicte patrie, quam Marcelli ferocia, hic Punicas uires primus fregit, ille iudicatus est. Traxit hic quod uoluit, ille qua hostis noluit ire coegit: uicit hic saepe, estq; aliquando & ipse uictus: ille citra cruorem exercitum quo uoluit egit, felicior euentu Fabij q; Marcelli uirtus, hic in insidias præcipitatus concidit, ille pace parta uniuersæ Italiæ consensu graminea est corona donatus, qui postmodum in altissimo senio naturæ concessit.

De Socrate.

Socrates mortalium sapientissimus est Delphico oraculo iudicatus, quod nisi Athenæ longè aliter persuasum habuissent, nunquam uir iustissimus uenenum haussisset publicè damnatus. Sed quem uiuum odit, defunctum considerauit inconstans ciuitas. acculatores enim eius exilio damnauit, defuncto statuâ in publico posuit, aded leuiter aut odit, aut amat ciuili multitudo.

De Catone maiore.

Est Cato maior populi Rom. iudicio prudens apellatus (id enim eius nomen arguit) Cæterum ne mo unquam in ea ciuitate maioribus est odij exercitus, quadragies sexies reus causam dixit, estq; semper absolutus: ualuit, scilicet, plus eloquentia quæ humanis rebus dominatur, & innocentia, quam omnes inimicorum ualidissimi conatus.

De Pericle Atheniensi & Demosthene.

Mirata est uetus comœdia in Pericle Atheniensi eloquentiâ, atq; aded mirata, ut fulgura eum & tonitrua cire, non loqui dixerit. Sed maius ex ea re nomè Demosthenes reportauit totius Græciæ astipulatu, quæ eo loquente pacem & bella suscepit, suscepta deposuit, fœdera cum regibus iunxit, iuncta dissoluit.

De M. Tullio.

Par laus apud nostros M. Tullio contigit, atq; eo fortasse maior, quo amplior fuit res Romana, in qua Cicero uersatus est, quam Attica. Expulit hic Catilinam ex urbe, expulsum oppressit, Antonium proscripsit, leges & plebiscita, ut sancirentur hæc, illæ ut sancitæ abrogarentur fando tenuit, & quod omnium maximum in eo fuit maximeq; laudabile, tantum unius ingenio Romanus creuit sermo, quantum ductu & auspicijs omnium quos Rom. unquam ciuitas habuit, ducit creuerat imperium.

DE DECREPITA AETATE.
Caput VII.

De Dauide rege.

Sunt & aliæ senectutis laudes, sed nunc pauca & uelut flores leguntur, quod in reliqua uita fecimus, superest ut de extrema hominis ætate dicatur, quæ ab ijs uiuitur qui decrepiti uocantur. Plus in his honesti ocij q; negocij, ueneramur hos homines, nō miramur, inest & autoritas antea etæ uitæ præmium, quæ tanta in Dauide fuit rege, ut cum plures essent illi filij atq; ijdem grandes natu, legitimeq; orti, ipseq; Solomonem minimum natu, & ex aliena coniuge conceptum regem declarasset, tan-

tum abfuit ut quisquam uiuo patre sit aliquid mouere ausus, aut signum irati animi dederit, ut eoriam defuncto (neq; enim diu superfuit) regij nomen cum ipso regno inoffensum illi manserit.

De Israhel.

Fuerunt uirilis stirpis filij duodecim Israheli, est unus qui longè aberat, Iosippus pro amisso & deplorato haberi poterat, cæteri enim cū imperio patris iam decrepiti in Ægyptum ex Palæstina profecti essent, ut inde frumentū coemerēt, essetq; Beniamin in furti crimen deuocatus, fratres ad annonæ præfecti pedes prouoluti cum iuuenis supplicium deprecarentur, identidem testati sunt, futurum ut uno fratrum periclitante, cæteri extorres fierent, quando eam legem à patre accepissent, ut illo quoquo modo amisso omnes exularent.

De eodem Israhel.

Idem reuersi ex Ægypto, capularis senis (erat enim tū grandis natu Iacob, ut iam natura nō fatu ueretur) autoritate secuti, patrijs sedib; penatib; q; relictis cū patre & tota domo in Ægyptū migrauerunt.

De Mose.

Pulchrum certè fuit, nec uulgaris exempli in tantum filiorū gregem ad extremū imperiū tenuisse, in re præsertim ætate & desiderij plena: sed illud multo pulchrius, quod Moses iam æuo confectus, numerosum exercitū nō solū ad militare obsequiū habuit obsequentē, uerum etiā legum obseruantissimū, quib; in legitimæ ciuitatis speciē uniuersam gentem instruxit nō multo prius q; uita decederet.

De Aurelio Augustino.

Aurelius Augustinus cum iam nonagenarius esset, nō minus operose exercuit diuinari literarū studia, quam iuuenis media ætate fecerat, scripsit itaq; plura q; quisquam legerit, si uerus est Possidonius, is decipi eū opinione credidit, qui omnia quæ Augustinus scripsit, arbitraretur se legisse. accessit his (quod hominis uel felicitati uel sapientiæ potius assignari possit) autoritas tanta, ut nullius scriptis post Euangelicam historiam, Tarfensisq; Pauli, maior hominum consensus accesserit.

De Origene.

Sed q; Aurelij studia autoritate eminent, tantum nec minus Origene, scriptorū uarietate, huius sena millia librorū legisse se diuus Hieronymus scribit, uir uel maiore fide dignus, nunquā rē tantā ponere essem ausus, utpote uix dignā relatu, nisi tanti uiri intercessisset autoritas, auxerūt aliorū studia Bibliothecas, ac per partes compleuere, unus Origene ingenij felicitate Bibliothecam unam, quamuis ingentem implere potuit.

De Enoch propheta.

Age nunc & peruetustæ rei admonitu pertinax illud pietatis studiū, perpetuāq; Enochis censeatur cura, qui trecentū annos quibus uisus est in terris, semper sit celi numè secutus, ut diuinæ tradūt litteræ. Fœlix uita, & beatitudinis plena, semp ac uerè uitalis & in numinis comitatu, ppetuo boni particeps.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET
primum de Masinissa rege.

IN prophanis non unus insigniter uixit uel extrema etate, sexaginta regnauit annos Masinissa, rex populi Romani amicissimus, nonagenarius sine ephippijs equum ascendit, nudo capite pedibusq; iter fecit, procreauit & filij extremo uitæ tempore, & quod in eo maxime fuit memorabile, suprema ætate cōfectus cum opulentissimo Carthaginiensiu exercitu collatis signis prospero Marte dimicauit.

De Catone maiore.

Cato Portius Quiritium unus, octogenarius filij genuit tam uiuida senectæ, ut ne consenuisse quidē uideret-

uideretur. mira certè fuit tam intepesiua procreatio, sed illud æquè mirū, ne maius dicam, quod multis contrā tendētib; ualidis lateribus Voconiam legem Pop. suast, ingenioso adhæc argumento in difficili consultatione usus. Autor fuit Carthaginiensis è medio tollendæ, frequenti curia testatus tam uici nam habere Rom. Pop. inimicam urbem & hostilitiam moderatam, quam pomariū illud esset, unde decerpta erat sicus, quam recentè in mediū protulit.

De Isocrate.

Isocrates quarto & nonagesimo anno uitæ librū edidit, quem Panathenæicū inscripsit, superfuit opere annos quinq; fuitq; extrema ætas par suscepto labori, uiribus, iudicio, memoria, quæ omnia nisi illi abundè affuissent, nunquam in tantum æui prouectus tam serua scribere potuisset.

De Gorgia Leontino.

Leontinus Gorgias huius magister, qui centum & septem uixit annos, nec tamè tam longæ uis ab opere & studio cessauit unquam: hicidem cum ex eo quæreretur, cur tam diu uellet in humanis esse. Nihil est, inquit, cur adhuc ætas à me accusari possit. lucundus & optabilis uitæ cursus, cui tantus annorum numerus nihil abstulit, autoritatem uerò multo maiorem peperit.

De M. Furio Camillo.

Mar. Furius Camillus etate iam longè exacta, grauita & periculosa obiuit bella, nō minori consilio & constantia, quam cum integra fuit ætate.

De Valerio Coruino.

Pari uigore animi fuisse Valerium Coruinū, qui centum uixit annos, credere æquum est. interfuerunt enim anni sex & quadraginta à primo eius consulatu ad eum magistratum, quem gelsit postremo uitæ tempore.

De Phocione Atheniensi.

Memorabilius hoc in Phocione Atheniensi, qui quadragies quinque cum imperio præfuit exercitū: potuit gregarij militis uita illustrari, si quis tot stipendia fecisset, quo ille obiuit imperia.

DE INSIGNI UITÆ
exitu. Cap. VIII.

ABSoluta uideri poterat uita hominis, nisi homo plus nimio uiuēdi cupidus, ipsum quoq; moriendi tempus uitæ imputaret. tanta libi do est lucis huius propagandæ, quanto æquius iudicaturus, si dum infans est, dum ægrotat, dum luget, dum senex est & decrepitis, mortē id tempus nō uitam duceret: uerum quando tam tenax est lucis huius ambitiosa mortalitas, & ad seipsam circūscribendam ingeniola, placetq; hoc quoq; uitæ imputari, ex immenso exēplorū numero, pauca in fine libri huius referā ad insignē uitæ exitū pertinentia.

De Iesu Nazareno.

Mira quidem sunt, tamerū historica fide & astipulatione, multarum quoq; gentium recepta & illustrata, quod die Dominicæ mortis terra horrendè mota sit, sol sine physica deliquij causa obtenebratus, sepulchra sua sponte patefacta, quod sanctorū corpora surrexerint, quorum simulachra sint cum hominibus congregata: sed omnium illud maxime excellens, ac supra quàm dici possit arduum, quod tertio post die quàm cruci affixus erat Christus humanæ autor salutis, propria uirtute reuixit, obtulitq; se suis non uno loco uidentium tractandumq; etiam ut fides ijs accederet, quorum humana ratio non erat capax. Sed desinunt uideri hæc mira, dum in quo facta sint mens reputat: potuit omnia qui hæc operatus est, potuit quidem & uoluit, ne ad lusem oculis admotam caligaret humanum genus.

De Heliâ propheta.

Habet & illud non paruam admirationem, uixq; fidem inueniat, nisi ad celi prouidentiam omnia referantur. Heliæ prophetarum unus cum toto curru quo uidebatur, & cœlesti igne sublimis assumptus ex hominum oculis euauit: nec in terris est ab ullo amplius uisus, præterquam in Christi congressu: uiuit adhuc uitam, & ut fides recepta est humanis gentibus testis olim & uindex futurus.

De Io. Zebedæi filio.

Fuit & arbiter illius sacratis, congressus Io. Zebedæi filius, cui longo dein tempore non multū abfimilis contigit uitæ exitus. is cum undecentesimum annum ageret, frequenti populo in scrobem descendit, secundum aram maximā templi, resulsit locus subita luce, subijtq; tacita religio facti tam incredibilis Ephesinam ciuitatem, quæ maiorem in modū postea aucta est, ubi corpus nusquam apparuit. adjicitur miraculo fontem oleo scatenrem ibi repente ortū, qui iam inde arcano sacroq; liquore, tam longo æuo manare non desijt.

De Deipara uirgine.

Æquè memorabile est, quod de sacratissimo Deiparæ corpore tenet pro certo Christiana pietas, fuit se id post uirginis obitum celo illatum. oportuit sane omnis esse corruptionis immune corpus, nullaque humana labe contactum: nec uerò ulla (quod satis constat) eius sepulchri uestigia extant in terris, sepulchre corporis memoria, quæ priorum opinionioni repugnet.

De Catharina uirgine.

Catharinæ uirginis corpus, in terris est angelorū ministerio (ut fertur) in parte Arabiæ, ubi hodie uisitur miraculo collocatum. Syna mons diuæ huius conditorio illustratur, coliturque uirginem corpus uno insigniter loco, quod fuit prouidentia delatū. at uerò Deiparæ, omnes gentes omnibus terris colunt, tanto maiore ueneratione, quàm si unus aliquis in terris locus eius esset conditorū adeptus.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,
& primum de Romulo.

ROMulum (ut sua Ethnicis reddantur exēpla) Romanæ urbis conditorem, die quo trabearus sedit ad Capræ paludem iustraturus exercitum (casu an prouidentia non facile dixerim) fœda (quod inter omnes conuenit) tempestate orta, cum nimbus sedentem obtrexisset, qui in concione stabant, fuga & trepidatione dilapsi sunt: nec multo post, cum repete disserteret, sella uacua apparuit, nec ipse est ab ullo amplius in terris uisus.

De Alcmena Amphitryonis.

Tale phasma Alcmenæ Amphitryonis, quæ Thebani fuit Herculis mater, exitus habuit, aut certè non multum dissimile, si uera sunt quæ Græci scriptores de ea memoriæ prodiderunt: cum defunctæ corpus efferretur, repente euannisse aiunt, lapidēq; pro cadauere in lætica repertum.

De Cleomene Astypalæo.

Cleomenes Astypalæus magnitudine enormi fuisse traditur, cæterum temerario & furioso ingenio, quippe qui multa ediderit facinora maiore uis semper quàm prudentia: postremò literarium ludum ingressus, cum columnam, cui tota loci conagnatio incumberebat, temerè fregisset, subita conuulsus ruina ingentem puerorum oppressit numerum. requisitus ob eiusmodi noxam ad supplicium, in sepulchrum sese coniecit, operculumq; super-

superimpositū tenaciter contra uim reuellereniten-
tium aliquādiu tenuit, quo demū refractio nūquā
apparuit, sciscitanti oraculū Astypalæi hoc de eo car-
mē tulere: Vltimus herouū Cleomenes Astypalæus.

De Aristeo Proconesso.

Sunt & quæ de Aristeo Proconesso traduntur ad-
miratione digna, si uera est Græcia cui de omnibus
curæ fuit scribere: oppetijt is mortem in fullonia
taberna, quem plerique sub id tempus peregrē do-
mum reuersi, testati sunt se obuium habuisse Croto-
nem uersus proficiscentem.

M. ANTONII SABEL- LICI EXEMPLORVM LI- ber secundus.



QVI hominū à primordio rerum, unā
aliquam humanæ uitæ partē sint insi-
gniter sortiti, sobria exemplorū re-
latione priore est libro demonstratū:
qui sequitur, & ceteri deinceps, nō ut
ille, exēpla sparsim collecta continebunt, sed in cer-
tum ordinem & generatim digesta, in quibus pri-
mum sibi locum uendicant, quæ ad Ethicē perti-
nent. est enim hæc magistra uitæ: ceterum quando
& ipsa in suas diuiditur partes, ad eā quā Græca uo-
ce monasticen uocat, sequēs relatio accōmodabit.

DE CONTEMPTV DIVITIARVM.

De Mattheo apostolo.

Matthæus ex quæstuosissimo hominum or-
dine (erat enim publicanus) à paupertatis
magistro accersitus, grandem pecuniam reli-
quit, celestium rerum spem secutus. sed in nulla re
quæstuosior, quàm in paupertatis complexu, rem
terrenam & caducam contempsit, & quæ aut casu
aliquo amittenda fuerunt, aut in morte relinquen-
da: estq; tanto maiora adeptus, quantum ille uerita-
tis autor à quo uocatus est, omnes qui unquam fue-
re in terris, uirtute & sapientia antecelluit.

De Bartholomæo apostolo.

Reliquit publicanus aurum, fuitq; id hominum
opinionē magnū, sed illud multo maius, quod Bar-
tholomæus regio stemmate fulgens, piscatoribus
se æuari passus est: diuinarū rerum cupiditate ca-
ptus, contempsit ille diuitias, hic seipsum: ille scēne
rare desijt, hic regnare, quod tanto præclarior est ho-
minum opinione, quantū turpius & calamitosius
feruitatem feruire.

De Lazaro.

Minus fortasse miretur aliquis Lazarum, qui om-
ne patrimonium, quod magnificū & amplum pos-
sedit, post Christi mortem uendidit, pecuniamq; ex
auctione coactam ad apostolorum pedes proiecit:
dubium maiore pietatis, an grati animi affectu. Di-
lexit ille Christum uehementer, sed seipsum non o-
dit, qui per illum ad uitam reuocatus fuerat.

De Magdalena & Martha.

Par, ac nescio an maior etiam pietas in sororibus,
quarum hæc Bethaniam uendidit, illa Magdalū, un-
de cognomē traxit: grandiq; pecunia in mediū col-
lata, sese ad eum pietatis cultum expediuere, quæ à
ueritatis magistro domestica disciplina acceperat.

De diuo Gregorio.

Struxerunt Quiritium alij uillas, porticus, thea-
tra, aliaq; infana ædificia: Gregorius qui prius sena-
tor, dein Romanus fuit pontifex, non populari au-
ræ, sed pietati & sanctimonie addictus, sex in Sici-
lia extruxit monasteria, unū Romæ, in quem usum
uertit paternam domum: uisitur hodie locus in Cœ-
lio, cum uestigio uestustatis. Hoc ille sibi fabrefecit
Gymnasū ad exercendam pietatē, hic sacris opera-

tus est: omnia quæ habuit, pauperibus impedit, cal-
cauit terrena ut cœlum teneret: multa quidē
diligentius, sed plura omnino & meliora adeptus.

De diuo Nicolao.

Pari pietate censendus, doctrina licet & dignita-
te minor Nicolaus Pararæus Smyrnæ antistes, qui
amplum patrimonium per manus à patre acceptū,
pauperibus & egenis distribuit: in quo illud exi-
mium, atq; omni æuo memorabile: tantū auri alie-
næ domui occultē intulit, ut trium filiarū pater, qui
inuitus ob inopiā inuitas prostituerat, auri abūdas
factus, honesto puellas matrimonio locarit. Fuit
hoc non solū inopiæ consulere, sed muliebri etiā pu-
dori, cuius iactura est omni egestate calamitosior.

De Benedicto abbate.

Missus Romam ex Nursia studiorum causa à pa-
rentibus Benedictus, monasticæ uitæ ex Christianis
primus autor: urbē illecebrarum plenā cum stu-
dijs reliquit, in solitudine esse maluit, quàm cū ter-
renæ sapientiæ affecta: oribus desipere: eius familia
hodie latē patet, celestium contemplatrix magis,
quàm studiorum cultrix. Sunt & hæc curæ eorum
plerisq; uerum magis se proficere autumant in fru-
enda luce, quàm quærenda.

De diuo Gallicano.

Facile est priuatæ fortunæ renuunciare, sed ab ho-
norum fastigio culmineq; diuitiarum sponte dece-
dere, arduum & difficile, in quo genere nō parum
cōsecutus est laudem Gallicanus, qui Romani dux
exercitus post Thracas, Dacos & Scythas bello do-
mitos, Constantiam Constantini principis filiam sibi
matrimonio locatam ac bene conuenientem, cum
immenfis opibus reliquit, Christianæ pietatis cul-
tum complexus. Desijt itaq; Cæsaris gener esse, fa-
ctus est Christi miles, fuitq; illi multo salubrius cœ-
lesti militiæ subesse, quàm Romanæ præesse.

DE ETHNICIS EXEMPLIS.

Ferunt & in prophanis gentibus, sed oppidō
pauci, qui nō tam pietatis studio, quàm doctri-
narum & honesti cupiditate, diuitias, quas cæ-
teri tantopere sitiunt, fortiter contempserint.

De Democrito physico.

Sed nullus maiore animo id fecit quàm Demo-
critus, qui non modō cætera aspernatus, sed lumi-
nibus etiā se priuauit, ut intentius omnia cōtempla-
ret. Dignus sanē qui plus unum uiderit, q̄ uniuersa
Græcia: nihil est in toto opificio naturæ, de quo (ut
præclare de eo scribitur) nō fuerit illi curæ scribere.

De Anaxagora.

Magnum & Anaxagoræ exemplū, qui sapientiæ
amore captus ut expeditior ad eam accederet, cam-
pestre prædium ad compascui usum suis reliquit ci-
uibus, cætera domesticis partitus est. & ille hoc af-
fectu ad philosophandum fecit sibi aditum, estq; fa-
cile expertus sublimi uir ingenio, nihil his quæ con-
temperat sibi opus fuisse, ut prædicere posset quan-
do saxum esset è cœlo casurum. Rogatus hic idem
aliquando, ad quid natus esset? Vt cœlū, inquit, spe-
ctem. De patria appellatus, ceu parum hæc foret ei
curæ: imò hæc curo respōdit, digitū cœlo intendēs.

De Phocione Atheniensi.

Phocion Atheniensis omnium optimus, nihil o-
mnino habuit, & quod plus certē fuit, nihil habere
uoluit: misit illi dono Alexāder ex Persica gaza bel-
lo parta, magnū auri pondus. tum Phocion ijs qui
id attulerat, Dicite, inquit, quid secutus rex uester,
me unum ex omnibus Atheniensibus dignum ta-
li iudicauit munere? responsum est, Quoniam te
omnium Græcorum optimum arbitratum: Sinitē i-
gitur me eum esse, inquit Phocion, quem ille autu-
mat. Credidit homo continentie amicus, nec bonū
esse

esse uirum nec haberi oportere eum, cui liberā ciui-
tate nato, regium sit aurū curæ. Magnus quidē Ale-
xāder, sed Phocion maior, qui cum pauper esset, tā-
tum munus cum muneris autore contempserit.

De Curio & Fabritio.

Quid Curius & Fabritius? (nam Rōm. ciuitas
huiusmodi abundat exemplis) qua eos indole,
qua continentia fuisse credi æquum est? quo hic
Pyrrhi aurum cum parte regni, ille preciosissima
Samnitum munera alpernatus est, uterque paruo
contentus, his sanē moribus creuit Romana ciuitas,
luxuria & auaritia concidit.

De Valerio Publicola.

Ter ex hostibus uictis triūphauit Valerius Publi-
cola, fuit idem Romanæ libertatis uindex. Cæte-
rum tam pauper decessit, ut publico sit sumptu fu-
neratus, quoniam domesticum non potuit, in dubita-
to argumento reipub. domi forisq; continenter &
sanctē administratæ.

De Paulo Aemilio.

Quantus demum in Aemilio Paulo diuitiarum
contemptus, quanta in imperio fuit abstinentia?
Aurum Persæ Macedonum regis à se uicti, &
quem ante currum egit, non modō non attigit,
sed ne uidere quidem uoluit, nullo unquā bello ma-
ior ex hoste præda parca est. Nullus imperator ma-
ius continentia præbuit exemplum, uoluit uir con-
tinentissimus nō solum sine crimine esse, sed abesse
etiā ab omni suspitione criminis, quod illi, nisi ocu-
lis temperasset, uix contingere potuisset.

DE SOLITARIA VITA.

Cap. II.

Nihil est animum meditationi tā aptū quàm
solitudo, hoc securi uidere possunt hi, qui in so-
litudine cōcessere præcipuē, non quod homi-
num societatem effugerint. Nulli hominum inno-
centius uixere, nulli magis cœlo familiares.

De Helia propheta.

Helias prophetarum unus in solitudine ad tor-
rentem Charith, circa Iordanis fluuium coruorum
ministerium cibatus est.

De Io. Zacharie filio.

In eremo Io. Zachariæ filius clamare & testari diu-
non destitit, ut pararet homines uiam Christo, re-
ctas faceret eius semitas, per quæ omnium qui
omni memoria fuerunt post eum cui parabat uiam,
iusticia & sanctitate princeps iudicatus est.

De Paulo eremita.

Vnus Paulus Thebæus inuitus uideri potest so-
litudinem petijisse, qui Decij & Valeriani sæuitiam
fugiens, sedecim annos natus è medio excessit, fuit
mox annos septem & nonaginta in eremo, quantū
aliorum nemo, speluncam habuit in inferiore The-
baide, palmarum fructus ab initio esitauit, annos
dein sexaginta dimidiatū panē quotidie illi coruus
ministravit, aquā bibit, nudum alioqui corpus pal-
macea textit tunica, nunquā post discidium hominē
uidit præter Antonii, qui supremo uitæ die illi af-
fuit prouidentia, ut credere par est, non casu.

De Antonio abbate.

Fuit in hoc qui Paulum sepelijt, maior quedam à
principio solitudinis cupiditas, quippe qui sponte
sua non metu subactus, in eremum profectus uice-
nos annos absuit pane & aqua contentus: fit inde
abbas, sed cū locus in dies magis celebraretur, mul-
titudinem pertectus in desertum remigravit, tenuit-
que locum, qui è cœlo est illi designatus.

De Hilarione.

Hilarion à prima adolescentia deserta Syriae in-
gressus, quadriennio pluuias & omnē cœli in tēpe-
re arcuissimo à se tugurio arcuit, iunco & caricibus

contexto, inde denos annos arcta pressaq; usus est
cellula, sepulchro multo quàm domicilio priore.

De Onophrio Anachoreta.

Est & Onophrij solitudo ad posteros nobilitata,
is monasterio digressus adeo in deserta & deuia sese
illatebrauit, ut sexaginta annos nūquam hominem
uiderit, promissior capillus uestiebat superiora cor-
poris, uestiebat & barba, uerenda folijs & arborum
cortice tegebantur. Ter denos annos herbis & sylue
stri bacca uixit, meruit austeritas uitæ premio leua-
ri, celestisq; nunciij, extremis temporibus panis di-
mediatus & aqua supernē aderat, quoties à ieiunio
reficiebatur. Paphnuphius abbas in eam solitudinem
progressus semiferum se hominem uidere ratus, ex-
timuit primò eius cōgressum, inde benignè affatus,
ac mox paulò quàm uiderat, sepelijt.

De diuo Hieronymo.

Ferunt Hieronymum Stridonensem Christianæ
pietatis lumen, & propugnaculum ingēs, dicere so-
litum, oppida & urbes, uideri sibi terros carceres, so-
litudinē paradysum, putes eum sensisse quæ dixerit,
quippe qui retorridum Syriae solum scorpionibus,
& feris infestum sacco amictus, humi cubans, aqua
& herbis uictitans, Romanis prætulit delicijs.

De Maria Magdalena.

Sunt & fœminis sua exēpla: Magdalena Lazari so-
ror, triginta annos in eremo fuit, nec interim homi-
nem uidit, aut ipsa ab ullo uisa est, cibus illi non hu-
manus, sed celestis eo que suauior quo maiore gra-
tia datus & acceptus.

De Maria Aegyptiaca.

Pari profectu nobilitata est Aegyptiacæ mulieris
solitudo, huius nunc dictæ cognominis, uisa est mu-
lier olim uulgati corporis, sed quæ postea in solitu-
dinem abiit, à Zoizimo uiro sanctitate insigni, dura
fortē orationi esset intēta, sublimis à terra liccis plā-
tis Iordanem transgredi. Res mira & omni quo me-
moranda, sublimi in cessu fertur eremi cultrix, quæ
cum prostraret, uix à terra ferebatur.

DE EXTERNIS EXEMPLIS, & primum de Timone.

Est & ab alijs gētibus solitudo decreto petita,
sed ut à pietatis cultoribus uno duntaxat con-
silio, & ob id ad profectū maximè idoneo, ita
illis non una omnibus fuit causa è medio discendi.
Enimuerò Timon ille Atheniensis nō religione, non
cœlestium rerum indagine adductus, solum esse uo-
luit, sed prauo quodā affectu rigoreq; naturæ, omni
hominum commercio sibijpsi interdixit, is domici-
lium sibi in agro Attico parauit, ut hominum con-
gressum fugeret, uixq; unus Atheniensium Pœantus
ab eo admittēbatur, qui cum super cenā ioculariter
dixisset, Nōne satis pulchrum hoc conuiuium Ti-
mon? Pulchrum quidē respondit, sed adhuc pul-
chrius futurum, si Pœantus non adesset.

De Heraclito Ephesio.

Heraclitus Ephesius uir magno alioqui ingenio,
suorum ciuū tēdio ad phantum Diane primo seces-
sit, ubi aliquando irrisus quòd cum filijs luderet a-
stragalis, Malo hoc, inquit, nam utilius est id facere
quàm rempub. uobiscū administrare: abiit in de ho-
minum odio in montes, herbarū & aquæ uictu con-
tentus, ferarum ritu soliuagus.

De Diogene Cynico.

Habitauit Sinopæus Diogenes in Cranio extra
Corinthum, qui tamen studijs ocium quæsiuisset ui-
deri potest, declinauit tamen sedulo hominum con-
gressum, pallioq; & pera contentus, sic quoq; felicis-
simus ab Alexādro rege iudicatus, qui eū in Cranio
uidit, ut Diogenē se esse optarit, nisi Alexāder esset.
ipse Cynicus haud dubiè regē multò se inferiore
iudicauit, cui ad se uenienti ne assurrexit quidem.

BBB De Numa

De Numa Pompilio.

Numa Pompilius priuatus adhuc in agris plurimum fuisse traditur, deorum lucis & nemoribus ambulans, omnis humani cultus negligens, procul ab omni concilio conuentuq; mortalium agens, unde opinio illa orta, familiariter eum Ægeria esse usum nympharum itaq; odium hominum, sed religio quædam discendiq; cura secretum illud Pompilio pepetit, uirtutis opinio regnum astruxit.

De Antonio Triumuiro.

Sed quàm honestam Numa Pompilius habuit causam, tam calamitosam & pudendam Antonius, qui Triumuir cum Lepido & Octauius fuit, is Actiaca clade fractus, posteaquam in Ægyptu reuersus est, tædio & pudore presentium rerum Timonis uirã sibi instituit, solus extra Alexandriã uicturus, sed Cleopatrarẽ illecebrã breui ab eiusmodi uitã instituto reuocarunt.

DE VIGILIIS, SOMNO ET STRATO.

Cap. III.

Omnes mortis frater est, ut Hesiodus & Homerus scribunt, Strygẽ paludis amator, omnia in eodira præter quietem, quæ nisi & ipsa modũ tenear: non tam suauis est blanda lassus, quàm eã longius fouentibus tristis & calamitosa.

De Euagrio abbate.

Hæcne longior suis fratribus contingeret, auerteretq; mentem à cultu pietatis, ad uoluptatem, in eremo cui Euagrius abbas præfuit, omnes qui in eo fuerent, sedentes quietem capiebant, certo quodam instituto, ut multò uerius filij lucis dici potuerint, quàm tenebrarum.

De Hilarione & Anachoretis quibusdam.

Hilarion in eremo nuda humo stratoque iunco quoad uixit, quietis causa decubuit. Dallumio nuda terre facies lecti usum præbuit in solitudine ægiti, nonnunquam etiam muricibus substrata. Onophrius nec lectum habuit ullum, nec certum in quo consisteret locum, ubi nox cum diuinis uacantẽ op præfisset, pro lecto tugurioq; fuit illi locus.

De diuo Arsenio.

Age nunc & quàm parcus somni fuisse uideri potest Arsenius diuinarum rerum studio, & ob eã rem non indignus, qui in diuorum fuerit numerum relatus. Solitus dicere est, satis uideri oportere monacho, si una ad quietem hora contingeret.

De Bernardo abbate.

Nec multũ huic ab similibus Bernardi abbas uox illa, dormierẽ monachum Deo mortuũ affirmatis: & illud quidem huius est, parum religiose monachum dormire, cuius quiescẽtis stertitus audiretur.

De Germano & Martino antistitibus.

Nisi idem persuasum habuissent Germanus Antistidorensis, & Martinus Turonensis, nunquam hic sibi lectum cilicio strauisset, ille cinere & sacco: non lectum, sed lectum dicerem ubi iacentis suspiria & gemitus, non ronchi exaudirentur. Difficilis est terram spectantibus uia, quæ ad cælum ducit, sublimia perentibus prona & facilis.

De diuo Innocentio.

Docebat Innocentius ex Calagoritani Dominici familia passim, cultũ pietatis Euangelico testimonio, uerũ diurno labore fessus fermentis lassum corpus ad altã noctem reclinabat, sed cum mollius uellet, paleas substernebat, cum mollissimẽ sacco.

De diuo Bernardino.

Durius adhuc asperiusque Bernardinus Senensis Francisci Asistatis abstinentiæ & laboris nõ minus æmulus quàm professionis cultor, nudo paupamento ut erat tunica amictus quietem capiebat, tãsumq; interim aberat, ut calcitrã aut uestem stragulam desideraret, ut lecti etiam nomen tanquam dirum & exitiale auerteretur.

De Paula Ro. muliere.

Vendicat & muliebris pietas in hac relatione sibi locum. Paula Ro. mulier patricia domo orta clarisque natalibus, lumen uerę pietatis complexa, uel cum febre laboraret, humi in cilicinis stragulis affectum corpus reclinabat.

De Othilia.

Nec minus retriçẽ Othilia corpus afflixit, uersina pelle pro stragula usa, pro puluino, muricosa lapide. Monasterij hæc, quod in Bauaris uisebatur, montibus sacerdos fuit maxima, sed fororum omnium abiectionissima & esse & uideri uoluit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,

& primum de Diogene.

Verunt Ethnicorum pleriq; somni & quietis parcissimi, qui omnẽ uoluptatis illecebrã aspernati, per laborẽ & continentia uitam transegerunt: sed hi nõ celestium affectu ut nostri, sed sapientię studio, aut Reip. causa se ueriori sese addixerunt uitã. Enim uerò quid Sinopgo illo Diogenæ aut cultu neglectius, aut uictu despiciat, aut cubatã durius habuit unquam uita hominum? pallio ditaxat uno usus est, cætera nudus, oleibus & pane contentus, humi iacens somnum capiebat: aut cum mollius, in dolio, deditque hæc ille non pietati, sed naturę, ad quam omnia referebat, quicquid illa polceret, id ius fasque esse ratus.

De Aristotele Stagirite.

Tantum abfuit ut Aristoteles excellentẽ uir ingenio, somno & quieti indulsisset, ut nocturnis lucubrationibus ænea pila usus dicitur, cui altera manu compressa labrum subijciebat, ut si longa uigilia fatigatus obdormisset, strepitu cadentis pile expersceretur. pulchrum hoc & conducibile, quia disciplinarum studijs datum, sed multò id pulchrius & ad salutem aptius, si per uigilium illud sibi celestium rerum meditatio uendicasset.

De Annibale Barchino.

Cubabat humi Barchinus Annibal adolescẽs ad huc inter stationes militum, quanquam imperatoris filius, militari sagulo cooperitus. Verũ durior ille cubatus nõ ad pietatem, sed ad futuram feritatem: non ad continentiam, sed sæuitiam spectabat: non pietas illi curã esse, sed immanitas, ut satius fuerit ei dormire, quàm per hæc bellum, sibi & patriæ calamitosum meditari.

De Scipione Africano.

Nec maiorĩ Africano pietas curã fuit, quàm ciuium de se opinio, cũ antelucanis horis, adolescens Capitolium ascendebat, a sidebatq; solus Ioui, uel uerius dæmoni, futuras hostium strages & excidia Carthaginis animo uersans.

De Endymione.

Endymionis pernox cura res uetustior est postarum fabulis adumbrata, fuit tamen syderis obseruatio illa, non pietatis: creatæ rei, non creatoris cura.

De Prometheo.

Talis quidẽ & Promethei cruciatus obscura uerborum ambage ad posteros traditus, ridet Caucasus mons Græcorum mendacia, ridet & Latmius æliæ curã & non supplicij uterq; testis.

DE VARIO PRECANDI RITV.

Cap. IIII. De Mose.

Acuit Moses quadraginta diebus noctibusq; ad conspectum numinis prostratus, unũ identidem peres, ne populus quem in libertatem uindicasset, quia alienigena cultu aberrasset, excidio dederetur, magna & longa quidem deprecatio, sed affectus

ctus maior, per quem tanta uis mortalium alioqui peritura, unius fuerit precibus condonata.

De Dauid rege.

Dauid rex septies interdũ preces ad Deum fundebat, quẽ canonicis horis numerum militaris representat ecclesia, nec prophetarũ ille summus tantum creditur opus esse precibus, sed deprecãdi numinis etiã formã demonstrauit. De precatus sum, inquit, toto corde meo: cætera suum habet carmen.

De Salomone.

Imitatus est Salomon paternę pietatis & sapientiæ hæres, uehemens precum genus in patre, Precatus sum, dixit, Deũ omnibus precordijs meis. toto enim corde rogandus est, toto diligendus.

De Daniele propheta.

Ex coenaculo desideriorum, uir Daniel fenestris ea parte patentibus, qua Hierosolymis erat obuersum, ter quotidie stans horis genua demittens, cœli numen adorauit.

De Tobia & filio.

Tobias lachrymis lucẽ quã amiserat, recuperauit, cuius filius paterno nomine tres dies noctesq; cum cõiuge in diuinis perseuerauit, cõiugali thoro operã daturus: is quia periculo seruatus esset, ille quòd uisum recepisset, in faciem procumbẽtes, tres horas prostrati iacuerunt. Deo seruatori piẽ gratulati.

De Christo.

Christus rex & doctor humani generis, spem, fidem, charitatem tribuit ritẽ precanti: exemplo præterea docuit, quo statu sit corporis supplicãdum, si quidem nunc prociðes in faciem, nunc flexis genibus patrem adorauit, ut euangelica prodit historia, signauit & locum. notum est illud: Domus mea domus orationis uocabitur. Vesper ad hæc, ne tempus in dubium ueniret, montem conscendit, ubi ad lucem perpeti oratione, perseueranti, præcepit sapientia illa celestis optima quæq; & quæ præcepit, suo exemplo confirmauit.

De Bartholomæo apostolo.

Bartholomæus qui huius fuit discipulus, centies quotidie submittẽs genua adorabat, nec minus frequens nocturnis supplicabat horis, quem precandi modum Apollonius abbas postea præclare retulit.

De Isaac Syro.

Peregrẽ olim uenisse fertur Spoletũ in Vmbriam Isaacus Syrus, ab initio monachus, abbas deinde factus, impetratq; ad preces emittendas loco, totũ triduum genibus innixus in precatone perseuerauit, & ut res erat difficilior opinatu, eo suspectior esse cepit spectantibus, ceu igitur sanctitatis ostentator, non deprecator, percussus est à quodã contemptim, nec celestis ultio multum dilata est, sed confestim percussor à dæmonibus exagitari ceptus est, haud dubiẽ periclitaturus, nisi os illud quod impia nuper manus perstrinxerat, tempestiua precatone auxilio affuisset.

De Anna Helcana.

Anna Helcanæ uxor immodico numinis adorandi ardore, ut temulenta & insana in templo increpita est à sacerdote.

De altera Anna.

Fuit altera huius nominis mulier in eadẽ gẽte sanctitate insignis, uiduę cognomine à priore discreta, hæc nõquam templo egressa est, ieiunio & precibus indefesse operata.

De Sarra Rhaguelis.

Et totũ triduum Sarra Rhaguelis filia perpeti precatone consumpsit coenaculo inclusa, quo pietatis affectu, post multa uirorum funera, stabile & mansurum connubium fortini merita est.

De Deipara Virgine.

Sed quo te ore referam ingens cœli decus, spes læ

bentium Deipara uirgo? Cuius uitam nullus unquã satis laudare potuit, ferunt te postea quàm ad templum tenerã adhuc ætate ducta es, à prima luce ad horam tertiam diei precari solitam, inde ad meridiẽ honestẽ & ingenuẽ, puellare aliquod opus obire, atque id serium & conducibile, mox reliquum diei diuinarum literarum lectio sedulo impendisse, ita ut cum ritẽ sancteque celestia curares, humana non omnino despiceres, Marthę & sororis utrinq; munus complexa.

DE ETHNICIS EXEMPLIS.

De Anchise.

Anchises, ut poëtica fides his adijciatur, ostentato commotus, quod circa Afcanium fieri contigit, nocte illa qua Ilium est à Græcis excisum, Iouem precaturus manus & oculos ad cœlum extulit.

De Aenea.

Æneas huius filius, in tẽplo Delij Apollinis cum his qui aderant in terrã procubuit, cæterũ in Creta noctu apud deos penates patrium morem imitatus, supinas manus & oculorum aciem in cœlũ ablegauit, deos rogaturus.

De Didone.

Nec Dido uno orasse modo traditur, quippe quæ hospitalem Iouem propitiatura uinum leuiter libauit, mox alibi arã tenens manibus orationẽ peregrit.

De Ro. mulieribus.

Accidit sæpius ut Ro. rebus bello accisis cum nouus terror ab hostibus impenderet, Ro. mulieres pacem malorum petitura, solutis crinib. templorum pauimenta uerterent.

De Africano maiore.

Scipio, qui primus tulit Africani cognomen, noctu Capitolium solus ascendebat, adoraturus deos: ut uerò quidam autumat Iouem cõsulturus, in quo subit illa reputatio admiratione digna, nõ quam cũ tamet si antelucanus locũ adiret, à canibus arcis custodibus allatratum.

DE PRECVM EFFECTV.

Cap. V. De Mose.

Vit igitur precandi numinis ratio non tina in omnibus, nunc eius rei effectus dicendi: ut ex eo intelligi possit, uoces, & uota hominum à summo usque cœlo exaudiri, extantque uirtutis huius tam multa quàm uaria exempla, ut in nulla sui parte plus se miretur humana pietas. Jam enim uel ex hoc quòd dixi, satis exploratum est cœli numen hominum preces non aspernari, si pio ore proficiantur, esseque omnino providentiã cui mortalia hæc curã sint, si quidem Mose precante, paucis diebus uniuersa Ægyptus uarijs est cladib. affecta, rursus presentib. malis sæpius leuata eo deprecãte, ut tũ maximẽ credi possit, cœlũ & quicquid in cœlo est numinis, unius uiri precibus uacasse, ut gens una uerã pietatis cultrix in libertatem assereretur.

De eodem Mose.

Eodem precãte tollẽteq; ad cœlũ manus, Israëlitę acie dimicantes nihil obscure meliores fieri p̄speriusq; pugnare, cõtrã interpolata precatone haud dubiẽ succubere alienis. Itaq; innixus uulnẽ dux pietatis simus peperit suis uictoriam perpetuo supplicatu.

De Helia propheta.

Tres annos & menses sex, nunquam è cœlo pluit Helia precibus, elicit idem precãdo tam salubrem quàm optatum imbrem. quid celestis illa flamma in auxilium, nõ in ultionem implorata, qua omnes ad prophetam uiolandum, ab Ochozia misĩ, atrociter extincti sunt? estque simul Helias seruatus, simulque & pietas uindicata.

De eodem Heliseo.

Jordanis aquam (quam do circa omnium fluuio- rum unum nō una miraculorum species inclaruit) idē Helias pallij iniectū, sibi & Heliseo parere præ- ter naturę ordinem docuit, dum pedibus ab una ripa ad alteram peruadunt.

De Heliseo propheta.

Apud Hiericentem letiferæ fons aquæ, Helisei precibus salubris est factus, sterilitas in feracitatem uersa: ferrea securis in Iordane fluitauit, defunctus reuixit, tanto uox senis unius fatidici, quam cæte- rorum fuit hominum cælo acceptior.

De Iosue duce.

Nec piorum fuit quisquam omni hominum me- moria audacioris uoti fidens, aut impetrari magis cōpos, quā Iosue Israëliti dux populi, cuius pre- cibus sol & luna, atq; ipse adeo mundus stetit im- mobilis. diuinæ literæ indicant, non antea pōtue longiorem diem terris affulisse.

De Ezechia rege.

Fuit Ezechia precatio euentu memorabilis, qua cælo recepta C. LXXX. milia Assyriorum in Sena- cherib castris, sunt nocte una diuinitus percussa.

De Iuda Machabeo.

Quin & Machabæi Iudæ, non tam bellica uirtus (quāquam ingens in eo fuit) quā precum uis (ut credere æquum est) toties de hostibus triumphauit, nemo enim supra uires tam prosperè pugnaui un- quam, quod sine numinis fauore, nulli contingere potuisset, nunquā humana uis maior est, quā cum Dei uirtus homini accesserit.

De Iona propheta.

Potest sanè mysticum uideri, quod in Iona pro- pheta euenisse proditum est. Cæterum marine be- luæ uisceribus receptus, cæli numen inuocauit, & seruatus est.

De Christi apostolis.

Sed quid attinet tam uetera cōsectari? sunt enim & recentiora exempla. Nullus uerè Christi aposto- lus fuit, qui non precum uirtute mortuos suscita- rit, aut familia sit operatus, numine precibus exora- to: sic & qui martyres dicti sunt, sic omnes qui diuo- rii numero ascribuntur, ut in nulla re alia indulgen- tius, cæli omnem humanam fouerit pietatem, nihil in quo priorū sanctitas sit & meritū magis illustratū.

DE ETHNICIS EXEMPLIS.

De Romulo.

Sunt & extrarijs gentibus aliqua exemplorum documenta, ad hoc pertinentia, sed hæc ipsa ma- lorum dæmonum prælagijs, permixta; uerius, quā nutu numinis edita. Romulus Sabino bello, quod circa Capitolium palatiumq; gestum est, cum turpem suorum fugam, quodam prælio sistere non posset, Statori Ioui ædem uoto nuncupauit, si fu- gientibus suis merum ademisset, sisteretque Roma- num aduersus hostē, qui à tergo uictor instabat. uix bene preces effuderat, atq; illico factus est uoti com- pos, restituta enim acie non tantum æquata est pu- gna, sed ad Curtium usq; lacum Sabinus, qui uictoria exultabat, est cum cæde & strage repulsus.

De Numa Pompilio.

Quid Numa (successit is Romulo ex Curibus Sa- binis in regnum accersitus) quā efficax illius pre- catio, aut quā audax, quæ cælo Iouem elicit, uel certè elici posse arbitrata est? res (quod satis cōstat) non solum credita, sed ab alijs etiā tentata. Tullus enim Hostilius, qui post illū regno potitus est, quia parum scitè id sacrum obijisset, cum tota domo ful- minis est igne concrematus.

De Tullo Hostilio.

Potuit Tullus mitiore precatione cōtentus esse,

uel quali Fidenati bello fuit usus, qui cum ad Tybe- ris & Anienis confluentem in Fidenatēs & Veien- tes aciem direxisset, cognita Albanorum ad hostes defectione duodecim Salios uouit Marti, extititq; confestim uictor exercitus, qui pro uicto iure habe- batur, iam spe & uiribus impar hostibus factus.

De duobus Decijs.

At uerò in nulla magis parte precationum uis e- uidentius apparuit, quā in Deciorum deuotione, quorum uterque patriam uictoriam occasu suo pe- perit; pater siquidem ad Velerim Campaniæ, Lati- num hostem iam uictoriæ imminet, uincēdum mirabiliter præbuit suis, filius in Sentinari Gallum & Samnitē Ethruscis additis occisione occi- dendum collegæ Fabio reliquit. Cæterum aut nihil, aut perquam parum patris, filijque deuotio ad ui- ctoriam contulisse uideri poterat, ni Pontificum solennes precationes adiectæ essent, secundum quas formido & fuga est hostibus iniecta, Romano ui- ctoria parta.

De Tuccia Vestali.

Maius adhuc pietatis imitamentum (nam pieta- tem quis dixerit malorum dæmonum cultum) in Tuccia & ipsa quidem Vestali extitit, dubium ma- ior sceminæ in eo fiducia, an dæmonum obsequiū, iussa dicere causam, crimenque diluere, quod ab ac- cusatore intendebatur, Vestam precata est, ut si cas- tæ sanctæque eius sacris ad id tempus operam dedis- set, propositum teneret: hoc tantum precata est, si- mulque ad ripam fluminis progressa multis comi- tantibus, ut rei euentum cognoscerent, cribrum fluuiali aqua plenum, ad Pontificum conspectum (quorum ea cognitio erat) detulit. adijciunt hæc miraculo, accusatorem attrētè requisitum nusquam apparuisse amplius.

De Claudia Vestali.

Pari miraculo illustrata Claudia, eiusdem cari- moniæ cultrix, cuius liberior uita cum calumniam incurrisset, ut eam hominū animis opinionem, ma- gno aliquo testimonio eximeret, facinus adorta est: plus admirationis, quā fidei ad posteros habitu- rum: nauem qua deorum mater uehebatur, Tiberi- no uado hærentem, Vestam prius suppliciter pre- cata, cingulo alligat, mox eam remolita est, traxisq; aduerso flumine, quod pars Ro. ciuitatis, post mul- tos & uarios conatus nequiuerat.

De muliebri fortuna.

Quæ de muliebris Fortunæ & Iunonis reginæ af- fatu prodita sunt literis, magis speciosis sunt deco- ra fabulis, quā quod facile fidem inueniant: cæte- rum in quemcunque euentum relata sunt, circum- fusæ multitudinis precibus, malos dæmones affu- se credere æquum est, ad quorum præstigijs om- nia, quæ altera parte huius capitis continentur, me- ritò referuntur.

DE CONTEMPLATIONE ET meditatione solitaria.

Cap. VI. De Mose.

Moses prophetarum omnium cum uetusta- te, tum sapientia princeps, dum diuina intrin- tibus contemplatur, rimaturq; uniuersi origi- nem, pertinaci cura assecutus est, quæ de mundi ori- gine, & proxima originibus scripsit, necius magis piè an feliciter: est enim pars hominū illi multò ma- xima in re non parua perpetuo consensu astipulata.

De Dauid rege.

Fuit hic (cuius nunc memini) eorum quæ præ- cefferat, suprā quā dici possit mirificus autor, sed tam me hercule, nec minus Dauid rex futurorum præcius, arguit planè fatidicam eius mentem non unius carminis ex multis milibus, quæ scripsit in- dubitatus

dubitatus euentus, cæterum quod ad cælestium cu- ram attinet, quantum intentione meditatione pro- fecerit, uel unum carmen præclare significat: Mani- festasti, inquit, mihi incerta & occulta sapientiæ tuæ, cum interim ille cæli numen alloqueretur.

De Petro apostolo.

Ascendit cœnaculum Petrus Bariona, ad horam sextam diei, spectansq; sursum uersus precabūdus, apparuit ei in cælo phasma, in quo uas imaginatus est se uidere scedis alioqui animalibus refertum, sed quæ Deus expiisse diceretur. arbitrati sunt diuina- rum rerum interpretes ad Barionę munus id perti- nere, per quem humanæ gentes quæ in malorū dæ- monum mancipio tunc essent, euangelicā prædica- tionem in gremium nascentis ecclesiæ accerterentur.

De Paulo apostolo.

Paulus Tarsensis, qui, difficile dictū est, acriōne fuerit ab initio Christianæ hostis fidei, an uindex postea, & assertor, dum pertinaci & intentissimo co- naru cælestia rimatur, ad tertiū usq; cæli animo & mētē raptus est, dubiū an & corpore, uidit (quod sa- tis constat) quæ ne fari quidem licet homini, ne- dum cernere.

De Io. euangelista.

Quā sagax adhuc fuisse credēda est, quā cælo propius admota meditatio illa Pathmica Io. Zebe- dæi filij, per q̄ & uidere potuit, & audire totū illud arcanū in Apocalypseo librū cōgestū, opus arduū, sublime, aditu difficile, ac Delio naratore dignum.

De Aurelio Augustino.

Adijt mulier quædā obscuri nominis, Aurelium Augustinū in secreto sedentem, cæterum profundę meditationi intentum, stetit illa coram de re (ut cre- dere æquū est) graui ac seria, pium sapientemq; an- tistitem cōsultura, ac nō nihil effata: quoniā nullum dabatur responsum ad ea quæ dicebātur, incōsulta abiit, sibi & antistiti irata, tuā credere humilitatem contēptū fuisse, post die reuersa incidit in eū sacris operantē, cæterum spiritu abrepta, uisa est sibi cer- nere Augustinū de Trinitate differentē, ac simul ar- cana uoce doceri se arbitrata est, non neglectā fuisse se ab humanissimo antistite, sed nō animaduersam.

De Thoma Aquinate.

Quid Thomas Christianæ pietatis propugnaci- lum, assertorq; ueritatis acerrimus? an cum multum diuq; animo pederet, impensiusq; diuinam cōtem- plaretur naturam, non mirificè attolli librariq; su- pra terrā cubitali altitudine obseruatus est? Seque- batur corpus tametsi graue & onerosum, potiorē hominis partem, quæ cælo amica est.

De Francisco Assisate.

Sed uix ullius unquam hominis cōtemplatio mā- iorem sortita fuit effectum, quā Frāncisci Assisatis, qui Dominicę passionis argumenta, quæ animo in- scripserat, manibus & pedibus representata cum la- teris stigmatē insigniter tulit.

De Maria Magdalene.

Mira hæc, sed quæ de Magdalene scemina, in pri- mis memorabili prodita sunt literis maioris adhuc admirationis, hanc in solitudine stantem quotidie stans horis angelorum ministerio in cæli attolli so- litam, commoratamq; ibi diutius, quā mortalita- tis necessitas pateretur.

De Maria Aegyptiaca.

Altera huius nominis mulier cognomento Egy- ptiaca, cuius uitæ mollitiem fregit eremi asperitas, cubitali altitudine inter precādum sublimis à terra in uacuo pendere uisa est.

De Helisabete regis filia.

Helisabeth à rege orta, ab alienata mente statua- similis stare solita est diu immobilis, cum intentius preces funderet.

De Clara diuini Francisci sorore.

Iacuit à cœna Domini ad resurrectionis diem de- fectæ similis Clara, Francisci Assisatis soror, dum to- tum crucis schema altius contēplatur. Cæterum ad se reuerfa, uisa sibi est ne horā quidē unā quieuisse.

DE ETHNICIS, ET PRIMVM

De Homero.

Multum ab his diuersa, & ob id fortasse mi- nus memorabilis, peruerā illa animi intētio, cui Homerus uates immortalis est, qui cum ridiculā quæstionē, ac profectō indignā, quæ argu- menti fœditate referatur, à piscatoribus sibi propo- sitā soluere nequiuisset, saxo sedens sectus mare, siue nimia attentione rei indagandæ, siue dolore nō re- pertæ, animā (quo satis constat) efflauit. magno hū- manæ caliginis documento, ut ingeniorum lux sor- didorum sit hominum ludibrio extincta.

De Hermitimo Clazomenio.

Eodem intentionis affectu accidisse credibile est, quod Hermitimi Clazomenij anima relicto corpo- re sit sepius errare solita, ac uelut peregrè reuerfa nū- ciare, quæ nisi à præsentibus cognosci non potuisset, fuitq; ille per hæc diu admirationi multis, do- nec cremato ab eius inimicis cadauere, remeanti sit animæ uelut domicilium adeptum.

De Prometheo.

Et ne poëtis in uniuersum autoritas abrogetur, Caucasus rupes & aquila lanciatrix iecinorum, En- dymionisq; inter Latmia saxa euigilatus amor, qd aliud sibi uolunt, quā immodicam perpetuamq; hominum curam, multoque honestiorem, quā poëtæ fabulati sunt?

De Numa rege.

Notior Numæ Romani regis fama per uigil sacro- rum cura, quæ tam religiofos illi ingessit affectus, ut deorum cōgressu sibi frui uideretur, cum secretum sortitus esset, aut certè ipse ita uideri uoluit, ut quic- quid ex illa solitudine manasset, sanctū & inuola- bile haberetur.

De Epimenide Cretensi.

Meditatus ne sit, an perpetuo somno pressus, ia- cuerit Epimenides Gnosius siue Phestius, in dubiū uenire potest, qui septem & quinquaginta annos la- tuit: tametsi enim scriptorum uulgus ad somnium inclinat, nemo tamen dormiendo sapiētiōr est fa- ctus unquā, nisi uulgari de Hesiodo opinio quis temerè accedat. Epimenides (quod nemo incia- tur) diuinarum fuit humanarumq; rerum scientissi- mus, nam & Cylonium expiauit scelus, & Solomo- nem iuuu leges suis scribentem ciuibus.

De Pythagora Samio.

Quid tam altis immersus tenebris egerit Pytha- goras, qui per annum sub terra fuit, possit iure dubi- tari: sed meditationem illam non somniū fuisse cre- dere par est, quæ mētis agitatio ut intentior sibi cō- tingeret, oculorum lucem, quæ nihil est homini cha- rius, cum perpetuis tenebris Democritus Abderi- tes commutauit.

DE LECTIIONIS DELECTV,

& legendiratione.

Cap. VII. De Aurelio Augustino.

Valis rerum lectio, talis legentium profectus: non tam multa legenda sunt, quā utilia. diu multumque Aurelius Augustinus inter dialecticos Sophistas uerum indagauit, sed non solum non id est adeptus, sed longè aberrans in Manichæum in- cidit delirium, nec à tam graui lapsu prius uindica- ti contigit, quā Tarsensis Pauli legit epistolas.

De Thoma Aquinate.

Fuit Aquinatis Thomæ lectio aded diligens & pensulata, ut nec in proximo stantes, uiderent oculi, neq; interpellati uoces audiret aures. enim uerò corpori sensus, ut animo adessent, suū quisque officium reliquere, aut certe relictū præstare nō potuerūt.

De Bernardo abbate.

Citra fidem proditum uideri potest, quod de Bernardi abbatis solertia legere est, qui nullo unquam præceptore usus, cæterum absi dua lectione & ingenij acumine aded profecit (in quo nō parū est & cœlitus adiutus) ut in mysticis scriptis explicādis nullus hodie sagacior numeretur.

De Hilarione abbate.

Traçarūt alij diuinarum rerum lectionem solertius fortasse, suntq; ob eā rem maius nomen adēpti, sed qui Hilarione id religiosius fecerit, fuit (ut fertur) nemo, quippe qui Dauidicū carmen & propheticā aliorum scripta, tanquam præsentē numine recitabat, sæpe ac multum testatus religiose & consideratē ea esse legēda, quia ab almo spiritu profecta.

De Basilio magno.

Basilus, qui magni cognomen tulit, terrenæ fuit à principio affectator sapientiæ, omnis dein disciplina & humanas artes aspernatus, diuina cœpit studia mirari, ac tanto affectu cōplecti, ut omni panis usu uiniq; sibi interdixit, rādiu eiusmodi alimentis abstineret, quoad salubriori disciplina sit studio & abstinencia compos factus.

De duo Hieronymo.

Sed quā parum sit cœlo probabile hoc nostrum scire, quod ex Ethnicorū fonte est, Stridonensis Hieronymi postulatio demonstrat, qui ad diuinum tribunal desitutus, uehementer increpitus est, quod humanarum rerum studijs, uir Christiani nominis plus nimio sese addixisset, estq; in arcana uerba iurare coactus, fore ut nullum deinceps literarum genus, præterquam diuinarum attingeret.

De duo Seruulo.

Quanto tutius Seruulus uir mendicus & eger omnisq; literarijs discipline adhuc expers, qui ex mendicata pecunia sacrarum literarū mercatus est opuscula, quæ alijs sibi explicāda tradidit, usq; aded lectioni intentus, ut audiendi assiduitate, curaq; & diligentia percipiendi ea quæ legeretur, sanctioris doctrinæ gnarus, oppidoq; sciens euaserit.

De Deipara Virgine.

Sacratissima Christi mater, cuius uitam nullus unquā plene laudare potuit, à nona diei hora ad primam facē quotidie Bibliacos lectitauit libros, profuitq; plus uni uirgūculæ singularis lectio ad beatitudinē & decō, quā omnib. sapientib. oēs bibliothecę.

De diua Cecilia.

Cæcilia patritia domo Romę orta, sedulū Euangelicę historię librū, aut legit, aut in gremio habuit obuolutū, ne non semper præsto esset, in quo mens cœlo addicta cum uellet, uelut cōcentu quodā suauique harmonia reficeretur.

De diua Marcella.

Par studium, studijsq; affectus in Marcella & ipsa nobili Quiritijsq; generis, quæ cū incredibili cura diuina lectitaret, illud est postremo affecta, ut semper in eius ore Dauidicū illud esset, Abscōdi in corde meo eloquia tua: cætera nota sunt. Est enim carmen sententiæ grauitate haud ignobile.

De Syluia Ruffina.

Maiore quadā indole Syluia Ruffina Alexandrię præfecti filia, in Thebaidis solitudine constituta, assidua lectione adepta est, ut nō sola sibi esse uideretur, cū omnino esset sola: quin eorum uirtutes quos legebat, contempans effinxit, effingendo ad profectum æmulata est.

A DE ETHNICIS EXEMPLIS,

et primum de Platone.

Vit & in alijs gētib. suis lectionis affectus. Plato humanæ sapientiæ longē princeps, tantū Pythagoricę disciplinæ tribuit, ut Philolai Crotoniæ (fuit is Pythagoricus) magno precio emerit libros, emptos tanto studio lectitari, ut ad eius de-functi caput sint reperti.

De Marco Tullio.

Cæterum quantum Plato uir summus est Philolai miratus, tantū nec minus Platonē M. Cicero, qui usq; aded eius copiam effinxit, ut penē ille ipse sit factus: pari affectu socratis iucunditatem est æmulatus, ac uim Demosthenis, quorum uirtutes aut exequauit homo ad eloquentiam natus, aut propria uix nix superauit.

De magno Alexandro.

Didicit Alexander Macedo non pauca ab Aristotele, sed puer, adultus uerò medioc; geredarum rerum ardore Homericis carminis lectione captus, tāto eius rei studio tenebatur, ut aureum scrinium gemis præditum in Dariana præda repertum in eum usum legerit, ut Homeri opera eo inclusa bellicis gestarentur expeditionibus. dignus qui tātum uatē fortitus esset, aut certē talem, ut ne suū Acidā inuidere debuerit.

De Vergilio uate.

Quid Vergilius Maro qua indagine censendus est Ennium legisse? quoties repetitum dextra leuāque pertractasse? rerum pōdera exegisse? uerba pēstasse? qui fortē rogatus quid ageret? se aurum colligere dixerit ex Ennij stercore.

De Ennio uate.

Iam uerò ipse Ennius nisi Homerum miratus frequenter quoque lectitasset, nunquam illius se animam sortitum restatus esset: sed somnium illud uerius fuit quā uaticinium.

De Tiberio Cesare.

Tiberius princeps tanti Parrhenium fecit uatē Ariarum & Euphorionem, ut trium pōetarum carmen & imagines inter uerusta & illustria uatum nomina omnib. bibliothecis religiose propemodum dicant: quos nisi frequēter legisset, tam impense fauisset nunquam: sed ingens sylua hæc, non unus in omnib. est affectus: diuersa uariāq; sunt hominum ingenia, alij alios probāt, atq; usq; aded iudicia hæc uariāt, ut Liuium & Maronem duo præcipua Latialis linguę nomina infense oderit Caius princeps, sax humani generis.

DE VESTITV, ET CVLTV

corporis. Cap. VIII.

Natura omnium parēs & opifex solertissima abundē satis docuit hominē, si unū id animal nō seipsum obliuisceret, q̄ nullo opas sit ad tegēdū corpus uelamento: nisi aliquis hæc nouerā libētius uocet, quod nefas sit dicere: quia cætera animalia corio, testis, plumā, uellere, alijsq; tegumenta munierit, solū hominē nudū in terra nuda nascētē abiecerit: at pleriq; hominū hodie nudi agunt, cum omnes agere potuissent, nisi luxus uitā perdidisset, legibusq; naturæ procul relictis, eō processisset, ut per furorē & insaniam iam non quæ tegant, sed quæ onerēt humana corpora, inter ignotas feras & maris beluas, tam stultē quā labonose quærātur.

De Protoplasto.

Protoplastus, & quæ illi cōfestim comes data est mulier Eua, quā diu delicias illam terrę partē tenuere, ubi uitalem uitam diuinitus acceperāt, nudi egisse dicuntur: mox inde eiecti, rexerit folijs uerenda, crudis pellibus humeros amitti.

De Io. Zacharie filio.

Nec multo cultius uixit Io. Zacharię filius, Iordanis

nis accola, ueste amictus camelorum setis cōtexta, A scorteaq; cinctus zona.

De Deipara filio.

Fuit & Christo regi summo unica uestis arte ineffabili contexta ueris quā unica: magnum in opificio miraculum, sed maius adhuc in usu, neque tritio facta est perpetuo uestitu, neque minus habilis, sed ad corporis modulum augescere, estq; uestis hæc fatidico spiritu multo antea præuisa, quæ Caluario teste abiit in sortem ne scinderetur.

De Bartholomæo apostolo.

Pari admiratione dignum (si quisquam miretur quæ diuina uoluntate sunt, cuius potestas summa est) mirabitur tamen bruta humanitas & ad diuina opera caligans, quod in purpureo Bartholomæi pallio (fuit is Christi discipulus) euenisse proditum est. xx. id annos quibus in perpetuo fuit usu, neque sordes ullas neq; uerustatem lenit, mansit immota purpura, ut unius exemplo discerent mortales cœlestia terrenis antepone, pietatem regiæ fortunæ, cuius illud erat in signe.

De Iacobo apostolo.

Iacobus qui ab indiscera facie est Christi frater dictus, non laneo usus est, sed lineo amiculo, intonsus uixit, nunquam cinctus est, nunquam balneo usus, sanctus à matris utero, sanctior dein Christi disciplina factus, cuius notum est præceptum: ut discipulorum singuli singulas haberent uestes.

De Io. euangelista.

Id præceptum (ut credere est) cum cæteri apostolorum sancti custodierunt, tum Io. Zebedei filius, qui syndone cū magistro amissa, nudus in Bethaniam reuersus est.

De Aurelio Augustino.

Nec multum ab his diuerfus Aurelius Augustinus, qui uestitu, calceatuq; indifcreto uixit cum ijs, quibus sanctitate, scientia, & dignitate longē præfuit.

De Bernardo Abbate.

Tenui despicioreq; tunica usus est & Bernardus abbas, cæterum minimē sordida: huius est illud scitē dictum, uestem sordibus obsoletam desiderare esse testem, & sordidat.

De Paulo primo eremita.

Paulus, qui primus in eremo uixit pietatis studio, non scorteam habuit uestem, non lineam aut ciliciam, sed palmaceis contextam folijs, magno exēplo humanæ luxuriæ à natura repudiata, quādo sit ipsa modicis contenta.

De Antonio Abbate.

Antonius abbas, qui eum sepelijt, in delicijs habuit defuncti exuuias, quas festi duntaxat diebus induebat, tam memorabili exēplo, quā Hieronymi optatu clarum: qui scriptum reliquit, maluisse in Pauli ueste, quā in regia purpura cōspici.

De Timotheo anachoreta.

Non folia, sed capilli texerunt Timotheum anachoretam, adedq; deformarunt, ut à Panutio in solitudine repertus, immanis fera primo aspectu non homo sit creditus. uox inde arguit humanitatem, quæ effertiore tegebatur cultu.

De Onophrio anachoreta.

Haud multum huic ab similibus Onophrius, & ipse eremita, qui consumpta ueste quæ unica illi fuit, cum è medio discessisset, nudus egit, folijs uerenda regentibus, sed hæc aliquanto uertutiora, & à conspectu hominum magis remota.

De Francisco Assiate.

Est exemplum quod sequitur multo recentius. Franciscus Assias pauperatis cultor diligens, non in solitudine, ut illi, sed medio luxu insaniasq; diuinarum crasi natiuique panni tunicam nudo indu

xit corpori, inductam funiculo compressit, nudis pedibus ligneos subiecit foculos, ut quatenus liceret corpus à terræ contactu uin dicaret, unde mens procul recesserat cœlestium affectatrix.

De Heliſabete.

Trita ferē ueste diuersoq; colore referta amictu batur Heliſabeth regis filia, gestiebatq; magis mendici habitu quā regum purpura spectari: aspernari uidelicet regum stemma in quo orta erat sapiens mulier, ut cœlum indispiceretur.

De Maria Aegyptiaca.

Maius propemodum hoc fuit, quā Aegyptiaca mulier fecit, quæ cōsumptis uestibus nuda egit in eremo. Hæc enim nulli erat cōtemptrui, cum ipsam contemneret: at Regia mulier, cuius nūper mentio incidit, cum ea aspernaretur, quæ cæteri mirantur, desipere credita est, cum una omnium præcipuē saperet.

DE PROPHANIS, ET PRIMVM

De Hercule.

Herculem Alcmenæ filium, Nemeæ leonis amictum exuuijs, cætera nudum egisse uertus Græcia fabulata est. Italia quoque Græcos imitata, id unum regumēti genus illi assignat, nec (ut uidere est) in uno Hercule figurando id faciunt, sed in cæteris quoque Heroibus, at Nefsi tūnica quæ ille consumptus est, & Homeri carmen de ijs qui ad Troiam militarunt, receptæ opinionis fidem eleuat.

De Diogene Cynico.

Sed hæc quæ de Hercule & Heroibus tradita sunt memoriæ, aut uulgō recepta, propiora sunt fabulis, quā ut pro ueris affirmari possint. Sinopæus Diogenes (quod neget nemo) Cynicæ affectator disciplinæ, pallio uixit unico contentus, tanto Antisthene rigidior, qui eius sectæ princeps palliū duplicauit, baculum & peram primus sumpfit.

De Menedemo Cynico.

Minis horrida hæc aspectu, quā furialis Menedemi habitus, fuit & hic Cynicus, tunicam sumpti pulli coloris, baltheo puniceo strictā, pileum Arcadicum duodecim elementis intextum. Tragicæ adhæc cothurni, uirga fraxinea manibus erat, & prolixior barba, habitus (ut dicere liceat) magis superstitiosus, quā sapientiæ affectatore dignus.

De Phocione Atheniensi.

Quinq; & quadraginta magistratus gessit Phocion Atheniensis, sed quo sit uestis genere interim itus, calceandi ratio in eo demonstrat. inoluit ad agium inter urbanos, ut cum immensum frigus & intolerabile significare uellent, Phocion dicerent calceatus est.

De Portio Catone.

Habent & Romani sua exempla. Cato Portius, qui à nobilissima censura quam gessit, Cenforij tulit cognomen, nūquam toga usus est pluris quam drachmis centum empta: sed maius in Vitensis huius pronepote frugalitatis exemplum, qui sine calceis, sine tunica, cæterum funiculo cinctus per forum cum familiaribus post prandiu deambulauit.

De Serranorum familia.

Mulierum quibus apud omnes gentes ornatus corporis peculiarior ferē fuit quā uiris, unū apud Romanos inclaruit exemplum, nec ad unā aliquā sceminam, sed ad uniuersam pertinens familiam, in Serranorum gente nulla unquam est linea ueste usa, ob molliciem & luxum repudiata. Pleriq; hominum nudi agūt, uel quia texturam ignorēt, aut potius non egeant, nec incontinentiam spectant, sed commodum: sed nunc mores censentur, & nitarē moderatio, non gentium ritus.

DE OPERIBVS MANV EXERCENDIS. Cap. IX.

Nihil æquè uitam hominū aut aptius instruit, aut ualidius confirmat quàm honesta operatio & diligēs industria. in actu omnis uirtus sita est, ignauia hebetatur animi, corpora torpescunt, suntq; morbis impensius obnoxia, tuetur utrunq; diligens exercitatio, necesse est, ut præclare Portius scripsit Cato, ut sua cuiq; uitæ ratio constet, id nisi operosis & alacri ingenio uiris contingere non potest. Est tamen in hac uitæ parte monenda mortalitas, ne cum agere se putet aliquid, aliud agat: matu-randa sunt officia, & omnia quæ fiunt, tempori & loco accommodanda, quod Christi regis Apostoli fecisse dicuntur.

De Christi Apostolis.

Enimvero cum hi precando, legendo, euangelium prædicando, omne ferè tempus absumerent, quoties ab eiusmodi operibus requies contigisset, manibus aliquid operari. Tarsensis Paulus ubi claficum illud inflarat, quo partem multò maximam humanarum gentium ad Christi signa conuertit, fuit nes texuit. Petrus Bariona & Io. Zebedæi filius medio apostolatu piscari sunt: non quia nō esset quod docere possent, aut non haberent quòd utilius operarentur, sed ut sibi concessum ocium uertent in negocium, farius esse rati aliquid agere, quàm nihil agere, modò id quod ageretur, honestè fieret.

De Luca euangelista.

Age uerò quid Lucas euangelij autor, an non & ipse cœlestium rerum meditatione fatigatus, aliquid semper depingere solitus est? declarant hominis studium in eo genere tabulæ, quæ hodie haud uno loco uisuntur, cui deiparæ iconibus ipsius manu affabrè figuratæ.

De Stephano anachoreta, & Serapione.

Stephanus anachoreta in eremo funes palmaceos texuit, maius tamen & seuerius Serapionis institutum, qui cum abbas esset, ita inter monachos comparauit, ut sibi quisque manu alimenta quærent, siquid inde superesset, id egenis impartirent, ijs præferrent, qui aut in uinculis iacerent, aut custodia tenerentur.

De Io. abbate.

In Thebaica solitudine Io. abbas pacem à cœlesti nuncio accipere solitus, fiscillas pro festis diebus texere, atq; inde sibi uictum queritare.

De Antonio abbate.

Subijt aliquando eremi redium Antonium abbatem, dubiusque consilij clamasse fertur, Seruari cupio, sed cogitatio aduersatur, hic mirum accidit: media illa animi fluctuatione: intuitus est hominem monastico habitu nunc calathos textentem, nunc orationi intentius uacantem, auditamque supernè uocem, Et tu sic facito, quod oraculum secutus per hæc duo tam constanter perseuerauit, ut omnium monasticæ disciplinæ sit obseruantissimus iudicatus.

De Paconio abbate.

Mille & quingentos sub Paconio abbate proditum est fuisse Monachos in Thebaidis regione, qui labore & industria sibi uictū quesuere nulla extra adiuui ope. peperit ea res aliquando non infacetum comma, parabat sibi uictum monachorū quidam diurno labore, ut in Scythioto cœnobio moris fuit, mirari sedulam huius operam ex nouitijs unus, ridereque simul monachum operi intentum, euangelicum illud uoce restatus, Maria optimam partem elegit, cætera nota sunt: præferens haud du-

biè contemplationem terrenis operibus, cæterum à nullo sub noctem ad cenam uocatus, cum latronito similis staret, defixus rei nouitate audiuit, Mariam indigere Marthæ ministerio.

De Deipara uirgine.

Sed nulli pulchrius diurna ratio constitit, quàm deiparæ uirgini, quæ à prima luce ad tertiam diei horam sedulò placando numini uacabat, inde ad meridiem lanificio, mox à cibo, qui illi parcissimus fuit, reliquum diei diuinarum rerum lectionibus applicabat.

De Helisabethæ regis filia.

Helisabeth, quæ tam humiliter uixit, quàm clara est inter homines & illustris, regia fortuna, in qua orta fuerat, aut lanam carpere ab oratione, aut retere, aut certè aliud serio operari, ne per ocium & quietem ullum sibi tempus elaberetur: nullam (ut credere æquum est) maiorem iacturam arbitrata, quàm temporis, in quo sita est uillicationis ratio, quam euangelica celebrat historia.

DE ETHNICIS EXEMPLIS.

De Maiore Africano.

Vetus quantum in his ualuit pietatis studium, cœlestiumque rerum affectus, tantum nec minus disciplinarum amor, aut famæ immoderata cupiditas, in ijs qui mysterij huius arcanum ignorarunt, nota est uox illa maioris Africani, qui rogatus quid ageret, cum solus esset: ita occurrit, ut nunquam se minus solum dixerit quàm cum solus esset. demonstrauit id responsum, quoniam es uir ille senatorijs fuisse, forensibusue curis uacuis, non ocio & inertia deditum, sed magna & utilia meditari solitum.

De Philopemene Megalopolitano.

Philopemenes Megalopolitanus tantum abfuit, ut ociosus aliquando fuerit, ut cum solus iter faceret, aut deambularet speculabundus, occurrentium locorum situm contemplaretur, semetipsum explorans: quid si tibi ductanti exercitum, fiat hic tibi hostis obuius? aut à lateribus eò repente uelut ex insidijs consurgat? qua figura aciem instruas? cōtinendus miles, an illico signa in ferèda? & si tenendus, quomodo præfidiarios locos? aut subsidia disponas? fecit eiusmodi meditatio, ut in præstantissimis Græciæ ducibus sit demum Philopemenes celebratus, quo uita functo nullum amplius Græcia præcellentem ducem emisit.

De Cyro maiore.

Cyrus maior (si uera sunt quæ de eo Græci scriptores prodiderunt) minificè est terræ cultu delectatus, satis constat à Lacedæmonio hospite mortalium felicissimum iudicatum, quòd præter regnum, quod amplissimum illi fuit, terram scientissimè coleret.

De Tarquinio superbo.

Potest & L. Tarquinius (qui ultimus fuit Romanorum regum) uideri à simili cura nō abhorruisse, qui ex horto funestum illud Gabinæ ciuitati Corinthoq; translaticium dedit filio responsum.

De Demetrio & Aeropo.

Demetrius, qui Poliocertes cognominatus est, bellicas machinas & naues fabricare solitus dicitur, cum à re bellica, cuius fuit scientissimus, uacaret, pulchrius hic quàm Aeropos Macedoniæ rex, qui si quid ocij nactus esset, ut id in negocijs uertere, lucernas & paruos fabrefecit abacos, uile opus (quis nescit) & ridiculum præsertim in rege, sed sic melius quàm si nihil fecisset. nihil magna ingenia minus ferunt quàm ocium.

De Par-

De Parthorum regibus.

Parthorum reges, ne desidia torpescerent, telorū cuspides acuere consueffe traduntur, seduloq; id facere ut non solum animi oblectationem ex ea re sibi quaererent, sed & laudem.

De Mahomethe Othomano.

Nostri memoria Mahometes Othomanus, qui Græciæ imperium euerit, cum oratorum postulatam audiret externarum gentium, coclearia lignea affabrè cælabat, aut in tabula aliquid effingebat.

De Attalo Philometore.

Honestius & hoc multò utilius, quàm Attalus Philometor, qui in regio horto Aconitum, Cicutā, aliasq; noxias coluit herbas, legebatq; semen ceu salubrem aliquam frugem, cum haud dubiè hominū perniciem legeret.

De Domitiano principe.

At quàm inuidiosum hoc & dereffabile, tam me hercule risu dignum quod de Domitiano principe proditum est memoriæ, qui in secreto muscas stilo configebat, indeq; iocandi materiam nactus, aulicum unus rogatus. An cum principe esset aliquis? ne musca quidem respondit.

DE CORPORIS CASTIGATIONE. Cap. X.

Bene actum esset cū homine, si corpus hoc, quo uoluptati inhæretet, hanc enim sponre sequitur, illam non nisi imperio coactus, cæterum quo contumacius est magisq; in uitia propelum, eo fortius sapiētiusq; fecisse uideri possunt, qui illud ut nequissimum aliquod mancipium, inedia, labore, & uerberibus affligentes, rationis iugo subieceret.

De Paulo Tarsensi.

Hoc certè est quod Tarsensis Paulus Christi proponit cultoribus, Ego, inquit, castigo corpus meū, quòd si in eo qui uas fertur electionis caro huius indiga fuit remedijs, quid cæteri faciant? qui ne in reiectorum numero sint, est uehemèter adnitendū.

De Lodouico Francorum rege.

Id (ut credi par est) in primis secutus Lodouicus Galliarum rex libentius ciliciana usus tunica, quàm aurea & purpurea: hoc quod terreni erat regni insignie aspernatus, illud cupidè complexus, quia augustinioris imperij perpetuoq; mansuri.

De Macario Alexandrino.

Macarius Alexandrinus, quia graue & asiduum fuit illi certamen aduersus carnem, saccum sabulo plenum ad extremam lassitudinem gestabat humeris: rogatus forte quid superuacua illa sibi uellet opera? Nisi, inquit, corpus hoc grauius affecero, periclitetur anima necesse est.

De Monacho Lithophoro.

Diuus Hieronymus autor est, uisum à se in eremo qui iam tertium annum bis quotidie pergrande saxum tria milia passuum gestaret humeris, tantaq; alacritate iniunctum onus ferret, ut ad corpus maiorem in modum fatigandum posceret, ut aliquid adhuc oneris adijceretur.

De Io. Monacho.

Mirum quidem uideri possit, & à fide abhorrens, nisi pia opera cœlo curæ essent, quod de Io. quodam monasticam uitam agente proditum est memoriæ, angustè rupi eum in hixum perpetuo statu somnum & cibū cepisse, adeò pertinax est cœlestium rerū cura, tâtaq; in uirtute cōstantia, si fauor numinis adit.

De Francisco Assiata.

Nemo autem seuerius calcauit uoluptatem Francisco Assiata, nemo corpus atrocius afflixit, cum conuuij apperentia fortè animum tetigisset, uer-

beribus totum corpus affecit, uerum quia sic quoque rebellabat carnis stimulus, nudum corpus alta niue immerfit, niualesq; effingens imagunculas in puerorum speciem artius amplexari: En, inquit, tibi uxor, en liberi, quos oprasti, hos amplectere, hos foue & osculare, uis hæc, an in officio esse? terra simul frui, & cœlo non potes.

De Paconio Abbate.

Castigatio hæc seuera & penè atrox, sed Paconij abbatis propemodum atrocior, qui non modò niuali frigore afficiebat corpus, sed nudis pedibus uepres & tribulos calcabat, ut aculeos carnis extrarijs, corpusque consauciantibus expungeret.

De Helisabethæ regis filia.

Vix miretur hæc, qui fando audiuerit aut legerit, aliquando ab Helisabethæ regis filia abduci solitas in secretum domesticas ancillas, hisque herile corpus atrociter uerberandum præbuisse, fuitq; illud haud uno modo proficere: nam & castitate per hęc tueri, & patientiæ assuescere didicit.

De Cecilia uirgine.

Magnum & Cæciliæ uirginis exemplum in hac relatione, quæ Valeriano desponsa, ne in nuptialis quidem ornatu cilicium deposuit, sic duobus sponfis placitura, cœlesti interiore: hoc alteri, qui in terris erat, cultu exteriori.

De Radigunde regis coniuge.

Tulit & Radigundis uxor regis in Gallia sub regali uestium cultu, uile & asperum cilicium, documento haud obscuro, mente & ijs, quæ non conuertuntur oculis, rectius pietatem coli, quàm uirtus & tunica.

De Sarra.

Sed nulla pertinacius carnè impugnauit, quàm Sarra in Scythi monasterio, cuius antites fuit quadraginta annos, neque aquas præterfluentes, neque pratium cubiculo subiectum molliter uirēs unquam intuita, ne scilicet terrestris illecebra oculis inspecta, pernicioso allapsu mētem cœlo intentam proposito auerteret.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, & primum de Socrate.

Nec pauci quidem fuere, qui citra omnem ueræ pietatis affectum insigniter exercuerunt in suum corpus imperiū, uirtutis studio aut necessitate aliqua adacti. Nam Socrates qui Ethicem induxit, perdius ac pernox à primo solis ortu ad solem alterum orientem immobilis stare solitus est, ijsdem uestigijs atq; eodem obtutu defixus, ut ad fortuitas uices patientia afflueret, adeò hæc uirtus præ cæteris fuit illi curæ.

De eodem Socrate.

Fuit idem tanta (ut fertur) temperantia, ut omnè uitæ tempus in offensa ualetudine uixerit.

De Diogene Cynico.

Sinopæus Diogenes præter nuditatem corporis (solum enim pallio usus est) nudis pedibus uixit & capite aperto frigoris & caloris æquè patiens, abiecto prius ligneo uase, alternis cauis adhæc manibus potare solitus. Extremis uitæ temporibus crudam carnem uesci conarus est, ut nihil esset in quo ministerio alterius egeret sobrius naturæ cultor.

De Anaxarcho.

Magna & memorabilis Anaxarchi cōstantia, sed hæc non medio cruciatu (ut credere est) sed longo usu & exercitatione quæ sita: is cum tyranni iullu marmorea pila runderetur, non sese ad Anaxarchi pilam rundi testatus est.

De Mne-

De Mnesarcho.

Missus Mnesarchus ab Alexandro ad Gymnosophistas, in patrem campum perductus, nudos homines offendit feruenti arena sese exercetes, horum alij alio statu coeli & loci intemperiem ferre, hic uelut nixus stabat, ille immotis oculis solem ex aduerso intueri: sedebant nonnulli lapidibus & scopulis immoti: alij in arenis iacebant: hic in faciem, ille supinus: omnes tamen ad tolerantiam & labores perferendos uelut ad primariam quandam uirtutem exerceri, est enim fortitudinis mater uirtus, hæc continentia alumna: ut uerè & sapienter sit dictum, Abstine, & Patere.

De Attilio regulo.

Nec in pluma & epularum luxu nata est illa Attilij reguli in cruciatu constantia contemptusq; mortis, parsimonia et magnus uirtutum habitus tam facile illi fecit uiam ad mortem, ut captus iam & uinctus non magis Pœnorum crudelitatem extimuerit, quam in acie stans timuerat arma.

De Catone Uticensi.

Cato, qui Uticensis cognomen tulit, adolescens adhuc per integrum diem sermone nihil intermissum locutus est, calores & niues nudo capite tolerauit, iter pedibus facere amicis equo sedetibus, quoties à febre laborauit, solus esse uoluit, nec quemquam admisit nisi morbo leuatus: per hæc uirtus illa adoleuit, quam postea ciuili bello reip. præstitit, septem continuos dies per loca serpentibus infesta ductauit exercitum, non equo, non uehiculo uictus, sed pedibus, & in primo agmine iter faciens, nunquam sedens nisi cum cibum aut quietem caperet.

MARCI ANTONII SABELLICI EXEMPLORVM Liber III.



Exempla ad eam uitæ partem pertinentia quæ Græco uerbo *μουσειον* dicta est, à nostris solitaria dici potest, proximus liber explicat. Nunc ea dicentur quæ domesticam disciplinam instituere & illustrare poterunt, & ob eam rem relatione non indigna, quid quod nulla est hominum opinione sanctior in terris necessitudo, quam illa quæ unicuique est nostram cum parentibus, liberis, & ijs quibus cum perpetuo uiuimus? quæ quo maior est, maioresq; in animis hominum parit affectus, eo magis illustrata exempla pars hæc uite sibi uendicet, quam cæterarum aliqua.

DE AVTORITATE PARENTUM IN LIBEROS. Cap. I.

De Noe.

Noë, ut à uetustioribus relatio hæc sumat exordium, qui unus mortalium cum sua domo Cataclysmo superstit, liberos non modo in antiqua pietate ad id tempus tenuit, nullaque passus est uitiorum labe contingi, quæ plus nimio in terris inualuerat, sed cum in fabricanda arca à cæteris delirus haberetur, filij & uniuersa domus semper in officio fuere, & ad omne senis imperium parati.

De Iacob, siue Israele.

Sed quam obsequenter hi patrem audiuerat, tam pie nec minus Israël decem filij sunt ueriti, qui in Ægypto ad regij præfecti pedes cum lachrymis & precibus prouoluti, nihil obscure testati sunt, quam sanctum esse apud se patris imperium, professi aut sibi perpetuo exulandum, aut fratrem, cuius supplicium deprecabantur, seni restituendum.

De Habraamo.

Isaachus, qui horum auus fuit, in montem ab Habraamo patre perductus, cum pro hostia mactandus ante aram staret, non contumax senem fortis & ualidus aspernari, sed in agni speciem se patri immolandum præbuit, ut dubitari possit paterna ne pietas magis Deo placuerit, an filij obsequium.

De Dauide rege.

Expertus est Dauid rex in filijs contumaciam, sed ultio fuit illa numinis, non domesticæ disciplinæ uitium. Cæterum extremo uitæ tempore Solomonem puerum adhuc adulterio conceptum, regem declarauit, cum plures filij adessent grandes natu, et prudentia non uulgari: uerum hi non modo non patri uerunt obuiam, sed eius uoluntatem ceu oraculum secuti, nihil etiam post senis interitum mutare sunt ausi.

De Mathathia Machabeorum patre.

Est & Mathathias Machabeorum pater hoc nomine memorabilis, cuius studium & pietatem secuta cohors illa ducum ueris quam filiorum, perpetuum gessit bellum cum Syriæ regibus, non hostium opes, quæ ualidissimæ erant, non domesticæ castus, quibus ad inuidiam sæuientis fortunæ Judas & fratres iactati sunt, excutere potuerunt ferrum ex illorum manibus, quin fuit omnibus is bellandi finis, qui fuit & uitæ.

De Hebraica muliere.

Vendicat in his sibi locum Hebraica mulieris exemplum, quæ Syriacis temporibus cum filijs de religione appellata, proposita; impunitate si à patrio cultu discederet, autor fuit adulescentibus ut citius mortem oppeterent, quam à maiorum pietate declinarent, cuius uocem & imperium reueriti unus post alium se se morte deuouerunt, satis rati se priuari uita, quam matri non parere honesta & utilia præcipienti.

DE PROPANIS, ET PRIMVM

De Telamone.

Teucer & Aiax à Telamone patre ea lege dicuntur ad Troiam missi, ut ambo & neuter domum redirent, nec decennale bellum eorum desiderij plenum, quæ mortalibus carissima esse solent, patris legem antiquare potuit, quin capto Ilio Teucer, quia fratrem amiserat, natale solum exilio uertit, Cyprumq; prætulit patrie, cuius finibus domestica lege excluderetur.

De Agenore rege.

Peruetus res est, fabulæq; propior quam historicæ fidei, & ob id fortasse cunctantius referenda, cæterum quia memoriæ prodita est, non indigna fortasse sit, quæ ad uitam instruendam inter illustrata memoretur exempla. Cadmus Agenoris filius ad Europam sororem querendam ea est conditione à patre missus, ut nisi illa reperta, exularet, diu proinde mulumq; terra marique euagatur, paterni magis imperij quæ patriæ memoriæ, in Bœotia exul confedit.

De Hamilchare Barchino.

Non religio, cuius contemptor fuit, sed Hamilcharis, qui eum genuit, studium & uoluntas in causa fuit, quod Hannibal omnia iura diuina & humana maluit perterere, quam amicus esse Romanis nominis. desijt is uictus res Romanas sollicitare, ex odio tamen nihil remisit, uixit priuatus, sed Romanorum nihilo fecius hostis, potuit fortuna ducis mutari, propositum non potuit, aded in quibusdam plus affectus ualeat, quam necessitas.

De Sp. Cassij patre.

Cæterum quanta fuerit omni tempore patrum maiestas in filios, unum atque alterum Romanorum ciuitatis exemplum planè arguit. Sp. Cassius uir consularis à patre domestico iudicio ob temp. seditiose administratâ

neca-

necatus dicitur, & eum, qui Macedoniam prouinciam parum secunda fama rexerat, domum reuersum pater priuo iudicio damnauit, supremoq; affectit supplicio.

De Romulo.

Romulus parens & conditor Romanæ urbis legibus sanxit, ut liceret patri bis filium uendere, per quæ totus homo intelligitur patris esse, & quia ab eo procreatus sit, sit præterea legitime educatus, et institutus, honesteq; in re publica collocatus.

DE LIBERORVM INSTITVTIONE. Cap. II.

De Protoplasto.

Quoniam sua sponte incidit hæc relatio in liberorum institutionem, non ab re sit (puto) æconomica huius partis exempla continuo referre, præbuntq; nostratia, ne quid instituto ordine aberret explicatio. Docuit exemplo memorabili Protoplastus, quæ omnium prima sit liberis disciplina inculcanda, nam cum duorum pater esset, uterq; ab eo edoctus est coeli numen uenerari: est enim hæc primaria sapientia, obtulit itaq; hic, qui ter ræ cultor fuit, frugum primitias, alter qui pastor erat agnos & quicquid eximium ex toto grege potuit, in holocaustum dedit.

De Noe.

Quid Noë, an paruorum documentum præbuit omni posteritati nullum esse tempus, quo liberi non uerecundè solum, sed religiose quoque adire debeant parentes ac uenerari? Enim uero cum post uini haustum senex paruorum caure humi prouolutus iacuisset, risit impius Cham uerenda patris, quæ a uer si aduertes contexere cæteri fratres pallij iniectum, id spectaculum ut dirum & detestabile auersari, ultus est eam contumeliam Noë, Cham impietatis damnatum perpetuo multauit exilio.

De Iob patientissimo.

Monstrauit primus ille parens Dei cultum filijs, hic uerò parentum. Iob omnium patientissimus, doctrina & exemplo liberos ad tolerantiam & quandam animi tranquillitatem instruxit. nam qui patrem tot cladibus affectum erummosum que in pietate & officio permanentem uidere, tolerantè que omnia ferentem, hi (ut credere æquum est) si ruinâ qua demum obruti sunt, præuidere potuissent, tam fortiter tulissent, quam senex uno casu omnes tulit amissos.

De Israelis filijs.

Docti sunt & Israelis filij à patre, oportere domum bene institutam ab omni labe procul abesse, nihilque celerius quam domesticum scelus abolendum, quos sororis Dinæ raptum magna Sichimitarum clade ultos, pollutosq; nocturna cæde cõfestim expiauit, iussitq; tabernacula aliò transferri, locum ipsum locique Genium ut pollutum & incestum amersat.

De Loth Sodomeo.

Quam pie ad hæc sancteq; liberos, & totam domum instituerit Sodomeus Loth, quam procul ab omni labe abstinerit, memorabile excidium patriæ, quo familia una miraculo seruata est, nihil obscurè declarat, inuaserat fœda libido Sodomanum, inuaserat & Gomorræ aliasq; Palestinæ terræ urbes, atq; ita id malum latè serpere ceperat, ut ne ab hospitibus quidem uiolandis abstineret: inferebatur palam uis naturæ, & uerita libido pro legitima haberi, cremauit itaq; celestis flamma infandam gentem, omnis ætas, omnis sexus cum suis urbibus totaq; regione abiijt in cinerem, ut & ipsa urbium cadauera interierint, unus Loth unaq; cum eo do-

mus tantæ fuit cladis expertus, nec uis ignea eos attigit, quos fœda uoluptas non attigerat.

DE ETHNICIS, ET PRIMVM de Persis.

Sunt & illorum in hac parte nihil obscura exempla, qui arcanum hoc pietatis nesciuerat, Persæ genus hominum, cum sua origine, tum ipsa regni (quod olim habuit) opulentia omnibus terris illustre, quando uerum Dei cultum, cuius erant prorsus ignari, non potuerunt assequi, quod proximum illi fuit, iustitiæ publicæ & priuati filios docuere: id uerò fuit ueritatem loqui, quod fidei fundamentum est, & iustitiæ perpetua comes.

De Lacedæmonijs.

Acquæ ualuit uetus illa Lacedæmoniorum disciplina, ac nescio an plus etiam aliquid habuerit, quod hi liberos ad laborem & tolerantiam à pueris seuerè exercuerunt, & quod omnium maximè fuit uitæ conducibile, ætas illa paruorum assuescere cogebatur, ut postmodum adulta, esset honesto cõtecta.

De Phocione Atheniensis.

Sed hæc publica instituta, Phocion Atheniensis cum Phocij filij intemperantiam domestica disciplina cohibere non posset, Lacedæmonem misit instituendum, eoque adolescentium ordine collocauit, quem *επιτροπικος* Græco uerbo dixerunt, nec dubitauit homo temperantiæ cultor egregius externam disciplinam Atticæ præferre, quæ tum omnium præstantissima habebatur, ratus (quod certè est) uitam hominis magis exemplo proficere, quam præceptis.

De Cyro rege.

Cyrus maior (si Xenophon ad fidem historicam scripsit) à Cambyse patre belli & pacis artibus instructus exijt in spem tanti regni, quantum est postea ab eo constitutum: est itaque foris ille uirtute & successu auctus, domi uerò à patre affabrè deliniatus.

De Philippo Macedonum rege.

Extrat hodie exemplum epistolæ Philippi Macedonum regis, qua terror ille Græciæ restatur, non magis se lætari quod Alexander filius sibi natus esset, quam quod Aristotelem haberet, cui puerum tradere posset instituendum, nec id rex solum scripsit, sed hunc ipsum filio domesticum præceptorem adhibuit.

De Paulo Aemilio.

Nec Aemilio Paulo minori curæ fuit liberorum institutio, qui omni Macedonum gaza uictor potius, ex tam opulenta præda nihil attigit, præter duos libros regis bibliothecæ, quos filijs habendos dedit, tanto maius studium illi fuit filios liberalibus disciplinis instituendi, quam opibus & diuitijs locupletandi.

De Catone maiore.

Præbuit Aemilius instrumentum filijs, per quod commodius proficerent. At Portius Cato, qui à nobilissima censura tulit cognomen, præbuit seipsum liberis suis præceptorem, qua institutione non solum quia Cato erat, sed quia & pater, nulla sanctior utiliorq; pueris adhiberi potuisset.

De Cæsare Augusto.

Augustus Cæsar, cum urbis, uel orbis potius terrarum curam gereret, Lucium & Caium, quos per æs & libram ab Agrippa patre emerat, & in spem successioneis adoptarat, domesticè quædam docuit in re literaria, docuit & natæ.

DE

DE PARENTVM SEVERA ANIMAD/ A DE ETHNICIS EXEMPLIS ET
uersione. Cap. III.

De Deo.

Ille summus & uerus omnium parens Deus, qui celum & omnia creauit, omnia gubernat, mundo adhuc recenti documentum dedit insignne, atq; omni posteritati ad exemplum conducibile, paratum præcepta, quibus uitam debemus, cõtermini nõ oportere. Protoplastum & Euam, quam illi iunxerat, deliciarum regione depulit, moriendi necessitatem iniunxit, quia diuino præcepto aberrasset, nec ligno abstinentissent, quod fuerat ambo- bus interdictum peperit illis breuis uoluptas per- petuum laborem, & qui beatam à principio uitam omniumq; malorum expertem fuerant fortitij, iam inde tristem & ærumnosam egere.

De Protoplasto.

Quam seuerum in transgressu legis est Protopla- stus expertus parentem illum omnium (nã tum duo tantum in terris esse, quorum pater dici potuit) tã ipse nec minus fuit in Cain filium, quem post A- belis cædem adedẽ auerfatus, ut omnis sanctio- nis disciplinæ reliquerit expertem. Enimvero cum ipse uerè pietatis negligens fuit, tum qui ab eo pro- creati sunt negligentissimi, subijissetq; breui uerita- tis obliuio, cum mundus adhuc recens esset, nisi cæ- tera Adami soboles sanctius instituta, totum id arca- num in posteros propagasset.

De Noe.

Fœdum & detestabile filij in se facinus ultus est & Noë, ac hæscio maior ne pœna fuerit an culpa, si- quidem intemptiuũ & stolidum filij risum per- petuo multauit exilio, fuitq; uindicta illa non solũ iniuriæ auctori exitio, sed omnibus etiam gentibus, nisi Christi admirabilis aduentus eas demum tene- bras discussisset, quas dirum illud exilium omni- bus terris offuderat.

De Saulo Rege.

Saulus, qui primus in Iudæa regnauit, cum Iona- thas filius ingentem hostium fudit exercitum, fu- sumq; rex cum suis à tergo premeret, ac fortè edi- tum esset, ne quis cibum caperet nisi debellarum prius esset cum hoste, ipsum uictoriæ autorem filium, quia æstu & labore fessus fauam mellis media hostium in festatione per obliuionem comedisset, ad supplicium arreptum capite damnauit, essetq; confestim pœna consecuta, nisi uictor exercitus for- tissimum iuuenem iam aræ admotum impensissi- mis precibus ab rege impetrasset, ut & eum serua- ret, per quem uniuersa gens eo die seruata esset.

De Herode.

Seuerus certè Saulus in filium, sed sæuus in libe- ros Herodes rex Galilææ, qui Antonij & Octauij duum uiratu, rex & amicus est Po. Ro. appellatus, duos hic occidit filios unum post alterum, affectari regni compertos, potuit iratus pater liberos in po- testatem redactos, in uinculis habere, & in succes- sionem regni seruare, interficere tamen maluit, magis læsæ maiestatis memor, quàm patriæ pietatis.

De Trebellio Bulgarum rege.

Adijciam his recens exemplum, & cui nullũ pro- pmodum ex recentioribus meritò comparari pos- sit. Trebellius, qui primus Christiani nominis Bul- garicæ rex fuit (est olim hæc Macedonia dicta) mo- nasticam securus uitam, filio Christiana pietate im- buto, regnum per manus tradidit, relabatur hic pau- lo post in malorum dæmonum cultum, quod ubi exploratum habuit Trebellius, regni gubernaculo denudò assumpto, impium filium luminibus priuat, regniq; tutela in fratrem, qui minor natu erat, subi- tõ translata, sese in ordinem redegit.

Magnum hoc, sed quod dicam omnium ma- ximum maximeq; memorabile. Ethnica- nim sunt quæ sequuntur, fuerunt (ex nume- roso credere est pellicatu) L. filij Artaxerxi Persarũ regi: hi Darij impulsu, quem pater contra morem gentis, uiuens regem constituerat, in senem coniu- rant, nefarij contilij causa inde orta, quod pallacurũ unam Aspasiã nomine petenti Dario negasset pa- ter, facinus ostento simile, quod in paternam cædẽ numero illa filiorum phalanx cõspirare potuerit nullo discrepante, cæterum omnis humanæ pieta- tis immemor pater, Darij concepti sceleris con- uictum cum numerosa illa fratrum cohorte extre- mo affectu supplicio, coniugibus & liberis inter- fectis, ut ex tanta nuper sobole ne progenies quidẽ ulla superesset, nec ipse multũ inde superuixit huic domesticæ cladi, morbo & mœre confectus. Rex felicior, quàm pater, regnauit annos duos & LX. nonagenarius obiit.

De Amyntore.

Vetustior fama est, & magis poetarum nota fa- bulis quàm historica fide nixa, res tamen cognita non inutilis, potest enim exemplo prodesse. Phœ- nix Amyntoris filius, qui Achillem ad Troiam com- mitatus est, matri gratificaturus, patris interfecit pellicem, prætulit Amyntor proprium affectum do- mesticæ pietati, filiumq; dirè execratus, domo ac pa- tria pullum perpetuo multauit exilio.

De Althea Oenei coniuge.

Fuit hæc Amyntoris seuera ultio, sed Althæe, que Oenei fuit uxor, non animaduersio, sed furialis ul- tio, hæc ut duorum fratrum cædẽ ulcisceretur, Me- leagrum filium cædis autorem crudeliter deuouit, deuotum ad mortem compulit. fuit hoc iræ indul- gere, non seuerè animaduertere, secuta tamen est continuò penitentia, animoq; conseruata mulier laqueo uitam finiuit, ac domesticam cladem pro- pria morte cumulauit.

De Iunio Bruto.

Sed hæc cũstantius ponenda, quæ sequuntur multo recentiora & illustri loco collocata. Iunius Brutus Romanæ libertatis assertor, duos adolescentes filios publicæ interfecit proditoris conuictos, quod de regibus, quos ipse eiecerat in urbem reducendis cum Aquilijs & Gellijs consilium agitasset, ma- gnum fortunæ ludibriũ, ut ab ea domo, unde Ro- po. nup orta erat libertas, sit propemodũ extincta.

De Manlio Torquato.

Manlius Torquatus filium securi percussit Lati- no bello, quod contra imperium in hoste dimicasset, nec profuit iuueni, quod uictor, quod hostilib. ornatus spolijs ad patrem redijisset, ualuit plus im- perij maiestas apud Manlium militarisq; discipli- na, quàm paterna pietas, aut filij strenuitas.

DE CHARITATE PARENTVM
erga liberos. Cap. IIII.

De Israele.

Nullo arctiore uinculo homo homini iungi- tur, nullo minus solubili nexu quàm eo quo parètes liberis. multa uolumus patriæ de- bere, multa parentibus, multa demum multis, sed filiorum causa omnia uolumus, per ferrũ, per flam- mas itur intrepidè, si filiorum charitas postulet, nul- lius incolumitas homini suauior, nullũ funus acer- bius, magis que luctuosum, unum ex filijs amillum multos annos luxu huius, nec prius diuturnum lu- & um absterit, quàm ex imperato repertus est, cu- ius

cautus uidendi studio patriam & domesticos lares reliquit, migravitq; cum tota domo in Aegyptum CXX. annos, & amplius natus.

De Labane Israelis socero.

Hunc ipsum Israelem ætate florentem duas La- banis filias, que illi nupserant, parremq; armentorũ multo maximam clam secum abducetẽm focer af- fecutus, affectu haud dubiè extremo supplicio tã meritum, quàm ultioni obnoxium. Aderat seni cli- entum & seruatorum manus ingens ad uim & iniu- riam parata, nisi filiarum lachrymæ intercessissent, quæ apud Labanem tantũ fuere, ut ubi pœna fue- rat exigenda, istum sit fœdus, ut qui inimicus & ul- tor uenerat, pater inde & focer abcesserit.

De Dauide rege.

Deiecit Absolon patrem regio solio, deiecitum hostiliter infectatus est, cæterum prælio uictum in- terfectumq; media fuga tam dolenter fleuit pater, efficitimq; lamentatus est, ut stertus magnæ illi in- uidiæ fuerit apud exercitũ, maiori adhuc futurus, nisi amicorum admonitu lachrymis simulatũ gau- dium miscuisset.

De Centurione.

Nisi Centurio ille Itali generis (ut credi æquum est) diuina Christi opera uidisset, nunquam huius opem laboranti filia implorasset, pietatis tamẽ cul- tum non prius recepit quàm puella periculo serua- ta est. ualuit in militari homine multum miraculo- rum claritas, sed plus omnino patrius affectus: illa ueritatis admonuit, hic ut coleret, effecit.

De Patre familiã Euangelico.

Habet exempli instar & pondus ingens imagina- rius ille paterfamiliã, quàm Euangelica celebrat historia, qui prodigum filium peregrè reuertẽm nõ modò non auerfatus est (patrimonij enim partem unam turpiter prodegerat) sed seminudum & in- dia confectum nuptiali ueste rexit, festisq; accepit epulis, dignus qui aut meliorem illum genuisset, aut in melius (ut enenit) mutabilem.

De Deipara uirgine.

Est & illud in primis memorabile, quod Christi mater cum præfatione laudis semper ab omnibus nominanda, ab illius acerbissimo cruciatu nunquã temerè ab ullo uisa est: in priuato egit, aut orationi intenta, aut diuina legens, sanctissimi filij tam pia, quàm sedula cultrix.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,
& primum de Aegæo.

Hoc & colere fuit & amare, sed quod Aegæus fecit dolori tantum indulgere, qui procul in- tuitus nauim, qua filius Thefeus ex Creta ui- ctor uehebatur, quia non candida essent illi uela si- ue cærulea (ut alij memorant) quæ lætitiã & filij incolumitatem testarentur, sed funesta & atrii colo- ris, quæ à principio fuere, Thefeum perijisse ratus, ex alta specula in subiectũ sese pelagus præcipitauit.

De Solone Atheniensis.

Atrocius hoc quàm quod Solon fecisse fertur, ne que enim atrox id fuit, sed euentu ridiculũ, & huic, qui sapientis nomen inter paucos tulit, haud dubiè pudendum, erat Solonis nomẽ tota Græcia & Asia celebre, quia leges Atheniẽsibus dedisset, cæterum cum Miletum peregrè uenisset, frequenter que cum Thalete (qui & ipse unus ex septẽ fuit sapientibus) congrederetur, ac fortè ambo ex consuetudine in publico deambularent, tum ex cõposito filij mors illi nunciata est: ad quem atrocem nũcium uir alio- qui sapientiæ fama nobilis consternatus animo, re-

pentẽ sese humo affixit, capillum & barbã utra- que manu uellicans, fœdansq; iniectũ pulueris ora, palliumq; laniare, ad quod fœdum spectaculum & indignum persona quàm gerebat, cũ ex toto foro ingens factus esset concurtus, & ipse cum muliebri eiulatu ad sãtietatem spectatus indecorè iacuisset, tum Thales, cuius opera fuerat is nuncius illatus, Solonem leniter tangens, Bono, inquit, sis animo, si- lius tuus uiuit, ac experiri uolui an uxorem duce- re & filios procreare expediãt sapienti uiro, ut tibi persuasum est, & ipse magna assertionẽ contendis: sed iam, ut uidere est, non modò non conducit, ue- rum maiorem in modum repugnat, quando ex fa- pientibus insani fiant filiorum causa.

De Seleuco rege.

Quid Seleucus rex Syriæ, nonnẽ magnum edi- dit patriæ charitatis exemplum? qui Stratonem coniu- gem unicè dilectã, benèq; conuenientem Antiocho filio celsit, postea quàm iuuenem Eras- strati Medici indicio comperit, illius forma captũ periturum, nisi obuiam iretur, fuit id non solum filij uitæ cõsulere, sed seipsum uincere, quo nihil est ma- gno homine præstantius.

De Carthagenensium matribus.

Carthagenensium matres, cum tertio bello Puni- co ex omni nobilitate lectissimi adolescentes obli- des in Siciliam mitterentur, eos fletu & lametatio- ne querulæ sunt ad naues usq; comitate, tum ex his quædam à filiorum complexibus auullæ, ubi oram solutam uidere, nauimq; portu egredi, dolore iti- mulante in subiectos fluctus deliuere.

De Olympiadẽ, magni Alexandri matre.

Olympias magni Alexan. mater refossa Iollæ (q filij pincerna fuit) ossa, quia in uiuum læuire nõ con- tingerat, disipari iussit. sic ultra illa est filij mortem, cui uenenum miscuisse Iollas ferebatur.

De Parysate Cyri matre.

Sequit Olympias in mortuum, cæterum minoris Cyri mater Parysatis multò atrocius inlectata est filij interfectores, quorum unum Charetem decem dies à tortoribus excruciatum priuari luminibus iussit, auribus liquefactum plumbum infudit. Me- troclatem ob eandem noxam duabus scaphis inser- tum, fisis que, & melle pastum, uermibus quos cor- poris excrementa pepererunt, erodendum reliquit. Merafabatem, qui postremò ad supplicium raprus est, pelle enudatum, diuaticatumq; atrociter tribus palis affixit, & Parysatis dum nimis hominẽ amat quia filium, hominem se oblita est.

De Agrippina Do. Neronis matre.

Agrippina Domitij Neronis mater, dum ambi- tiose nimis imperium illi astruit, Chaldæos sciscita- ta an imperaturus esset filius, futurum comperit ut is demum imperaret, uerum ita ut matrè interfice- ret, Interficiat, inqt, modò imperet.

De Romanis matribus.

Sed quàm ambitiosa hæc in filio ornando, tam una, atque altera Romanorum matrum incauta in subito lætitiæ hauitu. Multi bello Punico secundo Roma. legionibus ad Trafimentum & Cannas cæsis falso crediti sunt perijisse, eratq; nonnullorum uita iam temerè deplorata, cum repente matribus obla- tri tantam lætitiæ molem illarum animis effudere, ut uelut subita ruina oppressæ inter oscula & complexus expirarent.

De Antistia matre.

Nec illud exiguum maternæ charitatis exemplũ. Antistia mater ob repudium à Cn. Pompeio filia- missum, mortem sibi conciuir, doloris & ignomi- niæ impatiens.

DE INDVLGENTIA ET AMORE A
coniugali. Cap. V.

De Protoplasto.

Multa & illustria sunt amoris exempla in iugali copula, atq; ex his quaedam cum ipso homine propemodum nata: nisi enim plus æquo Protoplastus Euam adamasset, nunquam sciens uolensq; diuina lege aberrasset. nocuit autoribus dira præuaricatio, nocuit & posteritati, esset pars uitæ longè optima mutua charitas, si homo semper ea uellet, quæ honesta sunt, aut ea darentur, quæ iure dare possunt, nihil obsequio præter bonum & æquum tuente.

De Sansone uiro fortissimo.

Fuit Sansonis uiri fortissimi nihil obsecrum in Philisteam coniugem obsequium, cui nisi nimium indulgisset, nunquam illius proci ænigma illud de leone, & apum mellificatione, magna uiri indignatione interpretari potuissent, unde fremitus & uox illa æstuantis animi, Nihil facilius femina.

De Solomone.

Minor hæc culpa, quam quæ Solomonem mortalium sapiētissimum à ueræ pietatis cultu nequiter abduxit: in illo, cuius nuper memini, ingenij fama periclitari, in hoc immortalis animæ salus, quo nobilior est, eo hæc multo quam illa fuit nocentior indulgentia.

De eodem.

Mirum uideri possit hominem suprema sapientia, ac supra fastigiū humanitatis collocatum, adeo iugalibus illecebris succubuisse, ut relicta luce tenebras sit securus, sed homo fuit Solomon, & si sapiens, humanus tamen, cuius proprium est labi: sed lapsus ille felix, qui demum corrigi potuit.

De Abigail.

Stolidum & pernicacem sortita uirum Abigail (sunt enim & amoris exempla in connubio multa, & illustria) coluit tamen eum insigni charitate, cui Dauidem iratum cognouisset, & ad illius exitium cum armatorum cohorte appropinquare, obuiam prudens mulier cum magnis muneribus illi facta est, adeoq; præferocis & irati iuuenis animum circumegit, ut ex inimico confestim Dauid amicus illi, & ex hoste hospes fit factus, sic qui hostis uenerat, defensor discelsit.

De Iob patientissimo.

Nullus tam mutuae charitatis maior unquam extitit affectus in connubio aliquo, quam Iob patientissimi hominum. enim uerò uxor capillis magno in femina ornamento sese priuauit, ut in summa egestate languenti uiro, ac grauius affecto panem mereretur, & illum quem non fortunarum amissio, non cohors filiorum, ruina domus obruitæ, non uis ulla morbi infringere potuerat, pars una capillorum coniugi adempta adeo affectu, ut diem quo genitus esset, homo alioq; patientissimus, sit demum execratus.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMUM DE ORPHEO.

Nisi fabulosa consecrari turpe esset, & fides ipsi abrogaretur, quæ ad uitam instruendam, non ad uoluptatem scribuntur, speciosum esset in hac relatione illud, quod de Orpheo canunt poëtæ. nam præterquam quod ridiculum sit prode inferna loca adijisse, ut suam inde Eurydicem reciperet, quod reliquum est à fide non abhorret, coniuge amilla semper illius nomen in ore habuisse, omnemq; mulierum congressum esse iam inde auersatum, ita ut foliagus stibili cantu luctum & mœorem solaretur.

De Alceste & Heroidibus quibusdam.

Sed tam hæc de Orpheo cunctanter referenda, quam quæ de Alceste & Laodomia fabulata est uelustas. parem cunctationem merentur, quæ de Di done et Andromache scripsit Maro, non quia non credibilia sunt, sed quod à poëta traduntur, cui nihil debere uult historia.

De Artemisia regina.

De Artemisia in Mausolum defunctum charitate certior fama est: extant & uestigia nobilissimi se pulchri, quæ famæ astipulantur. fuit id Mausoleum tantæ admirationi omnibus gentibus cum apparatu rerum, tum opificio, ut inter pauca orbis terrarum opera, sit à Græcis & Romanis scriptoribus nobilitatum.

De Nimo rege.

Age uerò & quam indulgēs credēdus est, uel potius quam uxoris Nimus Assyriæ rex (si uera sunt quæ de eo quidam prodidere) quæ siue ita euenire uoluit, siue fœminam, nunquam tale facinus aufuram creditur: Semiramidem coniugem regis insignibus in paucos dies instruxit, quam bona mulier occasione adeptam in regno perleuerauerit, uirumq; in potestatem redactum non obloquentem modo, sed imperio etiam inde habuit obnoxium.

De Dario rege.

Darius rex duplici prælio uictus ab Alexandro, magna imperij parte exutus, nullum tristitiæ signum dedit, ut fertur. Cæterum morte coniugis audita, manu oculis admota, non potuit lachrymis temperare.

De Tiberio Graccho.

Tiberius Gracchorum pater duobus anguibus intra cubiculum captis, cum ab ostentorum interprete diceretur fore ut ipse superstes esset Corneliæ uxori, si alterius sexus serpens interficeretur: Immo, inquit, meum interficite. Cornelia iuuenis est, potest per ætatem adhuc parere. nec desuit rei euentus, certauit cum eo quæ superfuit coniunx mutua charitate, tantum enim abfuit, ut post Gracchi obitum fuerit connubij appetens, ut regias etiã sit nuptias aspernata.

De M. Lepido.

Fuit & M. Lepidi charitas in uxorem nobilis apud maiores, qui cum post Syllæ dictatoris interitum à Carulo dissensione ciuili urbe eiectus, in Sardiniam concessisset, audito Apulie coniugis repudio, mortem obiit.

DE FILIORVM PIETATE IN PARENTES. Cap. VI.

De Thobia Thobie filio.

Extant & filiorum in parentes exempla pietatis multa & magna, atque eo fortasse magis conspicua, quo uiridior ætas minus sentit hinc affectum, minus religione ulla tangitur quam senilis ætas, cuius proprium est pia et iuita curare. Tobias Tobie filius, ut paternæ cæcitati remedium quereret, puer adhuc omniumq; rerum ignarus, domo peregrè profectus cœlestem meruit ducem sortiri, cuius ductu felix ita puer, felicior reddito præsentissimum attulit patri remedium.

De Sem & Iaphet.

Nec parum piè fecisse uideri possunt Sem & Iaphet, Noë filij, qui ut temulenti patris uerenda tegerent (illi enim uini insolentia, quod primus uuis expresserat, ebrius factus incautus, & ludibrio obnoxius decubuerat) auersa facie iacentē adijisse dicuntur, sic itaque proprijs oculis pepercere, ne illicito aspectu uiolarentur, & alijs ridendi materiam ademerunt.

De He-

De Herode.

Herodes ille, qui magni cognomen tulit, cum hoste à tergo urgente graui comitatu impeditus, noctu per abrupta & difficilia loca iter faceret, mater que anus & ægra animo, curru fortè excussa ac debilitata fugam remoraretur, de manu sibi inferenda sæpius cogitauit, fatius ratus mortem occumbere, quam matrem hostibus deferere.

De Cheldiberto & Clotario, Francorum regibus.

Insignis hæc Hebræi hominis pietas in matrem, sed multo insignior Cheldiberti & Clotarij fratrum, qui regia Francorum stirpe orti, atq; ipsi reges, cum de regni possessione inter se armis disceptarent, essentq; acie dimicaturi, Crotochilidis matris interuentu primò ferrum inhibuere maternis precibus & lachrymis moti, inde non solum prelio abstinerunt, sed concordēs facti mutuo se complexi sunt.

De Leone imperatore.

Leo imperator Constantinopolitanus imperium à Leone auunculo per manus acceptum, cum pacatè regeret, ocioq; & opibus floreret, Zenoni Isaurico patri suo sponte tradidit habendum: indignum (credo) ducens, ac nefarium filium imperare, ubi patris priuatus ageret.

De Rosimunda Baldoini regis uxore.

Habent & mulieres illustres in hac parte sua exempla, nec adeo uelusta, & ob id fortassis iucundiora relatu. Iunxit sibi uxorem Baldoinus Longobardorum rex Comundi Lepidarum regis filiam, quæ bello uictum interfecerat, misitq; huic regio conuiuio admotæ, cum fortè Verone esset, incaluisseq; uino, Comundi patris caluam, qua more gentis pro populo solennibus conuiujs urebatur, iussusq; est minister reginam hortari, ut cū patre biberet, perstrinxit Rosimundæ animum (id enim fuit illi nomen) interpestiua paternæ cædis exprobratio, ultionemque secum meditata, uirum haud multo post domestica fraude sustulit, subornato illi percussore.

De Rusticana.

Si non tam atrociter, non minus piè tamen Rusticana Romana mulier ultra est patrem Symmachum, quem Theodoricus rex Gothorum cū Boëtio eius genero interfecit, fuit hæc post regis interitum suis ciuibus autor, ut ad abolendam Barbari memoriæ eius statua tollerentur è medio, id postea facinus maiestatis accersita apud Totilam eiusdem gentis regem, non inficiata est, sed tam constanter etiã confessa, ut nihil æquè illi profuerit ad salutem ac constantiam, quã Barbarus miratus, & si causam improbare, tantam tamen indolem uenia dignã censuit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,

& primum de Aenea.

Aeneas, si quid eminentissimus Vates ad fidem scripsit, Anchisem patrem tam piè coluit, ut capto Ilio per medios hostes & flammam hu meris impositum in Idam usque montem tulerit, magis inter eundem grato oneri timens quam sibi, aut filio, aut Creusæ coniugi, quæ euestigio sequebatur.

De Cimone Atheniensis.

Quid Cimone Atheniensis, qua & ipse pietate censendus? qui ut Miltiadē patrem publicè damnatū uinculis eximeret, ultra sese carceri obtulit, mortē (ut credere æquum est) libens oppetiturus, modo patrem periculo seruare.

De Manlio Torquato.

Maiore quadam indole apud nostros Manlius, qui à torque Galio hosti adempto primus tulit Torqua-

Ati cognomen, Manlio patri suo ad populū reo tenuē opitulatus est. Erat huic dies à Tribuno plebis dicta, quod filium adolescentem ingenuum, rus uelut in ergastulum ablegasset, id posteaquam est filio nunciatum, sub lucem ferro accinctus in urbem uenit, decretoque petijt Tribuni domum, qui diem patri dixerat: ad quem tanquam accusator non ultor admissus, ubi per speciem secreti solus est solum adeptus, manu faucibus injecta stringit ferrum, iuguloq; admouet iacentis, Morieris (inquit) nisi iureiurando promiseris Manlij patris causam depositurum, ab eoq; ad populum uexando temperaturum, quo Tribunus periculo subactus in eius uerba iurauit, & quod iurauit præstitit, magno claroque testimonio pietatis in filio erga patrem, quam uel iniqui laudantur.

De Pio Metello.

Metellus pro patre adeo afflictim lachrymis & precibus intercessit apud Ro. po. ut Pij cognomen iam inde ex ea se tulerit.

De Antigono Demetrii filio.

Extitit & in Antigono Demetrii filio nihil obscura pietas, qui patris morte nunciata in Syriam nauigauit, eiusque cineres aurea urna inclusos Corinthum insigni nauium apparatu ad tibarum cærum deportauit.

De puerperâ quadam Ro.

Superauit omnem exemplorum æstimationem Romanæ mulierculæ pietas in matrem, intercidit nomen puerperæ humili & obscuro loco ortæ, fama tamen uiget hodie, uigebitque omni æuo: aluit hæc plures dies matrem capitis damnatam in carcere, impetrata à custodibus uenia illam adeundi, ueste tamen semper prius excussa, ne quid ad eam cibi inferretur. quæ res ubi animaduera est, & in curiam delata, publico decreto pietissimæ filie uita est matris condonata, & ne tantę rei memoria intercederet, ubi carcer fuit, Pietatis ara constituta est.

DE MUTVO AMORE ET

charitate fratrum. Cap. VII.

De Esau & Israele.

Magnum quidem & efficacem ad rem domesticam tuendam & augendam uinculum mutui fratrum amor & concordia. nam quo illi inter se animo esse debeant, ipsa uox qua nominantur declarat, habet itaque uita, & in his exempla, satis memoratu digna. Enimuero quid est Esau memorabilis? qui ab Israele fratre hæreditate, qua nulla fuit unquam sanctior, fraude depulsus, hunc tamen postlimino reuersum non modo non auersatus est, conatusue patrijs sinibus propulsare, sed suauissimè etiam complexum charitate plusquam fraternam uenientem excepit, ingenitæ pietatis non iniuriæ memor.

De Iosippo Israelis filio.

Iosippus qui Israelis fuit filius domesticū id exemplum imitatus, fratres qui se puerum uendiderant, uel perdidit potius, quantum in eis fuit, cum in magna caritate annonæ Aegyptum petissent, frumenti in de cœmuni necessitate adacti, hospitaliter excepit nondum agnitus, adhibuitque domestico conuiuio, tritici precium ignarus restituit, rationem commentus accersendi ad se amantissimi fratris, qui unus domi subfederat, ut de eius quoque incolumitate coram cognosceret.

De Mose.

Moses Iudaicæ rei summam partitus cum Aarone fratre, eum tabernaculo præfecit, omni sacrorum potestate in unū collata, quam postea dignitatem

neille amitteret, oratione & miraculis certauit cum populo, nec prius destitit assertæ dignitatis satagere, quam id sacerdotium fratri in omne uitæ tempus stabiluisset.

De eodem.

Pari pietatis affectu, uir ille summus, forori ueni am è cælo impetrauit, cum iam lepra contacta esset, quod immodicæ linguæ scemina fratrem libertatis autorem seruatoremque populi, probrois uer bis incesse esset aua.

De Petro apostolo, & Andrea eius fratre.

Petrus Bariona & Andreas eius frater, ad eò uter que alteru diledit, ut quod uni fuit cordi, fuerit & alteri: piscatu ab ineunte ætate uterq; uixit, hic retibus relicto Christum secutus est, secutus est & ille, ambo apostoli nomen tulere. Ambo Christi nomē professi mortem oppetiuerunt, & ut extrema primis responderent, cruci ambo affixi, ut quorum mens semper una fuisset, unus esset & exitus.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMUM DE CASTORIBUS.

Asiat Theramneos fratres Græcia magis pietatis officio quam animorum cõcordia: hic eques fuit, ille pugil: cæstibus hic, ille habentis usus. nec idem exitus, mortalis Castor, Pollux æternitatem sortitus est, in eo tamē alter memorabilis, quod in mortalis mortalem uitæ dimidio redemit.

De Agamemnone.

Magnum & egregium fuit id munus, ac nescio an ullum maius esse potuerit mortalitatem admittere, ne in omne tempus frater moreretur: fuitq; id multo plus quam uniuersam Græciam armare, ne fraternus esset amor inultus, quod Attidarum maiorem natu fecisse proditum est. Decem annos ad Troiam bellauit, ne minor frater ademptam coniugem sine uindice suspiraret.

De Africano maiore.

Fuit & maioris Africani erga Lucium fratrem non uulgaris affectus, cui & extra fortē Antiochus, & Syria prouincia decerneretur. Ad bellum graue & laboriosum gerendum legatum sese illi obtulit.

De Fulvio Flacco.

Fuluius Flaccus cum multa ope Capuam obsideret, magnaq; uirtutis fama, ob Penum à castris mulara ui repulsum, à senatu per literas petijt, ut liceret sibi Romam occurrere ad Fuluij fratris salutem tuēdam, cui à tribuno plebis dicta erat dies, quod ipsius temeritate ad Herdoniam cæsus esset Romanus exercitus.

De Tiberio Casare.

Celebris & Tiberij Cæsaris pietas in Drusum fratrem, cuius in Germania extingui, Romam usque pedibus mcestus & squalore obitus, est cadauer profecutus, magno amoris testimonio in uiuū, sed maiore aliquanto pietatis in defunctum.

De Publio Rutilio.

Pub. Rutilius leui morbo impeditus, ad eò de fratris dignitate sollicitus fuit, ut in petitione consularis audita eius repulsa cõtinuò animam efflauerit.

De Intaphernis coniuge.

Nec sua defunt mulieribus exempla in fratres, quorum illud maxime memorabile fuit. Intaphernes unus ex Darij socijs, qui Persarum regnū à Magis fratribus furto occupatum armis uindictarunt, is post summam rei Darij delatam, cum à cubiculi ministro regem adire prohiberetur, ira percussus aures illi, & nasum abscidit: estque ob eam noxam Intaphernes cum omni uirili stirpe ad supplicium

arreptus, iacuit eius uxor plures dies anteregis Ianuam miserabiliter prouoluta, cum lachrymis & flebili lamentatione: cuius afflictionem miseratus Darius, misit qui illi nunciaret, ut unum ex his qui interficiendi essent, sibi deponeret, futurum ut illius quem incolumem uellet, ipsius lachrymis uitā condonaret, ut unus aliquis seruatus futuræ esset orbitatis leuamen. nemo fuit cui nō persuasum esset fore ut amantissimi coniugis aut unius filiorum sibi uitam optaret, sed mulier fratrem deponoscit: ceterum iussa à rege dicere quid esset quod fratrem tanto uiro, & filijs prætulisset, Sum, inquit, ego rex adhuc iuuenis, possumque proinde iterum & nubere & parere: frater parentibus senio confectis si ademptus sit restitui non potest, qua uoce rex uehementer commotus non fratrem solum, sed & filia natu maximum illi restituit.

De Claudia Vestali.

Claudia Vestaliū una, quia, frater à Tribuno plebis triumphare prohiberetur, cum eo currum alcedit sacerdotio freta: celsit sacrosanctus magistratus religioni, quæ eo die uerius quam imperatoris uirtus triumphauit.

DE FIDE ET CHARITATE SERUORUM ERGA DOMINOS.

Cap. VIII.

De Israele.

Parum uerè dicitur (ut arbitrator) nullam inter homines fidem posse coalescere, nisi inter eos qui ex æquo uiuunt, tanquam ita sit natura cõparatum, ut qui seruitutem seruiunt, cū eis, in quorum mancipio sunt, animo dissidere oporteat: uel quia seruire nolit mens hominis, aut quod imperare nesciat, sed contra summi uiri, summoque loco nati tam pulchrè seruiuerūt, quam & constanter antea cum regnarent imperitarunt, famularus est (ad id quod attinet) annos quatuordecim Israël. Labani auunculo suo spe connubij, cum septem debuisset, pertulit itaque longum seruitium ut Rachel potiretur, fuitque famularus ille uoluntarius non coactus, & ob eam rem fortasse minus grauis, sed nihil habuit seruitus illa pulchrius tolerantia, quæ utiliter omnibus uitæ partibus accommodatur, huic uerò de qua nunc sermo est utilissimè.

De Iosippo.

Sed quam patiens fuit hic, cuius mentio proxime facta est, tam profectò, ac nescio an plus etiam Iosippus eius filius in Putipharem apud quem seruiuit, fidelis, à quo in Ægypto emptus, stupriq; ab eius uxore sapius appellatus, in carcere & uinculis esse maluit, quam herilem domum adulterio polluere.

De anu Ebronitana.

Non tulit seruitij nomen anus illa Ebronitana, fuit tamen nihilo secius serua, quia sub rege esset, regeq; superbissimo, ac tyrannici spiritus, oraculo tamen edocta fore, ut post die illius diei Saul rex cum filijs eo prælio caderet, quod cum Philistis instabat, iacentem & afflictum regem consolata est, saginatumq; illi uitulum apposuit, ut non solū animum, sed affectum etiā corpus resciceret, magis presentinæ quam præsentis fortunæ memor.

De Dauide rege.

Quod si seruire iure dicuntur, qui sub rege superbissimo sunt, quis in suum unquam fuit dominum maiore quam Dauide fide, in hoc ipsum regem quæ mox paulò periturum Ebronitana anus tam honorificè penes se habuit: erat is Dauide ad eò in sensus ut nullus in tota Iudæa esset locus ab regis infectione non illi infectus: ceterum cum sepe regem iniuriæ

iniuriæ obnoxii habuisset, maluit regis uestis laciniam recidere, quam ceruicem, & dormienti urceum potius adimere uoluit quam caput.

De Paulo Nolano Antistite.

Verum nulla seruitus tam uoluntaria fuit, quam Pauli Nolani Antistitis, & ob id fortasse omnium maxime celebranda, posteaquam is omnia sua Vandalicis temporibus impendit, in Nolanis ciuibus ex Aphrica redimendis, seipsum (quando nil prætere reliquum erat) hostibus dedit, ut uiduæ filium redimeret, hic regij cultor horri tam fideliter, dexte reque id obire munus, ut meritò esset omnibus charissimus. Cæterum nihil æquè illi profuit ad gratiam promerendam, ac de eius sanctitate inter barbaros opinio, secutaq; diuinitio de futura rerum mutatione, cui cum euentus ab undè respondisset, tantum apud unum regem meruit, ut cum suis populis libertate donatus, magnaq; frumenti copia triumphanti similis Nolam remeauerit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, & PRIMUM DE HERCULE.

Hebanus ille Hercules, qui Amphitryonis est filius dictus, siue oraculi monitu, siue casu in Lydia (quod satis constat) humiliter seruiuit, ut inter cõseruas puellarum obiret munia, calathum & pensa tractaret illa uictrix dextera, quæ omnia orbis monstra sustulit, tantum unum hominem alioquin inuictum mutare potuit, aut necessitas, aut uoluptas.

De Diogene Cynico.

Qualis prætere fuerit Diogenis Cynici seruitus, Xeniadis Corinthij, qui tam nobile mancipium emit, publicè uox testata est, qui rogatus (ut fertur) quem hominem domi emptum haberet? non hominem, inquit, habeo, sed bonum Genium, qui domum meam ingressus, sanctè & iuste seruit apud me seruitutem.

De Asdrubalis percussore.

Age nunc qua fide seruiuisse putandus est Barbarus ille in Hispania? qui ut herum ab Asdrubale Pœnorum duce interfectum ulcisceretur, summum eius gentis imperatorem obruncare non dubitauit, ceterum raptus ad supplicium, atque acerbissimi me discruciatius, tantum abfuit ut signum ullum tristitiæ aut doloris dederit, cum uariè torqueretur, ut post multos cruciatius læticia gestiens tanquam optatæ ultionis compos expirauerit.

De Philocrate, C. Gracchi seruo.

Quid Philocrates C. Gracchi seruus, quando in ullo eius fortunæ tam euident apparuit fides? siquidem Gracchus ciuili seditione ex Auentino deiectus, amicorumque fauore destitutus in Transtiberinam regionem fuga delatus, ubi sensit percussores adesse, pectus Philocrati seruo obrulit ferro hauriendum, paruit ille. Cæterum ferrum ex herili corpore educitum confessum in se uertit, mortemq; sibi consciiuit, ne cadenti domino superesset, qui siue sic conciderit, siue (ut fertur) quod herum complexus ab eo diuelli nequiuisset, nisi multis uulneribus confossus, certè nō uulgare dedit fidei exemplum, quin non modò non superstes domino esse uoluit, sed ne cadentem quidem uidere potuit.

De P. Catreno Philotimo.

Pub. Catrenus Philotimus non seruus, sed iam libertate donatus, & omnibus bonis relicto hæres, ita tamen fuit erga patronum affectus, ut in defuncti rogum, doloris impatiens sese coniecerit.

De seruo quodam.

Nec illa uulgaris fides in seruo, quod Triumuirali conspiratione proscriptorum quendam fidelissimi

mus seruus sepulchro textit, quoad ipse ad mare occurreret, ut nauigium ad fugam expediret, mox inde reuersus herum interfectum inuenit, sed adhuc paululum spirantem: tum ille, Sustine (inquit) here, & hoc uide, uibratoque ferro turmarum ducem, qui ad eadem uenerat in uestigio obruncat, mox suum hausit pectus inclamans, Et hoc solame mortis accipe.

DE PECULIARI STUDIO, ET MORIBUS DIUER SARUM FAMILIARUM.

Cap. IX.

Duplex cura exercuit omnem Protoplasti progeniem, ut diuinæ testantur literæ, hæc uocum quibus res significarentur, altera uerò artium ad usum uitæ comminiscendarum: uerum tamen metis nominum inuentio ad primum parentem referatur, credere æquum est, non cum solus adhuc ille esset, multum operæ in ea re posuisse, sed posteaquam filijs & nepotibus est auctus, tū cura assidua & studio effectum, ut omnia sua uoce signarentur, ut commodius inter se agerent mortales expressiusque cognoscerentur omnium desideria. secuta nec longo interuallo recentior cura excogitandarū artium, quod studium peculiare fuit ijs, qui à Protoplasto longa serie procreati sunt usque ad Cataclysmi tempora, quin & literarum inuentio ad hos referenda est, si uera sunt quæ de duabus columnis prodita sunt memoriæ, quibus ante diluuium constitutis, totum illud de mundi origine & eius consummatione arcanum primi illi mortales exscripserint.

De domo & familia Noe.

Fuerunt hæc primæ uæ illius domus propria, ac secundariæ cuius Noë fuit autor, propagandæ gentis studium, ex nulla unquam regione domoue tot coloniarum aut plures in colonias misit, quam ex ea terra quam Noë & illius successores post diluuium tenuere, nulla propemodum regio est in terris, quæ aut non primum sit ab his culta, aut recenti cultu non instaurata.

De Iacob & eius domo.

Iam uerò Iisraeli & filijs præter cætera, domesticū & peculiare fuit oues pascere. Pastor fuit Iacob cū iuuenis esset, & filij paternum studiū secuti, tametsi multi numero præter unum tamen aut alterum cæteri pasturam exercuere, ad eò uni rei dediti, ut in Ægyptum profecti, eam potissimum regionē per Iosippum à rege impetrarint, quæ rei esset pecuariæ præcipuè idonea.

De Dauidis domo & familia.

Nihil fuit Dauide sanctius, nihil Solomone sapientius, nec tamen domus ulla atrocioribus pluribusque fugillata est probrois, ut Dauidis iuuetra dissimuletur loceri seruitiæ & furori obnoxia, ut mutua filiorum cædes, adulterium parricidio auctū, filiorum stuprum, Absalonis defectio, domesticum bellum, & cõtentio de summa rei, & mox Solomone nis præuaticatio, regni scissio, ut nulli regum lares atrocius sint à domesticis uexati, nulli ab externis gentibus sanctius & uenerabilius culti.

De Machabeorum domo.

Machabeorū domus nil habuit antiqutius, quam Hebraicæ gentis cultum & pietatem à maioribus acceptam tueri, hinc certamen illud perpetuum cum Syriæ regibus, & finitimis gentibus, per totius familie duces multis & uarijs claudibus distractum, ut penè plures duces domus uno tulerit paucorū annorum spacio, quam omnibus ætatibus uniuersa Iudæa habuerit.

De Francorum regum familia.

Fuit diu Francorum regum domus Ro. Pontifici

bus profugiu, nulli Christiani nominis reges impē-
sius fauerunt Apostolicæ cędi, quàm Pipinus & Pi-
pini Carolus filius, qui magni cognomen tulit: eius
posteriores Pontificum pronas in lapsum, ne ruerent
sæpius texerunt, aut maiore studio exerunt afflic-
tissimas.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRI-
mum de Aegæi domo.

Sed quàm constans fuit studium regni unius in
tuenda humanæ pietatis arce, tã leue & incon-
stans Aegæi, & eorum qui ab Aegæo fuere in
hospitali iure colendo & fide hospitibus præstan-
da, reliquit Aethram prægnantem Aegæus, Medea
expulit. Theseus huius filius Ariadnam domo ab-
ductam prodidit, Helenam rapuit, Amazonem pe-
remit. Demophon, quæ Theseus procreauit, Phil-
lidem relictam ad mortem compulit, dubium fato
an consilio sit tories fides & amor ab una familia læ-
sus, nulla (ut uerè dicitur) domus aliquo contenta
fuit exemplo.

De Cadmi domo.

Magnum flagitium & detestabile ad aliena per-
niciem amare, uerum hoc minus atrox quàm Cad-
meæ domus dissidium, dirusque in suos sæuendi
furor, nulla unquam regia tot sæuiriæ monstris con-
uulsa est, nulla sua ipsius iniuria atrocius afflicta, e-
xilia, fugæ, præcipitationes, nocturni terrores, mu-
tuæ cædes, præcipiti lanatus, sensit demum frater-
nus rogus infauste stirpis Genium, flammam dissi-
dio diritatem gentis testatus.

De Barchinæ domo.

Magnum & inexpiabile fuit Barchinæ domus
in Ro. nomen odium, & quod nisi cum exitio et in-
teritu finiri non potuit: obijt Amilcar olim hostis
Ro. po. & mox futurus si uita superuississet, perierit
Amilcaris filij hostes atque omnium infestissimus
Annibal, qui uenenum hausit ne Romanum ferret.
sic aliquando prius Sophonisba eiusdem gentis,
sic Hasdrubalis uxor capta Carthagine, fatius rata
mortem cum filijs occumbere, quàm Scipioni
cedere.

De Arfacidarum familia.

Impius & detestabilis mos, uerum quia singula-
ris, idcirco fortasse referendus. In Arfacidarum gen-
te parum legitime regnare credebatur, qui non ex
incesto matris filijque concubitu conceptus esset.
tantum ritus mōsue aliquis quoquo modo rece-
ptus ualet, ut quod apud alios nefas sit cogitare, nõ
fecisse apud quosdam probri sit & ignominia.

De Claudiorum familia.

Appiæ familiæ gentile & hereditariu fuit Roma
nam plebem odisse, quo affectu imbuti principes
eius gentis tam contumaciter cum plebeijs magi-
stratibus certarunt, ut ne rei quidem ad populum
subigi potuerint ex his quidam hortatu aut preci-
bus luorum, ut ad inuidiam leuandam uertem mu-
tarent.

De Curionum familia.

Vt his odium & perpetuum certamen cum uno
ciuitatis ordine curæ fuit, ita Curionum genti elo-
quentiæ studium. Nam tres continua serie fuerunt
in una domo clari oratores, & in his Curio qui Cæ-
sareanarum partium factus ciuili bello secundo ad
Bagradam in Aphrica mortem occubuit.

De Metellorum familia.

Nec Metellos suum defecit studium & mos qui-
dam affectandi cognominia uel ex ignobili uictoria,
hinc Numidici, Balearici, Cretici, Macedonici in
eadem familia appellationes, quæ sic cū una quam
ex Aphrica uicta tulit Scipio, quam frater ex Asia,

conferantur, & si multa numero, facere non potue-
runt æquilibrium.

DE DOMESTICA DISCORDIA.

De Cain & Abele fratribus.

Cap. X.

Omne scelus & flagitium protinus cum homi-
ne ortum uideri potest, sed hominis culpa
non naturæ, contemptus numinis, ambitio,
liuor & æmulation, inuidiæ alumni, ipsum terræ Ge-
nium recentem & sanctum continuo fœdauere: ni-
hil erat adhuc homini ad quod inuidia liuentes o-
culos attollerer, nec tamen defuit illi materia com-
mittendi in se fratres, ut cum duo Protoplasto filij
essent, hunc æmulation armauerit in perniciem alte-
rius, ortaque est nefaria cædes ex Iudæa, quod sce-
lus non tantum obfuit penatibus recenti adhuc
mundo constitutis inexpiabili cæde imbutis, sed
omnem posteritatem usque ad Cataclysmum in
perniciem traxit, siquidem in tempestiuo unius exi-
lio oblita est uita suæ originis, arcanique mysterij
expers facta, quoad aquarum inundatio auctores
culpæ, & qui auctoribus accessere, cum uniuersa ter-
ra obruit.

De domo Noe.

Egit Chaim in exilium patris ira, peperitque id
dissidium terris tenebras Cimmerijs obscuriores,
quibus humanu genus semel immersum nunquã
iam inde destitit à seipso dissidere, ut ad eam lucem
quam semel emisit, & si Christi prædicatione
receptam, etiamnum pars hominum multo maxi-
ma caliget.

De Solomonis domo.

Reliquit filio Solomon rex moriens magnum
& opulentum regnum, ceterum domestica discor-
dia diuisum iam inde in peius abijt, grauiterd; in te-
stinis cladibus accisum ed uenit, ut inuicem omni-
bus fuerit ludibrio.

De Dauidicæ domus discordia.

Potuit his documento esse auctæ domus discor-
dia, enim uero Dauid rex à filio regio solio urbe de-
iectus, coactus est cum suis hostiliter dimicare, re-
gnumque ignominiosa fuga, & Absalonis cede de-
formarum non tam humana est ope receptu, quàm
cœli prouidentia.

De Aristobolo & fratre.

Sed nullam magis domu afflixit id malū quàm
Aristoboli Iudæorum regis & fratris, qui dum in-
ter se de regno hostiliter disceptant, regnum & ur-
bem, in qua nati erant, perdidit: & quod malo-
rum cumulo accessit, augustissimum templū, quod
in urbe fuit, bello prophanatum est, magnaque ex
parte dirutum.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,

& primum de Pelopida-
rum domo.

Sunt & aliarum gentium fœda in hac parte mo-
numenta, atque eo fortassis fœdiora, quo mi-
nus in his religionis fuit, minorq; numinis re-
uerentia, estq; Pelopidarum domus omnium atro-
cissimè his malis conuulsa, Atreo & Thyeste dissi-
dentibus, nihil uerus aut recens scena habuit dete-
stabilius, quàm monstrosa exempla, quæ ex ea do-
mo profecta sunt, si poetica fides recipiat, exijt fra-
ternus ille furor in nepotes, ut regia cõiunx incesto
amore saucia non uiro pepererit, non filius matri.

De Eteocle & Polynice.

Paribus propemodum monstris, sed euentu ad-
huc atrocior cecidit uerus Oedipodis regia, arma-
uit dira regni cupiditas Eteoclem & Polynicē fra-
tres, ut alter alteru auito solo, & patrio derubaret:

nec

nec hætenus malum quieuit, desumma quoq; rei
armis inter illos dimicatu. Verum dū ambo uincit,
uterq; uictus est, mutuis ambo uulneribus cõfossi
seiplos, & regnu prius à patre perditum perdidere.

De Cambyse rege, & fratre.

Fuit eadem pestis Persiciæ rebus aliquando exi-
tio. Nam Cambyse Cyri filius, dum uirtutem & rō-
bur fratris plus nimio odit, capitaliterq; huic quæ
oderat insidiatur, nequissimis seruis fecit aditum
ad suum absentis regnum occupadum, fratre è me-
dio sublato: excidit itaque regno sua potius quàm
fratris culpa, & dum domesticam fidem ferre non
potest, alienam tulit perfidiam.

De domestica duorum regnorum discordia.

Cõuulsa sunt duo finitima regna, ac grauitèr asse-
ta domestico hoc ueneno, Ptolemæorum regia in
Ægypto, & Antiochi successorum in Syria: fœdissi-
mis utraq; domus cędibus Tragicisq; exemplis ob-
intestina discordiam sugillata, & in his reginaru
scelera, quæ sequitur, & omni monstrorum genere ne-
uiris quidem posthabendæ sint: sed Cleopatra om-
nium terribissima, (fuit hæc una ex ijs quæ uetustiore
memoria in Ægypto reginæ nomen tulerunt) ma-
trem ex toro expulit, filias uiduas fecit alterno fra-
trum matrimonio, uirilis stirpis liberos, unū in exi-
lium egit, alterum interficere conata est, cui postea
suorum scelum debitas exoluit pœnas.

De eodem regno.

Huius filia Seleuce Cleopatram sororem in Sy-
ria occidit inuito renitenteq; marito: & quod om-
niū maximè fuit detestabile, quia à Simulachro deę,
ad quam confugerat, non poterat regia mulier ab-
strahi, brachia iussit amputari, polluit eandem regiã
altera Cleopatra, quæ Antiocho nupsit filij cæde,
quem interfici iussit, quod non auctor ab eo facta es-
set recepti diadematis, alteri uenenum miscuit, sed
exitium quod alteri parauerat, in eius caput uertit,
id à filio bibere coacta.

De Tarquinij regia.

Tulit & Romana regia dissidium satis per se a-
trox & calamitosum, sed exitu impiū ac dirum, lu-
stulerunt minor Tullia, & maior, Tarquinioru fra-
trem hic, illa sororem, uel potius uterq; coniugem.
idem furor regem senio confectum solio deturba-
uit, deturbatum curia deiecit, deiectum & exanimè
impia filia calcavit currus: uerum fœderi manes à
genere breui pœnas exegerunt, patris umbra à sce-
lerata Tullia, ambo enim cū filijs regno eiecti, exu-
lare coacti sunt, regnumque malè partum maximo
omnium exemplo amiserunt.

MARCI ANTONII SA-

BELLICI EXEMPLORVM,

Liber quartus.



Non aperto adhuc, & uelut intra parie-
tes domorum uersata est exemplaris
hæc rerum explicatio, nunc demum
in publicum egreditur, ut tanquam
in concione stans, aut aliqua eminen-
tiore specula totam ciuitatis faciem
consideret, qua uitæ pars multo maxima contine-
tur, absolutaq; uirtus: & quia nihil in humanis est
sanctius in religione, nihil homini tam proprium
quàm pietatis cultus, non absurdū sit, arbitror, de
ipsa re primum dicere, in qua illa subit reputatio,
quod cum ingenita sit omnibus gētibus religionis
cura, tam multiplex sit uia inita colendi hoc, quod
cultu & ueneratione dignum mortales autumant,
ut nullæ propemodum due gentes eundem sacro-
rum ritum simul probauerint, aut à maioribus pro-
batum per manus acceperint, quin alij alia uia in-
gressi, quem semel sortiti sunt sacroru ritum, hunc

ut omnium optimum, longeque uerissimū tueri per-
seuearunt: uerum cū innumere sint propemodū
uiæ, quæ religionis nomine à mortalibus teruntur,
quàm Protoplastus à principio liberis, & omni pō-
steritati proposuit, omnium rectissima est, longeque
tutissima censenda, nam hæc ad ueri numinis ducit
aram, nec id arcanum ante salutis annos Iudææ si-
nes (quod iure aliquis miretur) est transgressum, du-
bium prouidentia, an casu, an potius gentis institu-
to: nulla enim fuit gens unquã in terris suæ religio-
nis tam tenax, quàm Iudæi: nulla rursus alienæ tam
magis negligens, in dubitato ueritatis argumento,
quàm soli omnium tenuere.

DE RELIGIONIS INSTITVTIO,
ne, & primum de Mose.

Caput I.

AT quando unius gentis in primis religio-
metio sua sponte incidit, Moses dux eorum
summus quia populum duceret, ne rei diui-
næ cultus prætermitteretur mysticam uirgam, &
tabernaculi, quod Deo optimo maximo sacrauit,
Haaroni curã attribuit, ut in desertis & deuijs ter-
ris suis numini honor redderetur: nullum ratus (ut
credere est) hominum cœtu sine religione esse opor-
tere, ac nisi Deus præsens sit uolensq; humanis in-
terfit rebus, ludibrius esse quicquid homo cogitet,
non consilium.

De eodem Mose.

Eiusdem est illud, quod ad religionem pertinet,
Altare sacerdos mancus non accedat sacrorum cau-
sa, alendus tamē templi oblationibus: puerpera an-
te diem quadragesimum si marem sit enixa, si alte-
rius sexus, bis totidem dies sacro arcebitur: agroru
fructus, & fœtus animalium quinquagesimo quo-
que anno Iudæa gens hospitibus & clientibus com-
munes facito, seruitia manumittito, iubileū (id so-
lenne dixerunt ab annorum numero) sanxit. Tabu-
læ quibus diuinæ leges erant incisæ, & in fœderis
arca inclusæ, ut cum tabernaculo circumagerentur,
bis dena milia noninum legit. Sabbatoru dies tam
religiose obseruati, ut ne ad defensionem quidem
suam quicquam illis parere fas esset: quæ res mare-
riam præbuit sæpè hostibus in eam gentem ad libi-
tum grassandi, quippe quæ fatius duxerit priuari ui-
ta, quàm ferrum contra religionem tractare.

De Christiana religione.

Relulit ex his quædam Christiana pietas, quæ ab
illa defluxit, plura & meliora excogitauit relatu nõ
indigna, quia scitu utilia, ut sanctum esset, & inuio-
labile sacerdotium: qui huic uim fecisset, prioru cœ-
tu excluderetur, pari cura datum, ut hic ordo pri-
mum inter homines locum fortiretur, magistratus
& reges sacerdotibus cederet loco, nulli cogere aut
capere fas esset, nisi Pontificis permisso.

De Eucharistia.

Tam ritè hæc sancita, quàm illud abrogatum, ne
animales hostiæ ueteri iustituto mactarentur: san-
ctior ritus, quem diuina instituit sapientia, ut panis
quem mysticè Palæstinus senex obrulit, & uinum
modico uerborum complexu (carmen notum est,
& si prophanis parum uulgarum) in corpus & san-
guinem, transirent, conficereturque sacramentum,
quo neq; maius neq; sanctius sit ullum, nec maiore
ueneratione dignum.

De sanctione matrimonij.

Est & repudium ex connubio sublato, uageli-
bidinis instrumentum, fomesq; domesticæ discor-
diæ, ut hæreseos damnati & impij in prophanu se-
pelirentur, & quod omnium maximè fuit salutare,
nihil sibi permittit Christiana religio, quod à uoluptate
nõ sit, & uitio alienu, ut qui hic legitime uiuat, is
hoc uitæ instituto sit multo Deo similior, quàm homini.

DE ETHNICA RELIGIONE,
& primum de ea quam
Ro. habere.

Contra nulla fuit aliarum gentium religio, non aliqua ex parte contemptu & risu digna, quia delirio & diritati proxima, nisi Rom. ciuitas, quæ arx fuit & caput humanarum gentium, scitè præclareq; fecisse dicatur, quod foris occentum tam religio se obseruauit, ut is auditus dictaturam & magisterium equitum summis uiris ademerit.

De simulachro Idæ matris.

Aut illud piè institutum dixerit aliquis, ut simulacrum Idæ matris probrosius uerbis, cum propitiatum numen uoluerunt, prosequerentur sacerdotes ad Almonem usq; fluuiū, & quæ ne impudica quidem femina æquis auribus audiuisset, alta claraq; uoce in hymnis, qui illi canebantur, audiente populo in deorum matrem iactarentur.

De ridiculis institutis.

Mitto quoddam Febris & Pallor inter deos recepti suum in eadem urbe cultum tenuere, quod uerò nudo corpore Luperci uagarentur, obulamq; turbam cæderent loris, insanientium nō religionem colentium. Cæterum quoddam serpēs ex Epidaurō aduectus salutaris fuerit ciuitati, malorum dæmonum præstigijs iure imputatur, quibus præpotens alio qui populus tam perditè seruauit, quàm humanis gētibus fortiter imperauit.

De Druidarum ritu.

Quid Galli? quàm dirus & execrabilis eius gētis ritus? in quib. Druidæ humanas hostias aris admouebāt, tanquam illi homini propitij esse possent dij, per quem innocens homo uita priuaretur.

De Scythicæ Dianæ ara.

Fuit & Scythicæ Dianæ ara nihilo mitior, qua hostes macari consueuerunt, dira religio, & quæ hospitalia iura uinculum inter homines sanctissimum sustulit, tāquam parum esset hominem uiolare, nisi in uniuersum uita ipsa uiolaretur.

De barbarico Mineruæ sacro.

Voces licet non delirū solum, sed dirū etiā quoddam in parte Africæ quoddam Mineruæ sacro indigenæ puellæ, fustibus inter se certabant, cū corporum pernicie, graue & infestum numen, quod magis colentium supplicio gaudeat, quàm pietate & officio.

De Aegyptiorum religione.

Quid Aegyptus portentorū mater, an & hæc sanæ fuit mētis, quæ in hortis sibi deos inuenit? Nam ut Apis, Ibis & Crocodilus, aliq; monstra animalium fileantur, cepas & allium religiose colere nil aliud certè fuit, quàm desipere.

De Lyndij Herculis sacro.

Vnum præter cætera exemplum arguit prophanarum gentium stultitiam, uel potius insaniam, Lyndio ita Herculi sacrificari solitum, ut qui secati exta astarent, diras in illos imprecationes emitterent, probrosiq; uocibus incesserent. fuisset sanè multò latius Herculi omni sacro & cultu priuari, quàm tā ignominiose obsecrari.

DE RELIGIONIS AFFECTV.

Cap. II. De tribus pueris.

Magnum & laudabile honesta præcipere, sed probabilius ea seruare quæ præceperis: piè, sanctèq; illos fecisse nemo dubitat, qui diuinum ab initio monstrauere, sed sanctus qui monstratam pietatis semitā ritè tenuere, est enim facillè præcipere, at præstare difficilè, qualis in trib. pueris Hebraicæ religionis obseruatio, qui cum scirent prophetica uoce dictum, Dominum Deum tuum adorabis, in caminum ignis conijci maluerunt, quàm Assyrij regis statum adorare, digni qui innoxia fue-

rint flammam experti, quiq; periculo seruati, hymnum Deo seruatori cecinerint.

De Dauide rege.

Antiquior Dauidis memoria, is cum arca fœderis Hierosolyma importaretur cum tripudio ad cæctum citharæ, ut priuatorum unus pompam præcessit, tanto religionis affectu, ut ab uxore sit postea cauillo exceptus, quod dum saltaret parum diligēter pudenda corporis texisset.

De Christo.

Docuit adhæc ueritatis Magister, quin ipsa ueritas potius, supremaq; sapientia, non pœna, nō præmio hominē subigi oportere, ne à præcepta religione aberet, neq; præcipiti ruina terretur, neq; terrarum omnium dominatu: & quanquam ipse erant omnia, adduci potuit, ut quod infra Deū esset, adoraret, testatus uenisse se non ut legem tolleret, sed præcepto impleret & exemplo.

De Martyribus.

Abundat obseruationis huius exēplis Christiana religio, innumeri martyrio cœli adepti sunt, multi ferra dimidiari, altis alij uoraginibus meris, ignibus consumpti, præcipitati, truncati, lapidibus obruti, bestijs obiecti, omnibus tamen res una fuit curæ, unum propositum, ne à pietate deficerent, cuius uera obseruatio est, non terrestrium admiratio rerū, sed cœlestium cura & assidua meditatio.

De Ruberto Francorum rege.

Vnum etiā inter tot illustria sibi locum uendicat exemplū, & si citra martyriū, non minoris tamē affectus erga religionē, Rubertus Francorū rex, qui fuit Vgonis filius, aded diligēs pietatis fuit cultor, ut nō tantum omnibus sacrorum interesset horis, sed & hymnos caneret, ceu ex initijs uisus, hinc (ut credi par est) contigit, ut urbium muri, qui armato obstititerant, sacris operanti cesserint.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,

& primum de Timoleonte

Corinthio.

Timoleon Corinthius, qui Dionysij regnū euerit in Sicilia, rātum abfuit, ut post clarissimam uictoriam sit aliquo modo religionis oblitus, ut paternā domum in tēpli usum uerterit, dignus qui non solum fœliciter consenuerit, sed etiam defuncto perpetuos honores decreuerit Syracusana ciuitas, sepulchrum in foro constituerit.

De Paulo Aemilio.

Dimicaturus acie Paulus Aemilius aduersus Persen Macedoniæ regē, cū prima luce Herculi sacrificare cepisset, nec litaret, religione perfusus xx. hostias unā post aliam mactauit, nec prius ab incepto destitit, q̄ in prima post uicissimā certa uictoriæ argumēta extiterūt, credidit, & expertus est Aemilius sine religione nihil à mortalibus feliciter moueri.

De Alexandro magno & Pompeio.

Cœli prouidētia non hominum consilio accidit, quod in Iudæa duo qui magni cognomen habuere Alexander Macedo, & mox Pompeius Hebraicæ religionis cultum non modo asperrati sunt: sed inofensum etiam ab omni iniuria præstiterunt, hic Hierosolymis captis à direptione tēpli militē phibuit, ille summū sacerdotē sibi obuiā ueniētem uenerabundus excepit, ac uelut numen quoddā adorauit.

De Cornelio Sylla.

Cornelius Sylla dimidium Thebani agri Ioui Olympio & Apollini pythio consecrauit, ut ex eius fructibus, pecuniæ quas ex ipsorum tēplis ad alendum exercitum abstulerat, ipso tēplis restituerentur, non ignarus sacrilegiū sēpius uniuersi exercitus & imperatoris exitio expiatū, atq; eo grauius, quo tardior pœna secuta esset.

DE CON-

DE CONTEMPTV RELIGIO,
A

nis & ultione.

Cap. III.

Verum quia sæpe neglecta religio seipsam grauius ultra est, sitque talis ultio in plurimis re-præsentata, nihil erit (ut puto) à re alienum, quando eò uenimus, ut quæ admodum per quos uiros, & quib. in locis, & quando religio insigniter culta fuerit, aut certè nō uiolata, dictū antea sit, ita nūc quibus exēplis fuerit asserta, & ab hominū iniuria uindicata, coniunctim dicatur: in quo illud cognitum erit non inutile, q̄ atrociter religionis sanctitas neque loco uno, neq; tempore, graui sit ultione defensa, aut insigni hominum clade uindicata.

De Solomone rege.

Solomon mortalium alioqui sapiētissimus uxoris obstrictus illecebris à maiorum pietate deflexit, uiui uerūq; Dei cultū diræ superstitioni posthabuit, lucos cōluit, & malos dæmones. est itaq; ob eam noxam magnis bellorum fluctibus iactatus, filiusque opulētissimi regni hæres relictus, cōfessim à morte patris ex huius parte multò maxima cecidit, quod futurum prophetæ uox prædixerat.

De Ioa Ochozia filio.

Luit & Ioa Ochoziæ filius suæ impietatis pœnas, qui cū unus superfuisset, ex omni Dauidis progenie crudelissimo Athaliæ imperio, quo omnis stirps iurilis uno die consumpta est ferro, in fansq; furto subtrahitur, occulteq; seruatus magno populi fauore sacerdotumq; prærogatiua in paternum regnum restitutus pro insigni pietate, quā Deo optimo præstari oportuit, cuius prouidētia regnū recepisset, maiorum religionē asperratus, extrariā complexus est, addiditq; scelus sceleri. Zachariæ uirum iustum medio templo interfecit, quia peregrinum cultū non probaret, nec segnior pœna secuta est: difficili bello in urbem compulsus, ignominiosam sibi redemit pacē, omni regia gaza hostib. tradita, morbo deinde atrociter confectus, domestica fraude dignum suam impietate inuenit exitum.

De Ozia.

Pari fastigio Ozias constitutus cum regis opes affluerēt, floreretq; ut si quādo aliās Iudæorū quinquā. ocio & regali opulentia, malorū se dæmonum præstigijs addixit, pio sacrorū ritu tā stultè, quàm impiè neglecto: affuit breui cœlestis ultio, in fectus lepra regnū deponere coactus est, & se in ordinē redigere, ut qui ex summo loco diuina fastidisset, idem in sordido & humili ab omnibus fastidiretur.

De nefario Moabitaram congressu.

Quid illi qui in eadem gente (est enim exempli huius memoria multè uetustior) nō patrio ritu, nō religione inhiberi potuerunt à Moabitaram mulierum congressu, concubituque nefario? an non ipsorum autorum morte prius id scelus expiatum? dein & cognatorum? bis denis milibus paucorum dierum ipacio pestilentia consumptus, insigni documento nullam domum oportere priuata charitate scelus admittere, ne quod in paucis peccatum sit, in multis uindictetur.

De Achari sacrilego peculatu.

Pertinet ad unā domum exemplum quod sequitur, culpa penè par, uindicta (& si paucorum) atrocior. fuerat in Hiericūtis excidio edictum priusquā urbs caperetur, ut omne aurum & argentū & quicquid preciosæ uestis ex præda cogeretur, ad sacrorum usum intelligeretur coactū: sed Acharus Charmi filius, siue ille Azarias fuit, chlamydem auro intextam adeptus, contra edictum & religionē in occulto habuit, rem sacram in prophanū uertit usum, mutatū fauor numinis indicio fuit. Acharus sceleris conuictus, cum uxore & liberis ab uniuerso est exercitu lapidibus obrutus.

De Iuliano apostata.

Iulianus, qui imperator fuit, quiq; Apostata cognomen tulit, quoniam uera luce temerè relicta in malorum dæmonū se tenebras coniecit, non solum defertor fuit religionis, sed cōtempitor etiam & derisor, homo impius è cœlo (ut creditur) media acie ictus cadens, expertus est quàm malè tuta sit humana uis, quæ irato numini obijciuntur.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,

& primum de Pharo

ne rege.

Sunt & prophanæ gentes, nō semel hanc neglectæ religionis ultionem expertæ numinis permisso, sed malorum fraude dæmonum. Phæron rex Aegypti uetusti nominis, cū præter religionem hastam in Nilum contorsisset, usum priuatus est: cæterum quàm pudendo dæmonū astu lucem amiserat, tam ridiculo recuperauit. instructus oraculo fore ut lucem reciperet, si eius mulieris urina quæ uiri duntaxat sui cōcubitu uteretur, perfunderetur oculi. habuit ille oraculum in occulto, inde remediū in propria coniuge, & in multis frustra expertus, in humilis fortunæ femina inuenit: hanc igitur sibi matrimonio iunxit Phæro, cæteras ad unam cum coniuge & tota urbe iratus combulsit.

De Cambyse rege.

Misit Cambyses maioris Ciri filius quinquaginta hominum milia, qui templum Ammonis Iouis diriperent contemptu (quis nescit?) religionis, direrunt incendio fœdarent: sed inges illa hominum manus, cū inter Oasim & Ammonios pranfa esset, subita uentorum tempestate, priusquam ad locum ueniretur, arenarum cumulis obruta est, ut nemo ex tanto agmine sit nuncius repertus: ex proximis tamen arenarum accolis, eius rei fama ad posteros manauit.

De Gallorum sacrilegio.

Sunt & Galli, qui cum Brenno Græciam inuaserunt experti, quàm humanæ opes parum ualeat aduersus religionem. Enim uerò Barbari Delphicum templum oppugnare adorti, ut eius donaria diriperent, prodigiosa tempestate terroreque lymphatico percussis, præcipites ad ima montis, in multa corporum & armorum strage compulsi, concepti pœnas sceleris luerunt.

De eodem Cambyse rege.

Creditur Cābyfes, de quo proximo est loco memoratum, eodem ferro consumptus, quo Apim in Aegypto uiolarat: sed malorum id schema fuit dæmonum, ne ex ijs tenebris, in quas Aegyptum deicerant, ullus ipsi genti pareret ad lucem reditus.

De Tolosano auro.

Abijt Tolosanum aurum in proverbium, quod sacrilegio questum exitio esset attingentibus: estq; id scelus non priuata solum, sed publica etiam clade quandoque expiatum, octoginta & amplius milibus hominum, Cimbrico bello circa Rhodanum, uno prælio amissis, quia Cepio, cuius ductu & auspicijs, est tam infeliciter dimicatum, eiusmodi auro non abstinuisset.

DE IUSTITIA. CAP. IIII.

St iusticia uirtus omniū princeps, tameris uulgo parum fauorabilis: hanc alioqui omnium maxime suspiciunt mortales, colunt, reuerentur, iusticia tuta & fida comes humanæ uitæ: iusticia, imperia, regna, populi, ciuitates reguntur, quæ si è medio tollatur, stare nō posset hominum societas: continent sacrae literæ ueteres & recentes grandia uirtutis huius exempla, sunt & prophanis sua, sed ex instituta relatione nostratia auspiciatus dabunt inchoamentum.

De diuina

De diuina iustitia.

Magnum conditor ille, & parens omnium Deus optimus maximus, mudo adhuc recenti proposuit mortalibus iusticiæ documentum, qui primum parentem cum coniuge, quia lege aberrassent, perpetuo multauit exilio, moriendi iniuncta illis necessitate: ut sciret omnis posteritas oportere legibus obtemperari, aut quod deflecti non possint precibus, aut quia non debeant.

De publica iudeorum iusticia.

Rarè iniuria ulla magis iuste, & à pluribus uindicta est, quam cum omnes Israëlitarum tribus, Beniaminos hostes iudicarunt, quia fœdum stuprū à paucis eius gentis tribulibus, Leuiticæ fœminæ uiolenter illatum inultum parerentur: bellum itaque publice decretum est, atque uni genti illatum uindicta atrociter iniuria, maluit populus æquitaris amicum membro uno corporis carere, quam nefarium scelus non uindicare.

De Solomonis iusticia.

Ecquando iustus quisquam decretū tulit, quam Solomō? cum mulieres duæ utraq; puerpera ancipitem partum sibi uendicarent, pro tribunali interfatus, ceu res equius decerni non posset, Dimidiatū, inquit, puerum habere: assensū est quæ calumniam de puero alteri intenderat. contrā quæ conscia sibi erat sui partus, Quin uiuat, inquit, potius puer, & illa totum habeto, quem mulieris affectū securus Solomō puerum huic cuius erat, restituit.

De Danielis iudicio.

Iusta & Danielis inquisitio, qua periculum quod Sulannæ infanti intēdebatur in accusatores uertit, inuenitq; fraus penam, quam pudicitia astruebat, celsitq; simulata uirtus innocentia.

De Christi responso.

Age quā iuste, sancteq; præceptor ille, assertorq; lummus iusticiæ, iudeorum cauillum discussit? qui ut eum in responso caperent de numismate cōsuluerunt, rogantes an liceret dare censum Cæsari? tum ille, Cuius est numismatis huius inscriptio? Cæsaris auit: ite igitur, & quæ Cæsaris sunt, reddite Cæsari: & quæ Dei, Deo. docuit cœlestis illa, & æterna sapiētia iusticiam esse sciētiam quandam, quæ quod suum sit reddat unicuiq;.

De eodem.

Pari propemodum exēplo monstrauit iusticiam à iustis oportere nocentibus opponi, nō ab his, qui cum pessimis sint, in alios iure exercent. adduxerant Iudæi ad illam mulierem in adulterio deprehensam, quærentes esset ne manifesti criminis comperta lapidibus obrueda? quisquis uestrum (inquit lux illa ueritatis, quin ipsa potius ueritas) est criminis expers, in eam lapides primus iaciat. ad quam uocem alijs aliō dilabentibus, soluta est multitudine, mulier uerò periculo seruata iussa que non amplius delinquere, ut palam esset non uindictam, sed uindictæ autores repudiatos.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,
& primum de Aristide

Atheniensi.

Aristides Atheniēsis, ut & aliena cōsectemur, ob insignē iusticię opinionem iustus cognominatus, uniuersæ Græciæ populis censum descripsit tanta æquitate & iusticia, ut Græcorū felicitas sit dictus, & quæ eum tulit, aurea sit ætas appellata, ac ea quæ Saturno quondam rege fuerat.

De Lycurgo legumlatore.

Nō parū & in Lycurgo extitit æquitatis studiū, qui ita ciuib. suis Spartanū agrū partitus est, ut cum aliquādo peregrē domū reuerteretur, demessam segetem in agris, & acruos segetū contēplatus pari-

Abus inter se spacijs dispositos, ex cāpestrū prædiorū meditatione, cōuersus ad suos subridēs, Videtis, inquit, quā multorum fratrum Laconicus ager esse uideatur, qui ex æquo sint inter se hæc partiti.

De eodem Lycurgo.

At non agrum ille tantū, sed iura quoq; ita equauit ciuitati, ut Agis rex uictis Atheniensibus domū reuersus, quia ad Phiditia (erat id publicum conuiuium) non accessisset, Ephori portionem cœnæ perenti regi mitti prohibuerint. Cæterum post die quia iratus Agis sacrificium non obiuisset, publice damnatus est, ciuitas sancte instituta, & ob id digna quæ interitu carere debuisset, si quid in humanis esset, quod perpetuo stare posset, in qua nō licuit regi lautius cœnare, quam priuatis.

De L. Lucullo.

Consumperat omneis Asiæ populos fœneratorum inexplera uoracitas, iam inde ex quo Sylla ingens ipsi genti tributum imperauit, imperatūque crudeliter exegit, omnia publica & priuata in fœnus abierant, iam & capita hominum ob alieni eris magnitudinem libertate priuari, cū L. Lucullus iustissimo decreto fœneratoriā licētiam cohibuit, est & fœnus ipsum ita moderatum, ut breui sit prouincia in meliorem statum restituta.

De Catone Uticensi.

Quid Cato? qui cū Ciceronis factū nō probaret, quod ille publicas tabulas, in quib. erant Clodiani tribunatus acta in Capitolio fregisset, distitantis nō oportere illa rata haberi, quæ is qui cōtra leges esset Tribunus plebis factus rogasset: tum Cato, fræquēti Curia, eum, inquit, ne dicas præter legem creatum, qui permittente lege ad plebē trāsijt, & ut plebeius tribunatus cœpit, quo si (ut pleriq; fecerunt) abusus est, eum corrigendum cenleo, non tributitiā potestatem labefactandam.

De Manlio Capitolino.

Seruauit Capitolium M. Manlius, sæpius in acie stetit, p. patria, strenueq; dimicauit, accepit aduersa uulnera, ciues seruauit, præmia tulit, & in toga multo alieno leuauit aere, est nihil fecius populi suffragio damnatus, quia supra fortunā prittati ciuis aliquid optare crederetur. aded nullū ab initio ciuem ferre potuit Romanus populus, qui legibus, cū opus esset, cogi non posset.

De P. Casio.

Sic P. Casius domi, sic Melius Spurius aliquanto antea in conspectu populi ambo interfecti sunt, quod uterque ciuili multitudini ambitiose, nec sine affectu regni suspitione gratificaretur. tanto fuit tunc iusticia & æquitatis maior, quam proprii commodi ratio.

De Octauiō Augusto.

Cum Nonius homo Augusto principi pernecessarius ueneficij causam diceret, dubitasse dicitur Octauius, quæ essent suæ partes, ueritus ne si reo superesset sua autoritas, legibus reum eriperet: contrā ne à se destitutum prædamnare uideretur. amicis itaque cōsentientibus sedit in subsellijs aliquot horas, uerum tacitus, ne iudiciali quidem laudatione usus, ne princeps plus uelle uideretur, quam ciuilitatis iura postularent.

DE INIUSTICIA.

Cap. V.

Bene & feliciter actum esset cum homine in uita, si plures omnino essent, qui ex æquo uirtuti & uicio studerent, uel in eo saltem æquilibrium fieret, ut non multo maior pars hominum proprio affectu & uoluptate traheretur, quæ duæ pestes humanæ societatis, aded nonnunquam peruerunt omne recti & æqui iudiciū, ut nec quid deceat, uideat homo, nec quid uitæ expediat: hinc

hinc praua illa multitudinis iudicia, hinc regum & A populorum ab æquitate & iusticia lōgissimè deflexus, qui dum affectum animi consulunt, rationis & officij obliuiscuntur.

De prauo Israëlitarum studio.

Id cū sepe fecit Israëlita ille populus in deserto Deo seruatori, & suo duci ingratus, tū nequiter maximè, cum paucorum impulsu de imperio Mosi abrogado, & Aharoni sacerdotio cogitauit beneficio: suffragijs, nisi diuinū oraculum, ad quod res delata est, Aharoni sacerdotium stabilisset, reddidissetque Mosi imperium adhuc augustius, Abyro, Daran, & Chore seditionis autoribus, manifesta numinis ira, subito terræ hiatu absorptis.

De eodem populo.

Percussit fœdus eadem gens æquis legibus, cum Gabaonitis Chananæorum gente: cæterum Iudæi uictoriam adepti, quia iusturandū ex instituto gentis, uiolare nō sunt ausi, Gabaonitas ex focijs & fœderatis castrorum lixas & calones fecere.

De iniusta filiorum Israël cæde.

Potest Sichimitharum cædes ob Dinæ stuprum uideri non iniusta, sepe enim id genus iniuriæ est atrociter in multis uindictatū, sed tunc medicina modum excessit: enim uerò aliquid uidisse credendum est Israëlitem senem iustissimum, qui tabernacula, & filios ob eam rem solenni ritu expiauit.

De eisdem.

Verum illud iniuste, impièq; factum credi potest, quod Iosippum fratrem infontem, iuxta Deo optimo ac patri gratum, primò interficere cogitarunt: sed admoniti ab eorum uno, præcipitaruntq; in profundum puteum, inde exemptum Imaëlitis uendidere manifesta cœli prouideria, ut per eum quem perdididerant, perditū seruarentur.

De Dauide rege.

Iustus & pius Dauid rex, sed iustior diuina lex, ac longè sanctior, quæ nulli hominum permisit unquam alienam coniugem attrectare: at Bersabe, quæ Vriæ connubio locata erat, accessit ab eo est absente uiro, & quā illa flagitio adulterata, tam iniuste Vriæ neci deditus. sed felix culpa, cui poenitentia superfuit.

De Pilato præside.

Neq; non iniuste fecisse dicam, cum impiè etiam fecerit Pilatus Hierosolymorum præses, qui non iustum, sed ipsam damnauit iusticiam, nec imprudens fecisse uideri potest, qui nisi iniuste & impiè se face-re sensisset, nunquam lotis manibus nefarij illius iudicij expers credi uoluisset, ceu quisquā sibi sceleris conscius, aliqua sui parte mundus esse possit. sed dū Cæsarem timet, iratum numen expertus est.

De Herode rege.

Iniustus & Herodes, uel potius impius, qui priuigæ gratificatus Io. Zacharię filium, quo post Christum nemo fuit sanctior, interfecit, dignus qui cum incesta cōiuge extremo affectus sit supplicio, & per exquisitissimas uterq; poenas discruciat.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,

& primum de Atheniensibus.

Sed quo magis à uero cæteræ gentes aberrarūt, hoc plura in eorum rebus est huiusmodi exempla reperire: & ut ab ea ciuitate ordiar, quæ omnium sapiētissima diiudicata est, quid magis alienum à iusticia fieri potuit, quā ciuē optimum totius ciuitatis suffragio urbe eicere? non imprudenter, aut quia patrie ciuitatem cuiquam obfuisset, sed quod ferre non potuit ciuitas, ut ipsa celtata est, uenit uirtutes uiri passim prædicari.

De Ro. populo.

Præstitit Ro. pop. cæteris mortalibus non minus iusticia, quā bellica uirtute, & illius in publicis iudicijs sæpius seruata clarissima extant exempla: sed ut Ægyptus, quæ optima gignit medicamentā, eadē & uenena terribissima, sic fœdissima quædam extiterunt aliquando apud Romanos publica iudicia, etsi rara, extiterunt tamen, quale illud cum Ro. populus Ardeatibus & Aricinis ambigui utrorumq; agri factus iudex, capularis & deliri cōsiliū senis secutus, sibi agrum addixit, publicumq; iudiciū in suum beneficium uertit.

De Fabiano iudicio.

Accepit huiusmodi exemplum à maioribus Fabius ille, qui Neapolitanis ex urbe, Nolanisq; de finibus inter se disceptantibus iudex datus, cū utriusque seorsum egit, ac tenuit, ut paululum suos fines contraherent, tum uerò quicquid agri in medio relictum est Rom. pop. adiudicauit. fuit hoc (quis nō uidet?) decipere, non decernere: non iudicatio, sed præuicatio.

De Appio Claudio decemuiro.

Nec illud non detestabile, & si postea insigniter uindictatum, quod Appius Claudius decemuir Ro. legum lator mala libidine stuprandæ Virginie Ro. pop. astante, cōtra legis præscriptum, quā ipse prior anno tulerat, uindictas dedit à seruitute cōtra libertatem. fuit tam iniquum decretum auctori ipsi exitio, quod collegas omnes postmodum inuoluit.

De Carthaginiensi senatu.

Quid Carthaginiensis senatus, an iuste fecisse dici potest, quod Saguntum contra fœdus, quod Hasdrubal publico cōsensu, cū populo Romano icerat, expugnatum & excitum ab Hannibale, non solum probauit, sed tanquam iure id fecisset, aduersus Romanos in curia factum defendit? sed cauillum quod tam illi usi sunt, in ipsius demum ciuitatis conuersum est excidium.

De Romano populo.

Enim uerò quā secūdo bello Punico, iniuste Pœni fecisse creduntur, tam me hercule, nec minus Romani tertio & ultimo, quod cum Carthaginiensibus gellere, qui nulla ab ea ciuitate iniuria lacerati bellum illi intulerūt, idq; non prius ostēderunt, quā ciuitatem ipsam obfidibus prius impetratis, & accipis armis etiam spoliassent.

DE FORTITVDINE.

Cap. VI.

Exempla fortitudinis in omni gente, & si non aded multa, aliqua tamē in singulis ceteri possunt. Romanorum uerò fortia facere, & pati tam fuit proprium, quā uolatus auium, piscium natatus. Cæterum post Quiritium gentē, quæ haud dubiè in hoc genere uirtutis, omnes alias longè præstitit, Iudæi (si uera sunt, quæ Iosephus de his tradidit) non sunt in postremis habendi. astipulantur huic diuinæ litere, quibus fidem abrogare sit nefas.

De Abraamo

Fortis quidem, & præferocis fuit Abraam ingenij, qui cum totus Oriens Assyrio pareret imperio, essentque eius gentis opes omnibus formidolosæ, is Chananææ terræ incolæ, cum parua hominū manu, quā ex omni familia legerat secutus Assyriorum copias, quæ Sodomæ urbis rege acie uicto & profligato, grandem ex ea terra prædam, captiuorumque numerum ingentem ob tributum sibi denegatum abduxerant, circa alterū Iordanis fontem ex improuiso adortus, magna ex parte cecidit, fœdèq; disiecit, captiuos cum præda receptis, & in his Loth uiro iustissimo, fratris sui filio.

De Dauide.

De Davide.

Davíd, qui postea rex fuit, tum uerò admodum adolescens, cum Iudæorum nemo ex prouocatione auderet cum Goliathe Philistæe gēis immanis stature uiro dimicare, solus omnium extitit, qui certamen (ut apparebat) iniquissimum non detrectarit, & quod plus etiam admirationis habuit, funduntaxat instructus uicerit, uolēto enim excusis lapidis ictu moribundum hostem, quāruscumq; fuit, solo explicuit, ad cuius casum nobilis uictoria ex ualidissimo hostium exercitu est Iudæis quæsitā.

De Ionatha.

Ionathas Sauli filius, hostium castra uno dūtaxat comite noctu ingressus, diuq; ac multum in Philistæos, nocturna cæde per occasionem grassatus, tantum illis terrorem incussit, ut multa milia hostium fugata sint, arque horum pars multò maxima, Sauli regis occurſu in fuga interfecta.

De Iuda Machabeo.

Nullus Hebraicæ gentis sapius cum hoste certauit, quàm Iudas Machabæi filius, nullus minoribus copijs felicius, ut penè plures unus sit uictorias adeptus, quàm cæteri Iudæorū duces, qui post Mosē eius gentis exercitibus præfuerit, & quod omnium fortissimè fecit, mortē opperit̄ tā intrepidè, quàm cum hoste solitus erat conficere.

De Petro Bariona.

Petrus Bariona non uiribus corporis (nam quæ in homine exactæ ætatis esse poterat?) sed sui regis potius fretus præsentia, in aduersam armatorū cohortem, quæ Seruatorem in Oliuero circūsteterat, ferrum stringere ausus est: cum cōsuscitauit, qui temerè in illum manū iniecerat, conatus ab eo uim arceret, in cuius potestate sunt nō solum res humanæ, sed uita & mors hominis. aut igitur Bariona tum ardetius amauit (ut credere est) aut quem ueri conatus est, parum respexit.

De Rolando.

Libet cum à ueteris instrumenti exemplis abierim, recentiora quædam consuetari, facitque statim Rolandi uirtus, ne diu quæram. Hunc enim quāuis multa de illo mille fortitudinis edita exempla uulgò referantur, quæ fabulis propiora uideri possunt, non tamen id in dubiū uenit omnibus sui temporis fortitudine extitisse, Caroliq; qui Magni cognomē tulit, felicitatem & gloriam huius potissimū laceratis cōstituisse, qui demum in infidias cum fortissimo quoq; suorū præcipitatus circa Pyrenæum saluum, post ingētis fortitudinis patrata facinora hostibus magno numero interfectis ceciderit, ne nūcio quidem tantæ cladis relicto.

De Principio, & Tarunte fratribus.

Magna est fama, atq; aliquanto uetustior Principij & Taruntis fratrum, qui Gothicis temporib. ex urbe Roma ad pugna egredi aduersus Totilam inclinata dissectaque urbanorum acie, sua hostibus in cædem ruentibus corpora obiecerit, ac tamdiu pertinaci statu barbarum remorati sunt, quoad Principius in uestigio concidit: alter ubi suos in tuto esse uidit, defunctus prælio, multisq; confossus uulneribus, ad Pincianam portam inter suorum complexus & gratulationes expirauit.

De Andrea Lamponiano.

Adijciatur his exemplum unum recenti memoria, sed animi magnitudine inter rara exponendum. Andreas Læpōnianus uir nobili loco natus, sed nobilior adhuc factus facinore ad posteros memorando, Galeacium Mariam Mediolanensem duem, ærare & opibus florentem, in protomartyris æde, officiorum & satellitum multitudine septū, obuiam illi factus in suorum conspectu sapius ferro reperitur necauit, priusquam à trepidantibus, & auxilio subeuntibus subueniri potuerit, dignus qui inter

A Scæuolas reponeretur, si publicam, non priuatā uirtus esset iniuriā.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, & primum de Hercule.

Hercules Alcumenæ filius (si uera sunt quæ de eo Græci scriptores, & Romani Græcos secuti prodiderūt) plura maioraque quàm quisquam alius adijt pericula, nullus magis intrepidè omnia uia adijt monstra, nullus fortius tulit, ualidiusq; superauit, ut si quis stultæ de eo inter deos recepto opiniononi accedat, iure dubitet, si ne ille adeptus magis cælum, an meritis.

De Theseo.

Par propemodum de Theseo manauit ad posteros fama, sed utriusque res magis cum monstribus fuit, quàm cum hominibus, & ob id fortasse amborum uirtus cunctantius celsenda, cui poetica subscripsit fides, non historica.

De Cynigero.

Cynigero Atheniensis gloria magnis est scriptorum laudibus celebrata, qui Marathoniam pugnam, cum pallantes Medos ad naues compulisset, nauem hostibus onustam dextra manu tenuit, qua hostiū ferro amputata, læua remorari conatus est: ceterū hanc quoq; uis hostilis abscedit, tum ille ad duplicem cladem nihilo remissior factus, mordicus nauim defixit, cædibusq; fatigatus, ambabusq; manibus amissis, ceu fera quædam rabida morsu, & dentibus dimicauit, quando alia ui non potuit.

De Acilio Cesaris milite.

Talis nec minor fuit Acilius C. Cesaris miles, nauali bello apud Massiliam, qui dextra amissa, quam in hostium puppim iniecerat, in aduersam nauim transiit, umboneque hostes obuios impellens, uelut præcipites præ se egit, quoad Cæsareani portii sunt uictoria.

De Scæua Centurione.

Maior adhuc Scæuæ uirtus, qui in Dyrrachina mutatione tuenda Cæsareanorum fortissimus iudicatus est: enim uerò oculo sagitta excusso, femore & humero transfixis, scuto centum & uiginti ictibus perforato, fortiter tamē portæ suo præsidio creditæ custodiam retinuit.

De Mutio Scæuola.

Admonuit me uetustioris exempli Scæuolæ nomen, cui nullum propemodum comparari possit. Mutius, cui Scæuolæ à clade dextræ manus fuit postea cognomen, quippe qui operosiore manu amissa, læua urebatur: iuuenis, ac penè adolescēs Porfenæ castra ingressus, regium scribā pro rege interfecit, captus: suiq; erroris admonitus, dextram flammis iniicit, ut ea parte, qua erratum erat à seipso penam exigeret. uilum est id spectaculum cum cæteris, tum ipsi regi atrox, qui unius Rom. ciuis fiducia, constantiaq; comotus pacem reddidit uniuersæ ciuitati, urbemq; soluit obsidione.

De Valerio Cocle.

Fuit Scæuolæ equalis Valerius Cocles: is eodem bello omnem Etruscorū uim solus tādū sustinuit, quoad pons, quæ hostes erant in urbem irrupuri, sit ab ijs, qui in tutum refugerāt à tergo abruptus: tum uerò à suis exclusus quemlibet hostium ad manum secum conferendam prouocans, ubi ab uniuersis in se impetum fieri uidit, in subiectum Tyberim deliciens, incolumis ad suos enatauit.

De Aristomene Messenio.

Fabulosum uideri possit, cæterum quia ab autoribus minimè obscuris est res memoriæ prodita, nō indigna relatio est. Aristomenes Messenius trecentos uno prælio Lacedæmonios interfecisse memoratur, cū totidem uinctos etiam iugulare magnum fuerit,

fuerit, sed Græcia tantum sibi scribenti indulgit, ut nihil propemodum de fide cogitarer.

De Romulo.

Pari robore memorandum quod de Romulo à nostris proditū reperio. cæsa à Romanis circa Fidenas acie una sex hostium milia, quorum Romulus plus dimidio sua manu confecerit.

De M. Seruilio.

Multò similis uero est quod de M. Seruilio traditur, quod uicies & ter amplius pugauerit ex prouocatione, ac semper uictor in castra sit reuersus hostilibus spolijs onustus.

De Sicinio Dentato.

Sunt & Sicinio Dentato sua fortitudinis suffragia, ac nescio an plura etiam quàm Seruilio: centies uicies is præliatus est, octies ex prouocatione uictor XLV. cicatricibus aduerso corpore insignis, spolia cepit quatuor & uiginti, duo de uiginti puris hastis ab imperatoribus donatus, phaleris uicenis, quinque torquibus, tribus & octoginta armillis, centenis quadragenis aureis, coronis sex & triginta, XIIII. ciuicis, tribus muralibus, obsidionali una. nouem imperatores triumpharunt eius potissimum opera uictoriam adepti.

De Manlio Capitolino.

Erat Manlius Capitolinus pari propemodū laude censendus, ob multa præclaraque facinora domi forisq; edita, & in his seruati Capitolij decus, nisi affectatæ tyrannidis crimen cæta eius uitæ ornata perdidisset: ceterum Dentato nihilo inferior, ac nescio an maior etiam in quibusdam, sed in eo flagitium unum æquilibrium fecit cum tanto uirtutum comitatu: nam qui tyrannidem affectat in libera ciuitate, is sibi non patriæ præliatur.

De Marco Sergio.

Magna in his hæc uirtutis opera, sed fortunæ ad huc maiora in M. Sergio fuerunt, cui nō solum non fuit fortuna fortiter in acie stanti, sed uehementer etiam fuit illi in festa. perdidit secundo suo stipendio dextram manū, duobus deinde stipendijs ter & uicies est uulneratus: & ob eam re neutra manu, neutro pede satis ualidus, militauit deinceps nihilominus uno tantum seruo ulius: bis à Pœnis captus, bis uinculorū profugus, sinistra duntaxat manu quater præliatus est, dextrā sibi fecit ferreā. Cremonā obsidione exemit. Placentiam tutatus est, duodena hostium castra cepit in Gallia, innumeras haud dubiè coronas congesturus, si tanta in dolos in meliora tempora incidisset, & non in ea, quæ iniquissima fuerit Rom. pop. Vicerūt alij, sed uicere homines. Sergius ipsam etiam uicit fortunam.

DE FORMIDINE ET IGNAVIA.

CAP. VII.

De turpi Iudæorum formidine.

O mne animal uim hominis, & congressum declinat: nam cum eo nullum ferè dimicat, nisi necessitate coactum, contra cōfusior est metus nulli animalium, quàm homini, aut nulli maior in metu obliuio, nec minus uidet ullum quid in periculo expedit: hinc illa decori obliuio, dicta, factaque pudèda, nō in uno aut altero, sed in populo etiā uniuerso, & in numerosis exercitijs sæpius obseruata, fuga timor, querela muliebris potius quā uiril, qualis fuit indigna illa Iudæorū cōquestio, cum cœlestium immemores operū, quia exploratores in Chananaæ terrā missi omnia dura & hostilia referrent, in luctū & mœrorē uersi, Mosē expeditionis duem insequerentur ut uanū & delirum, suā detestantes stultitiā, qui tantum uni credidissent, fatius fuisse in Ægypto seruire, ubi ad satietatē carnibus

A uescerentur, quàm inedia & bellorū iniuria in desertis confici, alienaq; terra extingui. inuidiosa querela & execrabilis, in eo præsertim populo, qui toties manifesta cœli prouidentia præsentem esset periculo seruatus.

De eiusdem gentis sacerdotibus.

Age uerò & q̄ intrepidius fuit ille metus mortis in eiusdem gentis sacerdotibus, qui urbe magna ex parte capta, templo direpto & incenso, & cum nil superesset amplius, quod cum uita oprari debuerit, suppliciter tum sunt uitam à Rom. exercitu imperatore salutemq; precati, à quo illud tulere responsum, non esse opus uenia, sacerdotibus templo & sacris amissis.

De Marcellino Ro. pontifice.

Par metus in Marcellino Rom. pontifice, sed multò in hoc felicior: patuit enim ad pœnitentiā reditus, tametsi à principio non minus absurdus quàm Hierosolymorum sacerdotū, qui templo superfuerant, siquidē Christianis rebus Diocletiani sæuitia afflicti, abolitiq; sacrarum rerum monumentis, & ut Christi nomen aboleretur urbium antistitibus suopremio supplicio affectis, septemdecim priorū milibus, paucorum dierū spacio alijs alio supplicio peremptis, unus omnium Marcellinus ad simulacra demōnū metu mortis sacrificauit: sed pœnitentia, quæ egit, non solum illi Christianum nomen, sed & dignitatem restituit.

De Athanasio Alexandrino antistite.

Magnus ueritatis assertor Athanasius Alexādrinus antistes, uellet tam facile pro ueritate mori potuisse, quàm sententia & præcepto tuebatur. Impar enim Arrianorum inuidiæ, sex annos in profundissimo cisternæ lacu sine solis aspectu mortis metu lauit: sed quæ prouidentia fuerit, nefas sit (credo) ad hominem consilia referre.

De Petro apostolo.

~~Enim uero quod in magis et uirtute dicere, quod in
Bariona uirtute, quod in fortitudine, quod in
alio non uirtute, quod in fortitudine, quod in
de ante gallionum uirtute, quod in fortitudine, quod in
cipit: uirtute, quod in fortitudine, quod in
dione, quod in fortitudine, quod in
cipit: uirtute, quod in fortitudine, quod in
dione, quod in fortitudine, quod in~~

De Alphonso Neapolitano rege.

Adijciatur his unum adhuc exemplum Christiani hominis: sed ex prophano acceptum, non multò prius quàm hæc à nobis proderetur, Alphōsus Aragonius in magno & opulento regno à patre hæres relictus, sub Caroli octauū in Italiam descensum, fortuna regni adhuc integra, nec acie uictus, incolumi exercitu, ciuitatibus in fide permanentibus, prius quàm Gallus suos fines transcendisset, dubium maiore timiditate an desperatione regnum reliquit, & qui nuper à tota Italia timebatur, repente exiit omnium timidissimus.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, & primum de Antemone.

Vetus est Antemonis fama, quem Heraclides Ponticus celebrat Anacreōtis poetæ testimonio: is tam timidus fuisse fertur, ut domi plurimum uixerit duob. seruis supra caput æreum scutum tenentibus, ne quid supernè caderet, in aperto lectica non nisi ad operta ueheretur, qui mos Periphoreti cognomen illi dedit.

De Asdrubale ultimo Carth. duce.

Asdrubal, qui ultimus Carthaginiesū dux fuit, Carthagine à Scipione capta, Æsculapij templū cū uxore & liberis, magnaq; transfugarum manu occupauit, metu deinde lubatus solus ad hostes trās-

DDD d git;

git, vitæ cupidus, cuius turpe effugium uxor filiorum cæde ulta est.

De Caio Mancino.

Caius Mancinus omnium Rom. ducum ignauissimus sua timiditate & turpi formidine eò uenit, ut cum Numantiam in Hispania obsideret, tanquam obfessus & uictus ignominiosam sibi & pop. Ro. pacem domum reportarit.

De Perse Macedoniae rege.

Nec Perse Macedoniae rex, multò fortior in aduersis apparuit, qui regni opibus fractis, tam humiliter & abiectione proculutus iacuit ad Æmylij pedes, qui eum uicerat, ut sublatum manibus Rom. imperator indignanti similis monuerit, ne clarissimam sibi uictoriam turpi formidine inuideret.

De Cn. Carbone.

Quantum Perse per hæc à maiorum uirtute degenerauit, tantum ac necio an plus etiam Cn. Carbo à prisca Romanorum indole, qui Marianarum partium dux haud ignobilis in Sicilia captus, cum ad supplicium traheretur, tempus petijt ad uentrem exonerandum, moram supplicio quæres, ignarus, scilicet, non in morte esse cruciatum, sed in uia, quæ ducit ad mortem.

De Vitellio imperatore.

Potuit & Vitellius imperator honestius cadere, nisi uitæ exiguum illud tēporis spaciū, quod latebræ turpiter impedit perdere uoluisset: enim uerò Flauianis palatiū irrumpentibus ex inanitoris cella, quò sese meticolose illatebrarar, cum multa ignominia extractus, sed maiore aliquando odio ante Ro. ciuitatis oculos est ad supplicium ductus, sed quanto pulchrius obuam hostibus factus mortē oppetiuiisset? potuit & Othonis hostis sui exemplū imitari, suaq; ipsius manu sibi exitū quæreret, breuis uita longum illi peperit dedecus.

De Heliogabalo.

De Heliogabalo minus mirū, debuit enim mors antea vitæ respondere, qui tumultu militari, exterritus, non solum non obtulit sese irato milij, ut eum motū autoritate sedaret, quod sæpe Cæsar Dictator, & alij fecisse dicuntur, sed cū mare fœtidam cloacam subijt, ubi multis uulnerib. confossus, turpem uitam turpissima morte finiuit.

DE PRUDENTIA.

CAP. VIII.

De Abraamo.

Si prudentia bonorum est malorum que scientia ad hominem pertinētum, scireq; est proprium hominis, liquidò apparet totam hanc uirtutem huic uni animalium concessam à natura. huius non uulgare exemplum edidit uetustissimus ille Chanaanæ regionis accola, cui plus cæli numen promissit, quam humana mens possit capere. is cū Sarra cōiuge Ægyptū ingressus, gētis libidine in alienas sœminas ueritus, pro cōiuge fratrem egit, haud ignarus id consiliū, & ad muliebrē pudicitiam tuendam, & ad suā ipsius salutē pertinere, profuit haud dubiè id hominis cōmentum, sed humana pietas, cuius ille erat diligens custos, utrunq; ab iniuria seruauit.

De Noë.

Qua Noë multò hoc antiquior fuerit prudentia, non solū Arca, quā tanto ante Cataclysmū cœpit in retere, sed uetustas ipsa que illū sub Iani nomine bifronte figurauit, planè demonstrat, indubitato præteritorum scientiæ ac futurorum argumento.

De Mose.

Excogitauit & Moses rem non ineptam, sed que non uulgarem hominis prudentiam arguat, ducturus Pharaonis regis exercitum per loca serpentibus infesta, pro magno habuit negotio uim ibidum in-

gentem comparare (est auis hæc serpentibus inimica) quo præsidij genere incolumis exercitus est Merocē usque perductus.

De eodem Mose.

Apparuit hominis eiusdem prudentia non uulgaris in Aharonis dignitate uindicanda, cui cum sacerdotium tumultuose à populo abrogaretur, ut motus ille sæuientis multitudinis, qui in horas gliscbar, cohiberetur, nec frater temere spoliaretur sacerdotio, disquisitionem rei non ad multitudinis studium, cuius proprium est nihil sapere, sed ad numinis uoluntatem relegauit, cuius astipulatu dignitas est fratri stabilita, & cōpetitorum impietas grauius uindicata.

De Israële.

Iacob, qui ab astu & calliditate animi Israëlis cognomen fortitus est, Mesopotamiam petiturus, ut iratum sibi fratrem, ultioniq; imminetē declinaret, quia non nisi per Chanaanæorum terrā patebat iter, cum quibus paternæ sibi intercedebāt inimicitiae, uirabundus per deserta & deniua loca interdū iter facere, noctu corpus diurno labore fessum quieti dabat, atq; ita magnis itineribus, & alioqui in festis ad Labanem incolumis peruenit auunculum.

De eodem.

Cautus ille & prudēs in itinere, sed in reditu cautiōr, qui post aliquot annos domum reperens, ueteris in fratrem offensæ haud immemor, præmisit qui Elauum fratrem precibus & donis deliniret, satisfacerentque coram si qua adhuc in eo ira ueteris iniuriæ insideret: per quæ facillè consecutus est, ut quàm inuisus patriū solum uerterat, tam iucundus sit postliminio reuersus.

De Dauid rege.

Vidit & Dauid ab eo oriundus, non parum, quā iam senio confectus cum in animo haberet regnum Solomoni per manus tradere, quia apparebat in tanto filiorum grege non desuturos, qui iniquo animo latari essent, minorem natu fratrem sibi prælatum iri ad omnem domesticæ discordiæ materiam è medio tollendam, non multò prius quā uita sit defunctus, regis appellatione in eum translata populo regem salutandū obtulit: sic uiuentis adhuc patris aurotas tā ualidè stabiliiuit illi regnū, quàm uix ullā necessitudinis uinculum eo extincto potuisset.

De Deipara Virgine.

Quid uirginum decus illud supremū Christi mater, qua nulla unquam fuit in terris sanctior, an prudentiæ rudimentum dedit exiguum, cum sui propositi sibi conscia non prius cœlesti nuncio assensā est, quàm edocta sit futurum, ut uirginitate pareret inoffensa?

De Lucia uirgine.

Viderunt & Syracusæ in Lucia indigena puella præclarū uirtutis huius exemplum: sensit hæc à pulchritudine oculorum suæ uirginitati periculum intendi, qui præter cætera expeterentur ab insana tyranni libidine: satius igitur rata parte corporis una, & si nobilissima, quàm anima quæ multò sit nobilior periclitari, hos sibi sponte auulsos, deferendos dedit insano regi, ut sciret nihil in se esse amplius, quapropter ab eo timenda esset iniuria.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,

& primum de Semiramide.

Et ne non honor sit aliquis huic sexui, in parte operis ne pigeat muliebre exemplum: ijs quæ uirorum sunt sequenti relatione præferre. Semiramis, quæ à Nino rege postea in matrimonium recepta est, priuata adhuc habitūq; ignobili ad Bactrianum bellum profecta, ut cum uiro esset, una omnium monstrauit regi, quomodo cum hostibus breui

breui debellari posset, quo uirtutis rudimento reginæ nomē adepta post uiri interitum (nam & hoc quoq; traditur, quia filio admodū adolefcenti, per quàm similis esset statura, & oris lineamento) hunc uirilī habitu & effigie mentita, regnum à Nino relictum, nō solum tutata est, sed maiorem in modum auxit, lateq; propagauit.

De Amasi rege Aegyptiorum.

Quis non & Amasis miretur prudentiam? fuit is penè ultimus eorum, qui prisca temporibus Ægypti regnū tenuere: is cum omnia Polycrati Samiorū tyranno prosperè fluerent, experireturq; in cunctis fortunā indulgētissimā, per literas (ut fertur) remissit illi omne ius ueteris amicitiae, testatus uidere se fortunam insidiari huic, cui tam indulgenter obsequeretur. præuidit rex prudentissimus Polycratis exitū, at illud quod suo regno imminebat, aut non uidit, aut certè uitare non potuit.

De Epimenide Cretensī.

Vidit Epimenides Cretensis, de cuius somno & ætate fabulose magis quàm ad fidem, Græci nō pauca prodiderunt, Munichiam locum Athenis natura magis quàm opere munitum, multsq; audientibus testatus est ignorare Athenienses, quatas ille locus esset clades ciuibus allaturus, quod si liquidò sciri posset, dentibus fuisse locum demolituros, si manibus nō liceret. fueritne diuinitas illa an prælagium non facile dixerim, euentus (quod satis cōstat) prædictioni non defuit.

De Timone Atheniensī.

Simile quiddam habuit uox illa Timonis de Alcibiade puero, qui rogatus cur illi uni omnium tam familiariter blandiretur ad omnem occursum? quia scio, inquit, fore, ut aliquando sit hic patriæ calamitosus. uox dira & execrabilis, nec ab hominis ingenio, qui humanum genus oderat aliena.

De Fabio Maximo.

Fabius ille Maximus, qui cunctando fregit Punicos in Italia successus, Varronis consulis ferocia animaduersa, multum diuque precatus dicitur collegam eius Paulum Æmylium, ne temerè quippiam fieri ab eo pateretur, præuidere se, nisi illius conaribus ireretur obuam, breui fore, ut aliquis in Italia locus supra Trebiam & Trasimenum, Romana insigniretur clade.

De Scipione Nasica.

Agebatur Romæ occultè in patres de Carthaginæ funditus delenda, exijtq; ea consulario in longam & difficilem disceptationē, maiore Portio Catone, cui antea Prisci fuit nomen, censente Carthaginem delendam, ut Roma incolumis esset, multique pedibus ire in eam sententiā. Tum Scipio identidem testatus dicitur, uiderent illi qui tam cupidè uellent Carthaginem excisam, ne pop. Ro. æmulæ & inimicæ urbis metu liberatus, in domesticam haberetur discordiam, quod malum multò prius prospexit Nasica, ac prædicauit, sed fatali necessitati ire obuam non potuit.

De Hannone Carthaginensī.

Præuidit & Hanno Carthag. senator nobilis, Barchinæq; factionis æmulus secūdi belli Punici euentum suæ ciuitati calamitosum, qui Magonē Annibali Pænorum ducis fratre in curia referente cæsa intra biennium C C. milia hostiū ab Annibale, quatuor consulares exercitus deletos, magnam Italiæ partem à Romanis ad Pænos defecisse, & ut maior fides ijs quæ dicerentur accederet, cum tres annulorum modios in curiæ uestibulo effudisset, interrogatus Hanno ab homine Barchinæ factionis, an belli quod in Italia gererēt adhuc pœniteret? per cōtutus Magonē Hanno dicit, ecquis ex urbe Roma post tot clades acceptas ad Annibalē uenisset pacē petiturus? an Romæ ulla pacis mētio facta diceret?

cum ille utrunq; negasset, bellum, inquit, Hæno tam integrum & periculosum hodie, quàm à principio fuit, cum Romanis habemus, uariatum diu circa Sicilia priore bello, uerum qualis fuerit exitus nemo est uestitum, qui nō aut uiderit, aut fando audierit, & nunc maxime ueeor. nā si (quod nolim) fortuna uariare cœperit, frustra pacem imploremus, quàm nobis uincens nemo detulit.

DE STULTITIA ET TEMERITATE. Cap. IX.

De Cham Noë filio.

Stultus & demens ne magis an impius fuerit Cham Noë filius, si quis eius flagitiū altius consideret, equius fortasse rem totam pensitet: ego non stultum solum aut dementē, sed impium etiam iudico, qui patris incautè iacētis uerēda, non solum spectare potuit, sed fratribus etiā ad ludibrium uerēda subiecit, sed non rārum uoluptatis attulit stolido homini breuis illud spectaculū, quārum postea tristitiæ & mœroris ipsi autori, eiusq; posteritati iusta patris ultio, seueraq; animaduersio.

De Mosis sorore.

Muliebris fuit intēperies, sed stultitia non caruit, quod Mosis soror & femina iā grandis natu, temerè ausa est huic conuicium facere, per quem ipsa & uniuersa Iudæorum gens exempta fuerat seruitio: affuit itaq; confestim cœlestis ultio, inuasitque Lepra contactum os improbum mulieris, quod malū non conuiciatricis oratio, sed huius in quem iniuria immissa est, sustulit pietas.

De Roboa Solomonis filio.

Nec minus stultè Roboa Solomonis filius, florētissimum regnum à patre relictum, fando perdidit, intempestiuo ad populum responso, omnis præter unam, qua ipse cesebatur à se alienauit Israelitarum tribus: postularum autem est, ut laxamenti aliquid à diuturno labore daretur populo, multū enim operæ Salomone rege exhaustum in tēpio & regia domo ædificanda: sed stultus rex stultorum iuuenum consilio usus tam acerbè & immaniter respondit, ut regnum tanta indole à maioribus conditum & auctum sit continuè in partes scissum, apparuitq; nullum maius regnorum præsidium esse, quàm populorum studium & beneuolētia, qua sublata nullum diu stare potest regnum.

De Dauidē & Sameia.

Dauid, qui Roboa huius fuit auus, Absalonis defectione regio solio turbatus, cum cohorte una Hierosolymis digressus, conuicio exceptus est, ac lapidibus petitus à Sameia quodam, erat is ob Sauli regis propinquitatem, in Iudæa minimè obscurus: is nouitate illa temporum fretus, sui que in Dauidem stomachi magis, quàm regiæ maiestatis memor, in prætereuntem temerè inuectus probro & lapidum iniectū, sacrosanctum hominem uiolare est ausus, nec Dauid eam iniuriam ultus est, sed filius, cui exilio prius, dein capitis supplicio debitas Sameia expendit pœnas.

De Iudæis.

Quid præterea minus prudenter fieri potuit, aut magis insipienter, quàm quòd Iudæi quo Christus rex, sub Pilato est Hierosolymis affixus cruci, fecisse dicuntur: qui cum Ro. præles cunctatè & religiose de Christo statueret, publicè testatus nihil infandū illud iudicium ad se pertinere, ut propositum tenerent ab uniuersa multitudine acclamati est, Super nos sanguis eius, & filios nostros, nec impunè id celsit, pœna iusti sanguinis per omnem posteritatem in hunc usque diem uiricim ipsa.

De eadem gente.

Sed quàm insanè hi se & suos perpetuo supplicio DDD d 2 obstrin-

obstrinxere, stulta & detestabili uoce, tā imprudenter & stolidē post aliquot annos eadem gēs sibi exitium peperit, nō magis periculosa defēctioe à Romanis, quā non necessaria. ea demū res opes gētis, & urbem oriētis clarissimam funditus euertit, furie scelerum execrabilem ciuitatē in eā clemētiam adduxerunt, ut urbs, quę castura erat aliquātō citius caederet, essetq; eo atrocior lapsus, quo maior fuit delinquentium culpa in Christi prodicione.

De Herode.

Quid Herodes rex imprudēs ne habēdus an stultus & demens potius & delirus, qui pro stolido eū à se dimisit, cuius uita absolutissima fuit uirtutis idea, ipseq; eterni sit patris sapiētia dicitur? sed omniū temeritas & stulticia mala est, regum uerō pessima, uel quia impunē peccent, uel quod ad exemplum multo efficacior sit quā priuata.

De Vrsina factionis regulis.

Adijciatur his exemplum recens: cum hæc commentaremur, Italiæ rebus fatali magis necessitate, quā hostium uirtute insigniter afflicta, Vrsina factio in plures Italiæ principes & populos diffusa, cū Cæsaris Borgiæ ductu & auspicijs (fuit is Alexandri sexti filius) militaret, eius successum & potentiam (dubium sua sponte an alieno impulsu) (nā utrunque traditur) scelsionem certē principes eius factionis cū suis copijs fecere. adduxit ea defectio res Cæsaris in discrimē, omnesq; eius conatus, si in proposito mansissent, qui ab eo defecerant, facile perueri potuissent. Ceterum siue ambitio fuit, seu fatū potius familiæ, quod uitare nō potuit, paucis dieb. qb. defectioe ostēderat, ultrō in fidē rediere: sed q̄ audacter res mota est, in cōsiderateq; Cæsaris imperiū receptum, tā grauius eius motus auctores uiri alioqui fortissimi, spem pacis secuti, à Cæsare afflicti, sunt in potestatem redacti.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,

& primum de Pssyllis.

NVlla gens tam populariter desipuit unquam, nec magis temerē induit arma, quā qui in Africa circa maiores Syrtis sedes habuerūt: hi (si uera sunt quæ à Græcis scriptoribus produntur) quia Austrum uentum plus nimio haberent inuisum, ut sibi & suæ terræ noxium, sumptis armis hostiliter in eum profecti sunt, ceu unum aliquem hominem, & non rem incorpoream peterent, & illi tam stultē bellum uentorum uni intulerūt magno humanæ mētis ludibrio, sed fortunæ adhuc maiori uicti sunt, turbatis enim austrino flatu arenis ad unum omnes periere.

De Atheniensibus.

Est & ipsa sibi exicialiter obluclinata Attica ciuitas à Pisistrato decepta: diuerberauit se ille domi, ut crederet iniuria ab inimicis affectus, quo astu tenuit, ut præsidio septus in publicū prodiret. sed dū priuatæ salutis studiose cauet credula multitudo, publicæ oblita est. usus concessis armis est Pisistratus, nō ut ciuis, sed hostis, non ut se tegeter, sed ut patriam affligeret, dubium maiorne fallendi arti fex, an carnifex crudelior.

De eisdem Atheniensibus.

Aiebant se purgare ciuitatem ijdem Athenienses cum ex illis tribus uiris unum aliq̄ Ostracismo ex urbe eieciabant: ceterum rogati ab Aristide quo suo merito se tali afficerent ignominia? responsum est, quia ferre non possumus te ubiq; bonum prædicari. stultum iudicium, sed iudicij defensio adhuc stultior, ubi enim uirtutis laus grauis est & molesta, uir rus illic grata esse non potest: fuit illud non uicium eiecere, sed alere omni præmio laudis repudiato, quo in primis gaudet honestior uita.

De Gabinis.

Pari uecordia, ac nescio an maiore Gabini in Ita-

lia se & sua perdidere, dum stultē nimis tyranni & hostis filio credunt: stultum fuit callido ciui credere, quod Atheniēses fecere, sed hosti multo stultius. nudauit Sextus Tarquinius, ut trās fuga & patri iratus fœda uerberibus terga Gabinis pro cōcione, sed callidum consilium præsit, quod latebat sub pectore: ex hoste igitur imperator est factus, & qui præsidio & salutis futurus credebatur, excidio fuit Gabinis, & exitio.

De Corinthijs.

Corinthij non stulti solum, sed dementes etiam habendi, qui non suam, non Ro. po. uirtutem merentes, sed præsentem animi affectum Romanorū legatos stercoreis iniectis pro concione uiolarunt: peperit itaque iniuria illa Corinthijs excidium, ijs uerō in quos immissa est, laudis incrementum & imperij propagationem.

De Romana ciuitate.

Sed omnium populorum alioqui præstantissimus is qui Ro. Quiritium fuit, cum sæpe alias, tum Senonico tumultu parum sapere uisus est, qui tribunitijs actionibus temerē assensus, Fabios à Gallis ad supplicium petitos: quod contra ius gentiū cum legatis essent, in se arma induissent, non solum non dedendos censuit, sed exercitibus præfecit aduersus eam gentem, quam illi læserant, per quæ supplicium paucorum ciuium in seipsum uertit, & fœda illa tepeffas, quæ Clusinis imminebat, in totius ciuitatis dedecus & cladem redundauit.

De Claudio principe.

Fuit Claudio principi uelut ingenta stulticia, sed nihil unquam stolidius fecit, nec tota uita inconsideratius aliquid, quā quod Domitium Neronera adoptauit, cum Britannicum legitimo toro natum haberet, quem imperij hæredem potuit instituire: uerum pellectus ofculis Agrippinæ coniugis, facē illam adoptione accendit, qua non solum propria ipsius domus, sed Roma & totus orbis cōflagrauit.

De Agrippina.

Imprudens is cuius nunc mentio facta est, sed Agrippina cuius ille illecebris captus, seipso demētior factus est, nihil fuit Claudio prudentior, cū sollicitē imperium filio astruenti, futurorum que peritos sciscitanti, essetne filius Nero imperaturus? fere responsum est, ut imperaret, sed ita ut matrem interficeret: Interficiat, inquit, modò imperet. uox digna Neronis matre, digna Caligulæ sorore, quæ putaret imperanti omnia licere.

DE TEMPERANTIA.

Cap. X.

OMnis uirtus ex uno honesti fonte est, sed in nulla aliarum uirtutum magis decorum illud elucet, quod ex officio nascitur, & in ea, quā Græci *σωφροσύνη* uocant, nostri temperantiam, cuius exempla uariē in tota uita diffusa sunt. nam ubicunque id, quod decet spectatur, quod cōuenit, quod moderatē fit, quod sedatē, tempestiueque ad hanc uirtutem pertinet, de qua nunc futurus est sermo.

De Abraamo.

Et ut à uetustissimo ordiar exemplo, qua animi moderatione Abraamum fuisse nos credere oportet? qui nouus hospes, et omnibus ignotus Ægyptū cum Sarra coniuge ingressus, uir alienæ legis, alieniq; instituti adeo dextrē accurateq; cum sacerdotibus eius gentis est congressus, de que diuinis & humanis rebus appellatus, grauius & pensiculate dilseruit, ut totus ille ordo, qui secundus fuit à rege, in ea gente peregrinum hominem non solum duceret, sed uehemētē ueneraretur, nefasq; etiam duceret, ut tanta

ut tanta in uno uiro modestia, frugiq; sapientia ab ullo uiolaretur: quæ opinio non solum illi ad salutem profuit, sed ad pudorem etiam & pudicitiam conuigis, in perdita gentis libidine tuendam.

De Mose.

Quid Moses num obsequium illi defuit in Pharaonis aula, cui per adoptionē fuerat incertus? num in imperio uirtus? in exilio pietas? in asserenda ludæorum gēte solertia? aut in cōtumacia huius corrigenda sanctitas? in scribendis legibus prudentia? enim uerō tā idoneus in singulis apparuit, ut ad omnia natus uideretur, quod aut temperantia, aut nulla alia potuit uirtus homini præstare. aliæ enim uirtutes alio tempore exiguntur, hæc semper & in qualibet uitæ parte eluceat, necesse est.

De tribus pueris Hebraici sanguinis.

Viderunt nempe aliquid tres illi Hebraicæ gētis pueri (nam omnia in omnibus sunt, non omnia in singulis) qui leguminibus & hortēsbus herbis uesci, q̄ regijs epulis laginari maluerūt: non tā (credo) ut patrium morē tuerentur, quā quod persuasum habuere, omnem luxuriam & ciborū intemperiam, inutilem esse corpori, sed ad morū profectū nō modò non uilem, sed uehemētē etiam perniciosam.

De Christo.

Sed nullum (ut puto) exemplum potest cū Christi uita comparari, nunquam risisse dicitur, rarō fleuisse: infremuit tamen aliquādo humanitas, quæ in eo fuit, ipse semper idem, atq; is qui tenorem illum temperantia & mentis æquanimitatem tota uita custodiuit, & incorruptam seruauit.

De Tatheo Christi discipulo.

Fuit Christi discipulus Tatheus, atq; in eo uerē discipulus, qui ad Abagarum missus, Efedenorū Toparcham traxit sua prædicatione & principē ipsum gentis, & multos cū eo ad ueræ pietatis cultū: obtulit itaq; illi abeunti Abagarus certū auri pōdus uia: non nomine, repudiavit id totum Tatheus, adiecitq; non uidere se quomodo qui ultrō sua relinquant, accipere possint aut debeant aliena.

De Gregorio Ro. pontifice.

Ad hoc quoque dogma pertinet illud Gregorij Ro. pontificis temperamentum, qui in pontificia dignitate, sublimiq; humanæ pieratis arce cōstitutus, ita fastigiū illud honoris abiectione miscuit, ut seruum Dei se seruum dixerit: appellationē nō modò nō inuidiosam, sed etiā grato duarum diuersarū rerum temperamento uehemētē popularem.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,

& primum de Socrate.

SOcrates nec risit unquā in tota uita, nec fleuit, quin uno semper eodemq; uultu uisus: mirum uideri possit, quod eximia illam animi temperantiam, neque nuptialis lætitia illius diei, quo uenenum hausit, usque adeo natura illa omni perturbatione caruit, quod eo maiore fit admiratione dignum, quo insolentior fuit illi coniunx, filijque stolidiores quā cæteris.

De Phocione Atheniensi.

Par animi temperamentū in Phocione Atheniensi fuisse proditum est, idem oris habitus in eo semper obseruatus, non ridere, non flere quicquam cum temerē uidit, tanta in eo fuit constantia, aut obseruantia decori.

De Agesilao Lacedæmonio.

Potest Agesilao Lacedæmonius cæseri in hoc genere laudis, cui nisi multum temperantię superuulset, nunquā in perpetuo illo felicitatis cursu (nemo enim Græcorū sæpius uicit hostē) adeptus esset, ut ab omnib. plurimum diligeretur: est enim inuidia

felicitatis comes, sed unius hominis temperantia in lætis rebus nullum locum reliquit inuidia.

De Romulo.

Pauci haud dubiē reperti sunt, quibus in uniuersum laus hæc cōtigerit, alij alia parte uitæ magnum ex hac uirtute nomen reportarūt. Etenim quis non temperantem Romulum fuisse iudicet, qui sciat ostingentis & amplius Sabinis raptis, una contētum fuisse Herfilia? atq; ea iā adulta, & quæ alterius (ut creditur) fuerit uxor? aut quis non uini parcissimū, qui in conuiuio quodam urbanē in crepitus, quod parcius potaret, Ego, inquit, quantū uolui bibi, non quantum potui.

De Alexandro Magno.

Nunquam in cōuiuio Clytus periisset, si Macedo tam uini temperans fuisset, quā Veneris: quippe qui cum Darij hostis coniugem omnium fœminarum, quę ætate illa fuerunt pulcherrimam, filias que uirgines cum castris cepisset, tam sanctē eas uidit, ac penes se habuit, quā sorores aut filias: ad postremum uictoriam adeptus, filiarum unam sibi matrimonio iunxit, non libidinem (ut credere est) sed officium fecutus.

De Africano maiore.

Magnum & Scipionis exemplum in hac parte, qui maior est Africanus dictus, Carthaginē in Hispania ex hoste capta, uirginem ex captiuis unam eleganti facie ad se perductam, ubi quæ esset audiuit, & cui uiro desponsa (erat is Celtiberorum longē princeps: cæterum Rom. nominis hostis) puellam seruari insit, ac sanctē custodiri, restituitque eam cum auro, quod pro eo dabatur. adolescenti sub fide Carthaginem accersito, concitauit exemplum illud temperantiæ munificentiaque non uulgaris, non unius uiri solum, qui beneficium acceperat, sed magna etiam Hispaniæ partis studium & fauorem, ut tam amica iam inde fuerit Romani populi, quā antea fuerat inimica.

DE INTEMPERANTIA.

CAP. XI.

De primis parentibus.

Quam fœda res sit intemperantia (uoluptati enim famulatur) quā homini grauis & calamitosa, primorum parentū infelix demōstrat exitus, qui lege aberrantes, sibi & omni posteritati exitium peperere: iussi fuerant hi ab initio uitæ ligno abstinere, non potuit contumax animal, & pronum in uertum, aut certē noluit ab eo gustu temperare, mors proinde a uoribus culpæ inde orta est: par clades attigit omne humanum genus. pauci deliquere, sed pœnam innumeris luerunt.

De Loth Sodomei coniuge.

Perdidit Sodomeam ciuitatem, funditusq; euefuit obscœnæ libidinis intemperies: unus cum tota domo, quia castus & omnis culpę expers, seruari potuisset, si à tam casta domo intemperantia abfuisset. una iustissimi coniunx uiri reperta est in tam pio fuentium comitatu, quæ oculis temperare non potuit: sed hæc sibi non suis deliquit, oculorum lubricitas & incōstantia cum toto corpore in molē abijt lapidis, perpetuumque rigorem.

De Susannæ calumnia.

Multo fœdior detestabiliorq; fuit duorū senū immoderata libido, quāto scilicet à persona, quā gerebāt, & ætate magis aliena: hi Susannā fortē in uiri se lauātē (erat hæc Ioachim cōiux mulier præstari forma, sed pudicitia adhuc præstatiore) subijt utrunq; mala libido mulieris uitā dē, hinc ubi omnia turpitudini obsepta uiderūt, calumniā mulieri intendunt, ceu adulterij compertā ad populū reā producūt: sed dedecus & supplicium, quod infanti parabatur, in accusatorum perniciem uertit cœli prouidentia.

DDD d 3

De Iudæ

De Iudæorum illicito congressu.

Iudæis exitialis fuit intempestiva & uerita illa libido, qui ducis imperium & leges aspernari, cum Moabitarum foeminis concubere, nec multi se piaculo obstrinxerunt: cæterum celestis ultio, quæ breui secuta est innumeros affixit.

De Davide.

Nec David rex impune tulit ueritæ libidinis offensam in Vriæ coniuge, quæ regni disceptatione, domesticisq; cruore uix demum expiata est.

De Sichimitis.

Maior ultio Sichimitas cum suo rege affixit. Diana Israël's filia ad stuprum uiolenter rapta, accidit tñ Sichimitis (nam à regio iuvene ea iniuria orta est) quod & Græcis ad Troiam fedetibus, ubi quicquid reges delinquebant, ij qui sub regibus erant, pendere coacti sunt.

De duobus filijs Helij sacerdotis.

Ophinius & Phinees Helij sacerdotis filij, nō solum popularium suorū sacra adeūm pudicitiam petulanter inceſsiuere, sed ne à sacra quidem pecunia uiolanda sacrilegas manus abstinuerunt: graue scelus, sed poena non minus grauis, quam ipsi & pater, qui sacrilegos ferre potuit filios, cum tota gēte expendit: siquidē Iudæi magna occisione occisi sunt, & in his Heliani fratres diræ illius culpæ autores arca foederis amissa, senex Helius impar dolori è folio præcipitatus mortem obiit.

De Romilda Sifulphi coniuge.

Nec muliebris sexus uacat in hac parte exemplis, sed nos uno contenti erimus: asistebat hostiliter Cancanus rex Bauarū Iulienſibus, qui munificissimam habebant urbem in Venetiæ recessu, eratque rotius rei summa penes Romildam, quæ Sifulphi Langobardorū ducis fuit uxor, hunc Cæcanus non multo prius prælio uictū interfecerat. Romilda hostis pulchritudine capta, quæ uiderat muris obequitantiem, urbem hosti tradidit, cum duobus filijs & principali gaza spem cōnubij secuta, quod occultè cum Bauaro pepigerat: præstitit fidem Barbarus, ac noctem unā pro legitima habuit coniuge, cæterum mulieris intemperiem detestatus, quæ omnem & gentis suæ & filiorum fortunam intempestiuis nuptijs posthabuisset, duo decim robustissimis militibus uexandam tradidit, atq; per hæc malè affectam palo postmodum defixit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, & primum de Paridis intemperantia.

Setissent Pergama Priamiq; regia diutius, nisi Paris in alienos toros intemperatior fuisset, & si immodicè cupiditati restitisset. peregrinæ formine forma captus, potitus est oprato: sed ea res nō tatum uoluptatis secū attulit, quantum mæroris & tristitiæ, cum ipsius iniuriæ autori, tñ patriæ uniuersæ, quæ Asiam & Europam decenali bello exercuit, & demum euertit.

De Sexto Tarquinio.

Tam improba libido, ac nescio an maior etiā subegit Sextum Tarquinium ad stuprum per uim Lucrætiæ inferendum, in quo eo maius flagitium extitit, quo minus hæc (quanquam Ledæ filia, si uera sunt quæ de eius raptu Poëtræ memorant) alienæ libidini conuiebat: exitus nō minus huic, quam illi funestus fuit, in eo diuersus, quod Paridis facinus exitium patriæ attulit, Tarquinij Romæ libertatē sibi & suis exitium.

De Semiramide.

Magna in foeminis intemperantia omni æuo obseruata, nihil Semiramide clarius, in nullo unquam foemina maior apparuit in doles. Cæterum tā effre-

nata & intemperans libido, ut domesticum equum libidinis causa adamarit, filiumque ad incestum conata sit allicere: sed filius ab incesta matre debitas exegit poenas, uel una re maximè dignus, qui tantū imperium teneret, qui matrè necare maluerit, quam incestare.

De Messalina Claudij.

At huius sexus nulla intemperantior fuit Messalina Claudij principis, in nulla portentosior libido, quam ut ad satietatem exleret: Lyciscę prostitutæ mulieris nomen mentita, sæpe lupanar sub noctem adijt: & quod omnium foedissimè fecit, cum famosissimis meretricij quæstus scortis coitu certauit, ex re foedissima palmam sibi quærens, libidinosior fortasse Semiramide, sed uitæ exitu nihilo felicior.

De Faustina Antonij principis.

Faustina pari rerum fastigio locata, nec Antonij principis nō modò principū, sed omnium mortalium optimi qui ætate illa fuerunt: neque patris memor, qui & ipse rerū Romæ potitus est, ad eō in Venerem præceptis abijt, ut in Caietano secessu nauas sibi conditione quæreret. sed huic suū scelus impune celsit, nō quia in occulto esset id flagitium, sed quia ultor defuit: admonitus Antonius domestici probri, Aut est, inquit, id dedecus ferendum, aut reſtituendum est imperium, quod ab ea accepit.

De Masinissa rege, & Sophonisba.

Intempestiuis nuptijs iunxit sibi Sophonisbam Masinissa rex: sed quam festinatam fuit id connubium, tam celerem inuenit exitum, atque hunc ipsum tristem & inſelicem, non minus sanè quam Syphax prædixit & optauit, qui puellæ connubio exciderat.

MARCI ANTONII

COCCII SABELLICI exemplorum, liber quintus.



Elatis ac uelut in medio positis de religione exemplis, deq; primis uirtutibus, quæ ex fonte manant honesti, nihil absurdū sit (arbitror) neq; à consilio propositi operis alienum, earum uirtutum quas theologicas uocant, subtexere exēpla, in quibus tantū pollet charitas, ut ea sublata nulla cōſtare possit uirtus homini, ut Tarſensis Paulus tam uerè quam piè prodidit.

DE CHARITATE IN DEVM.

Cap. I.

De Abraamo.

Vnicus erat Abraamo filius, huic ipsum arq; admonuit immoladum celeſti uoce monitus, dedissetq; haud dubiè in holocaustum, quod charissimum illi fuit in terris, nisi probata cælo senis ipsius pietate recēti monitu ueritus esset filium sacrificare. præclarum documentū, omnia quæ hominum sunt, Deo deberi: uel, quia omnium terrestrium sit bonorum autor: uel, quod æternorum pro meritis distributor.

De Helio sacerdote.

Helius Iudæorum sacerdos nunciata filiorū cæde, qui in Philistæorum pugna mortem occubuerunt, doluit æquè ac debuit. accessit & illud doloris cumulo, quod pars multò maxima Hebraici exercitus eadem acie conciderat, eratq; tamen senex adhuc par dolori: uerum ubi arca foederis dicta est hostibus celsisse, ne proſtigatæ religionis superesset, folio se præcipitauit. tanto maior fuit in eo diuinarum rerum, quam terrestrium affectus.

De Davide

De Davide rege.

Sed quam uehemens fuit in sacerdote dolor ob arcam bello amissam, tanta nec minor in rege memorabilis læritia illa diuinitus recepta: enim uero David cum rem popularem & antiq; pietatis restet, regis urbi solenni pompa inferret, præ nimio religioſi affectu saltauit, & lusit tāquā unus è plebe.

De eodem.

Destinauit idem rex augustissimū Deo templū, clarè inter suos testatus, nefas esse & ab omni pietate alienum, se domum habitare cedrinis trabibus fultam: monumentum uerò diuini foederis, in quo caput & summa religionis sita esset, sub pellibus contineri.

De Machabæorum matre.

Edidit & Machabæorum mater nō uulgare charitatis exemplum in gentili pietate tuenda, quippe quæ septem filijs autor fuit, ut per supplicia & cruciatuſ mallent mori, quam ueri Dei cultum abnegaret. fuit id magnum in foemina, sed illud multo maius, quod talem sese extremis cruciatibus obtulit ueritatis studio & amore incensa, quales eos, qui eius impulsu tam pulchrè sese morti obtulerant, esse noluit & optauit.

De Paulo apostolo.

Paulus Tarſensis propheticò oraculo edoctus, fore ut si Hierosolyma proficisceretur, inſense accipere multo inſensus uexaretur ob Christi nomen: perexit ramen porro ire, non ærumnam, non cruciatu pertimescens ullū: uerè pietatis doctor & asser tor acerrimus, dignus uel hoc diuinę charitatis exēplo qui plus uiderit, quam fas sit homini loqui.

De Martyrum charitate in Deum.

Sed quid attinet de uno aut altero idem prædicare? per hæc enim exempla Christiana pietas in imensum creuit. Petrus Bariona & frater, crucis partibulū nō modò nō recusarunt, sed uehementer etiam optasse traduntur charitatem secuti: hic alius ex fastigio templum præcipitatus fustibus ad necē cæditur, ille feruentis olei dolio immersus, pertulit cruciatum, telis quidam confossi martyrium tulerunt, multi lapidibus obruti, alij flammis, ferro, stictibus preempti, genus mortis his dispar, sed charitatis studium idem omnibus.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, & primò de Connibensibus & Tentiritis.

Quæ in his pietas uocanda est, in cæteris gentibus superſtitio dici potest: sed nec in manifesto delirio defuit illis qualiscunq; dicenda charitas. Connibenses & Tentiritæ, dum suos utriusque deos pertinacius tuentur, non solum se mutuo oderunt, sed deos ipsos qui ab hostibus colerentur: funestaq; inter se pugna cōgressi, ne à profusi quidem sanguinis lamptu, esuque hostilium carniū abstinerunt.

De Metello Pontifice.

Metellus pontifex, Vestali æde fortuito igni flagrate, per medias flammæ Palladium incendio subtraxit: celsit illi audax conatus prosperè, nam deæ simulachrum seruauit: sed res foelicus celsisset, si uisum non amisset, fuit tamen clades illa religioſæ mentis, & immodicæ charitatis in deam testis loci pleſtissima, fuit & ornamento. datum est enim, ut curru ueheretur in curiam, qui honor nulli eius ordinis ad id tempus contigerat.

De Po. Ro. in suos deos charitate.

Non tribunitia potestas, non autoritas senatus cōſensusue optimatum potuit Po. Ro. impellere, ut Manlium Capitolinum perduellionis reum suffragijs damnaret, quoad Capitolium ab illo olim

seruatum conspicit potuit: tanta tunc fuit Romanæ ciuitatis in deos, quorum illa erat sedes, charitas.

De cella Iouis.

Pari affectu, eadem cella Iouis ab Herdonio Sabino & exulibus, est mor te consulis magnoque totius ciuitatis studio recepta, ut non maiori curæ fuerit Quiritibus seipſos, qui obſidebantur, quam obſeſſos deos ab iniuria uin dicare.

De Ceritibus.

Cerites non alio sunt merito Romana ciuitate donati, quam quod hi Senonico bello Romana tutati essent sacra: non potuit populi omni uirtutū genere præstantissimi, maius ullū charitatis exemplum in deos extare, quam quod omne solenne sacrorum institutum carimoniam dixerit ab ea urbe, per quā sacra ipsa seruari cōſigisset, illiusq; homines in ciuiū Ro. numerum & dignationē aſciuerit.

DE CHARITATE ERGA homines. Cap. II.

Age nunc & quæ hominum charitas in homines fuerit, breui explicatione censeamus.

De Ionatha Sauli filio.

Quam charus fuerit David adolescens adhuc & priuatus Ionathæ, qui Sauli regis fuit filius, ex eo potest intelligi, quod neque patris superbia ipsi etiam filio formidanda: neque crudele illius imperiū, quo Davidis uita petebatur, potuit iuuenem proposito auertere, quin nascentis regis curas, eadem que amico exitiales nō confestim ei patefaceret, ut nihil tam subitum inſensissimæ rex Deo statuerit, quod non ille tempeſtiuè Ionathæ studio cauerit.

De Davide.

Sed qualem priuatus Ionatham expertus est David, talem ipse rex regnū adeptus, sese præstitit omni Iudæorū genti: nā cū oraculo terror nō unus sibi & suis proponeretur famis, cædis, pestilentia: eam cladem minus auerſatus est, quæ cum plebe, & omni multitudine esset sibi communis.

De Abdia.

Grassabatur Iezabelis ira in prophetas, & iā plus nimio illa temporum diritas per innocentium euagabatur capita: cum in tanto metu unus extitit, qui innocentiam occultè, quando aperta ui non poterat, tueretur: Abdias uir iustus, neque impensa grauat, neq; Iezabelis iram ueritus, centum latitan-tes prophetas insigni charitate protexit & aluit.

De Thobia.

Est & Thobia charitas rari admodum exempli, qui Babylonica captiuitate suos populares egenos & afflictos cōsolabatur, subleuabatq; proprijs fortunis, mortuos hic & sepeliebat, præstititque ea pietas uirū incolumē à Senacharibis sequitua, ut uis illa uniuersæ gēti alioqui inſesta, unū uirū nō attigerit.

De Iesu Nazareno.

Christus rex, Deus idem & homo, docuit humanum genus charitatē esse omnium uirtutū maximā: nec tantum docuit, sed præcepit etiam, præceptiq; exemplum prodidit, qui humanitate recepta innumeros labores & ærumnas tulit, ut homo qui sua culpa ruerat, aliena ope restitueretur.

De Io. Zebedæi filio.

Io. Zebedæi filius optimi magistri discipulus, magnum & ipse edidit charitatis exemplū, admouerat adoleſcētē baptismo nescio quē, ad mortemq; & insignitū sacram entro, sacrorum antistiti cōmendauit, cuius incuria priorū cœtu aberras ad latrones reuerſus est, tulit æquè ac debuit dolenter senex piensissimus Neophyti preuaricationem, latronumq; sequitiam nihil ueritus, per deua loca, & infidiola errantem requisit, inuentum ad cultum pietatis retraxit, restituitq; ouem, quæ perierat ouili Dominico.

De Paulino Nolano Antistite.

Quæ charitas maior esse potest, quàm si quis ita affectus sit, ut ultrò seruire uelit, ne alius seruiat? talis fuisse proditur Paulinus Nolanus antistes, qui ut uiduæ filium redimeret, ipse in Aphrica diuitissimè seruiuit.

De diuo Bernardino.

Bernardinus Senensis prima sanctitatis rudimenta per hæc apud ciues deposuit suos: cum enim Senæ Hetruscæ graui pestilentia uastarentur, duodecim comitatus iuuenibus, quos sibi ad pium opus delegerat, circuire ægrotantium domos, languentes, & grauior affectos consolari, egestate laborantibus iubuenire, sepelire defunctos, paratos omnes subire casus, quos tetra illa lues se temere ingerentibus importare potuisset.

De Pafnuphio Abbate.

Magno uirtutis huius exemplo ac semper memorabili Pafnuphio abbas, Thaidem nobile scortum à meretricio quæstu ad penitentiam compulit, qui secreto ab ea impetrato metu & trepidationem simulans identidem ab ea querere, an si congrederentur, eos uisurus esset aliquis? cum negaret illa ab ullo se uideri præterquam ab ipso Deo, qui omnia cerneret, omnia sciret: ergo, inquit ille, credis Deum nihil latere, & coram ipso non erubescis, qui tua puniet, & omnium scelera? est enim iustissimus. subiit meretricis animi tempestiua Pafnuphij exprobratio, obortisq; lachrymis illico penitentia egit.

De Anastasia.

Anastasia Romana mulier nobili loco orta, quia uirum forritus est sui dissimilem, Christianæque pietati infestum, occultè egrotos circuire, carceres que inuisens reorum cathenas oculari, leuareque eorum desideria cibo, potu & corporum tegumentis.

DE ETHNICIS EXEMPLIS.

De Philosopho qui ad omnem hominum occursum fleuisse dicitur.

Nec fuit huius uirtutis expertus ueterum Philosophorum quisquis fuit, qui ad omnem hominum occursum fleuisse dicitur: dolebat ille (quis ignorat?) quod nihil sani esset in uita, nihil in homine non caducum, fluxum & deceptibile. fere ille itaque hominum mala meliore haud dubie affectu, quàm Democritus, qui hæc eadem ridebat: nam hic contemptum arguit & stultitiam, ille iustitiam & charitatem.

De Xerxe rege.

Fleuit & Xerxes in Abydenis campis, cum partem multo maximam orientis subiectam haberet oculis, sub signis stantem: testatus se non felicitatē suam flere, quòd tot gentibus imperare contigisset, sed tot hominum fortem, qui cum innumeris essent, ad breue tempus aut fato, aut alia ui essent omnino defuncturi.

De Hannibale Carthaginensium duce.

Hannibal Carthaginensium dux, is qui Punica cum Romanis bella præcessit, exercitu in Sicilia amisso, non stultitia & ignauia, sed pestilentia domum reuersus suorum casu in curia exposito, non supplicium ueritus (nam fatali necessitati nemo re pugnat) sed amissorum militum charitate uitam laqueo finit: dignus qui non solum incolumi exercitu, quem tantopere dilexit, sed uictore etiam Carthaginem remeasset.

De Paulo Aemilio.

Potuit & Aemilius Paulus Cannensi acie tameris uulneratus, uiuus tamen & omnis culpæ expertus in tutum euadere: sed legionibus cæcis noluit, repudia to equo, qui illi ad fugam à Lentulo deferebatur:

A quinimo saxo sedens, Maeste, inquit, ista uirtute C. Corneli, abi nuncia publice patribus ut urbem Romam muniant firmè: que præsidij antec hostis aduentum, meque (ut decet) finito inter meos milites expirare. mira imperatoris charitas, qui non potuit patriæ quæ superstes erat, non esse memor paulo post expiraturus.

De Aphricano maiore.

Talis maior Aphricanus, cuius uox illa nota est, malle se unum ciuem seruare, quàm mille hostes perdere.

De Catone minore.

Cæsare circa Dyrhachium fuso, cum Pompeiani læticia exultarent ob rem bene gestam, solus Cato Cæsareanorum cadauera intuitus, quia ciues essent, & fortes alioqui uiui, temperare lachrymas non potuit.

De Nicias Atheniensis.

Nicias Atheniensis Corinthijs prælio uictis, cum moris eorum qui uicissent, trophæum ubi uictoria parta esset, sibi erigere (qui honor his adimebatur, qui precario aliqd ab hoste petijissent) aspernatus est id decus, ut duorum ciuium cadauera, quibus hostes potiti fuerant, sepulturæ mandarentur.

De Phocione Atheniensis.

Fuit aliorum ciuium charitas in alios, sed nullius (ut arbitror) in omnes præterquam Atheniensis Phocionis, qui non modo non quenquam ex Artica ciuitate læsit, sed ne odit quidem, cum graues alioqui contentiones ab eo sæpe susceptæ essent reipublicæ causa: sed is omnes humanos affectus suorum ciuium charitati censuit posthabendos.

DE CHARITATE ERGA INIMICOS. Cap. III.

De Christo.

Diligite uestros inimicos dixit doctor ille summus, humanæque autor salutis, atq; his benefacite qui uos oderunt: sed quàm id sanctè præcepit, tam integrè præceptor optimus seruauit. nota uox eius cum ab impijs cruci affigeretur: Ignosce, inquit, his pater, non enim uident quid agant. exemplum sanè unicum atque omnium præstantissimum, & quod si quis ritè obseruet, Deo multo similius quàm homini sit.

De Iosippo.

Iosippus Israëlitis filius magnum & ipse æquanimi ratis huius edidit exemplum, qui in puteu à fratribus deiectus, mox & Ismaëlitis uenditus, tantum abfuit, ut eam ultus sit iniuriam, quam ulcisci potuit, ut qui se perdiderant (perdiderunt enim quantum in eis fuit) Ægyptum ingressos frumentandi causa tam pio exceperit affectu, quàm non multo post decrepitum patrem, quem ex Chananæa terra profectum in amœnissima eius terræ parte cum tota domo collocauit.

De Mose.

Moses ab eo prognatus aded populum, quem tū ducebat, dilexit, ut imperium detrectantem, & in se immaniter sæuientem sæpius à cælesti ultione precibus seruauit, ut neficias sancti orne fuerit Moses in suorum pœna deprecanda, an in uindicanda libertate fortior.

De Dauide adhuc adolescente.

Nemo ubique magis homini fuit infestus quàm Saulus Dauidi: inuidia quæ cæca est, armauit insanum regem, & furiosum aduersus diuinam adolescentis indolem: insectabatur robustus rex priuatū iuuenē per æqua & iniqua: cōtrā Dauid sæpe regē ex occasione adeptus iniuriæ obnoxii ultione abstinuit, defunctū iuxit, laudauitq; eos, qui eius cadauer in sepulchrum iacere non passi, humi cōdidissent. De

De propheta in Hieroboam charitate.

Arripuit ad supplicium ex prophetis unum Hieroboas rex ab eo reprehensus, quòd dæmonibus sacrificaret, simulq; nefas ille imperauit: manus, qua signum ille dederat, repente obtorpuit: cæterum nulla alterius ope sæuus rex clade illa seruatus est, quàm prophetæ (qui uiolandus erat) prece.

De Iacobo Alphæi filio.

Quid Iacobus Alphæi filius, an nō ex templi pinaculo præcipitatus? cum uiolento casu afflictus fuissetibus cæderetur, doctoris sui exemplum imitatus pro percussoribus preces effudit.

De Sabino martyre.

Eodem charitatis ardore Venustianus Thusciæ præses Sabini Afriatis antistitis, cui manus præsciderat, ab oculorum cæcitate pia precatione seruatus est.

De Pergentio & fratre.

Vidit & Aretium in Hetruria non uulgarem charitatis speciem, cum Pergentius & frater sub Decio torquerentur, & tortorum manus quæ medio uerberatu obtorpuerant, suis restituerunt precibus, magis de inimicorum salute quàm de suo ipsorum supplicio solliciti.

De Christiana uirgine.

Nec minor admiratio subeat, si quis pium Christianæ uirginis facinus secum reputer, quæ uiperam magistram extinctum sæuo earū morfu, quas ille ad suppliciu in se cōcitaret, suis restituit precibus.

De Anatolia.

Sic Anatolia ex tortoribus unum serpentis nexu, cui obiecta est, arctius uinctum, spirisq; & moribus terræ allisum, ac neci proximum, bellua ab eo tempestiua prece remota, proculq; fugata, periculo seruauit.

De Agnete uirgine.

Illudebat Agnetis uirginitati cæteris petulantior ex ministris et tortoribus unus, mediaq; colluctatione est is à dæmone uita priuatus, dum alienum secutus imperium, puellæ uirginitatē conatur adimere: deprecata tamen nihilominus illa, & defuncto uitam precibus impetravit.

De Eugenia.

Est etiamnum Eugeniæ exemplum non parum insigne, diu hæc monastico habitu castè inter monachos uixit: cæterum sæpius à Melantia matrona impudicè appellata, quia incestos sceminæ congressus pertinaciter auersaretur, ab ea insimulatur tanquàm suæ pudicitia: infidiata esset: per quæ Eugenia in discrimē adducta primum petijisse dicitur, ne ea calumnia cuiquam esset fraudi, si ueritas in medio poneretur: inde muliebres mammas perdidit, quibus apparuit non potuisse fieri, ut mulier ad stuprū mulierem pereretur, fuit itaque illud non solum se purgare, sed salutem perdere uolentis tueri.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, & primò de Lycurgo Lacedæmonio.

Sunt & in alijs gentibus exempla quædam charitatis, sed aliunde profecta: sunt nostratia hæc pietatis & religionis partus: illa humani affectus, quale fuit illud Lycurgi Lacedæmonij, cui cū Alexander iuuenis in iurgio oculum baculo excussisset, adolescentem ad supplicium datum non modo non incommodo affectu aliquo, sed perhumanè & sapienter domi instituit, ut non tantum insolentia & temeritatis secum attulerit in sapientis uiri domum, quantum inde prudentia & humanitatis reportauit.

De Cæsare dictatore.

Cæsar dictator cum rerum gestarum fama & gloria floreret, Catullum Veronensem, cuius uersiculis de se, & Mamurra editis indelebili repperis esset infamia, sibi satisfaciendam non solum non incommodo affectu aliquo, sed cœnæ etiam adhibuit, & quòd maius etiam fuit, reconciliatæ gratiæ signū, in eius patris hospitio, ut erat solitus, persenerauit.

De eodem Cæsare.

Idem C. Memmio, cuius asperissimis orationibus coactus fuerat uerborum acerbitate respondere, eratque ex cōfesso inimicus, suffragator extitit in petitione consulatus.

De Augusto principe.

Augustus princeps uerus C. Cæsaris hæres, & in hac laude æmulus, L. Cinnam in hostium castris repletum non solum seruauit, sed quòd ad charitatis cumulum accessit, integrum patrimonium restituit: eundem coniuurationis aduersum se iniuræ conuictum ea lege incolumem præstitit, ut diceret olim, Tibi hosti d. Cinna nunc infidiatori & parricidæ do ueniam: iam hinc inter nos inchoetur amicitia, con tendamusq; utrum meliore fide ego bis tibi uitam condonauerim, an tu acceperis.

De Vespasiano.

Vespasianus, qui Flauij gentis primus est rerum Romæ potitus, Vitellij hostis sui filiam matrimonio splendidissime locauit, ac dotatū muliebri mundo instruxit, in genitæ charitatis, suæq; clementiæ magis quàm paternæ iniuriæ memor.

De Tito Vespasiani filio.

Talis mehercule, ac nescio an maior etiam fuit Titus Vespasianus huius filius, qui cum imperium à patre accepisset, in duos patricij generis affectati imperij competitors nihil amplius excanduit, quàm ut commonefecerit eos uti incepto abisterent: nisi sitque ad alterius matrem procul absentem, qui ei celeriter nunciaret, filium incolumem esse: eisdem que non solum familiari cœnæ adhibuit, sed sequenti die gladiatorū munus spectaturus circa se de induitna collocauit.

DE FIDE THEOLOGICA.

Cap. IIII.

Magna fide opus est in naturæ operibus credendis, sed diuinitatis, cuius naturam inuicta est, multo adhuc maiore: est fides pie opinionis filia, religionis mater, qua sublata nihil homini relinquitur cur cælum spectet amplius, cur plus sapere dici possit, quàm mutum animal. est homo uelut infrenis equus sine fide & religione, atq; eò deterior, quo & natura contumacior quàm equi, & in uitium multo propensior.

De Abrahamo.

Credidit Abrahamus quæ sibi è cælo promittebantur: estq; id illi iusticiæ datum, sed non magis illi quàm omnibus (ut credi par est) qui omnia quæ sunt ad diuinam referunt prouidentiam.

De Mose.

Obstiterunt non nihil magicæ artes, quarum opera Ægyptius utebatur, Mose diuinitus operati: cessitque tandem uanitas illa ueris miraculis: præstigiatores uicti confessi sunt numinis prouidentiam: ipse rex quia non credidit, sibi exitio & multis fuit. Enimvero rubrū mare quia Iudæis pateret, ingressus cum ualidissimo exercitu marinis fluctibus obrutus perijt.

De Helia propheta.

Descendit Helias propheta in apertum certamen cum Baalis sacerdotibus Chabo rege contentionis arbitro: cæterum illi Baalam suum in multum diei suppliciter precati ut ignem è cælo mitterer, nihil impe-

impetrarunt: sed quid impetrare poterant, cum multo minus is posset qui rogabatur, quam qui rogabant? contra Heliae praedicationi confestim ignis affuit: cuius rei miraculo circumfusa multitudo, quae in euentum eius disceptationis erat erecta, ad ueri Dei cultum conuersa, certatim sese Heliae ingessit, ut clarius uitae lumen ex eo pietatis fomite sibi elicerent.

De Stephano Protomartyre.

Nihil in trinitate asserenda mirabilius, quam fides operata est. Stephanus Christianae assertor pietatis non sophismatis usus, non gryphis ex diatriba petitis, sed ex purissimo fidei fonte hausit ea, per quae Synagoga illi celsit, & omnes imaginariae sapientiae affectatores.

De Petro Bariona.

Petrus Bariona hac dicituraxat freres uirtute, non Latali, non Attica eloquentia, uno die tria hominum milia baptisimi lauacro admouit, captura eo piscatu digna, quam assertor ille summus ueritatis, a quo iustus est cymbam & retia relinquere ab initio despondit.

De Paulo Tarsensi.

Hostiliter in Christum coortus Paulus Tarsensis subito ueritatis admonitu, & hunc, cui tam infensus erat, dominum uocauit, & quid se facere uellet est humiliter sciscitatus: ex hoste mancipium factus, agnus ex lupo.

De Syluestro Ro. pontifice.

Quid Syluester Ro. pontifex? nonne Iudaeos de summa fidei secum congressos adeo feliciter superauit, ut Christum fateri coegerit? coactos ad uerae fidei cultum facili ductu admiserit?

De diuo Bartholomaeo.

Eodem fidei clypeo instructus Bartholomaeus, qui unus fuit apostolorum, Ascharothis templum adijt in Aethiopia (nunc ipsa terra India est) facileque tenuit, ut daemones qui consulentibus responsa dare erat solitus, ex uocali confestim factus sit mutus: tantum effatus se non deum esse, sed malorum daemorum unum.

De Io. Zebedaei filio.

Io. Zebedaei filius, Ephesinis signum ueritatis, quae proponebatur ab eo, petentibus, Dianae templum, quod illi nobilissimum habere, suis effecit precibus, ut repente collapsum ueritatis: nec tanta res in densa animorum caligine fecit fidem, quin ambigebatur adhuc multis, uenenum, quo fontes necebantur, coram propinatum tam intrepidè uir Deo gratissimus, quam innoxie hausit: rum uero luce oculis admota credidit in uerbum salutis templi antistes, credidit & uniuersa ciuitas.

De Simone Mago.

Et ueritas per haec aduersus Iudaeorum perfidiam & Ethnicam uanitate satis probata est: quid in Magos, quae ars omnium uanissima saepe in Samaritano uno est despiciatissime explosa uoluit homo nequam baptisimi lauacro admoueri non pietatis studio, sed miraculorum cupiditate, Philippum Christi discipulum aemulatus. Ceterum quam eares incassum mota est, tam ignominiose a Bariona reiectus, caeleste munus ab eo mercari conatus: postremo miraculis certare ausus, difficile dictu est, aerum nosum ne magis an probrosum sit uitae exitum fortitus.

De Barrieto Elyma.

Pari euentu Paulus Tarsensis Barrietum Elymam in Cypro perpetua caecitate damnauit, ut in ijs tenebris moreretur, quas uiuentium oculis offundere consueuerat.

De Phileta Hermogenis Magi discipulo.

Philetam Hermogenis Magi discipuli fidei uirtute Iacobus Christi apostolus primo uicit: expedit

tumque daemorum praestigijs, quibus erat implicatus, eod perduxit, ut caligantes adhuc oculi lucem non reformidarent: eodem successu Hermogenem uictum, adeo mutauit, ut magica arte repudiata, libens sit ueritatem complexus.

De fidei uirtute in Arrium heresiarum.

Sensit & haeretica prauitas quid posset haec uirtus. Arrius Orthodoxae fidei oppugnator acerrimus, dum citam torminibus aluum exonerat, inter finis profluentibus expirauit.

De Olympio Arriano.

Olympius Arrii affectator, cum Carthagini in balneis lauaretur, impioque ore sanctam lacesseret trinitatem, trífido telo supernè ictus concidit.

De Valente Imperatore.

Destinabat Valens imperator Arrianis, quam Orthodoxae pietatis uiri tenebant ecclesiam: deestari principis consilium Eusebii antistes, cuius autoritate motus Valens statuit periclitari utra esset secta sanctior, ac simul edixit ut templum clauderetur, idque ijs demum cederet quorum precibus sua sponte paruisset: nec Arriani quicquam impetrarunt. Eusebii illud effatus, At tollite portas principes uestras, uixque totum absoluerat carmen, cum repente ostia crepuerunt, paruicque sua sponte aedes subire uolentibus.

De Anastasio Caesare.

Anastasio Caesar Eutichianae hereseos fautor, quae Hormisdæ pontifici non celsit denunciantem ne delirium Chalcedonensi potius conuentu damnatum tueretur, fulmine ictus periit.

De diuo Hieronymo.

Diuus Hieronymus uita defunctus ob calumniarum sibi a Sabiniano heresiarum iniuncta (ediderat homo impius nefarij dogmatis librum defuncti nomine) maturam ultionem imperauit, ut dirum principis caput ultro a sua ceruice sit reuulsum.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMO DE DELPHIS.

HAUD quidem pauciora sunt aliarum gentium exempla, sed malorum daemorum fraude & astu edita: ut quo maior huic aut illi perfuerit suae uanitatis fiducia, eo sint certiores secuti uoto rum effectus. Enim uero uix tanta numinis fiducia, Apollinis templum Delphi aduersus Gallos tueri adorti sunt, quanta animorum consternatione & corporum strage sunt inde hostes reiecti, adeo uana accolarum persuasione, ut loci propugnatores sibi uisi sint Dei uocem, & armorum sonitum audire, dum prophana manus a sacro arceretur.

De Nauio Actio augure.

Res nulla praererea in maiores Ro. po. coiecit tenebras, laqueosque magis insolubiles, ut nihil non auspicio ageret, quae eade persuasio, quae tanti uisa est, ut Actius Nauis augur cotem nouacula secuerit, quod ad eludenda artem Ro. rex non quia eiusmodi euentum speraret, illi proposuit periclitandū.

De Scipione Africano.

Nec maior Africanus tam assiduus Capitolium antelucanis horis ascendisset, nisi humana consilia ad Iouem esse referenda censuisset, quod usque adeo & ipse credidit, & alij persuasum habuere, ut ne a canibus quidem custodibus templi, tanquam & ipsi religionem sentirent, allatrari crederetur.

De ritu sacrificandi.

Romani Imperatores ad bellum exituri priusquam in prouinciam proficisceretur, Lauij sacrificabat: quem morem a maioribus acceptum nunquam illi tam accuratè & religiose seruassent, nisi opinio quaedam hominum animis insedisset, omnia humana deorum nutu & uoluntate gubernari.

De

De Cerimonijs & auspicio ratione.

Hoc caerimoniarum auspicioque diligens habuit obseruatio, hoc obsecrationes, lectisternia, ludi, Thense, & quicquid superstitionis uerius quam religionis celebrauit Romana ciuitas, omniumque unquam fuerunt, patriae religionis obseruantissima.

De Caesare Augusto.

Caesar Augustus Cantabrico bello, cum noctu leuistica ueheretur, nunquam ad subitum casum fulminis, quo unus ex comitibus exanimatus est, tonanti Ioui aedem uouisset, nisi in Iouis potestate fulmè esse persuasum habuisset.

De Metello.

Nec Metellus sese cum uitae periculo in medias coniecisset flammam, ut Palladium ex incendio substraheret, nisi in Pallade diuini aliquid opinatus esset.

De Cybele & Aesculapio.

Ad hoc illud pertinet, quod religiosa ciuitas ex Pelsinunte in formam sibi lapidem petiuit, gratificari se credens deorum matri. Ceterum quia in eius inuictu magna oculorum ludibria obuersata sunt ciuium oculis, auerta est cum caerimonia hominum fides.

De Locrensisibus.

Magna numinis persuasione coluerunt diu Locrenses Proserpinam, sed multo maior secuta est opinio maiorque fides, posteaquam Pyrrhi regis naues cum ipsius deae thesauris, quos sacrilegus rex abstulerat, suis disiectas littoribus uidere: creuit deinde plus nimio uana superstitio Q. Plemij supplicio, qui post Pyrrhum eadem donaria copulauit.

DE SPECTHEOLOGICA.

Cap. V.

EX omnibus bonis, quae a principio Deus mortalibus parauit, sola spes his relicta est, caetera muliebri amisit stulticia: haec hominis uitam ad extremum comitatur, uerum quia non parui refert sit ne haec diuinarum rerum, quae perpetuae sunt & aeternae, an terrestrium, de ea potius dicendum, quae caelestium cultrix: & pedissequa est, quae quo sanctior apparet, eo sanè dignior, ut eius exempla priore loco referantur.

De Dauide rege.

Excidit innocentiae statu Dauid rex, qui parricidium adulterio adiecit, suique sceleris prophetica uoce admonitus, Peccaui, inquit: ac spem ueniae impetrandae amplexus, penitentiam egit, per quam eod, unde exciderat, patuit illi reditus.

De Manasse rege.

Statuit omnium, qui Hierosolymis fuerunt, regum flagitiosissimus Manasses Baali aram in augustissimo dei templo, statuit & simulachrum, ueneratque est impius rex malum daemone, somnia obseruauit, secuta est demum caelestis ultio: uictus bello, & in hostium potestate redactus Babylonè uinctus perducitur: at idem sui sceleris sibi conscius, passus impieratam suam & indoluit, & meruit ob eam rem nomen antea iratum iam inde propitium habere, affuit spes, quae quo maior fuit, eo celerius impetravit, ut in patriam & regnum postlimino restitueretur.

De Niniuitis.

Quis hoc scit dixisse, dicuntur Niniuitae, an deus ab ultione reuocetur? penitentia agenda est, id sedulo sit, excluditurque simul desperatio, ac simul discussum est & excidium, quod Iona praedicatione urbi nobilissimae imminerebat.

De Latronis spe.

Pendebat in cruce homo infamis et sceleris dam

natus, caeterum quia spes illi ueniae non defuit, egitque postremo penitentiam, etiam sero, quia tamen penituit, suorum scelerum ueniam meruit.

De Zachaeo publicano.

Non minus sanè quam publicanus ille, qui Christi regis meruit hospes fieri, qui si spei expers fuisset, nunquam malè parua restituisset, fortunarumque portionem suarum pietati impendere cogitasset: qui duplex affectus salutem peperit domui, quae nuper erat inuidiosa & detestabilis, quia publicani esset.

De Petro Bariona.

Nisi uirtus haec praesto Barionae fuisset, post Christum ter abnegatum, nunquam totum triduum lachrymis impendisset: sed spei ductu fleuit ubertim, est quoque non solum restitutus, uerum nascentis ecclesiae caput constitutus & princeps.

De Theophilo Archidiacono.

Theophilus Archidiaconus dignitate priuatus, se cacodaemone conditione addidit, si dignitas sibi adempta quoquo modo restitueretur, chirographo rem pepigit, Christi deipareque uirginis nomine prius abnegato: indoluit non multo post, restitutus & ad se reuersus est, quare non solum chirographum, sed & dignitas est illi restituta.

De Pelagia Antiochena.

Sunt & muliebri spei exempla multa & illustria. Pelagia Antiochena mulier diues & inexpletae libidinis, Nonij Neapolitani Antistitis praedicatione ad penitentiam conuersa, omnia sua distribuit pauperibus, sexumque uirili habitu mentita in solitudinem concessit: quanto maior fuit sui conatus spes, tanto maior est sanctitas secuta.

De Thaide.

Simili conuersionis affectu, Thais nobile scortum in Aegypto Paphnupij suasu gemmas & omnem uestrum apparatus, ac quicquid quaestu corporis sibi parauerat in ignem coniecit, ut prioris uitae ulla extarent monimenta, confestimque ex prostibulo transijt in monasterium, eius sanctitas sanctioris uiri testimonio est ad posteros illustrata.

De Maria Magdalena, & Aegyptiaca.

Maria cognomento Magdalene, & altera eius nominis, quae Aegyptiaca dicta est, spem ipsam nec aliud secuta, in solitudinem abierunt: mirum quantum his labor & abstinentia ad castitatem contulerint: castitas sanctitatem peperit, quae usque adeo perspecta fuit, ut supra Iordanem uisa sit haec fidei pedibus ambulare, sublimis illa a terra distineri angelorum ministerio.

DE ETHNICIS EXEMPLIS.

DEFUIT & prophanis spes sua: uerum non ea, quae caelestium rerum admoneret sublimitatem, qualis in nostrae pietatis hominibus fuit: per alios illi gradus ad immortalitatem peruenire se opinati sunt, non contemnendo, sed humana uenendo, ac quoquo modo uitam iuuando: id illi credere Deo proximum, id demum caelo dignum.

De Libero patre.

Iam uero Liber pater hoc in primis secutus uideri potest, quod uitae & uini usum, re magis gratam homini, quam necessariam, proximus omnium demonstrauit.

De Cerere.

Quid Ceres in demonstratione tritici, an est aliud quam immortalitatis spem intuita? nunquam tantum terrarum mortales docendo mulier perlustrasset, nisi spes magna omnium conatum mater, in communi laborati affuisset: malè actum esset ab initio cum homine, si qui iuuare possunt, solum officium intuerentur.

De

De Hercule.

Nec Thebanus ille Alcides tot sese monstris opposuisset, labores & pericula subiturus, si nulla cetera curam animam tetigisset: hæc illi uel nouerca infestior, quæ nunquam passa est eum quiescere: hæc durior quàm ille & imperiosus Euristheus, per quem tam uariè est exercitus Alcmenæ filius: denique fuisset ille nunquam tantus, si spem de immortalitate nullam animo concepisset.

De Romulo.

Huc spectat illa Romuli, qui parens fuit & conditor Romanæ urbis, huc Numæ sanctitas, & si inter deorum aras hic uixit, ille inter lituos & arma: neuter tamen tantum suscepisset laboris, si omnia cum corpore interitura credidisset: aliquid ambo sperarunt diuersum à mortalitate: quapropter laboriose uiuere non uoluptuose maluerunt.

De plurium Ro. uirtute.

Ac Curij paupertas, fides Reguli, Fabricij constantia, Catonis sanctitas, Bruti & Torquati seueritas, multò longius prospexere, quàm breuis sit humane uitæ terminus, nisi uirtutis operibus longius extendatur, alius itaq; alia uia: cæterum omnes immortalitatis spem complexi tales fuerunt, qualium uirorum fama sit omni æuo duratura.

De Semiramide.

Quid quod fœminis sua spes blandita est, æternitatemq; pollicita? quæ causa fuit Semiramidi, ut uirilem sexum mentita amplissimos ducatur exercitus: multos & magnos adierit labores, periculaque immensa, præsertim Indico bello? licuisset illi ut fœminæ suæ per ocium indulgere libidini, si aliqd esse persuasum habuisset, quod ultra hoc quod uiuimus, stabile esset perpetuumq; mansurum.

De Artemisia.

Recusasset Artemisia Xerxis commilitium excusata sexus imbecillitate: sed & prælia obire uoluit, & militares ferre labores, ne tota semel interiret. Eadem fortassis alteri eiusdem nominis causa fuit, & non iugalis amor sepulchri Mausolo construendi, rei opere & materia memoratissimæ: fuit enim inter rara mundi miracula id opus celebre: uel si extincti coniugis famam insigni monimento rueri uoluit, (nam impatienter eum amasse dicitur) suam interitum ambitiosa mulier non neglexit.

De Lucretia.

Nec Lucretiæ pudicitia, & si à Tarquinio læsa, tantum esset facinus ausa, nisi hic affectus, cuius nunc exempla referuntur, interuenisset: est enim uis eius tanta, ut uictura perimat, proferat peritura, neglecta fatorum lege.

De Tucia & Claudia Vestalibus.

Quis demum Vestalis Claudia, aut Tucia facti considerat, qui non fateatur sine spe euentus eorum, quæ secuta sunt, res tantas non modò fieri, sed ne tentari quidem potuisse? & tamen hæc cribro aquam (ut proditum est) hausit, illa nauim, quæ Romanus populus non potuit, cingulo remolita est.

DE CASTITATE.

Cap. VI.

De Abimelecho.

ERat hic proprius locus ut de temperantia diceretur: cæterum quia in proximum uolumè, uelut sua sponte incidit eiusmodi relatio, castitatis exempla subibunt: est uirtus hæc tantæ, ut Abimelechus sacerdos panem cærimonia consecratum, neque Dauidi esurienti, neque exijs qui cum Dauid erant, daturus fuerit, nisi prius exploratum habuisset, mundos fuisse eos ab omni mulierum congressu.

De Iobele propheta.

Nota uox est Iohelis prophete iubentis ut sponfus de cubili suo migraret, sponsa de thalamo ad excidium & uastitatem, quæ Chaldæis imminet, a ueruncandam, indixerat ipsi genti Propheta ieiunium & fletum: cæterum neutrum credidit profuturum, nisi à castis fieret: tanti uirtutem unam insigne fecit propheta.

De Helia & Heliseo prophetis.

Duo huius ordinis uiri lógè principes (de his loquor, qui salutarem Christi ortum diu antea præcesserunt) Helias & Heliseus cælibes uixere castitatem complexi: ijdem omnium soli mortuos suscitauerunt.

De Iob.

Quid Iob, qualis huius, aut quàm memorabilis uox illa? Fœdus, inquit, sanxi cum oculis meis, ut una contentus coniuge nec de uirgine cogitarem.

De Christo.

Rex ille & doctor summus, qui omnium uirtutum exemplar fuit omnibus, cuius uita nihil fuit unquam in terris sanctius, ex uirgine nasci uoluit, & ipse in certa permanit perpetuæ uirginitate.

De Io. Baptistâ.

Io. Zachariæ, qui hunc baptismi lauacro aduocuit, & qui aliquanto priusquam nasceretur, prophetice dedit mentis argumenta quædam nihil obscuro, castitatis obseruantissimum fuisse tam uerum sit quàm pium credere.

De Io. Zebedæi filio.

Fuit & Zebedæi filio nomen in hoc genere clarissimum, ut quæ omnium fuit uirginum princeps, huius sit tutelæ non solum credita, sed in matrem etiam à filio attributa.

De Iacobo Adelphotheo.

Iacobus, qui ab eo quod ore & liniamenti esset Christo per quàm similes, Adelphotheos dictus est, is unus omnium templi aditum subire pontificum permittitur potuit, quò nulli hominum præterquam sacerdotibus patebat accessus: qui honor contingere illi non potuisset, nisi recepta de eius castimonia, uel inter inimicos, opinione.

De Amo Aegyptio.

Age & qua Amos castitate fuisse censendus est? fuit is Aegyptius abbas, qui cum adolescens adhuc iussu patris duxisset uxorem, duo de uiginti annos cum ea castus & integer uixit, puella multis persuasionibus in sententiam adducta, ut secum castitate rueretur: postremò uxore domi relicta in solitudinem transijt, ut sanctius inter sanctos uiueret.

De Amatore Antistodorense.

Pari proposito, euentuque adhuc felice, quia sine diuortio, Amator, q Antistodorensis postea fuit antistes, uxorem duxit eleganti forma, nobiliq; loco ortam, quam honestè & sanctè tractado eò perduxit, ut secum omni tempore castè uixerit.

De Iuliano Antiocheno.

Prætulit Iulianus Antiochenus martyr, corporis hunc & animi candorem iugalibus illecebris. Basilis, quam sibi uxorem duxit, ab omni libidinis affectu salutari monitu auersa, totum matrimonij munus in castitatis sanctimoniam uertit: mox religionem secuti, uterq; sui factus est propositi compos, cælumq; promeritus.

De Vandone Abbate.

Vandon abbas Pipini nepos, non castitatem solum, sed religionem etiam persuasit coniugi, suntq; ambo initiati: monachorumque hic postea abbas factus, illa sacrarum uirginum collegio ascita.

De Leone Pontifice.

Mirum uideri possit, quod de Leone pontifice, qui primus id nomen tulit, memoriæ proditum est: forte

forte accidit ut Dominicæ resurrectionis die, cum eucharistiam daret populo, eius sit manus matronæ osculo contacta, secutaq; sit ob eam rem tacita quædam libidinis appetentia: quam simul ac sensit, manum sibi ultrò abscedit, ut pars illa unde lues irreperat, à toto corpore tanq; contagiosa abscederet.

De Benedicto Abbate.

Remissione pœna, sed in præsens non minus atrociter, ad incestam recordationem mulieris à se uisæ castigandam, est in se usus Benedictus abbas, crebra corporis super murices & sentes uoluntatione, ut pars illa hominis, quæ in lapsum prouideret, atrocitate supplicij à lubrico retardaretur.

De diuo Augustino.

Rogatus Aurelius Augustinus quid esset quod nollet cū sorore habitare? ita occurrisse fertur, Quia non sunt mihi sorores, quæ cum sorore mea sunt: enim uero malum est uidere fœminam, peius aliquid, pœsum attingere.

De Io. Anachoreta.

Nunquam fœmina à Io. Anachoreta uisa est, neque ab ulla uideri uoluit, à uiris raro: petijt tamen Centurio quidam, ut ab uxore sua pateretur se conspici: Eas, inquit, & me in somnis uidebit, si piè id cupit: nec defuit prædictioni euentus.

De Arsenio Abbate.

Arsenio abbati, qui iuxta uiros fœminasq; ut rē ad sanctiorem uitæ cultum tuendum exitalem refugiebat, cum forte matrona quædam nihil obscuro generis, sese repente obrulisset, turbatum & aucterantem orare cepit, ne suum occursum tam atrociter declinaret, & ut Deū p se precaretur: Precabor, inquit ille, libes, ne talis sim occursum memor amplius.

De Pione, Antonij abbatis discipulo.

Cautus Piō Antonij abbatis discipulus: is quocumque mulierum non minus quàm Arsenius sollicitè congressum euitaret, precibus fatigatus ut forem graui morbo affecta inuiferet, alieno ductu & luminibus clausis, eius domum subijt, ac retro abiit, ne qua sibi muliebris illecebra in situ aut reditu occurreret.

De Ursino Nursiæ presbytero.

Est & Ursini Nursiæ presbyteri uox memorabilis: duxit hic aliquando uxorem, ceterum sacerdos factus ita eam dimisit, ut nulla de causa ad se ire pateretur, post uerò xl. annos cum morbo cōsumptus pro defuncto iaceret, quæ olim coniunx fuerat, a uerem ad iacentis narem leuiter admouit, exploratura an adhuc uiueret: mirabile dictu, scintilla quædam uitalis spiritus, quæ moribundo corpore adhuc erat, sese in uocem collegit, ac faceffe, inquit, mulier hinc, non dum penitus extinctus est ignis, tolle paleam: ac cum his animam efflauit.

De Aniano Alexandriæ antistite.

Uidit Anianus Alexandriæ antistes fœmiham quandam, quia tamen (ut credere est) uisam concupiuit, oculum sibi eruit, erutum à se proiecit: inde corpus gelidis immerges aquis, immersum inedia & labore maceravit: per quæ adeo profecit, ut in Christiana fide asserenda sit mons ab eo ex Numidia (ut fertur) Babylonem translatus.

De Niceta martyre.

Rarum & illud Nicetæ martyris exemplum, cui corpore prius artissimè confrieto, lectoq; molliter instrato iacenti, petulans meretrix admota est, quæ osculis, complexibus, & omnifariâ illecebris, iuuenem resupinatum ad Venerem excitaret: eratque auctor supplicij huius Maximinus pater Nicomediæ rex, ut iuuenis animum à castissimo proposito auerteret: inuenit tamen castitas sua arma, ac quando imminet pestem aliter propulsare nō potuit, linguam mordicus abscissam in puellam sibi imminetem conspuit, resperitq;: eruoze illius fa-

ciem: est itaq; fœditate oris, quādo alia uinequibar, uis illa à iuuenere repulsa, & quod cupidius appetebatur, id est præcipue fastiditum.

De Hilarione Abbate.

Conficiam te inedia, dicere solebat Hilarion abbas: seipsum, uel ingenitam potius corpori concupiscentiam affatus, faxim ut de cibo cogites nō de uoluptate. hæc ille atrociter minari, sed maiora adhuc supplicia sibi irrogauit: tertio quoq; die herbarum succo, paucisq; corpus inedia penè cōsumptum caricis reficiens, rastro sub dio operari, ut ieiuniorum laborem corporis labor duplicaret.

De Euagrio presbytero.

Euagrius presbyter hybernas noctes in puteis egit, ut ab omni affectu libidinis suum corpus uindicaret. Bernardus abbas in lacu, Anianus Tamenensis antistes in uepribus uoluntari, Franciscus Assisias in hybernis niuibus: tanta hominibus sanæ mentis fuit castitas cura, tantum incesse uoluptatis odium: sunt & mulierum exempla uitæ in hac parte plura fortassis quàm uirorum: sed paucis contenta erit hæc relatio, ne multitudo pariat fastidium.

De Iuditha uidua.

Iuditha mulier uidua, cum ad recens cōnubium impelleretur, cilicium ornatu prætulit, obiecitq; libidini ieiunium: uigilias somno: ocio laborem, datum itaq; illi est Olophernem, quem rectè aliquis Cacodæmonem credat, interficere.

De Anna prophetica muliere.

Post septimum connubij annū uidua facta Phaulis filia Anna, ad quartum usq; & octogesimo annu castè uixit, meruitq; tanta continentie in dolo Christum nuperrime ortum uidere, uisum agnoscece, agnitum adorare.

De Deipara uirgine.

Fuit Deipara Christi mater non solum uirgo, sed omnium etiam uirginum decus & specimè unicū, ut nefas sit sanctissimum eius nomen in ordinem redigere, nisi pro typo sit, & uirginitatis idæa.

De Susanna.

Quid Susanna, nōne famæ uitæque periculum adire maluit, quæ pudicitie (quæ castitatis est soror) propositū amitteret? sed supplicij & infamiam in eos redundauit, qui puellæ calumniam intenderant.

De Aquileiensi fœmina.

Nec illud parum insigne, quod capta ab Hunnis Aquileia, cum ingenua quædam mulier à Barbaro hoste capta ad stuprum raperetur, in preces uersa, tanquam secreti cupida, facile impetrauit, ut in superiorem partem domus abduceretur: iussa itaque prius locum ascendere, confestim partem illam cœnaculi occupat, quæ fluuiio imminet: inde ad Hannum conuersa, Sequere me, inquit, si uis me potiri: ac cum his in subiectum flumen se præcipitauit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS.

& primò de Hippolyto.

SVnt & extraria exempla aliqua uirtutis huius, quorū illud in uiris maximè memorabile: maluit Hippolytus castissimus adolescens patris iram offendere, quàm nouercali libidini parere: dignus (si uera sunt, quæ de eo poëtæ scribunt) qui mortuus reuixerit, fueritq; curæ illi deæ, quam omnium castissimam fabulata est uetustas.

De Essenij.

Essenij gens in Syria, non procul ab Asphaltite lacu, præ cæteris quæ unquam fuerunt in toto orbe, uel ob hoc quod dicam, maximè memorabilis, cælibes, & sine mulierum commercio, omni Venerè abdicata uitam agitate dicuntur: renascebatur gēs, alioqui interitura, cōuenarum turba: ijs hominum terram ipsam aduentibus, quos uita fessos ad mo-

EEE e res eorum

res eorum fortuna fluctibus agitabat, atq; ita mul-
tis ætatibus (incredibile dictu) gens æterna fuit, in
qua nemo nasceretur: duræne hodie peruersus mos
ille, & ritus gentis in tanta rerum mutatione, haud
quiliquam facile dixerit.

De Trebonio adolescente.

Possunt, scio, ad pudicitiam referri duo hæc ex-
empla, quæ his subiiciuntur: at uerò quia rara sunt, &
ab libidinis fœditate abhorrentia, eiusmodi esse ar-
bitror, quæ in ordinem meritò referantur. Trebo-
nius adolescens, cum à C. Lucio Marij consulis, &
copiarum imperatoris propinquo, ad stuprum solli-
citaretur, & iam non procul abesset, quia pollicita-
tionibus nullis flecti poterat, ut uim pateretur, au-
torem iniuriæ ferro obtruncauit. maluit probus a-
dolescens capite quàm fama periclitari: cognouit
causam C. Marius, ac manifestæ cædis reum non
modò non aliquo affectu supplicio, sed pro concio-
ne laudatum corona donauit.

De Atheniensi adolescente.

Pari proposito, sed euentu tristiore, adolescens
quidam Athenis, cum intemperiem Demetrii regis
in balneis declinare nõ posset, in feruētis aque lacu
se se proiecit, uitã aspernatus, ut pudicitia ueretur.

De Lucretia.

Potuit Lucretia Collatini satis honestè uiuere
post pudicitiam à Tarquinij filio uiolatam: aberat
enim inde dedecus, unde abfuerat & peccandi uo-
luntas: absoluebaturq; domesticorum iudicio in-
terpolatus perpetuæ pudicitia tenor: at odium fla-
gitij fecit, ut suorum desiderio deesse maluerit, quàm
ultioni superesse.

De Timoclia Thebana.

Sed Thebana mulier longè aliter ultra est profligata
ab hoste pudicitiam, uertitq; pœnam non in se,
unde culpa aberat, sed in autorem culpæ: fuit Ti-
moclia hæc matrona nobilissima, quæ captis ab A-
lexandro Thebis, domo excisa direptisq; penatibus,
cum uiolentum etiam stuprum passa esset, à duce
quodam Thracum, qui in Macedonum exercitu e-
rat, rem commenta est non uulgaris exempli ad in-
iuriam ulciscendam: testata se locum scire ubi mul-
tum esset auri desolium, credidit Barbarus, perdu-
ctusq; ab ea est ad profundissimum puteum, qui re-
motiore fuit parte domus: hic cum Thrax explora-
bundus prono in lapsum statu puteo immineret, ut
quid in imo fundo esset melius prospiceret, à Timo-
clia quæ à tergo stabat, repentè impulsus, præceps
ad ima corruit, saxiq; supernè iniectis hostem exa-
nimauit: rapitur illa confestim in iudicium, & ad re-
gis conspectum destituta, & quænam esset fœmina
iussa dicere: Fuisse se, intrepidè respòdit, Theagenis
sororem, qui aduersus Macedones ad Charoneam
Thebanam instruxit aciem, oppetitq; mortè pro
libertate Græciæ, mulieris constantiam miratus A-
lexander, præclarum quæ facinus, liberam cum tota
domo esse iussit: adeò nonnunquam uel apud hos-
tes in magno fuit honore uirtus.

De Monima Milefia.

Concupiuit Mithridates rex Ponti ardentissimè
Monimam Milefiam: sed cum ne magno quidè au-
ripondere mulierem corrumpere potuisset, iunxit
illam sibi in uitam matrimonio, atq; adeò reluctan-
tem, ut reginæ nomen & decus pertæsa sibi mor-
tem conscuerit.

DE PATIENTIA ET TOLERAN-
tia in aduersis. Cap. VII.

Res non parua est fortiter ferre dolores corpo-
ris, sæuosq; cruciatus, sed maior omnino non
frangi in aduersis, non excandescere, non mu-
liebriter & afflictim lamentari, non Deum (quod
impium sit) non homines inculcare, sed sese & ani-

maum mentemq; componere ad omnes casus æqua-
nimitè ferèdos, quod nostratum hominum pleri-
que fecisse dicuntur pietatis studio: non ut Ethnici,
qui ut cæteris meliores haberentur, duo in primis
sibi proposuere, ut fortia fortiter paterentur & ab-
stinerent, sed hoc terram sapit, illud cœlum.

De Iob mortalium patientissimo.

Talis in Iob mortalium patientissimo claruit uir-
tus, qui liberis, omnibusq; fortunis, siue prouiden-
tia, siue casu priuatus, Nudus, inquit, exiit à matris u-
tero, nudus reuertar. Deus optimus dedit hæc, ma-
ximus Deus idem abstulit.

De Ezechia rege.

Monitus Ezechia rex prophetæ uoce fore, ut di-
uitiæ quas insolentius ostentasset, Babylonè trans-
ferrentur: nihil oraculum auersatus ita occurrit
ferrus, Bonus est sermo, què Dominus locutus est:
pax sit, oro, & ueritas diebus meis. hæc ille, & pœ-
na in posteros dilata est.

De Stephano sacerdote Reatino.

Congesserat fegetem defectam ex modico agro
in proximam aræ Stephanus sacerdos in Sabinis
apud Reate: estq; ea mox paulò incensa subiecto i-
gni à quodam Christiani nominis inimico: nuncia-
uit id trepidè discipulus, Væ tibi, uæ, inquit, clami-
tans, aræ incensa est: immò Væ illi, respondit, pet-
quem id mihi accidit. persuasum habuit uir iustissi-
mus, nihil malum dici oportere præter peccatum.

De diuo Hieronymo.

Abegerant furto quidam diuo Hieronymo a-
nimum (quem unicum habebat) in eremo agenti, tu-
litq; id incommodum susq; æq; uir sanctissimus:
restitueruntq; eum ultro Iarones pœnitentiã ducti,
quibus ueniam orantibus non solum ignouit, sed
suæ etiam mensæ adhibuit, monitosq; ut suo con-
tenti uiuerent, comiter & benignè à se dimisit.

De Thobia.

Thobias hirundinum excrementis casu quodam
excæcatus, tulit inopinatam cladem patienter, ni-
hil à pietate aberras, cœli numen, ut si quado aliàs,
maximè ueneratus: meruit tenax ille cultus, ut ui-
sus, qui iam in perditis habebatur, aliquot post an-
nos humanæ sit pietati restitutus.

De Petro Clareuallensi abbate.

Captus est Petrus Clareuallensis abbas altero o-
culo graui morbo affectus, cæterum tantum abfuit,
ut obseam cladem sit mœrore aliquo affectus, ut re-
staretur etiam uehemèter se gaudere, quòd ex dua-
bus corporis partibus sibi inimicissimis, alterius
molestia liberatus esset.

De Pignemo Ro. presbytero.

Gaudebat & Pignemus Ro. presbyter, qd am-
bobus esset oculis captus, ne ecclesiæ inimicos uide-
ret: occurrit itaq; illi aliquando Iulianus apostata,
Habeoq;, inquit, is atq; ago Deo ò Pignemi gratias,
quòd te uideo: tum ille, & ego quidè habeo & ago
quòd te non uideo. tulit Pignemus non solum iac-
turam corporis fortiter, sed tyrannum etiam con-
tèplit, omnibus alioqui formidolosum & terrificum.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET
primò de Dionysio tyranno.

Dionysius iunior regno deiectus, adeò pristinã
est fortunam oblitus, ut iam minus sapere, ac
parum sibi constare à multis crederetur: cæ-
terum rogatus à quodam ecquid ex Platonis con-
suetudine esset affectus? què incolumi regno tam
diu penes se habuisset? An parũ, inquit, uobis conse-
cutus uideo, qd præsentè fortunã tã fortiter fero?

De Socrate.

Socrates uir ad sapientiã natus, iactu calcis à quo-
dam percussus patienter tulit: ferre id iniquo animo
ex eius

ex eius affectatoribus quidam, monitusq; ut homi-
nem repercuteret, An, inquit, Socrates, si meus me
aliquis percussisset, oporteat me continuò in quadru-
pedem recalcitrare?

De Diogene Cynico.

Nihil alienum sit (arbitror) à præsentì relatione
(nam id exemplum ad patientiam pertinet) què nã
modo Sinopæus Diogenes sit iniuriarum ultus, (fuit
is Cynicæ sectæ, ob uitæ austeritatè, celeberrimus)
ingressus aliquando conuiuium, malè acceptus est
ab insolenti iuuenum cœtu, multisq; inibi, cruentis
que plagis affectus: tulit fortiter Cynicus senex cõ-
tumeliolam illam conuiuij temulentiam, stultamq;
intemperiem: aurorum tantum nomina excripsit,
suo sanguine excripta ferculo circumtulit.

De Sertorio.

Fuit Sertorius Romanorum ducum uirtute bel-
lica haud quidem ultimus, cum bello quodam ad-
huc priuatus oculum amisisset, non solum id infor-
tunium fortiter tulit, sed gloriari etiam est solitus,
quòd cæteri uiri fortes, sua uirtutis insignia tor-
ques, hastas, coronas domi relinquerent, ipse ubiq;
sua haberet decora.

De Cornelio Sylla.

Extrãt & Cornelij Syllæ duo id genus exempla:
siquidem deposita dictatura cum priuatus se do-
mum reciperet, uno aut altero amicorum comitan-
tibus, in adolescentis intemperiem incidit, cuius pa-
ter fuerat ab eo proscriptus: maledictis itaq; ac pro-
bris exceptum, ab eunte insectatus est, atrocem ul-
tionem rainaciter intendens, nullo interim ciuium
intercedente, aut adolescentis petulantiam cohibè-
te: tulit obiter Sylla tacitus patienter hominis inse-
ctationem, tantũ ad amicos conuersus, Hic, inquit,
adolescens fecit hodie, ut quicunq; posthac dicta-
turam inuaserit, non nisi cum morte sit illam depo-
siturus, quod in C. Cæsare postea euenit.

De eodem.

Sed quàm patienter Sylla hanc tulit contumeliã,
tam prudenter phthiriasim dissimulauit: qui ut rei
fœditatem tegeter, soporiferam quietem morbo
teterimo prætexuit.

DE PATIENTIA IN DOLORE FER-
rendo. Cap. VIII.

De Hieremia propheta.

Hieremias, qui ex prophetarũ principibus u-
nus fuit, necias maiòrne fuerit mente futu-
rorũ præcia, an in carceris molestia, & uerberi-
bus ferendis constantior: patiens certè, & inuictò
similis apparuit, dum cœno solo lacu mergitur, dum
lapidibus obruitur, ut dubium uideri possit, sit ne
magis cœlum meritis, an adeptus?

De Esaiã propheta.

Quid Esaias? qui uiuus sectus est in duas partes?
cæterum affuit non tantum, sed superfuit etiam pa-
tientia medio cruciatu, ut ne pati quidem uideret-
tur: quia nihil patienti esset similis.

De tribus pueris.

Sed quanta in his (quorũ memini) extitit in do-
loribus uirtus, tanta, ac nescio an maior etiam, in tri-
bus ciuidè gèris pueris, qui ætatè, quæ tenera adhuc
erat, magnitudine animi supergressi, medio flama-
rum çtu destituti, Deo seruatori hymnũ cecinerãt.

De Christo Deipare filio.

Magnum est fortiter ferre quæ ferenda sunt, sed
ultrò sese supplicio & cruciatibus offerre, cum uita
re possis, id multo maius est quàm præstare soleat
humana uirtus. Christus tamè Deiparæ filius, igno-
miniose & atrociter torqueri uoluit, cù is esset, qui
propria uirtute (erat enim Theanthropos) omnem
uim à se depellere potuisset: uolens itaq; dedit se ijs

uerberandum, affigendumq; cruci, quorum iuxta
mors uitæq; in ipsius erat potestate, qui inter fontes
& nocentes appensus est, cum omnium esset ipse in-
nocentissimus.

De Stephano protomartyre.

Potuit protomartyr Stephanus, cum lapidibus
obrueretur, supplicij diritatem fortiter ferre, atque
ita potuit, ut ducis optimi optimus miles exemplũ
fecutus, uel medio dolore non potuerit de percus-
sorum salute non esse sollicitus.

De Marcellino & fratre.

Quid Marcellinus & frater, an hi stipitibus affixi
dolori succubuisse uideri possint, aut minus con-
stanter martyrium tulisse? qui medio cruciatu sunt
illud canere exorsi, Ecce quàm bonum, & quàm iu-
cundũ (notum est reliquum carmen) ferre illi tam
pulchrè supplicium alioqui atrocissimũ: at impius
Diocletianus eorum uocem ferre non potuit, quin
ludibrio se illis esse arbitratus quòd canerent, quos
flere uoluisset: utrũq; telis trãstigi imperauit, se uis
carnifex, cui pro Syrenibus fuit piorum gemitus;
supplicium pro theatro.

De Agatha uirgine.

Sunt & muliebris sexus non minus grandia uir-
tutis huius exempla nec pauciora: sed unum pone-
re aut alterum curæ erit, ne caput nimium crescat,
diffecta est fiducialis atq; ecilio imposta Agatha Ca-
tinentis uirgo, quia daemonibus nollet sacrificare,
uel quia testata est se non pœnis affici sed delectari:
sæuire Quintianus Sicilia Proconsul, simulque illi
mamam imperat à pectore diuellit: cõuulsam uir-
go impio homini exprobat, An nõ pudet te, Quin-
tiane, laniasse in me, quod te in matre aluit?

De Tecla uirgine.

Fuit & Tecla uirginis tolerantia atrocissimis par
supplicijs, quin superfuit etiam: enim uero innoxie
flamis iniecta est, bestijs exposita, tauris distracta:
tandem tortoribus stupentibus, luæq; impietatis
& talium suppliciorum admonitis, torqueri desitã
est, & ab iniuria uindicata.

DE ETHNICIS EXEMPLIS.

De Mutio Scauola.

Ge uerò, ecquis unquam tam patiens fuit in
dolore ferèdo, quã Mutius Scauola? is quia
destinata animo cæde, imprudentia aber-
rasset, scribamq; pro rege obtruncasset, dexterã ma-
num in igne coniecit: fortiusq; Romana uirtus suã
pertulit cladem, quàm infelissimus hostis spectare
potuerit, digna quapropter Porfena rex ex hoste
Ro. Po. amicus repentè fit factus.

De Anaxarcho.

Anaxarchus cum in lapidea tyranni iussu runde-
retur pila ferreis pistillis, tantum abfuit ut significa-
tionem ullam de derit doloris, ut hortatus sit etiam
ad id opus tortores ipsos, Tũdite, inquit, pilam A-
naxarchi: nam Anaxarchum non tunditis.

De Attilio regulo.

Nec Regulus maiorem in suo ad hostem reditu
præstitit fidem, quàm in supplicio constantiam, du-
plex itaq; laus hodie hominis memoriam comita-
tur: iustitiæ una, altera fortitudinis, utraq; uirtus, ac
que eius in dolis alumna, per quã res Romana non
solum creuit, sed etiam in immensum propagata est:

De Hispani reguli seruo.

Mirum uideri possit, quod de quodam in Hispa-
nia seruo proditum est memoriæ, is ut domini sui
necem ulcisceretur, Hadrubalem clarissimum Car-
thaginensium ducem obtruncauit: idem ad suppli-
cium raptus, cum uarijs torqueretur modis, dirisq;
cruciatibus afficeretur, non modò uultu, aut queru-
la uoce, gemitu uel ullo dolore affici uisus est, sed ri-
dens;

dens, gestiensq; lætitia medio dolore expirauit.

De Mario Arpinate.

Passus est Marius Arpinas sibi varices extrahi, at quantū interim doloris pertulerit in ea curatione, nō ex ipsius fremitu aliāue doloris significatione est compertum, sed quōd alteram crus euaricandam medico exhibere noluit.

De Leenamereatrice.

Adjiciatur his unum muliebre exemplum. Legna (id illi nomen fuisse proditum est) corpore hæc quæstū Athenis faciebat, Pisisfratidarū sæuitia immaniter uexata, multipliciq; cruciatu affecta, subigi non potuit, ut Armodiū & Aristogitonē tyrannidas, quorū erat cōsiliij cōficia, suo iudicio proderet.

MARCI ANTONII SA

BELLICI EXEMPLORVM
liber sextus.



Vt extendenda nunc sunt his promiscuè animorum corporumq; exempla: generatim tamen uendicant sibi in his, quæ ad Politicem pertinent, primum locum: in instituta urbium, gentium & populorū, tam multa numero, q̄ relatu dignissima.

DE PECVLIARIBVS VRBIVM,
& po. institutis. Cap. I.

De Iudeis.

Horum peruenit nunc censetur illud in Iudeorum gente, quod quinquagesimo quoq; anno debite relaxabantur pecuniæ, donabatur serui libertate, quæ uilius uenissent, anti quo possessoribus redhibebatur, ut tellus immunis eo anno haberetur, ac quascunq; sua sponte fruges tulisset, tribulibus essent & hospitibus communes.

De eadem gente.

Sed quàm piè & humanè hoc, tam superstitiose (ne grauiore utar uerbo) mos tenuit in his omne alterius gentis commercium & affinitatem auerari, ut ne uiam quidem aberrantibus nisi suis, aut fontem sitientibus monstrare fas esset.

De instituto Christianæ religionis.

Quāto sanctius Christiana tulit religio, ut stato & solenni die quotannis pro uniuersis gentibus uniuersa precaretur ecclesia, ne ijs quidem exclusis, qui ex confesso essent hostes infestissimi.

De eadem religione.

Quid illud quod festa luce quicunque sacrorum causa sacerdotibus assunt, dum rem diuinam faciunt, pari instituto osculo pacis mutuan inter se firman charitatem.

De cultu & obseruatione diui Francisci.

Eiusdem haud dubiè pietatis est exemplum minus celebre, quia nō ad omnes pertinet, quàm priora illa præcipua, alio qui laude dignum: est pars una Christiani nominis addicta religioni, atq; in eo ordine plurimi mortales, qui signatum aurum non attingunt, non argētum, ullūm ue monetę genus, nō pecunia his ulla, pauperiem cum castitate & obsequio professi, nudas lignea solea muniunt plantas, corpus camilina tunica funiculo succincta, pallio oloque regunt, sunt & in alijs ordinibus alia austeritatis argumenta, nam citra hæc sunt quibus perpetuū silentium indicitur, alijs omnis est carniū usus ademptus, ut in nulla parte humanæ pietatis maior existat sanctitatis opinio, maioresq; sint profectus secuti: nec unde plures extiterint, qui celestium numerum auxerint.

De Venetis.

Sunt qui in Venetis (diu enim gens hæc tenuit

Adriæ oram) ante humanæ salutis annos ueteri instituto seruarunt, ut uirgines iam maturæ uiro publicè matrimonio locarentur, exigebaturq; pro ijs, quæ eleganti essent forma, grandis pecunia ab earū sponis, ceu forma ipsa emeretur: mediocriter pulchræ, gratis nuptui dabantur: deformibus aspectu, & quas ne gratis quidem ducturus esset quisquā, dos ex ea pecunia, quæ ex uenustarum locatione coacta fuisset, conflabatur, sed uetus hoc & in ethnici potius reponendum. Nunc, quod ad præsentem attinet relationem, in florentissima ciuitate, quam hodie Veneti habent, ueteri instituto eiectione uirgines publica cura honestè & scitè instituitur, quæ ubi per gratam adoleuerit, si gratis locari nequeant, quia minus formosæ, ex publico accipiunt dotem.

De altero Venetorum instituto.

Quid quōd in eadem ciuitate patrij moris est, ut pars multo maxima ciuium, tertia ferè diei hora unum in locum coeat, uelut ad emporium negotiorum causa. Riua alto est nomen loco, ubi sine fremitu, sine altercatione ulla tanquam nutu non uerbo inter se pacificatur, cuncta orbis uerius quàm urbis negocia incredibili silentio transiguntur, tanta est uni ciuitati in rebus agendis grauitas & modestia, umbras dicas, & statuas esse non homines frequentem illum hominū conuentum, tamen proximus spectes, ut ferè scireq; sit illud in ore multorum: ne gociationem nulla re minus egere quàm uerbis.

De Florentie ciuitatis instituto.

Et quia hætenus nostratia dicitur, unum etiam num adjiciatur publicum exemplum ex Græcia (ut arbitror) in Italiam translaticium, præcipueq; Floræ in Hetruria, ubi patrio instituto anquiritur in eos, qui ocioso & ignauiter in ea ciuitate agunt, ex his expostulatus aliquis unde uictum sibi quærat & uestitum, si expedire non possit, nec uitæ innocentiam probare: ut sceleris cōiunctus plectitur, aut tanquam ciuitati perniciosus urbe eicitur.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,
& primo de Indis.

Sunt haud dubiè multa hæc in antiquæ & nouæ pietatis gentibus populisq; sed in ethnicis adhuc plura, & in his detestabilia quædam, quale illud Indorum quorundam uetus institutum, qui parentes senio confectos gentili more interfectos solennibus epulis permixtos estabant, & in Cætheis diuersa Indorum gente uxor, quæ omnium clarissima fuit uiro, cum eo uita defuncto, uolens eodem rogo cremabatur.

De eadem gente.

Nec illud in eadem gente parum insigne, quod cum nullus in his esset literarum usus, omnis æuā memoriam tenebant, absidebant maioribus natu iuniores, ex his fabulantibus, uetustarumq; rerum memoriā repetentibus, totū uetustatis schema percipiebant animo, tradebantq; per manus posteris.

De eadem gente, & Ethiopibus.

Fuit præterea ipsi genti nullum parandī auri & argenti studiū: nemo enim utebatur, in quo Ethiopum (qui mortalium antiquissimi censentur) uideri possunt morem secuti sunt. enim hi ad eod aurum alpernati, ut in nullare alia, preciosissimo alioqui apud alios mortales metallo uterentur, quàm in pœnalibus cathenis.

De Aegyptijs.

Aegyptij uerò ut cælo & flumine, ita omni uiuèdi ritu à cæteris mortalibus diuersi, in quibus mulieres cauponari, institoriaq; obire munia consueuerunt: uiri intra domorum parietes texere, & mulieriter operari: hi onera capitibus ferre, mulieres huiusmodi hi sedentes micurire, illæ stantes: fœminæ adhæc

adhæc in uijs comessari, uiri in priuato, usq; ad eod peruerse omnia gens una aut instituit, aut ab alijs instituta seruaui.

De Arabibus.

Proditur & Arabū mos minimè uulgaris, sunt hi ab Ægypto non multum regione diuersi, in quibus non artes ab uno in alium transferuntur, sed in patrio quisq; instituto permanet: omnia uniuersq; cognationi communia, una omnibus uxor, atq; eadem soror: alteius sanguinis congressus pro adulterio est, aut certè olim fuit, sic gens una oblita humani iuris, præter incestum omnem, Venerem pro flagitio repudiauit.

De Cretensium ritu.

Vetusti fuit moris in Creta insula nobiles puellas ex omni iuuenum cœtu sibi sponsum optare, eiusdem fuit gentis (nam hoc quoq; proditum est) lætos dies candido notare calculo, tristes atro: sed multo plures Thracum hoc fuisse malunt, potuit (scio) utrisq; commune id esse, sed in his translaticium, aut illis. Cæterum cuiuscunq; gentis fuit inuentum, nefcias ambitioso magis alio, an uana hominum persuasione sit mos ille inductus, per quem seipsum homo circumscriberet, cum tristis diei ac funesti non aliud de sit exordium, quàm ex hoc ipso, quem stulta mortalitas fœlicem existimauit.

De Spartanis.

Sustulerunt è medio omnem auri & argenti usum Spartani ex Lycurgi instituto, ferrumq; prætulērunt, ut prope rem magis uitæ utilem nummo ex eadem materia percussio, certa persuasione nullam ciuitatem diu duraturam, in qua luxus & auaritia præualerent.

De eadem ciuitate.

Eadem ciuitas omneis sedentarias artes urbe expulit, rei bellicæ duntaxat studio ciuibus relicto: per quæ Lacedæmonij non solum Græciæ, sed omnium gentium parsimonia & animi robore præstantissimi fuere.

De Atheniensibus.

Contrà Athenienses, Solone auctore, omneis huiusmodi artes complexi rem sanè utilem & ciuitati necessariam opificem credidere, ut lege sanxerint, qui nullam à parentibus artem accepisset, nulla his senio confectis deberet alimenta. cæterum tam his nihil deberet, quàm qui meretricatu natus esset.

De Romane ciuitatis conditore.

Pari prudentia conditor Romanæ urbis Romulus, ad ueritatem Venerem inhibendam, perpetuum uini usum mulieribus interdixit: temulentia ratus principii corruptionis esse in fœmina. inoluit itaq; mos ciuitatis, ut uiri domū reuersi, cōiugis filiarūq; osculū posceret, exploraturi an temetum olerent.

De eodem Romulo.

Sed quàm in hoc rex ille uererem redoluit Athenensium morem, tam diuersus abijt ab illorum instituto in artium celebritate: quin Lacedæmonios potius imitatus, nullā reliquit Romanæ ciuitati artem exercendam, præter agriculturam & disciplinam militarem, unde suprema illa laudatio in ciuitate Quiritium, Bonus miles, bonusq; colonus.

De Garamantibus.

Garamantes in Libya locorum natura freti latrocinio uicitant: in nauas, ut tempestatis in breuia Syrtium delatos, uadantim grassantes.

De ritu Tauricæ gentis.

Atrocior Taurorum ritus, ac minus hospitalis: sunt Tauri Scythicum genus hominum, tenuit uetus mos in his, hospites ad se quoquo modo uenientes, ad Dianæ aram immolare, testatur durum more religionis, Orestis ad ea loca accessus: qui cū Iphigenia fore in deæ simulachrū asportauit, si uera

sunt, q̄ de eo historiarū cōditores quidē p̄didērūt.

De Amazonibus.

Amazones, quæ regione non multum diuersa regnum tenuerunt, & ipsæ à Scythia oriundæ, præterquam quod sine uiris uitam agitabāt, bella multa & grania tractasse dicuntur; lateque imperitasse, mammaram altera adusta, ne sagittandi studio foret ea res impedimento: mirum est quanta indole non solum genus, sed & regnum ampliarint, omni alioqui uirorum commercio, præterquam in conceptu longius excluso.

De Agathyrsis.

Sunt & Agathyrsi Scythæ cultissimi alioqui, & aurum uulgo gestantes, sed fœdum illud in gente, quod mulieres communes habent, ut inter se germani sint, ac propemodum domestici, non odijs se, non probris incessentes.

De Melanchlenis.

Melanchlæni in eadem Scythia omnes nigra ueste amictuntur, quod ipsum gentis nomē declarat, sed in his illud dirum & detestabile, quod ab esu humanæ carnis non abstinent.

De Budinis.

Sed quàm hoc in Melac lænis odiosum, tam fœdum & in Budinis eiusdem gentis & obicænum, quod pediculos estrat: est (quis nescit?) Melanchlæ næ gentis facinus inuidiosius, sed hoc à conluetudine non minus abhorrens.

De Parthis & Persis.

Nunc Scythia egressus, duarum gentium exempla adiciam, Parthicum hoc, illud Persicum, utrunque ab altero diuersum: pulchrum quod ad Persas attinet: instituire hi liberos ira, ut non nisi uera loquerentur, & à mendacio abstinerent, quo nihil ad humanam societatem tuendam efficacius esse potest: cōtrā dirum & detestabile in Parthis, sed in regio tantum stemmate, ut non nisi ex filio & matre genitus regnum capefferet.

DE NOVARVM RERVM INVENTORIB. Cap. II. De Tubal & Tubalcha.

EX Adami successoribus nulli propemodum sunt artium inuatores antiquiore memoria quàm Tubal & Tubalcha: ætatiq; hic artis, ille musicæ repertor. Græci & Romani scriptores Gregos secuti, utrumq; inuentum in alios conferunt, arcani huius (unde hæc sunt) haud dubie ignari.

De Noë.

Noë, qui Cataclysmo super fuit, primus uirum coluit, unumq; ex ea bibit, nec citra temulentiam, sed id Græcia inuentum ad Liberum patrem retulit, suorum, ut uidere est, hominum fauorix, ingeniorumq; suæ gentis ad inuidiam usq; ostentatrix.

De literarum inuentione.

Nihil præterea prohibet nos credere, literarum inuentionem Hebraicæ esse gentis: hi enim uetustissimi censentur Assyriæ incolæ, quæ terra pulcherrimæ rei partu merito gloriatur: hi uera fuit tanti partus mater, & non nutritrix.

De Abraamo.

Non desunt, qui citra omnē Græcorum nostrorumque hominum testimonium, Astronomicam scientiam cum Geometria, ab autore maximo Hebraicæ gentis Abraamo, Ægyptijs importatam afferant, cum eorum certè sacerdotibus, qui iidem & sapientes fuere, sæpius congressus dicitur: horum opinioni si quis assipuletur, quod tam piū sit, quàm uero proximum, is duarum nobilium artium ortū & incunabula ad Hebræos referat necesse est.

De Mose.

Moses dux & propheta summus, cœleste numen primus tabernaculo recepit. Solomon rex lapideo

EEE e templo,

templo, quod Dauid destinauit. Si quid est in terris his uetustius, ethnicae fuit gentis, nec ueri numinis locus, sed malorum daemonum.

De Christo.

Verum enim uero nullum unquam institutum sanctius fuit, quam Christi regis: nullum magis memorabile & salutare Eucharistiae sacramentum: est hoc ineffabile duabus basibus fidei & pietatis nixu, per quod magna pars hominum (cum omnes alioqui potuissent) caelestium est particeps facta.

De Gregorio pontifice.

Fuit hoc humanae salutis summum specimen, quod sequitur. Minima fuit de se aestimationis Gregorius profex, qui diuorū est numero adscriptus: primus pontificum in diplomatum praefatione, se seruorum Dei seruum inscripsit: quo nihil fieri potuit, aut eius, qui hoc posuit, pietati conuenientius, aut doctoris summi praeepto similius.

De Paulo primo eremita.

Paulus Thebis in Aegypto natus, primus omnium in solitudine uixit: magno posteris documento, pcul ab humanae uitae fluctibus, tutiore mortalibus, patere uiam ad caeli fores referendas: qua mox Onophrius, Paphnuphius, & alij multi constanter ingressi, multo ualidius, quam caeteri mortales terram calcauerunt.

De Calisto pontifice.

Magna haec nec obscura pietatis, sed quae sequitur magis illustria, tanquam medio quodam humanae religionis theatro orta. Calistus, qui quintus decimus fuit pontifex à Bariona (sunt qui ad Urbanum id referant, qui Calisto successit) quatuor anni tempora nouo obseruationis ritu insigniuit, ut tercio quoque mensis tres statim dies ieiunio transigerentur.

De Felice pontifice.

Felix, qui sexto & uicesimo post Petrum est loco creatus, primus instituit, ne quis re diuinam faceret, nisi sacris initiatus. Syluester octauus à Felice, ut à ciuitatis pontifice sanctum chrisma consecraret, ut idem baptisimi fonte remeros sacro unguine signaret, ne ad prophetae tribunal uocetur sacerdos: Zozimus ne sacris initiatus in publico potaret, ne macipium ad initia admitteret.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMO DE SINONE.

ET haec nostratia sunt, nec minus illustria, pauca cetera sunt gentium, in quibus multi qui de multa inuenere, aut certe ab alijs inuenta in communem usum protulerunt. Nam ab Iliacis usque temporibus, Sinon homo Graij sanguinis, specularem inuenit significationem, qua Troiam (ut credere est) Danais noctu prodidit.

De Palamede.

Palamedes & ipse Graecorum unus, sed maiore quam Sinon inter suos celebritate: ignis datione eodem monstrauit bello, reseras & uigilias instituit: per quae res bellica tutius hodie rectiusque intra castrorum munitiones, mediaque acie administratur.

De Libero patre.

Morem capitis diademate circumligandi, emundi, uendendi que commercium, totumque triumphum schema, ad Liberum patrem refert Graecia: ueteris defuncti morem laudandi, nostri ad Valerium Publicolam, qui primus Quiritium Iunium Brutum patriae assertorem, & collegam in consulatu pro concione laudauit: ut Athenis primus Pericles eos, qui Peloponnesiaco bello pro patria occubuerat: submisit idem Publicola Consul fasces nuper à regibus receptos Ro. Po. quod ad eum usum est populare, ut nihil aequum, ac res ipsa astruxerit illi Publicolae cognomen.

De Cleone Atheniensi.

Cleon orator Athenis sua aetate uehemens, pri-

mus inter agendum uociferatione usus est, percussitque femur manibus pulpito discurrens: quae res ad eum inuoluit, ut nostri quoque non olim modo idem factitarent, sed morem ex Graecia receptum ad posteriores transmiserint.

De Africano.

Barbam quotidie rasitandi, togatorum primus morem Africanus induxit, cum in toga olim esset Romana ciuitas. retulit consuetudinem hanc Africae ni omnium studiosissime Caesar Augustus, cunctorum alioqui principum, qui Romae rerum potiti sunt laudatissimus.

De L. Papyrio.

Solarij horologii usum L. Papyrius Romae primus obrulit, sed nubilo id die inutile, certius quia discretis horis posuit Scipio Quiritium optimus olim iudicatus. priusquam ea res inuenta sit, indifcreta lux fuit Romanis.

De Hannone Carthaginiensi.

Primus hominum leonem mansuetum ostendit Hannone ex Carthaginiensi clarissimis: atque ob id publice danatus, multis interpretatim, male tam artificij ingenio credi publicam libertatem, cui tanta feritas celsisset.

De Attica ciuitate.

Popularis ciuitas prima omnium (quod proditum sit) fuit Attica. Aegyptij regiam primi habuere, tyrannicam Siculi, sed Theleus multo Phalaride antiquior, quem tyrannidem exercuisse quidam prodiderunt.

DE APPELLATIONIBVS A VIR- TUTE AUT UICIO IMPOSITIS. Cap. III.

De Christo.

MULTI quidem hominum extiterunt, quibus aut uirtus, aut uicium, aliusue casus appellationem inuenere, quorum alij alia causa: sed nulla maior augustiniorque fuit quam ea, quae Christo Dei parae filio contigit piorum omnium consensu, ut redemptor sit mundi, sit & saluator dictus, cum seruatorem, uindicem, assertorem elegantius dicere potuisset humana pietas.

De Iob patientissimo.

Reportauit ex insigni tolerantia nomen haud ignobile, Iob patientissimus mortalium iudicatus, ac proinde patiens nuncupatus: uersa est hominis aequanimitas illa, & perpetua animi temperies in prouerbium, ut tam pie hodie quam uere sit Iob in ore omnium, supremam in aduersis tolerantiam significare uolentium.

De Iosippo.

Iosippum, qui Israelis fuit filius, qui ad duplicem somnij specie, & utranque de summa regni per quietem Pharaoni obseruatam sagaciter & recte interpretatus, *ἰσχυρὸν πνεῦμα*, id est occultorum repertorem, uniuersa Aegyptus nuncupauit.

De Solomone.

Sed quam sagax Iosippus, tam sapiens, ac nescio an plus etiam Solomon rex Dauidis filius, cuius nomen in sapientiae appellationem abiit in ora hominum: hunc ut audiret ab extremis usque terris prepotens uenit regina, cognouit illa sapientissimum regem, magnisque muneribus ornauit hospitalē regiam, ipsa multo maioribus affecta. multo enim sapientior, quam uenerat, in suum est regnum reuersa.

De Deipara uirgine.

Tulit una omnium Christi mater uirginalis appellationis decus, estque ita & pie & sancte comparatum, ut ubi nomen uirginis, uox caelo grata, inferis iniusta, gentibus popularis, ore effertur, hic Annae filia Christi parens nominari, nec ulla uirginum ailia intelligatur.

De Iaco-

De Iacobo minore apostolo.

Mirum est quod de Iacobo minore (fuit Christi discipulus) proditum est memoriae, quia puer adhuc incredibili quadam ac supra aetatem sanctitatis opinione imbuit omnium mentes, sanctus uulgo appellatus est: auxit opinionem hanc de eo receptam summa uitae austeritas, enim uero neque uinum bibi unquam, nec ullum carnis nouit usum, intonsus uixit, unguenti & balnei experts, ad eum precado numini deditus, ut eius genua in camelorum speciem occalluerint.

De plurium appellatione.

Sequitur nomenclatura ingens recentiorum, in quibus multi eodignationis uenere, ut sola appellatione sint abunde noti, hinc Seraphici, Angelici, Subtilis, Infragabilis, & mille alia piorum cognomina, quae in ueritate asserenda primas uendicant.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, & PRIMVM DE SUPERBO

Tarquino.

Superbus (ne Stercutij, Belligeri, Bifrontis, & alia uerusta, fabulosaque cognomina reperatur) Romanorum regum ultimus ob eam rem nominatus est, quod Tullum focerum suum regno & uita spoliatum insepultum abiectississet, & si reliqua eius uita saeuiret & crudelitati dedita, non tam fuit digna eiusmodi appellatione, quam exilio & calamitate, in quam superbissimus rex cum scelera coniuge, & liberis incidit.

De Publicola.

Gratior auditu appellatio Publicolae, quae Valerio Vale filio merito contigit, non magis quia ex publicae libertatis assertoribus fuit unus, quam quod illam assertam, lege, & popularibus exemplis stabilisset.

De Marco Marcello.

Non aequitatis & iuris fuit studium, sed fortitudinis, & inuicti animi exemplum illud in Marco Marcello, qui unde quadragies dimicauit collatis signis: cognomen rei conueniens denum adeptus, ut secundo Punico bello aduersus Pcenos Ro. sit populi gladius nuncupatus, quippe rempublicam immensis cladibus alijs super alias afflictam bellica uirtute restituit, docuitque Pcenum posse uinci a quo Romanis uicti essent.

De Fabio Cunctatore.

Sed Marcelli ferocia non magis profuit patriae, quam Fabij Maximi prudentia & maturitas: ille ferocissimos hostis spiritus fregit, hic artes, quibus non minus stetit res Punica, quam armis: non defuit igitur & Fabio suus honor, qui & Cunctator cognominatus est, & Ro. po. clypeus.

De Epanimunda Thebano.

Epanimundas Thebanus (ut & locis sua reddatur celebritas) Boetium agrum ab effectu Orchestrae Martis, Xenophon Ephesum belli officinam, Pindarus Romam belligeri Martis templum appellauit.

De Manlio Torquato.

Abierunt Manliana imperia apud Romanos in prouerbium, estque & ipse imperiosus appellatus, qui filium altae indolis percussit, quod praeter militarem disciplinam in hostem ex prouocatione dimicasset.

De Mario Arpinate.

Venerunt & Mariani multi in adagium ueteri memoriae celebrati, est & hodie id frequens, ut cum uiri ualidi sunt, & ferendis oneribus idonei, Mariani multi dicantur: quia enim uero Marius sic milites appellauit, arma, palos, & sarcinas ferentes.

De Aristide Atheniensi.

Aristides Atheniensis ab aequitate & innocentia iustus cognominatus est, fuitque illi eiusmodi ap-

pellatio inuidiae. Ostracismo damnatus cum innocentiae causam pro concione requisuisset, responsum est non posse ciuitatem pari unum aliquem ciuium ab omnibus iustum praedicari.

De Callia.

Non tulit Attica ciuitas in Aristide nomen ab aequitate et innocentia inditum, at in Callia crudelis & iniusti uocem ferre potuit: hic quia improbus, reterus est in ea ciuitate, unde is fuerat eiectus, qui omnium eius aetatis hominum fuit iustissimus, manifeste leuitatis argumento in multitudine, quae amar leuiter, oditque leuius.

De C. Mario.

Contigit & C. Mario suus appellationis honos, qui Cymbris, Theutonibus, & Ambronibus duplici praelio caesis, reque publica in pristino statu retenta, tertius est urbis conditor nuncupatus, alter enim à Romulo est Camillus dictus, qui Senonas Gallos ex capta urbe expulit: hic tertius, quod capere uolentes non solum arcuit, sed occidione cecidit.

De Mario iuniore.

Quid quod uariatum est nonnunquam in appellationibus cum fortuna? quam diu Marius iunior ciuile bellum feliciter tractauit, Martis est filius nuncupatus, mox rebus partium fractis, pristinaeque fortunae fauore destitutus, non Martis, sed Veneris filius est dictus.

De Alexandro magno, & Pompeio.

Cognomen magni non uni ueterum Imperatorum regumque contigit, sed externorum nulli ueri iustiusque, quam Alexandro Philippi filio, ut Quiritium uni Pompeio praclare est datum.

De Lucullo.

Lucullus, qui Mithridatis Pontici opes fregit, ob insanas uillarum aedificationes aliaque sumptuosiora opera, Xerxes Togatus à suis est ciuibus dictus.

De M. Tullio.

Pater patriae Quiritium primus M. Cicero curiae decreto est appellatus, dein & Augustus id tulit cognomen. Caesaribus postremo ambitiose magis quam uere adoptatum.

De Attila Rege.

Vidit sua aetas Attilam Hunnorum regem, magnoque hominum consensu flagellum Dei nuncupatum, *non quia hoc deus in hominibus non uult* (id enim impium sit credere) sed quod numinis permisso Barbarus multis cladibus Italiam affecerit.

DE MODERATIONE VICTORIAE. Caput III.

INCIDIT uelut ex composito relatio haec ciuiliu exemplorum in bellicae rei mentionem, undeno una est cognominum ratio profecta: nunc quando in tota re neque maius est aliquid, neque mirabilius quam quod is qui multos uicerit, seipsum deum uincat, possitque ignoscere, qui potuit uincere, & incolumes uelit esse quos iure possit perdere: pcul à ciuilibus exemplis non nihil stilus immorabitur, ac qui hominum pulcherrime uis finit uictoria proximè celsendi sunt, dabunt itaque nostrarum gentium exempla huic capiti exordium, ut in qualibet parte operis instituta relationis ratio nobis constet.

De Beniaminis.

Magnum in his, & memorabile est Israelitarum illud, quod Beniamine tribus uiri paucorum culpa ab omni Iudaeorum gente alienati, atque ex confesso hostes facti, post uarios belli casus cum uno demum praelio ad Gabaam commisso: omnis propedum gens interisset, ut ex quinque & xxx. milibus beliatorum, qui nuper in acie steterant, sexcenti ex eorum strage aegre reuulsi in deserta loca refugerint: tatum abfuit, ut uictoribus tribus unius reliquias ad

interitum persecutæ sint, ut omnium Israëlitarū de creto Béiamini exules, qui pauci numero supererāt, ad reparandam sobolem, quia religio & iurādum totius gētis legitimis obstabat nuptijs, impune sibi ex solenni Iudæorum mercatu raperent uirgines, raptasq; pro uxoribus haberent.

De Alarico rege.

Alaricus Gothorum rex (est enim hic Christiani nominis censendus, etsi Arrianus) Roma capta & hostiliter direpta, in eo tēperauit, quod edictū proposuit, ut capitale esset, si quis apostolorū principū repla aut quæ in his essent, uiolaret: & ut in uniuersum à cæde abstineret, est militibus edictum.

De Athaulpho Gothorum rege.

Nec Athaulphus, qui Alarico in regnum successit, à propinqui sui clementia degenerauit: is Roma post Alarici interitum, hostiliter repetita, in animo habuit eam receptam funditus euertere, diuersoq; urbē loco statuere, Gothiamq; pro Roma nominare, Cæsarum memoria abolita, Athaulphi appellationem in posteros transmittere: ceterum Placidæ coniugis suauis aded est mutatus, ut breui non hostis, sed amicus urbis, non euerfor, sed instaurator sit dictus.

De Totila Gothorum rege.

Est & Totila eiusdem rex gentis maiorum exempli imitatus, qui Cumis & cæteris Campaniæ urbibus captis, cum ingentem Romanarum mulierum numerum illis interceptisset, quas Rom. ciues eb novos belli terrores urbi immineres procul domo ablegarant, ut earum pudicitia in omnem belli euentum tuta esset, eratque in his omnis Romana nobilitas, captiuas honestè & sanctè Barbarus penes se habuit, honestoq; comitatu ad suos Romam sine precio dimisit.

De Philippo uiccomite.

Est recentis memoriæ quod dicam, rarum tamen ac eiusmodi, ut omnibus exemplis quæ omnis tulit ætas, iure conferri possit. Alphonus maior, qui fuit Sicilia & Apuliæ rex, uictus nauali prælio à Genuensibus circa Caietam, ac cum Petro Nauarræ rege fratre, & alijs clarissimis ducibus, qui in Aragonum partibus erant, Philippo uiccomiti à uictore Ligure traditus (erat tum Genua uiccomitum ditioris) non modò non hostile quippiam est ab eo passus, sed amicè & regalitèr habitus, ampliusque muneribus donatus, cum suis omnibus est incolumis dimissus.

De Venetæ ciuitate.

Veneti unam Delmatiæ urbem, septimo rebellatam ad imperium, ui & armis retractam, nulla maiore ignominia aut clade affectam, non solum incolumem præstitere, sed facillè etiam passim esse ut antea Delmatici nominis caput.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, & primum de Romulo.

Romulus Ceninèses, Crustuminos & Atennates, qui ex Sabinis hostiliter Ro. agrum inuasent, bello uictos tatum abfuit, ut crudeliter in eos aliquid statuerit, ut in urbē traductos, ciues ex hostibus fecerit.

De Tullo Hostilio, & cæteris regibus.

Id Romuli exemplum cæteri reges secuti præter Hostilium, qui Albam diruit, pro non paruo negotio habuere, quos bello uicissent, Romam incolumem traducere, traductos eius ciuitatis participes facere, in quam infesto & plus quàm hostili nuper animo fuissent.

De Cæsare dictatore.

Caius Cæsar dictator, uis ad amicos epistolis testatus est, ex ciuili uictoria nullum fructum percipisse, quàm quòd à se quàm plurimum seruati es-

sent, quos, quia hostes fuissent, & bello uicti, iure pericere potuissent.

De Octauio Augusto.

Præstitit & Augustus Cæsar ex inimicis quosdā incolumes, sed in eo maior apparuit, quod Alexandria in Ægypto, quam belli iure diripere potuisset, direptam incendere & euertere, intactam reliquit: testatus urbis incolumitatem cum regi, qui eā condidit, se dare, tū (quod maius omnino fuit, magisq; memorabile) Arriano Alexandrino philosopho ea tempestate insigni.

De Alexandro Macedone.

Sunt & Alexandri Macedonis exempla clementiæ, sunt & moderationis non pauca, atque eo plura fortasse, quàm cæterorum, quo plures uicit gentes, quàm quisquam alius: sed cum multa & magna sint, illud (ut mea refert opinio) præcipua est memoria dignum, quod Porum regem ingenti prælio uictum, & in potestatem redactum, non tantum regnare permisit, sed restitutum maiore etiā, amplioreque regno donauit.

De eodem Alexandro.

Multi præterea regum partim bello uicti, partim dediti pari clementia ita sunt ab eo seruati, ut non solum in pristina sint fortuna retenti, sed in multo etiam ampliore collocati, ut difficillè sit iudicare maiusne sit belli decus, an liberalitatis & clementiæ nomen uincendo adeptus. Pulchrum est reges uincere, sed multo pulchrius proprijs affectibus moderari.

De Agesilao Lacedæmonio.

Agesilao ille Lacedæmonius ea fuit in eos, quos uicisset humanitate, ut sæpe milites pro concione monuerit, ne captiuos cruciatu aliquo afficerent, quin illa potius reputatio subiret animum, eos qui uicti essent, & ad eam fortunā redacti, homines esse: cæterum si qui ex his, cum castra mouerentur, obfensum aut corporis egritudinem à militibus relicti essent, parati erāt ducis imperio, qui eos exciperet, exceptos humanè & benignè curaret, ne omni opæ destituti ferarum incurfu inediæue conficerentur.

DE CAEDIBVS MEMORABILIBUS. Cap. v.

De Chanaanæ cæde, siue Gabonitana.

Nihil homini perniciosius homine, nulla uis maior, quàm quæ ab homine proficiscitur, non morbi, non naufragia, non lues ulla, plus hominum abstulit terris, quàm prælia quæ hominum manu geruntur: hinc urbium uastitates, solitudines regnorum, populorum egestas, & quòd terra multo maxima sui parte non colitur. C. Cæsar, qui postea dictator fuit, prædicare solitus dicitur, undecies ceterum & nonaginta milia hostium præter eos, qui ciuilibus bellis perijissent, suo ductu & auspicijs cæsa: quòd si ad unum ducem, qui paucis annis bellauit, tanta humani generis iactura referenda est, quid in tot ducibus tam longa rerum serie euenisse oportet, quanta à prima hominum memoria censeatur? & ut quædā insignius gesta referantur, quanta, per Deū, uis hominum uno prælio confecta dici potest, cum una acie omne Chanaanum nomē fulum cæsumq; est à Iosue duce fortissimo ad Gabon, quinque hostium regibus uictis, atque extra aciem iactu lapidū uno loco obrutis.

De Madianitana cæde.

Age nunc & quàm tetra cædes illa æstimada est, quàm mortalibus funesta, cum circa Iordanē nocte una sunt à Gedeone centum uiginti milia hostium occisione occisa: fuerunt hi Madianitæ, Arabes & Amalechitæ, quas dira consternatio & pauor multo magis, quàm hostile ferrum afflixit.

De Iudæo-

De Iudæorum cæde.

Est & illa in raris cædes habèda, ac nescio an omnium, quæ unquam contigerunt maxima, & ob id præcipuè memoranda, quæ Hierosolymitano excidio edita est: decies centum milia Iudæorum obsideri cæpta dicuntur à Romanis Titi Vespasiani ductu, urbe tum capta uix horum decima pars uenit in uictorum potestatem, cætera multitudine aut fame, aut ferro consumpra.

De Hunnorum cæde.

Sensit & Tholosanus ager quàm calamitosa res sit hominibus uis bellica, cum paucis horis centum & octoginta uirorem milia mortem occubuerit, cū Hunnorum rex Attila aciem inibi aduersus Etrium & Theodoricum Gothorum regem magis ferociter, quàm foeliciter explicuit.

De Gothorum cæde.

Quàm tetram cladem Cothi circa Fefulas adierint prima eius gentis in Italiam irruptione Vldini & Sari ductu, ex eo potest facile æstimari, quòd præter immensum mortalium numerum, qui ferro & fame est cõsumptus, sectatores nummo uno au reo licitarentur feruitiorum greges.

De Varnensi cæde.

Est hodie, eritq; semper tristis ad recordationem Varnensis illa acies in ora Pontici maris, qua Ladislaus regum rex fortissimus, & Ioannes Hunniades cum Amurate Turcorum rege confixerunt, unde Hunniades uictus excelsis, Ladislaus mortem occubuit: quantum Christiani sanguinis pugna illa hauserit ex eo facile conijcitur, quòd ex ijs qui uicerunt, duodequadraginta milia post pugnam sunt desiderata.

De Visigothorum cæde.

Res uetusta est, & ut Varnensis (cuius nunc memini) antiqrior, ita maior adhuc cædes habèda, ac magis insignis. Produnt qui Gallorum regum gesta in literas miserunt, Abidramum Visigothorum regē ex Hispania hostiliter Galliam uastantem ad Burdegalam ingenti prælio uictum à Carolo, cui Martelli cognomen fuit, cæsaque una acie C. C. C. octoginta Gothorum milia, & quòd maiori admirationi accessit, Francorum mille nec amplius ceciderunt eo prælio: si modò ad fidem hæc prodita sunt, non ad ostentationem.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,

& primum de Persarum cæde.

rum cæde.

Maior Cyrus, qui Lydorum regnum euerit, trans Araxem fluuium cū C. C. milibus Persarum à Scythis tam fœda occisione occisus est, ut ne nunciis quidèr tæ cladis superfuerit.

De Marathonis cæde.

Nisi Græcorum fidem suarum rerum ostentatio eleuaret, nihil in hoc genere exemplorū magis mirareremur, quàm quòd in Marathonis campis ducta milia Persarum uno aiunt prælio deleta, & quòd magis miretur posteritas, decem milia dūtaxat Atheniè, cū Plataensibus mille auxiliariis aduersus sexcenta Barbarorum milia aciem struxere.

De Salaminia & Plataensi cæde.

Calamitosius eidem genti adhuc bellum haud dubiè habendum, quòd Xerxes in Græciam insitauerit, si Salaminia pugna, & Plataensis damna æqua lance æstimentur: ac uerius uero dixerit, si quis ex nullo unquam bello affirmet, maiorem humano generi iniuriam inuectam.

De Punicis cædibus.

Trebiam, Trafiumentum & Cannas Romanis cru-

or nobilitauit, sed maior propemodum clades ad Metaurum Pœnis repensa est, ubi sexaginta & amplius Pœnorum milibus cū Haldrubale cæsis, Claudius Nero & Liuius Salinator Ro. sanguinem toties eo bello fufum fortiter uendicauere.

De Romana cæde ad Rhodanum.

Nobilis erat Rhodanus, sed nobilior inde factus postquam octoginta milia Romanorum cæsa una uidit acie ripis crurore spumantibus, restantibusq; non bene credi rempublicam stultitiæ & temeritati, quæ in omnibus rebus calamitosa est homini, sed in nulla re magis quàm in prælio, ubi si quid offenditur, murari non potest.

De Cimbrica cæde.

Cæterum quantū hic Romani est sanguinis uno prælio haustum, tantumdem ac nescio plus etiā barbarici breui post ad Sextias aquas, & Vercellas Italus hauserit ensis, quibus locis triginta Cimbrorum, Theutonum & Ambronum myriades duobus prælijs cæsa affatim materiam præbuere, locorum indigenis campestris prædia humanis ossibus in maceris speciem munire.

De Asiatica cæde.

Redundauit Asia uerè tota citra Taurum uno die Romano sanguine crudelissimo Mithridatis edicto centū quinquaginta milibus Quiritij nominis omnis sexus & ætatis non una urbe, sed uno quidem tempore interfectis, fuitq; classicum illud renouati belli: quòd si bellorum tessera tam calamitosa est, quàm tristia & funesta esse prælia oportet, quibus aut uincendum est, aut cadendum.

De Lucullana cæde.

Est & illud minimè obscurum, quòd ad centum milia hostium L. Luculli ductu deleta sunt breui pugna à duabus Romanis legionibus in Armenia, nunquam minor bellatorum manus cum tam numerofo confixit exercitu, ut bis deni hostium cum singulis Romanis manum conseruisse dicantur.

De Gallicanis cædibus.

Præter cæteras pugnas quas C. Cæsar in Gallos tam prosperè, quàm cruenta depugnauit, bis diurna pugna cæsa sunt ab eo centum perduellionum milia, astipulæ rei gestæ ipsius ducis cõfessio, unde huiusmodi exemplorū relatio sumpfit exordium.

DE ASTV ET SOLERTIA IN fallendo hoste, Cap. vi.

De Mose.

Moses dux summus, dum Israëlitas seruitio uindicat ex Ægypto profecturus uiarum dispendio hostem ludificari conatus, cum per Arabiam compendiosum iter pateret ad effugium in Æthiopiæ flexit iter, quæ maximè Chanaanæ erat terræ, quæ decreto petebatur, auersa: sed hostis falli non potuit, potuit tamen medio conatu extingui, & quem terræ cohobere non potuerunt, cohibuit mare Iudæis alioqui peritum.

De Gabonitæ.

Gabaonitarum legati ad Moysen missi ut postulata commodius imperrarent, quo omnium Chanaanæ soli ex hostibus socij fierent, ceu magnis itineribus confecti eò uenissent calcæorum attritu alijsq; laboriosæ peregrinationis argumentis facile Iudæis persuasere, nihil sibi rei esse cum Chanaanis, quibus Moses hostiliter imminebat. estq; pax, est societas his data, sed ea res postea ipsi genti fraudi fuit, suntq; pro socijs lixæ & calones facti.

De Gedeone Iudæorum Duce.

Cū Amalechitæ & Madianitæ (sunt hæc Barbari)

rum gentium nomina Iudææ finitimarum non procul à Iordane fluuio tumultuose cōfēdissent, Iudæā hostiliter inuasuri, essetq; his cū Arabū appēdicibus inuictus alio qui exercitus: Gedeon, qui cū decē milib. hominū his obuiā exierat, quia interdū nō potuit (erat enim uiribus lōgē impar) noctu hostē inuasit, iuuitq; temporis opportunitatē astu, ut incensas faces dextra quaterent Iudæi, læua cornua & lituos inflarent: quæ terrificæ species ad eō hostē perculit, ut cæco tumultu disiectis Amalechitis & socijs, mutuaq; in se cæde discurrentibus, ad centum uiginti milia hominum una sint nocte desiderata.

De Dauide nondum rege.

Pulsus Iudææ finibus David Sauli regis sæua infestatione, ad Philistæos fuge delatus est, genus hominum cū Iudæis sua sponte infensum, tum Dauidi ob Golizæ cædem intensissimum, agnitus itaq; & ad regem perductus, cōfestim noua odia in eum exarsere, conspecta Golizæ lancea, quam ex Nobea David fugies sustulerat: perierat haud dubiè uir omnium maximus, nisi insania mentis & furor tempestiuè simulatus adiuuētō illi fuissent: impunè dimissus est, tanquam mors non uita sit habenda insani & furiosi uita.

De Grimoldo duce Beneuentano.

Grimoldus dux Beneuentanus Langobardicæ uir gentis, Arriperti filijs Ticino & Mediolano eiectis, ualidissimum Gallorum exercitum aduersus se in Italiam à rege missum magna elusit arte: exemplo tamen uetusto, ueniētib. Gallis simulato metu reliquit castra omnis opulentiæ referta, dein noctu hostem uino & somno sepultum, repente adortus ad fatiēratem cecidit.

De Christianis ad Ptolemaidem sedentibus.

Circumfēdebant Galli Veneti que Ptolemaidem in ora Syriæ: & iam non procul aberant quin urbe potirentur, cum tabellariam sunt columbam adepti militari clamore ad terram cū literis depressam: significabat literæ, quas uolucris habuit, fore, ut intra triduum rex cū ualidissimo exercitu adesset suis diuturna obsidione fessis auxilio. hic Christiani duces adulterinas pro interceptis aliti affigunt literas, per quas regis nomine monebatur ciues, ut suis rebus consulerent, quando maioribus curis impeditus eo occurrere non posset, pertulit columba ficticiam ad suos epistolam, estq; cōfestim urbs dedita, obseruauit diē Barbarus rex, sed cognita urbis alienatione re infecta retrō alijt.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMUM DE MAIORE CYRO.

MAIOR Cyrus, cum trans Araxem fluuium fecisset castra timentis similis, Massagetis in se irruentibus, reliquit diripienda, quos cibo, potuq; graues ac somno deditos, altam noctē adortus cum suo rege trucidauit, quod exemplum secutus uideri potest Grimoldus, cuius proximè mentio facta est, sed quibus tunc artibus Cyrus uicit, eis dem illis mox paulò est uictus, ad eò multò facilius est intruere insidias, quam cauere.

De Annibale Barchino.

Nullus hostiū sapius uicit Romanos, quam Annibal Barchinus: sed Punico astu potius quam uiribus: arte ad Trebiam uicit, arte ad Trasimenum & Cānas: & ipse magna quidem arte à Fabio interclusus, maiore aliquanto Romanum præsidium, quod abire uolenti fuerat obiectum, iudicatus per Casinatam saltum in apertum euasit, ludibriū dici possit quòd bobus sarmentis ad cornua incensis in aduersum motem ab hoste obscura nocte adactis, Romanus miles noua specie territus præsidio abscesserit.

De M. Bruto.

Fabulosum uideri possit & citra fidem memorię

proditum, imperatorem Romani exercitus, & Stoicæ disciplinæ uirum rebus hostes expiscatum uincendi cupiditate M. Brutus cum Lycios trans Xanthum amnem cōpulsos urbe exclusisset, indicio cōperit subter aquam nando urbem reperere, terēdit itaq; occultè retia cum tintinnabulis supernè appositis, quo indicio incidisse hostes in retia significaretur: multi per hunc modū capti sunt, cæteri à simili conatu deterriti extorres esse maluerunt.

De P. Scipione.

P. Scipio, qui primus ex Aphrica à se uicta cognomen reportauit, per legatos Syphacis regis castra speculatus nocturno deleuit incendio, ut tum demum incensa uideri possint, cum frequēti itū & reditu ab exploratoribus uerius quam legatis eorum est forma & materies obseruata.

De C. Mario.

Nec C. Mario suus defuit astus, cum iam summa rei in aperto sita esset discrimine, castris procul à flumine positus, & spes unica aquandi militi prætende retur, si non ab hoste aquatio inhibita esset, qui circa ripas latè uagabatur, multitudine freris (erant hi Teuthones & Ambrones) hic Rom. imperator ad sitientes milites conuersus, Cruore, inquit, à uobis potus hodie emendus est, aut uestro, aut hostili: digitum ad flumen intendens, ac cum his suos ad pugnam uerius, quam ad undā dimisit, felici quidem euentu, nam & hostilis sanguinis & fluminalis aquæ, Rom. uictor ad fatiēratem hausit.

De Annibale Barchino.

Renocat ad se stilum Punica calliditas, ille idem Barchinus Annibal fractis Carthaginiensium opibus, patria pulsus, ad Antiochum Syriæ regem profectus est, cui nauale aduersus Romanos uictoriam noua arte comparauit, Romanam classem uis perpenitium ingenti adortus, quos sigillis inclusos dolijs medio certamine in aduersum hostem ex improviso effudit, quo metu subita trepidatio exitit, ex trepidatione pugnae obliuio, ex obliuione turpis fuga orta est.

De Mithridate rege.

Mithridates rex Ponti, magno prælio à Lucullo uictus, cum acie egressus ira fugeret, ut hostem haberet uestigio hærentem, mulum auro onustum sequentibus obiecit: cæterum dum Romanus prædæ cupidus aurum diripit, maiorem prædā è manibus labi passus est.

DE ILLUSTRIBVS VICTORIIS.

Cap. VII.

De Abraamo.

Est occasio rerum omnium gerendarum mater, sed uirtus maior omni occasione, multoque potentior: magna & memorabilia hæc duo in re bellica sæpius pepererunt exempla, quæ fortunæ ascribit stultum uulgus, omnia uni referens accipra, quæ præter opinionem eueniunt: sed insipientis & deliræ sit mentis fortunam appellare, non occasionem, quòd Abraamus uir æquitatis & iusticiæ magis quam bellicę rei studiosus, semiplena cohorte, ingētes Assyriorum copias ad Iordanis caput terrima cæde affectis, disiectasq; præda spoliavit.

De Gedeone.

Par opportunitas centum uiginti milia peruelionum circa eūdem fluuium paucis horis deleuit, Gedeon audacis autor consilij, qui occasione magis quam uiribus, fretus duabus legiunculis trium ualidissimarum gētium exercitus occidit, hostilia castra nocturno tempore ingressus.

De Ionatha.

Audax magis an temerarius fuerit Ionathas Sauli filius,

filius, haud faciliè dixerim, facinus haud dubiè omnium æuo memorabile tentare ausus est, qui uno duntaxat comite aditus, uertus Diomedis & Ulysis exemplum reculit, hostium castra noctu ingressus passim cum cæde peruagatus, tantum pauoris iniecit Philistæis, quorum erant castra, ut cū omnia ab hoste teneri crederentur, facta sit fuga: occurrit ei Saulus cum robore copiarū, ubi hostem sua sponte turbatum sensit, Philistæosq; passim dispersos immaniter trucidat, difficile dictū maior ne uirtute an fortuna uni hominum, aut alteri inuictus alioqui cesserit exercitus.

De Dauide.

Habuit David cohortem unicam ex collecticijs suæ gentis uiris, quam diu extorris fuit patria, Sauli regis sæuitiam declinans, ediditq; cum his præclara aliquot facinora: sed illud præcipua memoria dignū, quòd Amalechitas, qui absente se Sicilechum (erat is uicis quem inhabitadum David acceperat ab Acho Philistæorum rege, cum Getheorū agrum incursarent) diriperat, omnibus fortunis cū duabus uxoribus spoliatus inrequieto cursu assecutus, improviso accessu incautos, cum iam nihil minus quam hostis expectaretur, ad ortus fudit, fugauitq; uniuersaq; præda exutos à prima diei hora ad uesperam cecidit.

De Venetijs.

Est exemplum quod sequitur haud dubiè recēs, si superiora spectas, sed Venetijs urbis origini propemodū æquale aut certè originibus proximū. Pipinus rex, cū cætera Italia, Gallorū dicto pareret, Venetijsq; soli omnium suæ memores libertatis patriæ iura tuerentur, litorali ora Gallicis armis domita, Riualto (sic enim dicta est pars urbis celeberrima) minaciter imminerebat, aderatq; Pipino ingēs exercitus, & cui ne Italia quidem tota, nō modò Venetiæ partes obistere posse crederentur, uerū modicus armatorum numerus, in cymbis sedētium ualidissimam ratem, qua Galli uehebantur primò fatigauit, inde uento Venetus adiutus Gallicos conatus non solum fregit, sed hostem aquarū angustijs coluctantem adeptus, partim ferro cōfecit, partim soluta rate medio stagno depressit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,

& primum de Persis.

Nillæ sunt (ut arbitror) uictoriæ magis illustres, quam cum insignis paucitas aduersus multos feliciter dimicat, qua acie, aut immèsa uirtus uictoriam iuuet necesse est, aut ars, casusue aliquis: sic ducenta Persarum milia in Marathonij campis fusa fugataq; sunt ad mare à decem milibus Atheniensium & Plataensibus mille: cuius uictoriæ trophæa tanti habitata sunt, ut somnū dormire uolentibus ademerit.

De Alexandri magni uictorijs.

Hannibal Barchinus eo nomine Alexandrum Macedonem, qui totum orientem domuit omnibus prætulit imperatoribus, quòd paruis fretus copijs immensos fudit exercitus.

De Cesare Dictatore.

Cēsenda est & Cesaris dictatoris laus in hac parte, ac nescio an & ipse sit Alexandro in hoc genere præferendus. Nullus unquam Imperatorum ferociorem hostem nactus aut ualidiorem sæpius uicit, maioreq; hominum strage superauit, ipse semper militum numero inferior.

De pugna ad Sagram flu. edita.

Memoria uetustior est, sed pugna non minus memoranda, quæ ad Sagram fluuium in Calabria commissa est: abiit res in proverbium, ut uerius esse diceretur, cum quid uero assereretur, te ad Sagram o-

lim gesta, ubi dena Locorum milia cū modica Rheginorum manu centum triginta milia Crotoniatum una acie profligarunt: nec minori miraculo fuit quòd eodem die, quo est ita insigniter in Italia dimicatum, fama rei gestæ Olympiaci conuentus aures perculit.

De Timoleonte Corinthio.

Magna & Timoleontis Corinthij gloria habenda est, quando reputatio hæc ad plures pertinet, tribus milibus militum fretus ad Crinissum amnem cum septuaginta milibus Carthaginiensium nō solum acie conflixit, sed ita etiam prælio uno hostem affixit, ut pars multa maxima Carthaginiensis sit nobilitatis ibi loci desiderata.

De Thermopylarum pugna.

Miretur iure aliquis quonam modo fieri potuerit, ut tam opulentus exercitus à tam paucis uinceretur, cui nec tota quidem Sicilia satis futura credebatur: uerū desinet hic idem mirari, qui fando au diuerit aut legerit, trecentos Spartani nominis ad Thermopylas totum orientem prælio excepisse, exceptam ac fufum in castra cum multa cæde compulisse, ut magna opus sit fide ad tam monstrificos beliorum euentus, fortunæq; uolumina credenda.

De Stratenfi pugna.

Nec multum ab his diuersa Stratenfium fama, qui septem ualidissimis gentibus circumfessi, omnes modico prælio fuderunt, ut qui nuper tot & tam diuersis erant armis obnoxij, multa milia hostium tanquam pecora uilissima, totis præ se campis cum fœda strage, & multa cæde egerint.

DE IMPERATORVM, ET DVCVM

in milites auctoritate.

Caput VIII.

Quanta imperatoris inter suos est auctoritas, tanta bene gerendæ rei ubique spes adest: confert ad uictoriam haud dubiè bellandi scientia in duce, confert consilium, uigor animi, felicitas: si auctoritas desit, cætera parum proderunt: sunt & aliæ uirtutes, quæ in eo requiruntur, cuius ductu & auspicijs res in bello gerenda est, sed cum gregario milite communes, sola auctoritas uniuersæ ducis, in qua summa imperij sita est.

De Moysis auctoritate.

Mouerunt proculdubio Israelitas prodigia, quæ in Ægypto facta dicuntur, ut Pharaonis minas & imperium quadantenus contemnerent, sed Moysis auctoritas multo impensus perpulit, ut sine armis, sine comæatu per deserta & dispēdia uiarum sexcenta milia hominum unum sint duces secuta, ut cum certa relinquerentur, quærentur incerta.

De eodem Moise.

Hæc eadem in causa fuit, ut tam numerosa multitudo duces per medios maris fluctus uadentem sit intrepidè secuta, leges ferentem audiuerit, constabilem uirulum sustulerit, inermis in armatam aciem iuerit, in quo aliquid demum esse crederet, quod supra fastigium humanitatis esset, secūdum cæli numen præcipuè uenerabile.

De Iosue.

Accessit & Iosue, qui post hunc dux fuit, sua auctoritas, cuius iussu circa Iordanem omnis uiriliter stirpis gens circumfusa est, eodem autore triginta regibus bello uictis, æternum obseruationis fœdus cū Deo sanxerunt Israelitæ: omnis Chananeorum terra tributum & uirum uictori populo diuisa est.

De Iuda Machabæo.

Nec Iudæ, qui Machabæi cognomen tulit, est parum à suis datum, cuius ductu permodica Hebræo

rum manus, cū ualidissimis hostium copijs sæpius cōfixit: quod nisi egregia ducis autoritas affuisset, nulla subijci necessitate potuissent, ut rebus gentis atrociter afflctis, cum eo hoste manū confereret, cui toties cædenda terga obuertissent.

De Mihaële Veneto principe.

Exitit & in Mihaële Veneto principe autoritatis exemplum clarum & illustre. obfidebat Venetus Tyrum urbem circa Syriam, cum numerosa clasfe, fuitque obfidio illa longa & laboriosa: & quia procul à patria stipendij indiga: ne igitur focij nauales, remigesque stipendij causa militiam detraherent, ex aluta ad tempus pecuniam publica forma signauit, adnumerauitque clasarijs ea conditione, ut domum reuerfis, aurea & argentea pro temporaria repræsentaretur: crediderunt nauales turmæ, & quicunq; hominum in nauibus erant, publicamque fidem & ducis autoritatem secuti, quadiu foris est bellatum, sine discrimine imaginaria inter se sunt pecunia ufi.

De Vitoldo duce.

Vitoldus, qui patrum memoria latè regnauit in Lituania (fuitis Vladislai frater, qui in Turcos memorabile bellum gessit) tanta inter suos fuit autoritate, ut multi mortales ab eo iufsi, sine carnifice uita finiuerint, sed metus hic fuisse uideri potest nō officium: mira sunt, quæ de eius crudelitate memoriarum prodita sunt: nam & fontes urfinis pellibus inuolutos canib. laniandos obijcere solitus dicitur, & in expeditionibus arcum semper intentū habuisse, ut si quis ordine aberrasset, sagitta configeret.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, & primum de Alexandro.

Melior igitur affectus militaris ordinis in Alexandrum Macedonem, qui cum ueterani tumultuosius misionem efflagitarent, sensissentque ob eum tumultum alienatum à se regis animum: & si satis honorificè dimittebantur, multum diu ambiuere, ante eius tabernaculum cum more & luctu prostrati, ut in ordinem restituerentur.

De Themistocle.

Tantū Xerxes rex Themistocli tribuit Atheniensi, ut nocte proxima, qua illum patria extorè accepit, exclamasse dicatur, Habeo Athenienses.

De eodem Themistocle.

Par illi autoritas inter suos, nam præter Salaminiam pugnam, cuius autor fuit, satis constat Olympico conuentu totius Græciæ oculos in se uertisse, tanta in uno fuit aut autoritas, aut uirtutis opinio.

De Hannibale Barchino.

Habuit sub signis Hānibal, cum bellum in Italia gessit, Aphros, Numidas, Mauros, Hispanos, Baleares, Gallos, Ligures & Italici nominis numerum ingentem: tanta tamen in eo fuit autoritas, ut nullam in tanta hominum colluione, tam longo bello, ac tam uarij euentus fit seditionem expertus.

De Scipione Africano.

Scipio Africanus, qui Hannibalem uicit, militarem seditionem est nonnunquam expertus: fuit in eo alioqui tanta de ipsius uirtute opinio, ut multi Italici nominis, qui iam stipendium erant emeriti, spōte secuti sint illum Africam prouinciam extra sortem adeptum.

De C. Cesare dictatore.

Est & C. Cæsar, qui dictator fuit, militari seditione aliquando exagitat: ita tamen ut in nullo ducum maiora interim extiterint autoritatis exēpla, quorum unum satis se referre: dum Africam bello petit, Romæ legionarij mota seditione misionem efflagitabant, obtulit sese ille nihilo scius læuienter

ti multitudini omnibus amicis frustra retocātibus, cæterum uno uerbo, quo eos Quirites & non milites appellauit, aded circumegit, ut responsum sit se milites esse, non Quirites, moxque exautorati ægrè precibus tenuerunt, ut in integrum fuerint ab eo restituti. Sic circa Placētiam sexta legio multata: sic C. Cæsius Pompeianorum ducū unus, cum plures ductaret naues ad bellum instructas, eidem Cæsari celsit paruo nauigio sedenti, tanta uni ducū autoritas nō solum inter suos fuit, sed superfuit etiam apud hostes.

DE AEMVLATIONE.

Cap. IX

De Lucifero.

Onam (inquit malus Angelus) sedem meam ad Aquilonem, & ero altissimo similis. quæ uerba arguunt æmulationem esse in celo ortam non creatoris uicio, qui summè bonus est, sed creaturæ eum æmulari cupientis, qui omnia ex nilo fecit, mala & ingrata emulatio, ipsique auctori calamitosa: nam quo altius Lucifer ascendere conatus est, eo profundius corruit.

De Protoplasto.

Estque id exemplum angelis equale, quod uerò sequitur cum ipso homine natum penè est, nisi Protoplastus diuinam emulati uoluisse sapientiam, nunquam lege aberrasset. nā quid per Deum aliud fuit omnium scientiam rerum affectare, quam cœli numen, cuius id proprium est uelle æmulari?

De Magis Aegyptiacis.

Latè patet hic affectus, caretque interdū uicio: nam æmulari in homine, quæ iure laudentur, non solum non detestabile sit, sed laude etiam dignum, modò odium & insectatio procul absint: quale in Aegypto accidit, cum eorum quidam qui sapientes uideri uolebant, cum Mose in certamen uenere, magis odio quam cōtentione accens. nām quia propheta summus mystica utebatur uirga, quæ cœli prouidentia nunc serpens fieri, nunc aliud diuersum. magica illi arte freti ne miraculum pro miraculo esset, nouum commēti sunt oculorum ludibrium, ut quibus ipsi uirgis magicis uterentur, in colubros uerterentur, coarguit Magorum fraudem diuina uis, cui nemo nisi impius repugnat, uanasque hydrorum species, non sine spectantium stupore uerus mysticusque Mo sis deuorauit serpens.

De Betheljsenis emulacione.

Age uerò & quam Betheljsenis detestabilis fuit æmulatio, qui prophetam mētus, Iadānem uirum prophetici spiritus in sicutu auertit itinere. sensit fatidicus senex Bethleem reuersus incurrisse iram numinis, quò dātum Roboæ impietatem iustus corripere, prophani hominis dicto temerè obtemperasset, sensit ac simul uaticinatus est, fore ut breui uiolento beluæ incurfu laniaretur: nec uaticinio defuit euentus.

De Simone Mago.

Simon Samaritanus Magicæ artis haud ignarus, unde & magi illi cognomen fuit, quia pietate, & omni uirtutū genere inferior erat Petro Bariona: malis eum artibus uincere conatus est, obiecitque magicas uanitates diuinæ uirtutis, hunc prouocare ausus, cui ligandi soluendique omnia è cœlo concessa erat potestas, cōcidit Simon medio conatu, & dum pietati illudit, illusus est: dum cœlū inaniter scandit, solo est grauitè afflctus.

De Rufino Aquileiensi.

Quid quò d ne Hieronymo quidem, in quo tantum infusi luminis fuit, tantū eloquentiæ suus defuit æmulus? sed potuit Rufinus uerbis contendere, sanctitate nō potuit, quanquam si illud quoque in ambo-

in ambobus pensetur, tantum Stridonensis illa turba Carnicæ præstitit, quantum Indici elephantis barritus, culicis bombitulo.

De Barchio & Sfortia.

Sed nihil uoluit natura esse sine pari, nulla uirtus fuit unquam tam ardua, quam non aliquo modo exercuerit æmulatio, ut nullo alio affectu plures reperiat in omni uirtutum genere profecisse, dum hic parem ferre nequit, ille superiorem: enim uero, ut alia omittam, aded hic stimulus ad æmulationem accendit duo illustrium uirorum paria, auorū nostrorum, & patrum memoria, militaris gloriæ cupiditate, ut omnem Italiam in duas traxerint factiones: Sfortia & Barchius primo nobilitati, ut Sfortiani & Barchiani fuere secuti. Nicolaus cognomen Picininus, & Franciscus paterno cognomine, aded acribus stimulus sibi infestis, ut uterque alteri semper fuerit hostis, ingenio, successu, opibus: uirtute bellica aded inter se pares, ut nihil præter euentum, fecerit in his discrimen: Euentus, qui de omnibus iudicat, Sfortiam maiorem declarauit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, & primum de Theseo &

Hercule.

In nulla parte instituti operis maior exemplorū copia, uberiorque materia sese nobis obtulit, quàm in ijs, quæ ad æmulationem pertinent, uel quia res hæc multo plures illustrauit, quam ullus alius hominis affectus, uel quòd pluribus sit ingenitus, & quodammodo à natura datus, ut per eū uita exercitator fiat, & ad laudem adipiscendam concitator: sed in tā multis nobis modus tenendus est cū de Ictu, præsertim in Ethnicis, quæ hic subtexenda sunt, quorum uetustissimum illud Thesei, qui Herculis propinqui sui laborum æmulus aliquot in terra Græcia consecit monstra hominum, & ipse grande nomen adeptus, nisi partum decus peregrinanti mulierum rapina turpiter fœdasset.

De Salmoneo & Alladio Albano.

Nec recens est de Salmoneo & Alladio memoria, quorum Albæ hic in Latio, ille in Elide Archadiæ Iouis tonitrua, fulguraque imitati calamitosa æmulationis euentu: uterque suæ pœnas luit impietatis, cœlestem ignem experti, quem nō minus stultè, quam impiè uano strepitu imitabantur.

De Hercule Thebano.

Potest & Alcumenæ filius uideri Liberum patræ æmulari uoluisse, terrarū orbe ab ortu ad occidentem solem, et meridiem peragrato, columnis que in ipso oceani, & terræ confinio constitutis.

De Alexandro Macedone.

Alexander Philippi filius (quod satis constat) intra Hydaspem fluium, & Gangem metas fixit, rerum à se gestarum terminos, indubitato æmulationis argumētō eorū, quæ duo illi diu antea gesserūt.

De Themistocle Atheniensi.

Fuit & Themistocles ambitiosus, atque in tantum illustrium uirorum æmulus, ut planè fateretur Militiadis trophæa sibi somnum adimere.

De Platone & Xenophonte.

Cæterum quia adhuc de Græcis sermo est, Plato uir summus, & Xenophon, haud expertes fuisse creduntur talis affectus: id indicio est, quòd neuter alterius meminit unquam, cum multa uterque scripserit, ambo clari, & inter se alioqui noti, Socraticæque sapientiæ ambo alumni.

De Aristotele.

Uidit Aristoteles Stagiritis Xenocratem sibi prælatum, cuius condiscipulus fuit (nota est uox Plato

nis, qui illi ambo operam dederunt, heu qualem asinum iunxi currenti equo) nec eam tulit ignominiam philosophus alioqui eminentissimus, sed procul Athenis, ubi id acciderat, reliquum uitæ egit, Atticæ ciuitati haud dubiè iratus: pari affectu ad Rhetoricen tractandam sese contulit Ifo cratis emulacione: nota est eius uox, Turpe est Aristotelem silere loquente Ifo crate.

De Apelle Coo.

Est & Apelles æmulantium ambitione sepe uulgi iudicio superatus, prouocauit inde ad naturæ tribunal, estque ab ea uictor iudicatus in equi figuracione.

De Zeusi & Parrasio.

Non minori propemodum iudicio Zeusidis & Parrasij æmulatio decisa est, in quo certamine non natura, sed ars ipsa, quæ est naturæ æmula, iudicauit.

De M. Crasso & Pompio.

Sunt Romanorum in utranque partē sua exempla, & multa & magna: fuit M. Crassus ex confesso Cnei Pompei æmulus, sed ut diuitijs maior, ita rerum gestarum gloria longè inferior. Catonem, cui Vtica cognomen dedit M. Fauonius æmulatus est in uitæ sanctitate, Hortensius Ciceronē in eloquentia, suntque multo facilius emulorum nomē, quam propositum adepti.

MARCI ANTONIISA

BELLICI EXEMPLORVM

liber VII. De gratitudine.

Cap. I. De Israelitis.

Nescio quonam modo id accidit, quod nuper ciuitate egressa, & in re bellica nihil commorata, eodem sua sponte instituta hæc exemplorum reuertitur explicatio, quapropter nō in sago erit post hac, sed in toga, cui sequens liber, & qui proximè subijcietur, destinatur, offerque se nobis urbana repetentibus laudatissima uirtutum omnium Gratitude, res cælo & hominibus iucunda, gratique nominis, in quo genere ut uetustissimum, ita maxime pium Israelitæ exemplū edere, qui excusso seruitutis iugo, perque medios pelagi fluctus in pacatum egressi, confestim Deo seruatori hymnum cecinere, quem Moses itineris autor est pie meditatatus.

De eadem gente.

Fuit & in Rabaam Hiericuntiam, eadem gens nō ingrata, quam in Hiericuntis excidio solā cum tota domo præstitit incolumem; quòd suos hæc exploratores in urbe deprehensos per diem texisset, cum ad supplicium quærentur, noctuque tutos in castra dimisisset.

De Dauide.

Gratus & Dauid rex, qui Ionathæ opera sæpius seruatus (erat filius Ionathas Sauli regis, quo nullus unquam hominum fuit Dauidi infestior) posteaquam regno Dauid potitus est, Ionathæ eius filium complexus, cum omnem alioqui progeniem Sauli hostiliter inlectaretur, unum ad patris memoriam clementer fouit, regioque conuiuio adscripsit.

De Cyri regis in Iudeos gratitudine.

Sequuntur duo externorum regum exempla, sed Iudæorum rebus nihilominus inferta, & ob eam rem in ordinem redigenda: Cyrus maior quòd in Esaia libris C. C. antè & amplius annis editis; nomen suum disertè positum inuenit, prophetæ carmen hoc habuit: Volo Cyrum, quem multarum & magnarum gentium regem constitui, populū me

um ad propria remittere, ibiq; mihi templum iterū suscitari ipse, inquam, Cyrus propheta praedictio ne laetatus, edicto restatū est se Iudaeos in patriam remittere, ut Deo templum restituerent, cuius pro uidentia multo prius quam nasceretur fuisset rex constitutus.

De Alexandri in Iudeos gratitudine.

Pari gratitudine Alexander Macedo, cum Hiero solymis esset Danielis prophetae oraculo instructus fore ut rex Graeciae Persarum olim opes euerteret, certa spe uictoriae ex ea re praecpta, addum & caeteros sacerdotes, per quos fatidicum carmē cognouit, amplissimis donauit muneribus, ipse ciuitati permisit, ut suis uteretur legibus, tributumque in septem annos remisit.

De Alexandro Pontifice.

Alexander Ro. pontifex, qui tertius fuit eius nominis, nouitate suorum temporum Federico Imperatore Venetos reconciliatus, restitutusque in pristina dignitate, grato animo umbella, & alijs insignibus Veneti principis maiestatem excoluit.

De Venetis.

Adjiciatur his publicum ciuitatis exemplū, quando Venetorum mentio proximē facta est, Franciscus Dandulus, quia ad publicam ignominiam deprecandam diu ad Clementis Ro. pontificis mensam humiliter stratus iacuisse, ad quod ipsum fuerat publicē in Galliam missus: ex ealegatione reuersus, magno omnium ordinum fauore princeps est ciuitatis factus, ut qui nuper in squallore & sordibus pro patria conspectus esset, sublimi loco conspiceretur, auro & purpura conspicuus.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,

& primum de Romanis mulieribus.

Proximus est publicae gratitudini uetus ille Romanarum mulierum luctus, quae Iunium Brutum ob laesam Lucretiae pudicitiam Tarquiniorum infectione insigniter uindictam annum integrum luxere.

De Romulo.

Vetustioris adhuc memoriae est illud Romuli, is quia matronarum interuentu Sabino bello ciuitas defuncta esset, indubitato gratitudinis argumento statuit, ut praeter alia ornamenta ob id meritum mulieribus uno decreto cōgesta, ad omnem occursum uia illis decederetur.

De recentiore Ro. mulierum gratitudine.

Pulchrum facinus, & in primis memorabile, quod in ea urbe, quae futura erat caput & arx omnium gentium uirilis gratitudo cum muliebri toris certaret. Enimvero matronae rursus ob insignem pietatem à Martio Coriolano matri exhibitam, eum extinctū menses decem luxere.

De Romanorum gratitudine in mulieres.

Contra publico decreto his datum, quia Senonico bello aurum in medium contulissent ad Capitolium obsidione soluendum; ut mulieres uicē defunctae pro concione laudarentur, cum is honos ad id tempus uirilis esset, & non alterius sexus.

De Minutio magistro equitum.

Minutius magister equitum (cui secundo bello Punico aequatum est cum Dictatore imperium) temerē in Penonorum insidias praecipitatus, circūuentusque ab hoste cum dimidio copiarum: erat haud dubiē locum ipsum Ro. clade ante Cannas nobilitaturus, caeterum Fabij maximi Dictatoris à quo dissentiebat, in administrando bello celeri occursum imminenti periculo subtrahens, haud ineptē ad infamiam diluendam gratitudinē temeritati praere-

Axuit, ultroque Dictatori imperiū restituit, patremque appellauit: fuit praeterea suis autor, ut patronum militari clamore salutarum aurea corona donarent.

De Populo Romano.

Statuit Po. Ro. Antonio Musae medico signum Aesculapio proximum ob Augusti periculoso morbo seruatum, monumentum publicae gratitudinis haud uulgare, praecipuumque artis decus, quod potentissimi populi, omniumque gentium uictoris iudicio unus aliquis hominum medicinae Deo aequari debuerit: quod caput unum, & si ciuitati gratissimum, maiore felicitate, quam artis peritia seruasset.

De Graeciae gratissimo decreto.

Talis nec minor honos, minorue gratitudinis fonte egressus, Hippocrati medico contigit in Graecia: nam cum pestem ex Illyrico appropinquare diceretur, ex discipulis quosdam in diuersas Graeciae ciuitates dimisit, qui illis laborare incipientibus optularentur, quapropter eosdem, quos & Herculi, Graecia illi honores decreuit.

De eiusdem Graeciae gratitudine.

Nec ingrati animi inhumane affectus exitum in eadem gente exemplū, cum enim Isthmiaco conuentu T. Flaminius, post Philippum regem uictum omnibus Graeciae populis, quorum libertatem Macedo opprimerat, in pristinae fortunae statum praeconis uoce restituisset, tantus fauor audientium secutus, ut aues supernē uolantes ad terram deciderint, quin maiora etiam gratitudinis argumenta extiterunt. Chalcidenses diu in eo perseuerarunt, ut nulli deorum templum nisi Flamini nomine aedificato dedicarent, ut Herculi, Minerue, Neptunoue, & Flaminio sacrum inscriberent.

DE INGRATITVDINE.

Caput III.

Satis comode mortales inter se agerent, essetque uita hominis proculdubio tutior beatorumque, si non plura extarent ingratiudinis exempla quam eius uirtutis cuius nunc memini, nam quotus quisque alienum mauiit meritum quam suum commodum perpendere? iam uera uita hominum eō processit, ut pro beneficio sit potentioribus gratificari, credaturque diues praestare officium nō accipere, si oblarum non repudiet. Nulla gens, nulla ciuitas fuit in terris unquam, quam non id uirtutum quadantenus fecerit, ut penē plura in hoc uirtio sit, quam in caeteris omnibus inuenire exempla, aut quia detestabiliora sint, & ob eam rem magis conspicua, aut quod natura sit hominis contumax, nec minus aliud uelit quam debere.

De malo Angelo.

Sed quid hoc? Lucifer, qui multo nobilior, sanctiorque fuit homine, nisi ingrato fuisset animo, nunquam meditari cepisset altius scādere, quod ingrati magis an impiē cogitari, difficile sit iudicare.

De Adamo Protoplasto.

Pari exemplo, sed euentu minus atroci primus homo concidit, terrestribus delicijs, & immortalitate corporis amissa, creatoris sui immemor, quippe qui plus scire uoluit, quam hominem oportebat: sed noxa haec minus infelix, quia redemptorem inuenit.

De Iacob, siue Israele.

Neque Israel, quod fas sit dicere, multum in eo gratus dici potest, quod domo profugus miri hospitio, duplicique filiarum connubio ornatus à Labane auunculo: diuitijs praeterea auctus, ad extremū occultam ab eo fugam meditatus est, magna stabulorum parte cum seruis compilata.

De Pharaone.

Quid Pharaeo Aegyptius rex, an ipse parum ingratus

Ate egisse uideri potest, qui Mosen post praecclam illam, quam de Aethiopicis uictoriam reportauit, Merocē; ex hoste capta, haud dubiē interfecisset, nisi si matura ille fuga se periculo subtraxisset? numinis prouidentia (ut credere est) seruatus.

De Israelitarum ingratiudine.

Sed minus damnet necesse est Pharaonis factū, qui Israelitarum in eundem non ignorat ingratiudinem: populus seruitio exemptus, saepius desiderijs lenatus, manifestis rerum miraculis per desertum traductus, seditioni magis quam pietati indulgens, stultē impieque ducem ipsum maledictis incelsiuit, minaciter occurrit, imperium detestauit, communis exitij autorem appellans, quem populi seruatorum multo uerius dixisset: est ingratiudine illa saepi uocē celestis ultione expiata, sed nō minus propterea immerito duci totius gentis uitio representata.

De Saulo.

Ingratus magis an amens fuerit Saul rex, non facile dixerim, quem insanientem toties Dauid recreauit, arcanis que eō carminibus retraxit, ut mēs & ratio homini constarent, cuius regnum Goliadis caede stabiluit, à cuius corpore uiolando bis abstinuit, cum bis iniuriā obnoxium habuisset: & cum tor modis ille Saulum demeruisset, ingratus rex quo ad uixit, Dauidem capitaliter odit, atque ita pertinaciter, ut in eum sauire non nisi cum morte desierit.

De Iuda Schariote.

Sed detur hoc furori & amentiae Iudae Schariote, non nisi perfidiae & sceleri dandum, quod quem magistrum & regem sibi delegit, quem eundem è caelo esse miraculorum magnitudine scire potuit et debuit, à quo apostolatu insignitus caelo admouebatur, modica pecuniarum iactura, quae in mystica unctione sacri corporis fuit adenda, uilissimo uenditit precio: quin seipsum potius homo in faeliciter natus uenditit, uel uerius perdidit prius consilio, mox praecipiti desperatione, ut qui omne Israelis progeniem sedens iudicaturus fuit, sit perfidia & impietate iudicatus.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,

& primum de Iasone.

Age nunc, & quae in ethnicis sunt referamus, anne aliud aequē ueteres poetae mirati sunt, aut potius deresati, quam Iasonis ingratiudinem? qui Medeam regis filiam, cuius opera aurum uellus ex Colchide abstulit, grauique est periculo seruatus, ex qua pulchram exulit sobolem, noui conubij cupidus repudiavit: sed mala libido malē illi uerit, quippe qui nouo ueterique toro exutus, liberis amissis, exul patria, luctu & mœrore confectus, uitam cum morte commutauit.

De Theseo.

Nec meliore exemplo, exituē minus luctuoso Theseus Ariadnam, per quam Minotauri laniam effugit, suos ciues seruauit, patriam seruitio exemit, in Naxo insula reliquit captus fororis forma, à cuius conubio si abstinuisset, nec ipse filio orbatu esset, nec Aegēi penates incesti amoris suggillati fuissent affectu.

De Laomedonte.

Et quoniam Poetica fides in hac parte recepta est, age nunc, & quo sit Laomedon nomine censendus uideamus: perfidus ille (quis ignorat?) qui fidē Herculi non praestitit, sed magis adhuc ingratus, qui accepti beneficii immemor, non solum praemio fraudauit, sed hospitio etiam exceptum, quantum in se fuit, perdidit.

De Paride.

Maiore etiam fraude, ingratiudineque magis detestabili Alexander huius nepos ex hospite factus est praedo, regiam matronam regio toro abduxit, quo se flagitio suosque cum ipsa patria male perdidit.

De Atheniensibus.

Ingratae & in Socratem Athenae uirum Apollinis iudicio omnium sapientissimum iudicatum, cui pro Attica iuuentute sancte & sapienter instituta, uenenum rependerunt: ingratae & in Miltiade, quae pro Marathonis trophaeis, uinculis & carcere macerarunt, cui non plus profuit quod affertor Graeciae fuisset, quam si signorum defertor.

De Syracusanis.

Syracusani Dionem suū haud multo post quam per eum libertatem receperant, urbe eiecerunt, eiectionem breui post sua sponte reuocarunt, reuocatum interemerunt.

De Alexandro Magno.

Tam parum sobriē, quam etiam ingrati fecisse uideri potest Magnus Alexander, qui Clytium nutricis suae filium in conuiuio interfecit, quod aliquanto liberius Philippi patris gesta extolleret: sed quā Macedo in patrem, cuius laudi inuidebat, tantū nec minus in Clytium ingratus, per quem praelio ad Granicum amnem commisso morte seruatus, ingēs nomen & imperium sibi comparauit.

De Thebanis.

Nulla Graeciae ciuitas habuit unquam tam claros duces uno tempore, nec qui tam concordī animo rempub. administrarent, quam Thebae Epaminundam & Pelopidam, qui patria in libertatem astricta, Spartanis Graeciae principatu deiectis, amplissimis rebus domi forisque gestis insignes, paucorum ciuium obtreccatione maiestatis rei causam dixerunt. Ad eō nulla unquam uirtus fuit tam aut suis utilis, aut tā mitis, quam nō do mēstica uellicaret inuidia.

De plurium ciuitatum ingratiudine.

Haec eadem pestis, caeterum non sine publicae ingratiudinis suspitione Hannibalē absentē reuocauit, reuocatum expulit: haec utrunque; Africanū, hunc nocturna caede, illum perpetuo exilio affixit.

DE DISCORDIA ET SIMVLTATE

principum in repub. administranda.

da. Cap. III.

Est, scio, à multis quaesitum dissensio animorum, & uelut similtas, quae saepe in his exitit, quibus domi forisque summa est reipublicae credita, conducibilisne sit ciuitati, an calamitosa potius: sunt non pauci reperti, qui ciuilem probent dissipationem, si citra ferrum id fiat, ut quae sit in honesti & utilis disquisitione posita, quod saepe in senatu accidit, publicisque concilijs, cū de summa rei consultatio incidit, ubi quo plures sententiae dicuntur, magisque inter se diuersae, eo accuratius omnia discernuntur, cum quid uerum sit, quid conducibile magis liqueat: sed ut contentio haec saepe utilis domi, sic in re bellica, cum duces inter se dissident, tristis & funesta regnis & ciuitatibus, quarum res geruntur. Id experientia rerum omnium magistra, non uno docuit euentu.

De Aristobulo & Hircano fratribus.

Aristobulus & Hircanus fratres dum domi forisque ad se trahit Hierosolymitani regni summam, Nabatheis, primò, mox Romanis patrum regnum prodidere.

De Hierosolymitanis ducibus.

Nec eo bello quo Hierosolyma orientis olim clarissima excisa sunt, aequē aliud funestum ciuitati

fuit, & exitiale quàm Eleazari, & cæterorum ducū discordia: horum dissidium non minus obsessam multitudinem intus afflixit, quàm foris Romanus hostis, qui mœnibus hærebat.

De Obelerio & Beato, Venetis ducibus.

Rem Venetam adolescere incipientem Obelerius & Beatus fratres, dum diuerso uiuunt ingenio, parumq; concordi animo in summa rei administranda in apertum discrimen adduxerunt, ciuitate tam graui & ancipiti bello implicata, ut propiores fuerint periculo qui uicere.

De Varnensii clade.

Nobilitauit Varnam in ora Pontici maris Christianus cruor patrum memoria, fuitque nostris hominibus pugna illa funesta & calamitosa, non magis hostium uirtute quàm Christianorum ducū discordia: nam dum quisque per se properat uicere, omnes unā uicti sunt, atq; occisione occisi.

De Gallis ducibus.

Celsisset Gallis Syriam Gothifredi Bolyonij ductu & auspicijs inuadentibus, post Antiochiam campam multo diuturnior de Hierosolymis, cæterisque eius terræ urbibus uictoria, nisi ductum discordia intercessisset, quæ in causa fuit, ut si qua lætitia orta est ex ijs, quæ postea feliciter gesta sunt, plus nimio fuerit Christianis hominibus breuis, & uictoria ad postremum irrita.

De Italorum Ducum discordia.

Superuacuum sit, credo, memorare quoties, & quibus locis ualidissimi exercitus in Italia sint aut deleri, aut malè habiti suorum ducum discordia: sic circa Æmyliam patrum memoria pontificiæ & sociorum copiæ in Bononienses missæ à Nicolao Picinino, ducibus inter se dissidentibus per occasionem fusæ, fugatæq; sunt: sic Venera clasis in Pado deleta, præfecto clasis à Carmaniola discrepante: sic Philippi Vicecomitis res haud uno loco periclitatæ sunt, tacita ducum æmulatione, aut parum feliciter administratæ.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,

& primum de Aristide.

Quam ciuili & senatoria dissensio sit non semper utilis, sed obesse etiam possit uehementer reipublicæ, memorabilis uox Aristidis Atheniensium optimi facile declarat, cui cum ciuili administratione parum conueniret cum Themistocle (erant enim ingenio & moribus diuersi) (constans hic & æquitatis amicus, ambitiosus ille & temerarius) solitus dicere est, reipublicam Atheniensium nunquam incolam futuram, nisi se, et Themistocle in barathrum coniectis.

De Achille & Agamemnone.

Lògè uetustior res est, sed ab eo quod nunc agitur non aliena. Græcis ad Troiam sedentibus nihil æquè obfuit, ac regum discordia, quæ multo sæuior Danais incubuit, quàm aut fames, aut pestilentia: fuit enim hæc breuis, & paucorum dierum, sed cædes quæ ob Achillis secessionem est ipsi genti ab hostibus illata, fuit omni calamitate calamitosior.

De Pericle & Cimone Atheniensibus.

Nec Periclis & Cimonis æmulatione Atticæ profuit ciuitati: hinc sæuentis populi fœdæ illæ tempestates, Pericli uiro summo, medio belli ardore alienis stimulis concitæ, ut uel quæ utiliter fierent, essent ipsi duci inuidiæ.

De Pelopida & Epaminunda Thebanis.

Exercuit idem malum rem Thebanam aliquandiu, Pelopida hinc reipublicam, illinc Epaminundam ab initio trahentibus: tulit eos patria dissentientes, quæ mox reipublicam cõcordi animo administrantes ferre non potuit.

De Hannibale & Hamone Carthæ.

Iam uerò si quis Hannibalis fremitum indignantis atredat, nihil huic dubium erit, quin Hannonis eum eo duce, & Barchina domo simul plus Romano populo contulerit uictoriam, quàm Metaurus & Adrumetum.

De Fabio Maximo & Scipione.

Quid, quòd si Fabio Maximo esset obtemperatū, Scipio nunquam exercitum in Aphricam deportasset? potuitq; duorum dissidium Romanum populum nobili uictoria priuare, quæ breui secuta est, ac nescio an etiam efficere, ut Italia Punicis armis diutius premeretur.

De Pompeij & Optimatum discordia.

Nocuit Romano imperio, immò ipsi libertati in tempestina optimatum conspiratione, quæ Gn. Pompeium post clarissimam uictoriam à se alienauit, quòd eius acta probare noluisse: ex eo quidem fonte omnis reipublicæ labes redundauit, ac ciuilia bella quæ deinceps secuta sunt, ex funesta illa contentione profecta uideri possunt, quæ libertatem & imperium euerterunt.

De Catone & C. Cesare.

Accessit his malis acerbus & exitialis M. Catonis stimulus, C. Cesarem hostiliter insectantis, uiri alioqui iusti, & æquitatis amicissimi: fuit tamen in expiabile illud Catonis odiū, iudicia & damnationes denunciantis armato duci ciuili belli classicū, ut meritò Cesar credi possit magis huius & aliorum emulacione percitus, quàm dominant di libidine ex ciue hostis factus, & qui princeps esse uoluisset, ne legibus cogi posset, sit tyrannus uerius quàm Dictator factus.

DE PRIVATIS HOMINVM AF-

fectibus. Cap. IIII. De

Christo.

Vnigenitus Dei filius, qui ut hominè redimeret, homo & Deus esse uoluit, nūquam risisse dicitur: idè infremuit spiritu, ingemuitq; fleuit aut nonnunquā. qui affectus & si hominū sunt, nisi in uerè sapientem non cadunt, sed cæteros homines aut ars, aut natura effinxit: ipse qui Deus fuit, talis quidem esse uoluit.

De Samfone.

Samson (cuius uetustior est fama) mortalium fuit fortissimus: mirum est, quod de eo prodūt diuinæ literæ, fuisse robur illud hominis in capillis, quibus defectis uinctus sit, & illusus ab ijs, quibus terrori fuerat, ac sæpius exitio.

De Solomone & alijs illustribus uiris.

Sed q̄ hic fortis & ualidus, tā nec minus sapiens Solomò, tā iracundus & impacabilis Saulus, Iob patiens, Ioseph iustus, Machabæus Iudas audax, tā fati dicus Dauid, quib. sua cuiq; uirtus adeò insigniter affuit, ut unū in suo genere sempiternū sit nomē adeptæ, trāsgressus, scilicet humanitatis fastigiū.

De Mose & Helia.

Quòd Moses & Helias in quadragesimum diem ieiunium extenderint, quia humana conditio fidei repugnat, ut piè ita uerè cœli prouidentie imputabit.

De Petro Bariona.

Fleuit Petrus Bariona apostolorum princeps, ter suo rege abnegato, exijtq; affectus ille nō in tridui solum, sed in omne uitæ tempus, ut quoties tristis illa inconstantia suæ recordatio subiret animum, ubertim flere sit solitus.

De Francisco Assisate.

Francisci Assisatis contemplatio adeò uehemens fuit, & affectus plena, tam tenaciter Dominicæ passioni inherens, ut sacratissimi corporis stigmata eodem numero, suisque locis sint precantissimi repretentata,

sentata, per quæ fortissimus Christi miles est signifer factus.

De Catharina Senensis.

Catharina Senensis tulit & ipsa suo corpore redemptoris stigmata, Assisianæ, scilicet, pietatis & meditationis æmula.

De Io. Scoto.

Prædicari audio Io. Scotum, quo nemo subtilius diuinas tractauit literas, animo linqui solitū, ac uelut exanimem eodem quo deprehensus esset loco, per diem interdum & amplius immobilem sedisse mente, & sensibus sopitis, aut cæcè procul à corpore aberratibus: atq; ita demum ab hominibus eius reiggnatis pro defuncto elatum.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,

& primum de Aristeæ

Proconesio.

Tale quiddam passus dicitur Aristeas Proconesius, cuius anima solita sit euagari relicto corpore: quam nacti occasionem eius inimici corpus ita affectum flammis concremarunt, estque meti peregrè redeūti uelut uagina gladio adempta.

De Epimenide Cretensi.

Epimenides Cretensis l. dormiuit annos subter rano specu. Cæterum tatum abest, ut res pro falso refelli possit, ut & ipse quosdā agnouerit, & in his fratrem adhuc superstitem: est uerò & ipse à suis agnitus, tamen puer admodum amissus, eius sapientia celebris fuit in Græcis, nec ætas minus insignis, quæ centum quinquaginta sortita est annos.

De Socrate.

Iam uerò Socrates, si uera sunt quæ de eo traduntur, semper eodem fuit uultu: eadem illi temperies animi affuit, cum uxorem duxit, quæ & cum uenenum bibit.

De Timone Atheniensi.

Tam tenax affectus nec minus fuit in Timone Atheniensi, sed toruus & detestabilis: nam ut in hoc de quo nunc dixi fedatus & mitis, ita in illo atrox & humano generi infestus.

De M. Crassi auo.

Marci Crassi qui Parthico bello perijt, auus Græca uoce Agelastus est dictus, quia nunquam ridere sit uisus: ut minor Antonia, quæ Druso Augusti priuigno nupsit, nunquam spere.

De Vergilio Vate.

Vergilius Vates suspirabundus, ubique obseruatus est, unde facerem illud Augusti responsum inter hunc ipsum sedentis, & Flaccum Horatium, qui ab oculorum lippitudine laborauit, rogatus à quodam amicorum quid ageret? Sedeo, inquit, inter spiria & lachrymas.

De Pericle & Nicia Atheniensi.

Retrahor nunc tacito admonitu ad exteriora exempli, quis non hoc naturæ imputet? fuit Pericles Atticus, fuit Nicias, æquales inter se autoritate & opibus, eundem ciuitatis principes, ingenio tamen tā diuersi, ut omnia huius opera, consiliaq; pacis fuerint illius armorum & bellici apparatus.

De Fabio Maximo, & M. Marcello.

Ex nostris quoq; hominibus duos dispari ingenio uiros secundum bellum Punicum illustrauit, M. Marcellum rei bellicæ adeò studiosum, ut per quietem nihil aliud quàm prælia meditaretur: & Fabiū Maximū, cuius cunctatio nō minus celebris defluxit ad posterum, q̄ Marcelli ferocia manauit.

DE HONORE DOCTRINARVM

studijs exhibitio. Cap. V.

De Abrahamo.

Agyptū ingressus Iudæorū optimus Abrahamus,

hamus, ignotus quidem omnibus, nec ipse quenquam indigenarum nouerat: uerum cum sacerdotibus eius gentis sæpius congressus, celestium & humanarum rerum uir scientissimus, breui in eam dignitatem uenit, ut ne principibus quidè eius ordinis cederet cultu & ueneratione: per quos regi insinuat, non solum domestico pudore integro regem coluit, sed agrum etiam quem coleret, dono accepit.

De Dauid.

Nullus unquam regum infestior fuit animo in omnes homines, minusq; placabili quàm Saulus Iudæorum rex: nec idem quenquam hominum infestius odit quàm Dauidem, quem ab adolescētia plus nimio habuit inuisum: eius (ut credi par est) in dolem ueritus (semper enim aliena uirtus formidolosa fuit tyrannis) aut certè quia inunctum à propheta non ignoraret: uerum & si grauitè odisset, Musicen tamen in eo complexus, accersuit nonnumquā ad se, & canentē hilariter & periuicè audiuit.

De Mose.

Quid rogo, quid secundum numinis prouidentiam affuit Mose, quapropter tāta uis mortalium unum hominum credidit? ut pacatam & deliciosam terrā fugiens, per deserta & deuia loca, quod nunquam uiderant solum tanto studio & labore quæsiuerit. Nisi diuinarum rerum scientia, humanarumq; peritia à primo mundi exordio illi contigisset, nunquā genus hominum contumax alioqui & seditiosum, tam patienter & ducem & legumlatorem tulisset: ualuit, scio, multum antiqua pietas, sed hanc ipsam in constatione uiruli haud dubiè antiquasset, nisi uiri autoritas intercessisset.

De Ptolemæo Philadelpho.

Ptolemæus Philadelphus septuaginta senes bibliacæ historiæ scientissimos ab Iudæa usq; in Ægyptum uocauit: quos regia urbe acceptos hospititer & benignè coluit, eorumque interpretatione cupidè complexus, magnis à se muneribus donatos honorificè dimisit: neq; id genti datum magis quàm doctrinæ credere est, cum nulla tum gens esset in terris inuisior omnib. aut despiciatior q̄ Iudæi.

De Io. Campegio.

Sunt & nostri temporis exempla non uulgaria Io. Campegio Bononiensi publico decreto in Patuum gymnasium accersito, postea quàm eius accessus appropinquare dictus est: ob excellentem eruditionem, nominisq; celebritatem, à magistratibus urbis (quod nisi regibus, aut summis principibus dari consueuerat) à gymnasiarchis & omnifariam professoribus, ingentiq; officiorum frequentia itum est obuiam, ut nulla hominum memoria profectorem honorificentius acceptum uiderit Patuum ciuitas.

De Vicetina ciuitate.

Audiuit Vicetina ciuitas ex Rhetoribus nostræ ætatis Sabellicum obscuri adhuc nominis peregrè transeuntem: cæterum dicēdi facultatem in eo admirata, argentea patera magni ponderis, & quod plus fuit, ciuitate donauit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,

& primum de Syracusanis.

Ederunt & Syracusani non parum Euripidi poetæ, in cuius gratiam plerisque Atheniensium qui apud se seruitutem seruiebant, libertate donatos domum incolomes dimisere, quòd aliqui ipsius poetæ carmina memoria teneret: quāro plus ipsi carminū autori demum datur, si ijs qui bus curæ fuit illa discere, tantum tribuere.

De Dionysio Tyranno.

Vulgatiore fama est illud Iunioris Dionysij, sed

is cui honos ille est exhibitus, nō patitur rem silentio præteriri: ex Athenis in Siciliam à tyranno accersitus Plato, naui in qua ueheretur ad id in Atticā missa, ad insulā delatus egressusq; uitrata nauis in litus albis est quadrigis à Dionyio exceptus, ac triumphantis more ante nobilissimę ciuitatis oculos præteruectus.

De Alexandro Macedone.

Adeptus Alexander Macedo post Dariū prælio uictum, scrinium in regia præda ex auro & gemmis fabrefactum, sciscitatus ab ijs qui Persicę erāt luxurię non ignari, ecquis nam esset tam preciosi operis usus: ubi regia audiuit in eo unguenta seruari solita, quin, inquit, rei magis preciozæ sit post hac custos, Homerumq; in loculo clausit: dignus ipse qui præconem quem Aecidæ inuidit, esset aliquādo sortitus.

De eodem Alexandro.

Nec Pindaro uati parum est ab eodem rege datū, qui Thebis bello captis, cum urbis excidio immineret, edixit ut à Pindari penatibus & eius familia omnis uis bellica abstinere.

De Atheniensibus.

Beroso ob uerissimas rerum prædictiones statum posuere Athenienses inaurata lingua, amplissimum Græcię concilium eisdem Hippocrati, quos & Herculi honores decreuit. Antonio Musæ medico Romana ciuitas statum Æsculapio proximam, ob Augustum morbo seruatum.

De Pompeio Magno.

Gneius Pompeius, qui cum maior Augusti auunculus, C. Cæsar de summa rei armis dilectauit, cū clarissimam ex oriēte uictoriam reportaret, omnes liberalium artium professores Rhodi audiuit, auditos amplius muneribus donauit. Porsidonij ædibus Stoicę disciplinæ uiri tū fortē ægrotantis, eos submisit fascēs, quibus se torus oriens submiserat.

DE HOSPITALI URE.

Caput VI.

Cvm multæ sint necessitudines, & multa uincula & iura, quibus homo homini iungitur, nullum propemodum maiore sibi religione sanxit uita, quàm hoc quod hospitale uocāt, de quo tanta ab initio recepta est opinio, ut ad illud uindictam Iouem è cælo lapsum fabulata sit uetustas. quidam ex philosophiæ affectatoribus cum de officijs (quibus magna pars uite continetur) differeret omnia cognationis & affinitatis iura, huic uni post habenda censuere.

De Loth uiro iustissimo.

Videntur mihi ij qui ita statuerunt, non minus uitæ consulere quàm æquitati uoluisse: hospitali enim iure sublato, nulla inter homines esse poterit uitæ societas: uiderunt hoc alij, sed omnium maximè uidit & custodiuit Loth uir iustissimus, qui duas filias uirgines multitudini conditione obtulit, si ab adolescentium stupro abstinere, qui ad se nuper diuertent: erant hi cælestes nuncij, cum homines crederentur: cæterum tanti fuit hospitalis illa pietas, ut unus omnium sit cum tota domo seruatus, Sodoma propinquisq; urbibus cælesti flamma pariter consumptis.

De Abrahamo.

Fuit huius æqualis Abrahamus, magno & ipse hospitalitatis exemplo hac parte censendus, qui in Mambrea ualle ante tabernaculi ostium sedens, omnes peregrē transeuntes comiter inuitabat: meruit pia illa comitas cælestes hospites, quos munificus senex lacte pauit, butyro, & uirulina carne, panēque cineritico, pedes lauit, deduxitq; officiose abeuntes.

De Gabaonita hospite.

Magna & in Gabaonita hospite fides, q ut Leuitę

A hospitis sui coniugem ab corporis iniuria uindicaret, filiam intemperanti iuuenem cœtui, qui hospiti imminabant, ad stuprum obtulit, equiore animo domestica labem, quàm alienam laturus.

De Siluestro Ro. Pontifice.

Non potuit Siluester Ro. Pontifex Timotheum hospitem suum ex Antiochia profectum in colūmę præstare, quia Christianæ esset fidei cultor: eo inuito & dolente ad supplicium arreptus est, martyriūque cōsumptus: præstitit quod potuit sanctissimus Pontifex, extinctum humi condidit, ac quàm comiter uiuo hospitium detulerat, tam piē mortuo sepulchrum detulit.

De Gerbonio Populoniensi.

Multum præstat qui quantum in se est, iniuriam arceat ab hospitibus, sed plus omnino qui hospitalia iura suis rebus præfert, mauultq; propriam domum quàm hospite periclitari: uerum qui se mori deuouet pro huius incolumitate, is omnium maximè spectandus, quod Gerbonius Populoniensis antistes fecit: qui dum suos pertinacius tegit hospites, qui à Torila ad supplicium requirebantur, ipse Barbari regis iussu, uisum lanitui obijcitur innoxius, quę res ruborem regi imposuit in eum sequenti die, cui fauissimæ ferę pepercissent.

De Gregorio Ro. Pontifice.

Nullius in hoc genere plus ualuit studium quàm Gregorij Ro. pontificis, q cū ex foro, compitis et tota urbe accerteret quos piē hospitaretur, Christum meruit ignoto habitu hospitem habere: nam sic ille opinatus est, postea quàm ex omnium numero quos conuiuio admoueret, unus repente euanuit, uisusq; est sibi per quietem moneri equum & bonum fuisse, ut qui toties membra conuiuio admouisset, admoueret & caput.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, & primò de Cimone Atheniensis.

Pari in hospites affectu fuit & Cimō Atheniensis, sed aliud omnino quàm hic cuius nunc hospitalitas signata est, studium secutus: is omnia ad pietatem retulit, ille ad gloriam, & nominis celebritatem: cæterum quocunq; Cimon consilio id fecit, priuatos lares in publicum uelut hospitium uertit, quod iuxta ciuibus, peregrinisq; pateret, prædiorum fructus omnibus legere uolentibus proposuit, nullum fuit tempus quo non hospitalitati indulgeret: est proinde & à Cratino diuinus, & in hospites officiosissimus hominum iudicatus: & Critias tyrannus cum Scopadum diuitias sibi optaret, & uictorias Agefilai, adiecit Cimonis liberalitatē. Atheniensis ciuitas (quod satis constat) publicum illud in hospites studium tota Græcia celebratum, Cimonis munificentię tulit acceptum.

De Lycha Lacedæmonio.

Fuit & Lychas Lacedæmonius hoc clarus nomine, qui in Gymnicis agonibus peregrinos Lacedæmonem abeuntes comiter excipiebat, benignoq; fouebat hospitio.

De Træzenijs.

Sed exempla hæc priuatorum, illud uerò publicū & omni æuo duraturū, eo quod Medicis temporibus Træzenij Atheniensium uxores & liberos metu hostium patria eiectos in urbem accepere, acceptos publica pecunia abluerunt, edictumq; est ut pueri unde uellent, impunè sibi fructus legerent.

De Iubio Paciaco Hispano.

Nec Iubij Paciaci Hispani fides parum memoranda, cuius opera, hospitaliq; affectu octonos menses, M. Crassus profunda spelunca lauit in extrema Hispania, quo tempore pater eius & frater à C. Mario

Ario ciuili bello interfecti sunt, ipse celeri fuga delatus cum decem comitibus in altam sese speluncam illatebrauit: hic non solum rurus fuit subij silentio, sed benignè etiam cultus, ut non modò cætera corpori necessaria nō defuerint, sed superfuerint etiam omnium uoluptatum instrumenta.

De Pacuio Campano.

Accepit hospitio Annibalem Carthaginensium ducem Pacuuius, longè princeps Campani nominis: cuius filius Romanis gratificaturus Pœnum hospitem super cenam interficere cogitauit, peregrissetq; haud dubiè feroc iuuenis audax facinus, nisi paternis precib. & lachrymis uictus (placuit enim cum patre priuquam conuiuium iniretur in consilium communicare) proposito abstinuisset: potuit ille excidium, quod Campano nomini imminabat, sua dextera redimere, nisi pluris hospitem patris sui fidem, domesticorumq; larum præsentiam, qui tanti hospitis cæde erant polluedi, quàm patrię ciuiumq; salutem fecisset.

DE PROSPERA FORTVNA.

Cap. VII.

Fortunam nil aliud esse philosophorum quidam arbitrati sunt, quàm inopinatum rei euentum: nec his multi numero assensu sunt: sed multo maior pars hominum longè aliter opinata est, esse Fortunam deam quandam, cui potestas sit res humanas ad libitum uertendi, quæ cæca sit, uolubilis, inconstans, casu gaudens non ratione: desperare incipientibus sæpe aridens, secundis rebus infesta: & stulta mortalitas circa hæc caligat, cum multo æquius queant omnia, quæ sunt ad diuinam prouidentiam referri: uerum quādo ita per sua sum est, ut magna sit uis fortunæ in utranq; partem, quibus hominū maximè obsecuta dicatur, breuiter censendi sunt.

De Mose.

Nefas sit, reor, nefas & impium ea quæ in Mose euenerunt, cæcæ sorti, fortunæq; uoluminibus, non diuinæ uoluntati imputare: sed si quis uulgo temerè accesserit, nonne nouum putet & inauditū, deam, quam stulti fingunt, tam nouum huiusmodi? Infans Moses parua inclusus cista, & in Nilum proiectus, cum sine spe ulla salutis ueheretur, crocodilo, cæterisq; beluis id flumen natantibus præda esse potuit: cæterum suo uagitu proditus, à regis filia & cœtu puellarum cum plausu excipitur, sitque regiæ domus alumnus, mox regni successore destinatus: ex seruo ingētis exercitus imperator factus Æthiopicum bellum confecit: eundē, ut inconstans est & uaria, repudiavit, repudiatū exilio damnauit, damnatum restituit, suæque genti uindictam ducemq; designat: in allerda libertate per medios fluctus pelagi pedestrem ducit exercitū, per desertam & inculta loca alit: ingētes hostiū exercitus inermis fundit: legibus populū instruit: sed qui hæc fortunæ opera credit, cū Leucippo delirat, qui cœlū & omnia quæ cælo teguntur, prouidentię ademit.

De Dauide.

An & Dauidi parum indulgisse dixerit, uanus hic uanissima rei cultor? qui ab ouium passione accersitus, rex inuictus est ex tot fratrib. minimis natu, aut quod penè puer Philistum immani statura uirum, quem omnis Iudæa formidauit, uno ictu ex prouocatione peremit, quod Saulum regem sibi infensum bis cedi opportunū habuit, cum hoste nunquam infeliciter conflixit, quod regnum furto adeptum breui recepit, inoffensa; uixit ualitudine ad extremum uitæ, prolemq; numerosam reliquit, & ex ea regem ex sententia designauit, ut posteritatis etiam securus moreretur.

De Solomone.

Solomon qui regnum per manus ab illo accepit, præter affluentes regni opes, sapientia humana omnes alios antecelluit mortales: ad quam cognoscendam ab extimis terris reges uenere. Templum omnium quæ in terris fuere, augustissimum condidit, conditum dedicauit: multa tam piē, quàm sapiēter scripsit: obijtq; grandis natu, liberis & regno omnium lumini: sed prouidentię sunt hæc, quæ prophanum uulgu mauult fortunæ fuisse.

De Aiotho & Gedeone.

Breuior fortunæ cursus in Aiotho & Gedeone, cæterum uterque suo conatu felix. Hic quod tres ualidissimas gentes, quæ Iudææ hostiliter imminabant, cum modica subitariorum manu, præter spem omnium nocte una affixit: ille quod seruitutis iugum ex fuorum ceruicibus excussit, Ægelone Moabitarum rege tyrannidem in Iudæos exercente ex occasione interfecto. Maior Bruti fama quanto, scilicet, Roma maior, quàm una Iudææ pars trās Iordanem sita. Cæterum huius indoles maior & felicior euentus: ille cum multis Cæsarem peremit, hic solus libertatem Brutus retinere non potuit, Aiothus retentam ita stabiluit, ut ætate una ipsi gēti incolumis manserit.

De Theodorico Gothorum rege.

Contigit & Theodorico regi non uulgaris felicitas, fuerunt hi Christiani nominis, est Ariana labe infecti: is Italię imperio potitus, uix tam feliciter est terrā ipsam adeptus, quàm pacatē postea annos sexaginta & amplius possedit.

De Nicolao Ro. pontifice.

Est etiam recens exemplum, quod patrum memoria accidit. Nicolaus pontifex maximus, Serzanæ in Hetruscis ortus, unius anni spacio per tres supremos dignitatis gradus magno fortunę, sed uerius prouidentię suffragio, ad pontificatus maximi fastigium euectus est.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, & primū de Homero.

Multi fortunæ indulgentia felices habiti, & si nemo uerè felix fuit unquam: cæterum alius alio successu usus est. Quo sit, ut non solum quæ bello geruntur censenda sint hac parte operis, sed quæ in reliqua etiam uita prosperè euenerunt: nam (si Pœricen spectes) Homerus non solum felix est habendus, sed omnium in eo genere felicissimus, siue operis fortuna, siue materia æstimetur.

De M. Tullio.

Si linguæ uis & dicendi facultas spectada est, cui fando unquā cōtigit, ut nō homo, sed eloquētia loqui crederetur? nō hoc Pericli tametsi fulgurare & ciere tonitrua sit dictus, non Hyperidi, qui Pericli proximus eloquentia floruit: non demum ipsi Demostheni, quem dicendi ui nullus potuit æquare, unus M. Cicero felicitate quadam adeptus est, ut eius nomen pro eloquentia in ora hominum abierit: is dein Catilinam urbe expulit, Antonium proscriptit, Agrariam legem abrogauit, & quod omnium felicissimè illi contigit, Latinum sermonem non auxit solum, sed longè etiam lateq; propagauit, quod multo pulchrius fuit, quàm si Romanum auxillet imperium.

De Agefilao Lacedæmonio.

Age nunc, & quando de arrium successu in diuersa parte operis sua erit relatio, ad ea reuertamur, in quibus mortalitas sagacius fortunam expedit, quæ adeo in bello ind. uisibile credita est Agefilao Lacedæmonio, ut Critias Atheniensem tyrannum inter pacatæ, quæ sibi optare sit solitus, Agefilai uictorias omnium impensissimè optauerit.

De Alexandro magno.

Maiores Alexandri felicitas, imò omnium maxima in re bellica, qui penè puer in domanda Græcia ad eò Philippum patrem iuuit, ut Macedonum primus in sacram Thebanorū opibus fractis, omnem Græciam ad imperium retraxit: in Asiam transgressus triplici prælio Persarū regnum, quod tamen maximum fuit in terris euerit, ac penè plura perpetuo uictoriae cursu subegit regna, quàm ceteri duces urbes: & quod omnium prosperissimū fuit, trium prope annorum spacio ab Europæ limite, ad Gangem Macedonica promouit arma.

De C. Cæsare.

Par felicitas in bello contrigisset & Cæsari dictatori, ac nescio an maior etiam nisi ciuilibus belli nefas, decus alibi parum ad extremū deturpasset: nullus imperatorū læpius collatis signis dimicauit, nullus prosperius ad centū milia perduellionū bis una die caesa, nullus ferociores uicit gentes: Europam egedo domuit, Africam consilio, Asiam celeritate.

De Pompeio.

Gnei Pompei proxima felicitas, de omnibus terris triumphauit, Africa, Asia & Europa, ante imperator quàm miles, prius triumphalis quàm senator, aut consularis: nullus Romanorum ducum de tot gentibus uno die triumphū egit: nullus Romanorum ducum uictor tot percurrit terras: mille castella ex hoste cepit, urbes obtingens, parem nauium numerum. Sed præclarū hunc fortunæ cursum, ciuilibus belli infamia fœdauit, quod extremo uitæ tempore gessit, aut quia uoluntarium fuit, aut certe quia non necessarium.

De Scipione Africano.

Indulset & Scipioni non parum imaginaria hæc potestas, quam sibi stulta mortalitas effinxit: is cum per ætatem adhuc magistratum capere non posset, extraordinarium imperium adeptus, quatuor Carthaginensium duces, & totidem exercitus Hispania expulit, omne Hibericum nomen quod Punico cesserat imperio, ad Romani nominis obsequiū retraxit: mox & Africam adeptus, nocte una bina castra, binosq; deleuit exercitus. Syphacem regem Romani nominis hostem cepit, Carthagini castra admouit, Hannibalem ex Italia reuocauit, & ad Zammam ingenti prælio uictum ad eam desperationem compulit, ut qui fax belli, duxque ab initio fuerat, perteredæ sit pacis suis ciuibus impulsor uerius, quàm autor factus.

DE SVBITA MUTATIONE FORTUNÆ. Cap. VIII.

Sapienter fecisse uideri possunt, qui fortunam uolucrum, cæcam, uariamque finxere: nihil certe hac una (si quid illa est) inconstantius, nihil magis uariabile, nunc blanda & indulgens, nunc fæua & infesta: nec ullis infestius irascitur, quàm quos indulgentissimè fouit, sitque ex matre subitò nouerca, ex nouerca mater: nec si queratur causa alia reddi possit, quàm quòd ita libeat, quòdque incertè sortis sint res humane, circumscribit tamen sese stulta mortalitas, prudētiamque reputat suam, tanquam homo semper sapiat, præsertim in rebus subitis & inopinis, in quibus ne sapientes quidem satis sibi sapiunt.

De Mose.

Nam quis per Deum Mosem non sapientem arbitretur? tamen cum talis esset, post Æthiopicam uictoriam, cū luctum & terrorem qui Ægypto imminebat, in hostes uertisset, alereturque iam certam spem regni per successorem in displicendi, repente sunt illi omnia mutata, perierat nisi fuga solum uertisset, estq; repente ex duce exul factus, ex successore

re infestissimus: pauit proinde alienas oues diu in Troglodytice: reuisit demum iactem fortuna, sed prouidentia uerius dixerim, & qui nuper seruirebat, ut par regi obijcitur, qui oues uersabat, sexcentis hominum milibus præficatur, qui uni Batuli erat notus apud omnes, omnibus sit gentibus illustris, & demum qui suæ erat libertatis indigus, sit alienæ auster. Usque ad eò uis hæc (quæcunq; est) omnia humana uersat, lætis tristitia miscens, & læta tristibus, nulla re magis quàm uarietate gaudens, & qua non expectatur ferè se ingerens.

De Israële.

Fuit is, qui tā uariè iactatus est ab Israële prognatus, in quo nescias maiore sanctitas fuerit, an prudentia: est tamen nihilo secius humanarū rerū inconstantiæ expertus. Nam cū opibus & liberis Chananeorū esset longè princeps, orbatu reperè filiorum charissimo: sequitur hunc luctum dira fames, & qui cæteris mortalibus opulari erat solitus, ad alienas cogitur opes confugere: torquet senè desiderū decem filiorū in longinquā frumentatione profectorum, additur duplex luctus & obfidis relicti, & alterius filij in suspectā terram ablegadi, & unius uinax senectus tot modis torquebatu, cū & is què diu luxerat, & quibus demū timebatur repente restituitur, eamq; terram quam nuper impensius horrebat, Iosippi cupidus natali solo prætulit: in Ægyptū cū tota domo profectus, ubi honorificè à rege acceptus, agrumq; ex sententiā adeptus, in ocio & diuitiarum affluentia extremum uitæ tempus exegit.

De Iob.

Quid magis subitum esse potuit, quid minus euitabile, quàm cum subita domus ruina cohortem illam obruit filiorum unius senis, & si iusti & innocentis, humanis tamen casibus obnoxij? secuta est inuentorum, pecorum, frugum calamitas. Accessit ærumnarum cumulo fœdissima tabes corporis, & putrescentis dira mendicitas, ut ex omnium nuper florentissimo miserimus haberetur: sed quàm precipiti lapsu corrui, tam celeri recursum omnia quæ amiserat, recepit.

De Dauide.

Et ut clara nomina sapius repetantur, nā sic melius quàm si obscura ponerentur, Dauid rex ab exilio in regnū reuocatus est. Regio deturbatus solio iterum sit exul, eiecto & extorri ac sibijpsi diffideti, eadem illa fors inconstantiæ alumna diadema restituit.

De Ioa.

Pari ludibrio, sed cur non prouidentia potius dicatur? Ioa cum in crepundijs esset, omni uirili stirpe Dauidicæ gentis crudelissimo Athaliæ imperio uno die extincta uita donatus est, regno spoliatus: puer tamen adhuc regnum recepit: receptum turpiter amisisset, nisi illud aliquanto turpius omni reggia gaza fuisset ab eo redemptum. Ad postremum, ferrū, quod infans aliena effugit solertia, sua ipsius effugere non potuit.

De Gregorio septimo.

Gregorius septimus, qui ita fregit Henricum tertium, ut brumali tempore nudis pedibus ad se ire cogerit, in Adriani molè metu cōpulsus, Romam uidit à Normanis incensam, & Clemētem aduersus se pōtificem creatum. Postremò ne in urbe quidem ubi dignitatis fastigiū fuerat adeptus, cōtigat mori: nullus Romanorum pontificum maioribus est fortunæ fluctibus iactatus, nullus susq; deq; magis utranq; uicem pertulit, ut prouidentia factum uideri possit, quoad humanæ uitæ exemplum fortuna & uirtus in uno componerentur.

De Sarra Columnio.

Subijciam his quæ uetustiora sunt, duo recentis memoriæ exēpla: erat Sarra Columnius facillè princeps Romanæ ciuitatis, autoritate, opibus, sobolis præstantia:

præstantia: quippe cui duo erāt filij in supremo antistitum ordine collocati, gestabantq; puniceū galterum, quod uix duobus alijs datū facillè reperias: & cum is ita opibus & dignitate floreret, subito fortunæ reflatu uerius, q̄ Bonifacij insectatione (fuit is Ro. pontifex huius nominis octauus) repete afflictus, filios dignitate priuatos, & in ordinē redactos uidit, castella circa urbē suę ditionis direpta & incēsa. Ipse hostis iudicatus, & à p̄donibus captus, disimulata p̄sona seruitutē maluit seruire q̄ fateri quis esset. Reuisit eū fortuna, ac Malsiliæ agnitus, redemptusq; à piratis, cū modica manu in Italiā reuersus pontificē incautū opprimit, in uincola conijcit, coniectū luctū & pedore carceris confecit: princeps locus recipitur, restituitur filij, opes ampliatur, maiorē fortunæ ludibrio, an obsequio ne ipse quidē expedire potuerit, qui per hæc exercitus est.

De Ludouico Sfortia.

Vno uictus prælio Ludouicus Sfortia florētissimò excidit principatu. Sed uix tā celeri desperatione celsit, quanta paucis inde mēsis uirtute & indole Mediolanū & circumiectas urbes recepit, exercitum instaurauit, Gallos percussit, eratq; iam uictor, cum recetior uis multò priore infectior in hostium potestatem deiecit, subita militum defectione proditum, ut in tam breui successu ampliatus à fortuna dici possit, non adiutus.

De Neapolitano regno.

Sed nulla unquam scena tam uolubilem egit fortunam, quàm sese ipsa his paucis annis spectandam præbuit in Neapolitano regno. Tradidit Ferdinandus senior regnum per manus Alphonsi iuniori: is eodem anno quo regnare cepit, Gallorum metu regnum Ferdinando filio reliquit, Galli, qui Caroli octauū ductū bellum intulerant, Ferdinando eiecto omnia occupant, Carolo abeunte intra annum, Ferdinadus Neapolim cum regno recipit, recepit moriens Federico paruo tradidit habendū: is à Ludouico rege qui Carolo successit, pellicitur. Galli demū ab Hispanis qui ex fœdere in regni partem uenerat, non uno prælio uicti, Caieta nouissimè deijciuntur, & per hæc fortunæ uolumina penè plures numerantur reges, quàm anni à maioris Ferdinandi interitu ad Hispanorum uictoriam. quæ rerum inconstantia fecit, ut iam sit illud in ore multorum, esse Neapolitanum regnum abno perquam simile, qui clitella cum sarcinis deiecta sitit cursum, & agalōnem respicit, onus iterum subiturus.

DE ETHNICIS EXEMPLIS.

THæc nostratia quamquam interim pauca, nā nulla in re pluribus abudamus exēplis: uerū sint hæc licet non pauca, Ethnicorum tamen ut in cæteris uberior erit materia, qui non solū fortunam aliquid esse crediderunt, sed consecrarunt etiam, templumque huic unus præpotens populus non uno loco statuit, sed cur statueret nō debuit maiorum uanitate imbutus?

De Seruio Tullio.

Seruius Tullius, cui regnum incidit in ipso turbis primordio, nulli deorū tulit acceptum præter quàm Fortunæ, quòd ex seruo regnum esset adeptus: sed cui potius referre potuit homo in Cimmerijs ortus tenebis? ex serua seruus natus, diadema tulit: excussit id insigne illi subita fortunæ mutatio: solio deiectus præceps ex curia agitator, crudeliter interficitur, & quod omnium atrocissimum fuit, filia per iacentis corpus egit curram.

De Lucio Metello.

Lucius Metellus, qui quindecimuir fuit, magister equitū, bis consul, pontifex maximus, primus elephantos in triumpho duxit, cui decē illa ornāmēta affuerunt, quæ felicissimo ciui, ciuitate felicissima possunt cōtingere: fuit enim strenuus bellator, ora-

tor optimus, imperator felicissimus, maximas res suis auspicijs gessit, summis honorib. usus, insigniter sapiens, senator ornatissimus, pecuniam honesta ratione quæsuit ingentem, plures liberos reliquit, clarissimus fuit in clarissima ciuitate: Cæterum ne fortuna cum uno semper eadē esset, hunc felicitatis cursum subito reflatu damnauit, priuauitq; hominē luminibus, ne non his tantum quæ in eū indulgenter cōtulerat, bonis frui posset, sed etiam ut luce illa & splendore in quo uiuebat, priuaretur.

De Fustidio senatore.

Proseripit L. Sylla Fustidium senatorem, seruatusq; est magis casu, quàm hominum cōsilio: idem postea annos sex & triginta à fortuna ampliatus in Antonij, Lepidi & Octauij proscriptiōne incidit, & quod ipsi sit fortunæ magis inuidiosum, cōstat tum demum proscriptum, nō quia hostis esset, sed quòd priore proscriptiōne seruatus.

De P. Ventidio.

Lustit in P. Ventidio fortuna, lustitq; ad derisum usq; mortaliū & uitæ huius ludibriū. Ventidius bis puer ductus in triumpho est: idemq; primus Romanorum ducū de Parthis triumphauit: & qui multo fuit à principio, mox in opem iuuentam in caliga egit, dux factus eam gentem bello fregit, quæ una omnium ad orientem iolem, Romanos fregerat conatus.

De L. Fulvio Tufculano.

Mirabitur omnis posteritas, nec fortassis sit fidei accessura, quòd unus aliquis de ea ciuitate triumphauit, cuius ciuis & consul eodem anno fuisset L. Fuluius Tufculi natus, & ciuis & cōsul cū ad Romanos quadam de causa transiisset, eadē dignitate suffragio populi ornatus, Tufculum prouinciā extra sortem adeptus, tam feliciter rem administrauit, ut Romanam triumphans reuersus sit, nouitate exēpli magis, quàm uictoriæ magnitudine ad posteros nobilis.

De altero Metello.

Metellus, qui fuit eius Metelli nepos, de quo insignis fuit capituli huius relatio à Catinio Labeone Tribuno plebis uiolenter in supplicium raptus, perijisset haud dubiè & ignominiose admodū eo cōsilio à Tribuno arreptus, ut ex Tarpeia rupe precipitaretur, nisi filiorum occurū Tribunorumq; intercessione agrè impetrata periculo subtractus esset: cæterum hic qui tam atrociter tunc periclitatus est, ex uictoria nō ignobili, Macedonici cognomen tulit: ac uita defunctus à quatuor filijs est rogo illatus, uno prætore, tribus consularibus, duobus triumphalibus, & uno cenforio: sed uix in hoc tantum boni, quantum iniuria illa contumeliæ, quāquam si paria sint, comparenturq; bona malis, nunquā tamen hæc cum illis equilibrium facient.

De Augusto principe.

Quàm indulgenter & in quàm multis fors hæc cum Augusto principe egerit, popularis illa Rom. ciuitatis acclamatio indicio est, in noua principum creatione, ubi in bonum omen sæpe est repetitum, felicior Augusto, Traiano melior: sed in hoc quoque magna censetur fortunæ uolumina, nondum xx. annos natus, cōsul fuit, Imperator ductauit exercitum, maioris auunculi cædem ultus est ad satietatem, grauissima bella Mutinense, Pharsalicum, Siculum, Perusinum, Ambracium, Ægyptiacū & Cantabricum, ex sententiā cōfecit. Ianum tertio clausit, terrarū orbis regimen ad se receptū, ad extremum uitæ pacatissimè rexit, & hæc bladiētis fortunæ. Ceterum hæc eadem tam sæpe est & atrociter aduersis interpolata, ut difficile sit iudicare an mortaliū quilibet fuerit illam uolubiliorem expertus: uicit ille ad extremum omnibus bellis, sed sæpe interim exagitatus est: bis maris sequitia classibus exutus. Italiæ fames uni imputata, inimicorū conuersiones, filia & neptis publicata adulteria, legionū cædes, am-

corum suspiciones, infelicitatis argumenta tā multa præter hæc & magna, ut difficile sit iudicare fuerit ne alternatio rerum & inconstantia subscribetis fortunæ, an blâdientis, quæ læna dulcissimos fauos manu ferret, dextra ablynthium.

De populo Romano.

Tot undique huiusmodi sese ingerunt exempla, ut nisi modus adhibeatur, difficile sit exitum inuenire: sit itaque satis ex domesticis hæc posuisse, quibus contenti esse potuimus, nisi unum superesset dignissimum relatu, quia sit publicum. Etenim quando unquam magis uariè lufit cæca & improba fortuna, quam secundo Punico bello? quam rem Romanam, quam ad Ticinum perculit, ad Trebiam fregit, profrauit ad Trasimenum, ad Cannas affixit, iacentem & proculcatam ad Nolam suscitauit, in Hispania erexit, ad Metaurū restituit, ad Zamam uictoriam declarauit: accidit sanè, quod nullo unquam bello, ut propiores fuerint periculo, qui demū uicere.

MARCI ANTONII COCCII SABELLICI exemplorum, Liber octauus.

DE CHARITATE ERGA PATRIAM. Cap. I.

RLato uir summus, & ueritatis amicissimus, nullam in terris maiorem esse charitatem arbitratus est, quam quæ cum patria est unicuique nostrum: hæc parens, hæc nutrix omnium, hæc artibus, opibus, disciplinis instruit, dignitatibus ampliat, omnia ad suorum ciuium commodum & ornamento refert: amat hæc, & uult ipsa amari, tuetur suos, nec uult negligi: & ut breuiter dicam, paria à ciuibus exigit officia, quod cuique nostrum præstat, suo iure repetit.

De Dauide.

Quale hoc sit, aut quantum quod patriæ deberetur, uidit sagaciter fortis & sapiens Dauid, & quod magis miretur aliquis, nō dum ex ephebis egressus, qui non solum pro patria, sed pro uniuersa gente, & si amicis dissuadentibus, imò deterrentibus Philistæo immanis staturæ uiro sese obtulit, cum quo Indegorū nemo audebat ex prouocatione congredi: subiit id certamen adolescens certo consilio, ut pro suorū salute aut cadere, aut pestem illam immanem tolleret: stetit pro tanta indole non tam robur corporis, quam cœli prouidètia: uicit, qui alioqui uincendus fuit, & qui casurus descendit in certamen, uictor ad regium est fastigium seruatus.

De Aiotho.

Nec Aiothus (quādo in claris nominibus omnis exemplorum ratio sita est) Ægelonem Moabitarum regem solus adortus esset, nisi patria illi fuisset charior uita, edidit itaque cædem tam insignem quam ad libertatem uindicandam utilem: uirtus hominis fiducia ingens, sed pietas multo fortius id facinus peregit.

De Esdra.

Quid Esdra quo & ipse fuit affectu erga patriam, qui diuinarum rerum scientia & sanctitatis opinione, Xerxi Persarum regi insinuat, primum illud, nouissimumque à rege petijt ac tenuit, ut ad urbem & templum instaurandum, cum suis popularibus ex Assyria liceret in Iudæam reuerti, maiore forsatis pietate cœsendus, quam qui urbem ipsam condidit: ille suorum commodum secutus uideri potest, hic solius patriæ: ille ut esset, effecit, hic ut extinta reuiuisceret.

De Placidia Honorij Cesaris sorore.

Imminebat Athaulphus Gothorū rex exidio urbis à se captæ, ut ea direpta & euerfa, aliam diuerso loco conderet, quoniā Gothiam pro Roma Athaulphus, qui in ea imperitarent pro Cæsaribus appellaret, ut per hæc omnis Rom. nominis memoria intercideret. Cæterum precibus tempestiuas; Placidia coniugis (erat hæc Honorij principis soror) dissuasione, proposito auersus tatum abfuit, ut dirum id consiliū sit executus, ut instaurator urbis dici uoluerit, non euerfor.

De Francisco Dandulo.

Extat Francisci Danduli exemplum ad posteros memorabile: quippe qui ut patriam ab ignominiosa Pontificis censura uindicaret, diu humiliter prostratus iacuit ad Clementis Ro. Pontificis mensam cathenis uinctus: sed patria cū eo mutua pietate certauit, suumque ciuem tanto sublimius exultit, quanto ille abiecius se & contemptibilis gessit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, & primò de Aristide.

SEd in nulla gēte populoue plura huiusmodi affectus exempla reperire est, quam in Romana ciuitate, quæ tatum ac nescio plus etiam exemplis ualuit, quam uetus Græcia preceptis. Nam tametsi Aristides uir alioqui iustissimus, ab officio deflexit pro patriæ salute, & Cratidia Cleomenis mater, ultrò pro patria se obsidem cum nepotibus obtulerit, Midias & Calliphron, Athenienses tametsi exules, deprecati fuerint excidium patriæ à Cornelio Sylla: sit & fama multò uetustior de Cædro rege, qui ultrò mortem pro patria oppetit, Romana tamen ciuitas maiora tulit, & plura iam hinc ordine dicenda.

De Mutio Scauola.

Quis unquam pro patria tatum ausus est, quantum Mutius Scauola? qui sine spe ulla fallendi hostem, Porfenam Hetruscorum regem ferro petijt, ut Romam seruitutis periculo eximeret: quid quod consilio destitutus, atrociter in seipsum sæuijt: ut rex illi iure iratus, sæuire desierit, supplicij atrocitate motus.

De Curtio equite.

Nec ciuis ullus unquam securior mortis apparuit Curtio, qui ut patria incolumis esset, prudens uolensque præcisa omni spe salutis, in profundam sese uoraginem præcipitauit.

De Decijs.

Clara Deciorum nomina, qui eundem affectum secuti se caputque suum dijs manibus deuouere: hic Latino bello ad Vesuuium, ille Gallico in Sentinari agro, uterque patriæ, Romanarumque legionum, quam propriæ uitæ amantior.

De Sertorio.

Quid Sertorius? qui quod res suæ in Hispania lætiores esse, maioribusque prælijs hostes uincere uidebatur, eò impèsius à Metello & Pompeio hostibus ducibus petere, ut positis armis liceret sibi tutò Romam reuerti, priuatum dictitans malle se iucundissimo patriæ aspectu frui, quam multarum urbium imperium obtinere.

De Pompeio & Crasso.

Marcus Crassus & Pompeius, quia Capitolini Iouis oraculo persuasum habuerunt, ad rempublicam pertinere, ut eo consulari abentres, quem discordi animo gesserant, cum fascibus odium & simultatem deponerent, in conspectu Romani populi inter se pacificati sunt.

De pluribus uno loco exemplis.

Huc spectat memorabilis Catonis exitus M. Bruti, C. Cæsij

41 ti, C. Cæsij cōstantia, Fabricij cōtinentia, Curiij pauertat, Camilli celeritas, huc ingens ille uirtuti committatus, quarum alia in alijs fuisse: quibus partum est Romanum imperium & auctum. alia ciuitates alio successu creuere, sola Roma uirtute creuit.

De Agesilao.

Reuocat nunc filium ad se uetus Græcia, & ipsa exemplorū non infœcunda. Agesilao Lacedæmonius, quo nullus Græcorum ducum maiorem ex re bellica laudem reportauit, quicquid sibi gratiæ ab externis gētibus, aut à ciuibus debebatur, id omne in patriæ, quæ illi charissima fuit, ulum & ornamentum uertisse dicitur.

De Themistocle.

Nec Themistocles nisi oppidò patriam amasset, tamen enixè elaborasset, ut is qui suffragio populi parū idoneus dux creatus esset, parumque reipublicæ utilis, pecunia corruptus, ultrò sese imperio abdicarit.

DE PRINCIPVM DILECTIO, ne in suos.

Cap. II. De Mose.

Nihil amabilius est miti & benigno principe, nihil ad urbium populorumque tutelam & salutem conducibilius. Nam quid per Deū optabilis est, quam ut ij, qui potestate & dignitate præstant, tantum suis prodesse uelint, quantum opibus & gratia ualent? perierat omnis Iuda in deserto diuino cultu aberrans, nisi Moses princeps gentis & dux, excidij, quod ipsi genti imminebat, esset à numine deprecatus, fauoremque diuinum à populo alienatum precibus impèsius reuoasset: quod nisi plurimum dilexisset, tam grauis culpæ deprecato rem se nunquam obrulisset.

De Helia propheta.

Helias propheticò spiritu inter suos longè princeps, cum cœli inclementia omnia laborarent, (totum enim triennij nihil è cœlo pluerat, ac iam prope erat, ut terra uictum negante, fame & siti animalia interirent) impensissimè Deum precibus fatigauit, suorum calamitatis miseratus, tenuitque; precando ut sua sit temperies terris reddita.

De Hestere.

Inuenit sibi facile locum inter tot illustria nomina Hestere mulier. Cæterum eadem gente orta, quæ cum Artaxerxis edicto, in cuius pellicarū fuerat recepta, ut omnes uno die Iudæi toto ipsius regno ex composito interficerentur, suæ gentis periculo comota, non leges, non regis edictum reuerita, quem prohibebatur adire, nisi accersita, adijt tamen suorūque excidium deprecata, nō solum pij uoti compos facta est, sed Amanem etiam, cuius suauis & impulsu fuerat id periculum Iudæis cōflatum, in eam sublaturum crucem uidit, quam dirus satelles Mardocheo parauerat puellæ auunculo.

De Iora Iudaorum rege.

Ioras in dira obscenâque, fame, cum ne à suis quidem partibus mulieres abstinere fame adactæ, rei atrocitate domesticaque; suorū clade percussus, scidit sibi uestes à pectore, regium nomen pertectus publicè testatus, multò impensius se dolere quod ciuitas hostibus circūfessa inedia conficeretur, quam quod ipse cum suo regno periclitaretur.

De Christo.

Sed omnium exemplorum magnitudinem superat Christi regis optimi pietatissimus affectus, qui adeo humanum dilexit genus (erat enim & ipse homo, licet Theanthropos) ut famem, sitim, æstus, frigora, peregrinandi, docendi, prædicandi labores tulerit, conuicia adhæc & probra, & demum ne crucis quidem patibulum expauit, acerbissimum genus

mortis: ut per hæc infelix homo, qui sua culpa ruerat, in integrum restitueretur. Benigni & munifici principis est, aurum & argentum spargere populo: sed pro suis uitam effundere, nō solum munifici est, sed beneuolentissimi.

De Gelasio pontifice.

Extiterunt in longissima Rom. pontificum serie Christi imitatores oppidò multi, & in his Gelasius, cuius pontificatus incidit in Theodorici regis temporibus omnium qui unquam Barionæ sedē tenuerunt impensissimè clerum dilexit, & ipse mutuo affectu ab omnibus dilectus, quod eo magis mirum est, quo rarior innocentia & popularitati locus in summa administratione relinquatur.

De Io. Particiatio Veneto duce.

Abdicauerat sese ducatu in Venetis Io. Particiatio: conseruata dein ciuitate Candiani ducis casu, qui in Narentanis cum tota classe uictus mortē occubuit: populi rogatu, tantisper dū nouus princeps crearetur honoris insignia recepit, ne quam interim cladem adiret respublica, exiretque hortatu & præsentia sua ciues mœrore affectos: mox uerò ubi nouus est dux in demortui locum suffectus, ultrò sese in ordinem redegit, docuitque præclare ut prodesse possis tuis, non præesse, publicos honores expecti oportere.

De Paulino Nolano antistite.

Paulinus Nolanus antistes, omnem suam Vadalicis temporibus, pecuniam consumpsit in Nolanis ciuibus redimendis, quia defectus seipsum in mæcipium hostibus dedit, ut uiduæ filius restitueretur: sed felix seruitus quæ non solum propria ipsius sit libertate, sed suorū etiam ciuium donata.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, & primū de Publicola.

FVit & in ceterorum hominū multis, hic in suos inritus à natura affectus, ut Valerio Publicolæ, qui ex ea re sibi cognomē inuenit: nocte una domum demolitus est, quam in Velia parte urbis paulo eminentiore ædificabat, quia ciuibus nō placere, suis orphanis & uiduis tributum remisit. Cōsul falces submisit, Rom. populo leges tulit, quibus Ro. est libertas stabilita: facile proinde consecutus, ut tam charus fuerit populo, quam charissimorum alius, par decus cum Bruto adeptus in morte, cuius in libertate afferenda adiutor fuit. nomē uerò omnino maius, quia populare.

De Cimone Atheniensi.

Cimon Atheniensis nō solum suos dilexit ciues, sed humani etiam generis beneuolentissimus fuit: is suos agros & pomaria ciuibus & peregrinis communia proposuit: si quem præterea grandem natu intuitus esset, trita aut sordida ueste amictū unum aliquem ex suis affectatoribus, quos ad hoc ipsum honestè cultos circa se habere consueuit, iubebat eū eo uestem commutare: erant & quibus negociū iniunxerat, ut pauperibus, & egenis occultè pecuniam subministrarent, qua in suos beneficentia cōsecutus est, ut comædiæ testimonio, diuinus sit homo appellatus, omniumque Græcorum optimus.

De M. Crasso.

Talis ac nescio an maior etiam in eo genere apud nostros M. Crassus, qui epulum dedit Rom. populo & tres minas uirtim: nulli ciuium suū patrociniū non libens impendit, nullum in uia nō resalutauit, fecitque; unus omnium popularem auaritiam, ex qua nemo antea gratiam reportauit.

De Aphricano maiore.

Scipionis uerò, qui maior est Aphricanus appellatus, memorabilis uox illa meritò est à multis celebrata, qua is sæpe in imperio usus dicitur, malle se unum ciuem seruare, quam mille hostes perdere.

De Tite

De Tito Vespasiani filio.

Titus Vespasiani filius, imperio potitus, tam mitis in omnes & clemens fuit, ut humani generis delicias, ciues & peregrini appellarent: ferunt cū nihil cuiquam negaret, à quodam familiariter rogatus, ecquid putaretne imperium tanti esse, ut omnia quæ promitteret, præstare posset? tantum dixisse ferunt, non oportere quenquam à principis conspectu tristem abire.

DE PRINCIPVM SÆVITIA

& crudelitate.

Cap. III. De Saulo rege.

NVnquam homo longius à se recedit, suæque naturæ magis obliuiscitur, quàm cum irascitur: hic demum affectus efficit, ut animal alioqui nobilissimum ad mansuetudinem & clementiam natum, multo sit feris similis quàm sibi ipsi, non rationis, non officij memor, iræ duntaxat indulgens quæ omnium perturbationum sola, metem suo loco dimouet & agit præceps: id cum alijs nihil obscure accidit, tū Saulo, qui primus rex fuit in Iudæa usque aded excaudescere solitus, ut non irasci, sed furere & lymphari crederetur. Enimvero regia appellatione nuper recepta, auditaque ab aratro suorum hominum legatione Hammonitarum iniuriā querentium, bobus aratorijs quos præ se agebat succidit crura, edito præfatus fore, ut sic non aliter disperirent, quicunq; sibi eo die ad Iordanem fluuiū non præsto in armis essent, eiusdem præceps illud & sequum in filium Ionatham iudicium, implacabilis in Dauidem iracundia, in hostem pertinacia, quæ ne fatali quidem celsit necessitati, perij tamē omnibus multo charior quàm uixit.

De Abimelecho.

Sæuior adhuc Gedeonis filius Abimelechus, qui dira regnandi cupidine septuaginta fratres crudeliter peremit, uno duntaxat, ex phalange tam numerosa, ægrè fuga subtrahit, prouidentia, credo, id factum, ut mentem tot furij agitatam unus certiam uiuentis metus sollicitam haberet, ut per noctem furiarum faces, interdum ultricem formidaret fratris dexteram.

De eodem.

Idem Sichimitas quia se urbe & tribu eiecissent, incautos adortus agrestibusque intetis operibus, sine sexus & ætatis discrimine passim trucidauit: urbem uic capram diruit, sparitque in eius area Ialem pro femine, profugos inde qui uelut tutissimum asylum templum multæ religionis occuparāt, cum liberis & uxoribus circūdata lignorum strue, fumo & aestu crudeliter necauit.

De Athalia.

Quid Athalia omnium sceminarū scæuissima? quæ omnem Dauidis stirpem sustulit, regnandi cupiditate: nec impune expendit crudelis mulier sui sceleris pœnas, in ipsisque templi foribus cuius condendi idem fuit qui & cæsæ stirpis autor, multis uulneribus confossa concidit.

De Herode.

Herodes uerò non scæuus fuit solum, sed impius, qui tot milia puerorum obruncauit, ut innocentem & sanctum interciperet partum: dirum facinus atque eo omni scæuitia scæuius, quo longius ab eorum ætate qui interfecti sunt, omnis abfuit culpa: sed neque rex propositum tenuit, & sanguis qui tum temerè effusus est, in regie stirpis totiusque gentis caput redundauit.

De Vitoldo.

Tulit recentior ætas, exemplum scæuitiæ non pa-

Arū memorabile. Vitoldus Lituaniæ dux (fuit olim hæc Taurica Cheronesus, nisi multū opinione fallor) homo truci scæuoque ingenio, si quem morti destinaffet, uisus in uolutum pellibus, canibus laniandum obijciebat: nunquam bellicis expeditionibus non intentum habuit arcum, ut ordine aberrantem sagitta transfigeret. hanc in principe intemperiem, aded expauit gens alioqui ferox & mortis contemptrix, ut multi eius imperij secuti, ultrò sine carnifice uitam finiuerint ueneno aut laqueo.

De Ecelino.

Verum hunc & omnes Christiani nominis uiros crudelitate superauit Ecelinus, qui circa Taurisum & in Euganeis exercuit tyrannidem, castrauit pueros, uitiauit uirgines, matronis ademit mammas, prægnantiū uteros excuit, partus exectos in igne coniecit, bisseua Parauinorum milia qui secum militabant audita Parauij defectione, ad unum interfecit: uictus prælio, uulnus quod in pugna acceperat, rescidit, ut tam crudeliter, quàm uixit moreretur.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,

& primum de Diomede

et Busiride.

SVnt in alienis gentibus plura adhuc, atrocioraque truculenti huius affectus monumenta, qui minus in illis fuit, quàm in nostris hominibus ullus pietatis respectus: longum sit, credo, & superuacuum omnia conscriptari, insignia placeant: sic breuior erit relatio, & quæ in ordinem uenient erūt scitu multò digniora. facebunt itaque in caliganti uerustatis recessu, quæ de Diomede & Busiride sunt poetarū fabulis adumbrata: non enim môstra hominum sequimur, nam quo alio nomine uocetur is, qui humanis carnibus quadrupedes pauisse dicitur.

De Phalaride.

BPeruetus est fama & opinio ab omnibus recepta, nullum tyrannidem crudelius Phalaride exercuisse: quippe qui exquisitissimis non contentus supplicijs eneo ulus est tauro, quo miseri mortales inclusi, mugitus edere uideretur, cum mediò cruciatu ingemiscerent: in quo illud minus crudeliter fecit, quòd tamôstrosæ machinæ artificem omnium primum inuentum affecit supplicio.

De Cambyse rege.

Magisne scæuus an demens fuerit Cambyfes difficile dictu est, qui uictor non solum hostibus parit, sed ne dijs quidem, deorumue sacerdotibus: fratrem præterea & sorores duas occidit, Apim bouem ferro uiolauit, ut non hominum solum, sed & deorum (ut stulta credit Ægyptus) contemptor & hostis crederetur.

De Alexandro Phereæ.

Sed Cambyfes quia demens, aliqua fortassis sit uenia dignus: at Phereæ Alexandrum nulla posteritas non detestabitur, qui uiuos obuensis inter se faciebus sepeliebat homines, uisurum ceterarumque terribilium ferarum pellibus contextos, & in quadrupedes feras transfiguratos, uenatoribus confodiendos laniandosque canibus obijciebat: hastâ, qua Polyphranem auunculum peremit, sacravit, festaque præcinxit corona, ac tanquàm Deo cuidâ sacrificauit, dignus eo cruciatu quo uixit, qui omnia sibi infesta putaret, quia omnibus esset infestissimus.

De Tyberio principe.

Vicerunt omnes tyrannorum carnificinas Romanorum principum quidam: citentur obiter Capreæ, testabunturque Tyberij principis truculentiam, quam in puero præceptor deprehendit, appellauitque finum cruore maceratum.

De Caligula imperatore.

Quid huius discipulus Caligula? an non satis nota est eius

A est eius uxor? carnificibus præcipientis, cum fontes plectetur, curate ut sentiat se mori, nec minus illud dirum & detestabile: optauit aliquando palam ut Ro. populus unâ haberet ceruicem, quæ uox nihil obscure testata est, quòd processura fuerit feritas illa ingenij, si quantum libitum esset, scire licuisset.

De Domitio Nerone.

Nec mitiore fuit in suos animo altera fax humani generis Domitius Nero: is non in ciues solum, sed in domesticos etiam penates exercuit tyrannidem: & quod omnium atrocissimum in eo fuit, patriam, quæ cum genuit, instituit, ad fastigium honoris extulit, hostiliter incendit.

De Domitiano principe.

Sed minus hic nocens, quàm Domitianus, qui uacuam urbem reddidit omni nobilitate consumpta, ut prius scæuendi materia defuerit, quàm sanguinis satietas.

De Tamberlane.

Superauit aetorum memoria cæteros mortales scæuitia Tamberlanes Scytharum rex, nullus hominum audius humanum lituit cruorem, si uera sunt quæ de eo feruntur: rogatus quandoque quid tatum scæuitiæ indulgeret, & quòd nulli esset exorabilis, nullis precibus flecteretur: toruo aspectu atque excandescenti similibus, respondisse dicitur, An tu me hominem putas, & non Dei iram potius ad hominum perniciem in terris agentem?

De Pherotima Cyreniaca.

Posunt quæ de Medææ crudelitate traduntur ob uerustatem fabulosa uideri, atque de Pherotima Cyrenarum regina non possunt. Est enim recentior de his memoria, ac propterea minus cunctanter ponenda: dispossuit illa Cyrenensibus irata, miserorum ciuium corpora palis defixa, circa muros urbis, mulierum mamas uiolenter auulsas in publico suspedit.

De Parisiade Cyri iunioris matre.

Sed quando immanior scemina, aut portentosior extitit unquam in terris, ingeniosiorue in humanis corporibus cruciandis, quàm Parisiade minoris Cyri? quæ præter cætera suppliciorum monstra, commenta est rationem, qua humana corpora gigneret sibi uermes, quos paulatim suis carnibus aleret, aduolentem quoad corpus miserabiliter consumptū, mortem lentius admitteret.

DE ULTIONE.

Cap. IIII.

De Israël filijs.

OMnis ultionis mater est iniuria: soror ira, quo maior est, eo certè minus seruari potest modus in ulciscendo: hinc graues multæ & memorabiles ultiones, testes hominis sepe à ratione laborantis: nemo iratus non uult tantum sibi licere, quantum libeat: quod nisi sic esset, contenti esse potuissent Israël filij minore uindicta, quàm ea fuit, qua uisus sunt in ulciscendo Dinæ sororis suæ raptu. Sichimitas populariter trucidarunt, cum ipse iniuriæ autor tanti uideri potuerit, ut citra uim omnem puella repereret, uel quia regis filius esset, aut quòd illius sponsus esse potuit.

De publica Iudeorum ultione.

Pari affectu, sed euentu adhuc tristiore, omnes Iudeorum tribus in Beniaminis cognatos suos hostiliter, & uelut sacra lege coniurarunt ob Leuitæ conjugem Gabaë ad stuprum raptam, dimicatum est scæpius acie aduersus totam gentem: consumptaque demum ferro est tribus una nobilissima, pauci admodum media suorum strage reuulsi, in montium defera abierunt, per quos ægrè extrinctum propemodum genus est, deinceps reparatum.

De Tamneis.

Despoderat sibi Samsen Iudeorum fortissimus Tamneam connubio puellam: fuerunt Tamnei in Philistæis: nupit inde hæc haud inuitis parentibus procorum cuidam: ea uir fortis & iracundus contumelia accensus, uarijs Tamneis affecit cladibus: quibus malis irata ciuitas, parentes & puellam publicè cremauit: hanc, quia nouo connubio indulgisset, illos quòd nouis nuptijs non intercessissent.

De Dauide rege.

Magnum illud & memorabile ultionis exemplum, quòd Dauid rex Amalechitam hominem uita priuauit, quòd Saulum regem, quem semper infestissimum habuit, interfecisset: magno quidem hominum documento, regiam maiestatem non nisi à rege uiolari oportere.

De eodem.

Pari exemplo interfeci iussit Banam & Rechabū, qui Remnonis fuere filij, quia Isboseth Sauli filium dormientem peremissent, cum nihilo esset is in Dauid pacatiore, quàm pater fuerat animo: cæterum plus ualuit apud regem regum sanctitas, quàm infestissimi regis iniuria, quàm propria salus, qua nihil est homini natura optabilius.

De Cheldiberto Francorum regē.

Cheldibertus Francorum rex, ut materni auicædem ulcisceretur, Burgundijs bellum inruit, Sigismundumque eius gentis regem, cum liberis & uxore captum, in profundissimum puteum præcipitauit: interfecit & Almaricum Visigothorum regem, qui in Hispania latè imperitabat, quòd soror illi connubio iuncta, ab eo in digna pateretur.

De Constantinopolitana.

Sed nulla ciuitas in se ulciscēda, magis suo dolori, quàm Constantinopolitana indulget ciuitas, quæ Andronico imperatori (quia cum sorore stuprâ parasset, Alexioque pupillo interfecto imperiū aggressus, omnem propemodum nobilitatē alios alia iniuria afflixisset) abrogauit primò imperium: in ordinem inde redactum, altero priuauit oculo, asineque auersum imposuit, bestię caudâ pro sceptro habentem, pro diademate aliorum restem: per urbē inde circuehitur, uiris, sceminisque in eum probra iacientibus, lutumque & alia scædiora dictu in præterentē congerentibus: postremò laqueo pendens, uncis & harpagonibus est laniatus: multi particulam corporis unco adeptam, non solum attrectare, sed mandare etiam sunt ausi.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,

& primum de Laurentinis.

Miserat Romæ legatos Laurētina ciuitas, suntque hi contra ius gentium uiolati, à T. Tatij necessarijs, regnauit is cum Romulo: missi sunt inde qui res more maiorum repeterent, ut fontes ad suppliciu dederentur. ualuit plus gratia apud Tatium, quàm iura hominum: suntque legati re infecta iussi retrò abire, proficiscuntur nec multo post Romani reges ad solenne sacrū Lauinium: hic Laurentes ambos adorti Romulū, quia autor fuerat iniuriæ uindicadæ, ut iustum, in columem dimittunt. Tatium regni confortem publicitus trucidat, ut tyrannum & humani iuris contemptorem.

De Atheniensibus.

Non tam bene odijs, quàm armis bella transfiguntur, ea lege ut uicti melioribus pareant. At Samij modico quodam successu elati, Atheniensium captiuos non stæta figura inuulerunt, publicam (ut credere est) eius ciuitatis religionem aspernati: est enim ea uolucris Mineruæ sacra. Athenienses contra (nam iniuria semper iniuriā parit) Samios bello captos noctua, sed Sameæ nauis signo deformarunt.

GGGg

De Ser-

De Sertorio.

Nulla suorum temporum nouitate Romana ciuitas maiora tulit scelerum monstra, quam cum inter Syllam & Marium est de summa rei in urbe & foris dimicatum: nec in tantis malis uiderunt indignius quicquam miseri ciues, quam quod Marij permissu feruicia (ad eum creuerat eorum licetia, quibus ille se prus in urbem ab exilio redierat) ad libitum grassarentur in ingenua Romanorum corpora: quam Sertorius iniuriam haud ferendam ratus, & si unus Marianarum partium, facto in seruis impetu, ad quatuor milia eius generis in campo trucidauit.

De Alexandro Magno.

Vltus est & Magnus Alexander laesam regum afeftatem, & memorabili quidem exeplo prodidit. Bessus Baetriae prefectus, Darium regem post Perficas opes triplici plio afflictas, uin etu letaliter confodit: hunc Bessum in potestate redactum, Alexander ut documenro esset omni posteritati, duabus arborib. ex aduerso, multa uin se a uertice inflexis religatum, diffectisq; repente uinculis atrociter lanauit, cacuminibus sua ui corpus in diuersa distrahentibus. Disphendonem Graeci uocant id genus supplicij, a duplici fundae excussione. In multa & uaria exeplo relatione poterat hic locus uberrime tractari. na utriam sic uiueretur, ut multo plures obliuisci uellent iniurias quam ulcisci, sed nobis modus tenendus est, ne inficituae breuitatis uideamur obliui.

DE PAUPER TATE.

Cap. V.

Paupertas, nullis nisi inuitis & recusantib. grauis & indecora, quin ad bene beateq; uiuendum multo aptior, quam largae & affluetes diuitiae: id cum ipse uitae usus facile demonstrat, tum sapientium uirorum documenta, qui neq; habuerunt quicquam, neq; habuere uoluerunt, uel quia id tutius sit ad securitatem, uel quod ad uirtutem aptius.

De Christi discipulis.

Qui uere sapientiae cultores & discipuli fuere, magistri optimi exeplo secuti, nihil habuerunt: pauperes hie rant cum se illi adiunxerunt: pauperiores facti, aurum, argentum & omnia preciosa aspernati sunt, tunica duntaxat amicti, terrena pertaesi, caelum intueri: tenuis rerum facultas, preestans inges caelestibus adhibita, praelata inferis.

De Abraamo.

Nihil habuit Abraamus Anachoreta in solitudine, praeter catinum & cilicinam uestem cum sago rustico, uixitq; talibus delicijs contentus, quoad in humanis fuit, id homini tutius, quam si opes affluxissent, & ad diuinorum meditationem multo habilis.

De Hilarione.

Fuit & Hilarioni, cuius postea sanctitas illustrata est, paupertas fiducia, qui cum adolescens adhuc in solitudine esset, latrones in se grassantes intrepidus excepit, rogatus ab his qui esset, quod uim non formidaret? quia nudus, inquit, sum, cur non uulnera aiunt & morrem? non talia, inquit, ab eo timentur qui paratus est mori. quia illi in adolescente constantia non solum ita mirati sunt, sed etiam uenerati, ut pe tita uenia innoxij retrò abierint.

De eodem.

Extiterunt & alia in eo affectatae paupertatis argumenta nihilo inferiora: quale illud quod quenda ex ijs qui cum eo in eremo erant, intuitus hortuli fructus intentius obseruantem, studentemq; peculio lo confando, loco submouit, ne quid sibi cōseruandis cum eiusmodi homine esset, ceu contagiosa du cenda sit eorum uita qui pecunia student, aut certe indigna iustorum contubernio.

De diuo Alexio.

Maluit Alexius Romae nobili loco ortus, pau-

per esse, quam in paternis laribus splendide & uoluptuose uiuere: in Syria quindecim annos fuit religionis causa, toridem deinceps Romae ignotus, domesticam urbem medicabundus circuire, petijtq; saepe suppliciter, & accepit elemosynam ex paternis edibus, sed nulli interim notus: demum uita functus, ex ipsius chirographo compertum est, quis esset, & quo consilio ignorari uoluisset.

De Francisco Assiata.

Multi spore sua sunt paupertatem secuti, sed qui Francisco Assiata arctius fuerit eam complexus, diligētius fouerit, sanctius custodiuerit, fuit (ut uidere est) nemo, qui inuito & reclamante patre conuiciaq; ingerente inopia diuitijs praetulit: diuites & lautos aspernatus in medicis esse uoluit: laudis loco ponere, quod pauper esset, ignominiae & probro sibi ipsi daturus, si pauperiore nactus esset quaequam, aut mendiciorē, per quae meritō cōsecutus est, ut pauperum sit pater dictus, cum serui nomē libētius usurparet: felix paupertas, quae unius ductu tantum profecit, ut in hac uita qua uiuimus, penē plures sint qui ea spore colant, quam diuitias mirentur.

De Elisabetha.

Verum enim uero nulla unquam femina ardētior huius boni fuit cultrix, q̄ Elisabetha regis filia: quippe quae cum in regia adhuc fortuna esset, inter ancillas ad medicantium morem sese componeret: sapienter restata fore, ut si quando humanis sese laqueis expedit, non alio ornatu libentius uteretur.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,
& primum de Diogene.

Diogenes Cynicus aliud certe securus, dolio contra frigora & calores, eoq; parum integro fuit contentus, poculum fregit, rusticum cauis manibus potantem intuirus: caetera aspernatus, tam felix ab Alexandro Macedone iudicatus est, ut multis audientibus dixerit, Diogenem malle se esse, quam alium quenquam, si non rex & Alexander esset.

De Democrito philosopho.

Quidam philosophiae affectatores, haud obscuri nominis, usq; adeo diuitias contempserunt, ut non modo aliunde oblatas non acceperint, sed eas etiam in quibus nati essent, sponte publicarint, & in his Democritus Abderites diligens naturae cōtemplator, qui nihil demum praeter ingenium possedit, uel quia noluit, aut quia non debuit.

De Phocione Atheniensi.

Et ut philosophorum nomina sileantur, quorum aliqui fortasse, non tam ex sua, quam aliena uicerunt sententia, longè aliter uicturi, ni ueriti essent, ne non fortius loqui uiderentur, quam uiuerent. Phocion Atheniensis usq; adeo diuitias spreuit, ut grade auri pondus, quod ab Alexandro dono dabatur, pertinaciter repudiaret, testatus se non egerere regio auro: dignus de quo sit diu inter Graeciae Sophistas quaesitum, maiorne Alexander esset an Phocion, qui Alexandri aurum contempfit.

De Phocionis coniuge.

Huius Phocionis uxor, cum a nobilissima quadam Ionici generis matrona in amicitiam recepta, auri torques, monilia, preciosiusque mundus muliebriter ostentaretur: At meus, inquit, ornatus non est talis, sed Phocion me ornat, iam uicies Atheniensium imperator.

De Aristide Atheniensi.

Aristides & ipse Atheniensis, multo iustius se paupertate gloriarī posse credidit, quam Calliam Atheniensium ditissimum amplissimis opibus: nulli dictitans eam rem indecora esse, nisi qui inuiti pauperiem ferrent.

De Ro.

De Ro. principum paupertate.

Quid illa uetus Quiritium frugalitas, contemptusque diuitiarum, cuius assertores omni aeo duratur: an aliud sensisse uideri possunt, aut peruersum habuisse quam Phocion, & illi quorum nunc meminimus, non diuitias, sed uirtutem expetendam? quia illae fluxae essent & caducae, haec perpetua & aeterna. iam uero si malum ullum in paupertate esse, aut uitium arbitrari essent, non Publicolae, non Menebio funeris sumptus defuisset, non Curius aurum Samnitium, non Fabritius, quod Pyrrhus dabat, recusasset, nec illi sunt opinione decepti, peperit continentia illa Romanum imperium, luxus & auaritia perdidit: uiuit itaq; uiuetq; etiam semper eorum memoria. Contra hi, qui rem sibi maluerunt, quam bonum nomen querere, aut penitus interire, aut ad odium & inuidiam posteritati superfuerunt.

DE DIUITIIS.

Cap. VI.

Ita certe est, ut sapientiorum quidam aiunt, Nullus unquam bonus operauit diuitias, nullus sapiens probauit: neque enim hominem meliorem faciunt, neque sapienterem: quin instrumenta insunt luxuriae, & omnium uiciorum alimenta: uerum quia nihil tam malum est, ut non in eo aliquid insit boni, ne bellum auro indixisse uideamur, si quid est, quapropter hoc tantopere sitiunt mortales. expeti debet, solus usus est, quem in omnibus bonis Plato uir summus tantum fecit, ut nisi is adit, nolit sibi auri montes dari, nolit artem quae immortalitate hominem donare possit: sunt igitur expetenda haec, ut homo homini prodesse possit, quod si sensisse uideri possunt, qui non sibi solis, sed amicis, ho spitibus, uniuersae ciuitati diuitias compararunt: ut Nicias ille Atheniensis, cuius beneficentiam celebrat uetus comedia: caeterum quia mundo adhuc recenti modico contenta fuit uita, perquam pauca sunt uetera diuitiarum exempla, nisi regiae opes censentur.

De Solomone rege.

Enim uero quantum Solomon rex possederit, facrae literae nihil obscure demonstrant: quibus proditum est, decem milia talenta auri, totidem & amplius argenti ab eo possessa, bijugum equorum quadragena milia, bisena equorum ad pugnam expeditorum, sed auri argentiq; partem multo maximam in apparatus templi, & regiam sumptuosissime aedificaram impedit: felix opibus, felix usu, sed multo felicior sapientia, qua mortales omnes antecelluit.

De caeteris regibus.

Censerentur in hac reputatione & aliorum regum diuitiae, nisi Persica gaza, & quae Cræsus Lydorum rex possedit, quae Cyrus qui Cræsum uicit, cum priuatum fortunis collarat longè praeponderent, nullaq; proportio in exephis esse possit, si promiscua relatio sit in his, quae natura & fortuna sunt longè diuersa.

De Cosmo Mediceo.

Quin priuata potius dicantur, quorum exepalum in primis memorabile tulit Italia, quod fortunae opus auarorum memoria uidit inchoatum, patres ipsi aucti, & florens nostra aetas uidit extinctum: claruit Florentiae Cosmus Medicus immenso pecuniarum aucti, tam diues, ut hoc nomine non Italici solū, sed Christiani etiam nominis reges omnes & summi duces cum eo hospitium iunxerint, literis, muneribus & omni officio certantes: mansit claritas familiae incolumis, usq; ad Caroli octauum in Italiam aduentum, quo tumultu Cosmi pronepotibus ciuili seditione domo eiectis, domestica gloria multiplici clade couulsa, facile ciuitatis principatu celsit.

De duobus antistitibus.

Attingit fama haec & sacerdotium, deserunt esse

in humanis cum haec commeteremur, duo supremi ordinis antistites, pariter nominib. religionis causa: tantum congesti auri, cęlatiq; argenti cum aulico apparatu uterq; reliquit, quantum priuatum diu in Italia possedit nemo, praeter unam domū, cuius exemplum proxima continet relatio.

De Romanis diuitijs.

Sed cur haec? iam uero si quis Italiae urbes contēpletur, plures in his reperientur, quorum diuitiae non indignae sint, quae in hunc ordinem redigatur, nam & Romae nuper fuere hoc nomine illustres, Margani, Cruceij, Bubali, & omnium maxime Transyberina regione duo Matthaei fratres, ex quibus semel domestico conuiuio adhibitus audiui, tantum sibi rei pecunariae rationes creuisse, ut quingentos canes ad stabulorum custodiam in agris alerent.

De Venetijs diuitijs.

Quid Venetiae, in quibus ne amplissimae quidem diuitiae magnae sunt admirationi ob ciuitatis opulentiam? nec enim unius domus opes hic cōspicuae sunt, tamen domesticae puellae mille libras auri olim appellae sint doris nomine regio matrimonio locatae, tantumque nunc possideat, quantum Venetorum priuatum nemo: nec alij multi, quibus immensae sunt diuitiae cōgestae, sunt cuiq; admirationi, ubi ex ijs, qui fordidum quaestum faciunt, tantum quidam auri congestere, ut ad inuidiam fortunae creuerint. erit itaq; ut uera haec, ita peculiaris unius ciuitatis laus in hac relatione, ut nulli hominum fuerint unquam (Romanis duntaxat exceptis) quibus totus orbis praedae fuit, qui publice priuatumque plus possederint, quam Veneti qui Adriam accollunt.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,
& primum de Pythio Celenaeo.

Uero plura maioraq; in prophanis gentibus extiterunt diuitiarum exempla, etiam citra regnum, eiusmodi tamen ut cum omni regia gaza faciant equilibrium: Pythius Celenaeus tam diues fuit, ut Xerxem, & cum eo immensum exercitum, ex toto oriente conflatum hospitio exceperit: donauerat Dario, qui Xerxis fuit pater, platanum auream cum aurea uite, & ob eam rem Persarum plerisq; notus, scilicet ab eo Xerxes quantum possideret: Parata habeo, inquit, bis mille talenta argenti, quadragies centum milia aureorum nummum Daricorum septem milibus minus: quae regi ad tantum exercitum alendum dono derulit, testatus uectigalia praediorum satis superq; sibi suffectura ad lautē & beate uiuendum: demiratus rex hominis liberalitatem, ut cum eo beneficentia cerneret, & aurum hospiti remisit, & quod ad quadragies centum millia deerat, ex suo hospitem suppleuit.

De Simone Atheniensi.

Nobilitauit census & Simone Atheniensem, nobilitauit & Nicias: sed utriq; nobiliorē liberalitas. sunt Calliae diuitiae nihil ad posteros obscurae: sed Scopadum, qui Cranonem in Thessalia habitauit omnium in Graecia celeberrime, ut quas Critias tyrannus inter pauca uota sibi optare solitus.

De M. Crasso.

Marci Crassi, qui in Parthis periit, maiorne fuerit census, an habedi cupiditas, haud quicquam facile dixerit, ferunt sepe ex eo auditum diuitiae esse neminem, nisi qui annuo reditu legionem alere posset, quod si hominis animus diues, non arca appellanda est, fuit M. Crassus nunquam diues, cum hominum opinionem esset rogatorum omnium ditissimus.

De Claudij principis libertis.

Fuerunt & qui seruitute seruare principum indulgentia ditissimi, & in his Pallas, Callistus & Narcissus, Claudij Caesaris liberti: caeterum quid illi posederint, a nullo (quod sciam) disertè traditur.

GGGg

De C.

De C. Cæcilio Claudio.

Caius Cæcilius, qui horum tempora præcessit, cum multa (ut ipse est testimonio præfatus) ciuili bello amisisset, reliquit tamen quatuor milia seruorum & amplius, tria milia iuga bouum, & sexcæta reliqui pecoris, CCLVII. milia in numero podo sexcenta milia, funeratus est sextertijs undecim milibus, quanti Quiritium (quod sciam) nullus.

De Cæsare dictatore.

Cæsar qui dictator fuit, duo de uiginti milia Tricliniorum strauit Romano populo, immensum auri pondus profudit in spectaculis congiario populi: sed hæc spolia & rapinæ orbis terrarum uerius, quam patrimonium, propterea in ordinem uenire non possunt.

DE LVXVRIA ET IMMODE- rato sumptu.

Cap. VII.

Fuit uitæ hominum frugalitas recenti mundo iucunda nutrix & comes nõ inuauis: repudiavit hanc posteritas, parentis omnium nature imemor, quæ modico contenta est, uoluptatem pro uirtute complexa, pro temperantia & modestia luxum: sed quo tardius pestis hæc recepta est, eo sauius incubuit, perdiditque; peius omnia, quam libido & auaritia, quarum hæc mater est, illa uero filia: sunt itaque huius uitæ omnia ferè exempla recetia, ut pote quæ profligata iam ex omni parte uitæ placere cœperint, ac si qua uetustiora sunt, eo minus insignia.

De Solomonis regia.

Etenim quid Solomonis habuit regia quod accu-
sari possit, præter candens saxum, aurum & argëtum? cedrus & cætera materia, quæ ex Libano partim illi dono obtigit, partim ex proximo quæ sita est, et si nihil eorum abhorret ad regum fastigio, quorum secundum Deum summa est maiestas in terris: nec quod templum statuit opulentissimum, luxuria est. primaria ornamenta Deo debentur, cuius uirtus summa princeps est, omniumque principum decus & gloria.

De eodem.

Nefas sit, credo, in eo qui fuerit omnium sapiētissimus, fatidico que patre genitus luxum consecrari, quin si quid minus ciuile in illo fuit, si cum uirtute pensetur, iure dissimulabitur: potest tamen proximum luxuriam uideri, quod citra omnem belli usum, tot milia equorum aleret, præsertim iugatorum, quod in pellicatu ad extremum usque uitæ hæserit, sitque frequenti conubio usus, ut nisi sobolis procreatio excusetur, non parua detur ansa, luxum in eo calumniari uolentibus.

De Alphonso rege.

Sed libidinis uerius quam luxuriam sunt hæc, quæ de Solomonis pellicatu, multiplicique conubio traduntur in Alphonso, qui ex Aragonum gente primus Neapoli regnauit, non alio nomine, quam luxum uocabitur: incredibile studium in alendis aduenatum canibus, & ad aucupium alitibus, ut mille circiter pondo auri in portento illum apparatus quotannis (ut sæpe fando audiui) insumeret. maior in hoc luxum ut uidere est, quam quod in Federici Cæsaris aduentu pluribus diebus in regia urbe nobilissima uina in speciem aquæ extemporarijs fontibus ubertim fluxere, sed hoc hospiti datum, illud uoluptati, & ob id uitio propinquius.

De magno quodam antistite.

Tolerabilius tamen in rege numerosos canum gre-
ges ad uenationem aluisse, quam in uno aliquo sacerdotum antistiti, uidit tamen ætas nostra hæc portenta: uir huius ordinis, genere & fortunis præstantissimus, tantam uenandi studio canum multitudi-

A nem aluit, ut ceu pecorum greges inter se distincti sub magistris agerentur.

De luxu conuiuiorum.

Sed uenetur potius hic ordo, quæ prodigi ofæ luxuriam instruat cœnas, qualis fuit Federico Aragonio appositæ, atque in biduo, ut fertur, extracta: nullum unquam Triclinium maiora uidit epularum portetæ, nullum tam portentosa obruit luxuria, sed nostrorum temporum mores magis deplorari possunt, quam honestè memorari. nam inuidiam conflare possunt insectantibus, in melius mutari non possunt.

De cœna Venetijs data.

Famosa & illa fuit cœna centum conuiujs recentè adhuc memoria à priuato homine: ceterum patricij ordinis Venetijs instructa, à prima hora noctis in ita per omnia luxuriam instrumenta, usque ad solis ortum extensa, uariatibus per noctem dapibus nouo semper concentu præcinate, & ut cetera dissimuletur (quæ tanta fuere, ut nescias maiori ne admirationi fuerit uarietas, an nouis & sumptuosus apparatus) illud portento similis fuit, quam edulio, quod quæ ex Gobiorum laetibus centena fercula (tot enim conuiujs accubuerunt) sunt Triclinio illata.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,

& primum de Lydis.

Sequuntur externa quæ eadem sunt & Ethnica, maiore, ut sentio, insectatione digna: nec solum quia in ijs maior luxuria est, sed (quod magis adhuc detestabile) prima quædam luxuriam elementa, qualia Lydis profecta sunt, qui non contenti naturali lanæ candore, eam primi omnium infecerunt, tanquam si id utilius fuerit, aut magis necessarium, natura omnium parens non potuerit in re tam parua humano generi gratificari, aut (quod stultum sit credere) noluerit.

De Tyrijs & alijs gentibus.

Sed Tyrijs magis detestabiles, qui hæc Lydorum insaniam, studiose tractarunt: detestabilior & Asia, quæ aurum prima intexit: Babylon quæ uerè uarijs coloribus acu distincti: Ethruia, quæ purpuram uestibus prætexuit: sed hæc parum insignia, quia huic uel illi communia sunt genti, quæ sequuntur magis conspicua, minus enim uenia digni creditur, quod in uno, quam quod in multis delinquitur.

De Alcibiade Atheniensi.

Fuisset (quis ignorat?) minus inuidiosum Alcibiadi Atheniensi, si priorum ducum exemplo, quam suo purpureis in prætoria nauis usus esset uelis, tanquam concharum sanies, quia marinæ sint, magis ad naualem expediret cursum, quam candens linum.

De Cilicibus piratis.

Nec Cilices piratæ, cum omne internum mare latrocinio infedissent, celerius freta traieciabant, quia & ipse purpureis sunt uelis usi, auratis rudentibus, remis argento præditis. fuit illi rerum luxus, non ulus.

De L. Lucullo.

Insanæ L. Luculli substructiones in causa fuerunt, cur à suis appellatus sit Xerxes rogatus, sed illa maior luxuria, quod Triclinijs omnibus suum nomen, & sumptus modum inscripsit, ut quanti paranda esset cœna, ex cœnationis apparatu famuli intelligerent. struebatur conuiuium quin quaginta milibus, cum in Apolline cœnabatur, qua uoce ludificatus est Pompeium & Marcum Tullium, quibus famosam illam cœnatione apposuit cenam, ut de domestico apparatu nihil mutaretur.

De eodem Lucullo.

Pro miraculo abiit in aures & ora hominum (neque enim modicæ; ciuilibus suppellectilibus fuit) quod cum

cum prætor Rome in ludorum apparatu ab eodem A-
uestes petisset, ad licenâ instruendam ducentas detulit, atque omnes purpureas: per hæc ille consecutus est, ut inter rara luxuriam exempla tempestatis illius censeretur. Notum est illud in ore Quiritum celebre, Loquitur ut Cato, uiuit ut Lucullus.

De Nerone & L. Aelio Vero.

Parti hæc & frugalitatis plena, si Neronis domus intèpestiuaque; eius epulæ referatur, aut Aelij Veri cœna, qua nulla hominum memoria fuit portetior, sexages ceterum milibus sextertijs instructa est, si integra scriptorum fide sunt hæc in literas missa, duodecim, qui cum eo accubuerunt, singulis abeuntibus congesta dono sunt uasa argentea, aurea, crystallina & myrrha, tot enim generibus poculorum fuerant in cœna usi, sua cuique; data est mula preciosissime instrata, qua domum ueheretur, querere, quibus epulis admoti sint, qui ita donati abierint, potius eius est, qui uult monstra dicere, quæ luxuriam argumenta.

De Heliogabalo.

Vix (quod ad hoc pertinet) fidem inueniant, quæ de Heliogabali insaniam uerius quam luxuria prodita sunt memoriam. Piscinas rosacea impleuit aqua, balsamum infudit lucernis, gemmas nobilissimorum artificum manu sculptas apposuit calceis, croco triclinium strauit, porticum scobe auri: nõquam iterum cum aliqua est femina congressus, præter quam cum uxore, nunquam iterum aurea ueste usus est, aut holerica. eleuant hæc ueterem Demetrii regis insaniam, quia auratis uteretur calceis, penè prodigiosum Macedonia existimauit.

DE VITAE ET MORVM

mutatione.

Cap. VIII.

Satagunt plus æ quo futurorum miseri mortales, & cum multiplex sit cura hæc, de re nulla magis sollicita est uita hominis, quam de profectu & successu eorum quos procreauimus, uel quod nobis charissimi sunt, aut quia ambitiosum animal, ut pictor aliquis aut statuarius suum uelit opus elegantissimum esse, omniumque perfectissimum. Hinc sciscitationes sortium & oraculorum, sollicitaque; parentum indagines, anxiamque; cura noscendi quid ipse, quid metus secum ferat liberorum in dolens: sed cum somnia, auspicia, omina, præfagia attendent ueteres illi, nihil propemodum fuit, neque; hodie est, ad quod magis caligat mens hominis, quam significatio illa & odor futuræ uirtutis, quæ sua sponte in puero & adolescente sese offert, in dolens uocatur: hæc una inspicitur, hæc uulgo obseruatur, hæc certum indubitatumque; morum euentum creditur polliceri: sed solers nimium humana mens, & ad seipsam decipendam supra quam dici possit ingeniosa, & quod maxime optat, id præcipit animo, tanquam non aliter euenire oporteat, quam quod ipse de se & suis auguretur, signat quadatenus futurum hominem in dolens, signant ipsa uitæ exordia, sed euentus his sæpe diuersus. multi fuere qui longè diuersi sunt demum reperti ab ijs, quos se futuros à pueritia promiserunt, adeo omnia hominis incerta sunt, ut de uoluntate, quæ libera est, nullus sit certus exitus.

De Iohanne Iudæorum rege.

Id uerius uero esse, Iohanne Iudæorum regis tristis exitus facile demonstrauit, quippe qui puer nõ minus in dolo commendatus, quam quod à Dauide esset procreatus omnium fauore regnum recuperauit. Ceterum ætate adultus multum à seipso diuersus abiit: enimerò patriam pietatè aspernatus, Ethnicos coluit deos, Zachariæ iocundæ filium, per quæ puer fuerat in regnum restitutus, occidit, nec læto deinceps gradu ultrix ira numinis secuta est, hostilium armo-

rum terrore subactus, pacem suppliciter à Syro petiit, sacris thesauris omniisque; regia gaza sibi ignominiose redemit, accessit huic ignominiam cladisque; publica diuturnus morbus, quo demum affectus, domesticorum fraude periit.

De Solomone.

Antiquior hoc Solomon, qui ob altam indolem à sapientissimo patre est fratribus prælatus, in quo prudentissimum senem nihil æquè ac pietatem spectasse credere equum est: fuit ille sapiens, fuit diues, munificus, elegans, à pietate tamen deflexit, Ethnice uxori gratificatus, & quo maior spes in iuuenem eluxit tuendæ pietatis, eo molestius in senem desiderium fuit neglectæ.

De Dauide.

Fuerit Dauidis indoles an ætas in causa, parum con-
pertum habeo, satis constat cum propheta ad unum Iesseæ domus regem inungendum in Bethleem uenisset, à patre omnibus hunc filijs prælatum: quod si paternum iudicium ad indolem referatur, credi par est senem lineameta duntaxat, aut ætatem intuitum uehementer oblocinatum: ceterum propheta decipi non potuit, qui tota illa fratrum cohorte repudiata, huic potissimum legit, qui omnium erat præstantissimus futurus, nec iudicium caruit euentu.

De Iuda.

Nisi Iudæ apostoli mores & uita ab initio hominum opinione probata esset, indignum uideri potuit, qui in sanctissimum Christi comitatum reciperetur: uerum sic omnia in eo mutata sunt, ut ex fidei perfidus, ex discipulo perditor sit factus, qui cum in bona spe esset, desperationem præsumpsit, tam incerta est humana uitæ conditio, tam pronam in lapsum, ut tum maxime concidat, cum se stare putat.

De Paulo Tarsensi.

Age nunc & quis unquam tam in fense odit Christianum nomen, quam Tarsensis Paulus? qui adolefcens martyrum spolia calcauit, insultauit iustis, Damascum adultus petijt, Christi fidem oppugnaturus: ceterum ita omnia in eo mutata, ut nemo plus illo dilexerit ueritatè, nemo latius prædicauerit, ardentius coluerit, nulli tatum delirij ab initio affuit, nulli postremò plus pietatis & sapientiæ.

De Innocentio Ro. pontifice.

Solebat Innocentius pot. cum priuatus adhuc esset, omnium maxime pontifices incusare, quod non da-
rent impense opam, ut schisma, quo diu Romana laborauerat ecclesia, è medio tollerent, nec bello tyrannos insectarentur. Ceterum pontificum decus adeptus, adeo aliena uixit mète, ut multi etiam nulla alia de causa ab eo afflicti credantur, quam quod ad hæc duo præstanda illum inuitum, & audire nolentem uehementius hortarentur.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,

& primum de Alcibiade.

Vix ulla sui parte Christiana pietas pluribus magisque; insignibus scaturit exëplis: sed Ethnicorum ratio habenda est, quæ; illud in his tamen ueteri, quæ celebrata memoria, quæ Alcibiades Atheniensi in illud sibi & patrie intèpestium exiliu compulsum, Lacedæmonè se contulit, ubi supra quæ dici possit, celeriter ad Laconicum morè trāsijt, ut Spartatarum unum nõ Atticorum crederetur, sed in hoc minus mirum fuit enim, ut referatur, uario ingenio, nec ad rem unam tantum idoneo, in quo chameleontis natura imitatrix omnium propè colorum exprimeretur.

De Dionysio iuniore.

Sæuus & immanis in regno iunior Dionysius, multumque; paternæ crudelitatis referens, regio tamē folio deiectus, Corinthumque; ablegatus, omnem prioris uitæ fastum adeo exiit, ciuilem & remissio-
GGGg 3 uitam

uitam cōplexus, ut tā subita in homine mutatio nō immerito esset hominibus suspecta, tanquā ad rem pus simulata: fed uerissimum illud, quod est in ore multorum, omnium malorū nullum esse efficacius remedium obliuione.

De Cimone Atheniensī.

In Cimone puero nihil simulati aut ficti fuit, stultus & insolens à primis annis fuisse traditur, creuit ætas, infamiamque pueritiæ in laudem uertit, Atheniensiumque longè princeps liberalitate, omnibusq; ciuilibus disciplinis factus, adeo ut in ea parte uitæ sit Themistocli, qui Græciam seruauit, omnium iudicio prælatas.

De Alexandri magni successoribus.

Antigonus, Lyfimachus, Ptolemæus & cæteri Alexandri successores, quā diu nomine & insignibus regijs abstinuere, benignè clementerque imperium exercuisse dicuntur: cæterum diademate & regis appellatione recepta, uis pro iusticia placere cœpta est, pro æquitate libido, fastus & superbia pro clementia & humanitate, postremò prioris fortunæ oblitī, uisi sunt histriones imitari, qui uitam & mores cum uestibus uno die sæpius mutant.

De Demetrio rege, & Antonio Triumuiro.

Sed his semel mutari cōtiguit, illud in quibusdam memorabile, ut in Demetrio Antigoni, & Antonio Triumuiro, quos in re bellica nemo abstinentia, labore, fortitudine & solertia uicit, in ocio nemo luxuria, temulentia & libidine adæquauit.

De Casare Augusto & Caligula.

Est Roma Augustum multo mitiorē experta ciuilibus bellis desunctum, quā ab initio habuisset, Caligulam ex humili sæuam, postea & truculentum, ut non in facere sit de eo dictum, Nullum unquam hominem humiliter seruiuisse, crudeliter imperasse neminem.

DE POPVLORVM ODIIO IN reges & tyrannos.

Cap. IX.

EX omnibus quæ in uniuersum sunt hominigrata, post uitā ipsam nihil est illi libertate gratius, quo sit, ut qui de ea dimicant putent se de uita dimicare: hæc sæpe auro, sæpius sanguine, sæpius morte redempta est, hinc exitiale populorū & gentium in tyrannos odiū, hinc crudelitatis exempla multa & magna, quæ omnis uidit ætas: quid quod & regium nomen, quia non multum fortuna à tyrannico distet, adeo nonnunquam fuit populis inuisum, ut uel in optimorum regum progenie sit à populis crudeliter sæuitum.

De Athalia.

Nullus unquam regum fuit Dauide sanctior, nullus Solomone sapientior, omnis tamē eorum progenies Athaliæ impulsu, sæuoque imperio est ferro dedita à Iudæis. potuit mulier execrabilis ui & armis regnum occupare, sanctissimum gētis stemma abolere non potuit: ut non solum peremptorū manibus, sed & Iohē puero, qui solus superfuit, patrati sceleris debitas exoluerit pœnas.

De Petro Candiano Venetorum duce.

Sed ueterum exempla oppidò pauca in hac parte: præsertim nostratum hominum, recētius itaque illud quod Petrus Cadianus, qui Venetorum dux legitimum magistratum in tyrannidem uertit, sibi & liberis superba regiminis forma exitiū peperit. Populus suę libertatis memor domū eius iniecta flamma incendit, tyrannum inde turbat, turbatum trucidat, filiū iugulat in nutricis gremio: amorum corpora ad macellū proijcit canibus lananda, adeo iuxta tyrannos & qui ex his sunt, libertatis studio in senle odit incondita multitudo.

De Lemigio Exarcho.

Pari affectu ac nescio an maiore etiam Rauēnates Lemigium oderunt Exarchum, quem ob tyrānicos & foedos mores non cōtenti interfecisse, eius uxorem & pellices uulgauit ad stuprum irata ciuitas.

De Exarchanis iudicibus.

Eadem ultio attingit Exarchanos iudices, quibus publicitus cæsis, omnis eorum familia ludibrio fuit in senle multitudini, quæ semper aut nimium odit, aut nimium amat.

De Ecelino tyranno.

Sed tyrānorum nullus fuit unquam inuisior Ecelino, qui crudelitate & seuitia cum Phalaride certauit: puberes ab eo mutilati, pueri cōcisi, uirgines uiriatæ, matronis mammæ ademptæ, prægnantium uteri execti, partusq; flāmis deditus. quæ scelerum diritas eo extincto domesticis est & necessarijs Turisij repræsentata: sex filij Alberti fratris subito populi incurfu interfecti sunt. Tyranni uxor & filij uinæ in ignem coniectæ.

DE ETHNICIS EXEMPLIS.

Adeo ingenitum est homini in tyrānos odiū, ut pluribus gentibus sit cautum lege, qui tyrannum occidisset, is parricidij non teneretur, nec parricidæ nomen ferret, in quibus sunt præmia constituta: satis cōstat ciuitates qualdā nulli sceminæ præter quā tyrānicidæ statuā posuisse.

De Pygmalione.

Pygmalionis tyrāni odio Tyrionum multi solum uerterunt, si poetæ testimonium recipitur in hac exemplari relatione: nam quia & ipsa sibi nomen historię uendicat, custos est fidei tenacissima.

De Aristide Locrensi.

Odit & Aristides Locrensis insigniter tyranni nomen, cuius filiam cum Dionysius maior sibi uxorem depolceret, Mallem, inquit ille, filiam malè perditā uidere, quā tyranni matrimonio locatam.

De Locrensiibus.

Huius & Dionysij uxorem & filias, Locrenses in potestatem redactas, ad stuprum & libidinem multitudini obiecere in tyranni inuidiam, inde ad libidinis facietatem uexatas medijs merferunt fluctibus adhuc uiuas.

De Syracusanis.

Nullus tyrannorum in terra Græciæ minore flagrauit odio, quā Hiero Syracusanus, nullus dominatus minus fuit inuidiæ obuius, eius tamē progenies post Hieronymi cædē à Syracusanis uno die interfecta est, cui, ut uidere licet, non tam sua maiorum sæuitiam, quā tyranni nomen obfuit.

De Tymoleonte Corinthio.

Tymoleon Corinthius, Dionysij principatu euerso, euertit & arcem eo nomine, quia tyrānorū fuisset sedes: cæterum in eo maius suum in tyrannos odium testatus est, quod & sepulchra, cæteraq; ornamenta diruit.

De populo Romano.

Quantum tyrannos oderint & Romani, ex eo potest intelligi, quod d regium nomē ex urbe sustulere, tyrannidis suspicione, atq; ita sublatum uoluit populus, ut de libertate etiam benemeritis fraudi fuerit ferre Tarquinij nomen.

De Spurio Melio & Manlio Capitolino.

Spurio Melio & Manlio Capitolino non nomen, sed suspecta largitio fuit exitio in eadē ciuitate, sed quid tyranno fecissent ij, qui uiam, quæ ad tyrannidem ducere uisa est, suis obseptam ciuibus, atrocibus muniuere supplicijs.

De Caligula imperatore.

Tulit Caligula imperatoris nomen, cætera tyrannus

nus fuit immanis, cruento exitu dignus, quem demum fortitus est: sed nec unus languis explere potuit odium ciuitatis. Cefonia eius uxor cum filia admodum paruula multitudinis incurfu trucidata est, ne quid superesset, quod tyranni recordatione, ciuitatis oculis uiolaret.

De Domitiano Imperatore.

Eadem Quiritiū ciuitas omnes Domitiani imagines & titulos è publico sustulit, Decreta per illum antiquauit, ut diræ illius tyrannidis, uerius quā principatus memoria, cum ipso crudeliter interfecto sepeliretur: sed quo plura sunt huius generis in omni gente exempla, & magis illustria, eo parcius ponenda.

MARCI ANTONII COCCII SABELLICI exemplorum Liber nouus.

DE INIURIA FERENDA. CAP. I.

De Christo.



Iniuriam propulsare fortis uiri est, quæ est depelli possit, ferre illatam multo fortioris sit, hoc sapientis est: illud ualidi & robusti corporis. certè aliquid est alium uincere, sed seipsum superare uera indubitataq; uirtus est, tales fuerunt, qui sapientes dicti sunt, talis ipsa sapientia Christus rex et doctor omnium, quippe qui & ferendam esse iniuriam præcepit, & illatam usque adeo tulit, ut ueniam sit percussoribus precatus.

De Iosippo Israelis filio.

Iosippus, cuius mystica uenditio sacris est literis tradita, fratrum iniuriam non solum tulit, sed beneficio etiam repensauit.

De Mose.

Quid Moses, quis eo uno fortior? quis rursus minus ultionis cupidus? qui quo populum infestiorē habuit, & ad conuicia proniorem, eo impensius cœli nomen his propitium reddere, perseverauit precibus ad deum effusus, nec Haaroni cōiuciant conuiciatus est, nec forori, qui Æthiopicū sibi connubium exprobrasset, correptaq; esset lepra minus libes opitulari est, p̄sentē ultionē suppliciter deprecatus.

De Saulo Iudæorum rege.

Fuit Saulus rex ad bellum exiturus suorum popularium quibusdam contemptui, uictor inde eum triumphati similis domum reuerteretur, instaretq; milites ut eam iniuriam ulcisceretur, uim inhibuit, restatus turpissimum esse, non posse se paucorum iniuriam ferre, qui tot milia hostium tulisset.

De Diuo Martino.

Pulsatus grauitur Martinus Antistes Turonensis est ab equitibus, quorum equi ipsius asino sedentis aspectu confertati subito resultu fessores tergo deiecerant: sterere itaq; immobiles equi uestigio desixi, quoad sanctissimus senex precib. tenuit, ut his penitentiam agentibus, equorum sit usus restitutus, & equites innoxie dimissi.

De Bernardo Abbate.

Venit ad Bernardum Abbatem nescio quis monasticam uitam professurus, monitus ab eo posse quidem & alibi eum proficere si uelit, ceu repudiarus eum pugno percussit, fuisset qui aderant confestim uli iniuriam, nisi eius qui erat iniuria affectus intercessisset autoritas uim inhibentis, oportere hunc dictitans alijs ignoscere, cui toties à Deo ignoscetur.

De Christophoro martyre.

Christophorus martyr à Samiorum præfecto

A percussus colapho, Repercuterē te, inquit, nisi Christiana pietas, cuius cultor sum, proh liberet, per quæ haud dubiè monstrauit Christianæ pietatis, propriū esse, non iniuriā uindicare, sed æquanimiter ferre.

De Libertino Monacho.

Quid quod Libertinus Fundani cœnobij monachus fecit, qui scabello domi abbatis manu intorto percussus, ne ingemuit quidem: postridie negociū quoddam secutus, cum in urbem uenisset, rogatus unde illa oris sugillatio? In scabellum, inquit, offendit, sic & quod uerè acciderat confessus est, & abbatis iracundiam texit.

De Sarrā.

Iaciebat ancillaris temeritas maledicta & probra uirulenta in Sarram eximia sanctitate sceminā, parricidam & connubio exitialem uocans, quia cū multis nupsisset, in nullo diurnum connubium fortita esset: sed neq; illa ulta est iniuriam, neq; si facultas affuisset, ulciscendam curasset, tantum Deum optimum maximum precata est, ut stabile & mansitum connubium aliquando fortiretur.

De Helizabeth.

Helizabeth regia domo orta, post uiri interitum, opibusq; bene consumptis, cum palliolo penè lace-ro amiceretur, omnibusq; despiciatissima occurreret, temerariæ mulieris occursum, quam integra fortuna benignè iuuerat, foueratq; multa benignitate, ad terram deiecta, cœnoq; resperfa, non modo non grauius tulit, sed subridens statuit se leniter in pedes, & quod contemptui fuisset spectantibus, tacita gauisa est.

De Alexandrina muliere.

Impetrauit ab Athanasio urbis antistite Alexandrina mulier tam diues, quā nobilis, ut ex uidiuis, quæ ecclesiæ sumptu alebantur, daretur sibi una aliqua alenda: data est illi mulier, miti & suauis ingenio, cuius facilitate auctum est matronæ studium in pauperes, poposcitque sibi alteram dari, casu aut consilio non facile dixerim, data est perucax & inhumana mulier, ex qua cum ex pio hospitio probra & sæua uerba reportaret, gratias egit Athanasio, quod sibi demum dedisset, per quam ad patientiæ cultum exereretur.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, & primum de Socrate.

Ethæcorum sunt, ex Ethnicis Socrates inortalium sapientissimus calce à quodam percussus in publico, monitus ab uno affectatorum, ut hominem repercuteret, An inquit, si afinus mihi calcem impigisset, in eum recalcitarem?

De Lycurgo Lacedæmonio.

Lycurgus qui leges Lacedæmonijs dedit, nō modo æquo animo tulit oculi cecitatem ab Alexandro adolefcēte temerario illatam, sed ipsum iniuriæ autorem ad supplicium sibi deditum benignè clementerq; penes se tā diu habuit, quoad longa cōsuetudine ex improbilissimo factus sit omnium frugalissimus.

De Pericle Atheniensī.

Tulit patienter per integrum diem in publico conuiciatorem temerarium & insolentem Pericles Atheniensium alioqui princeps, nec cum uesperis se domum reciperet, à se repulit adhuc maledictis insectantem, postremò ubi in primo domus limine constitit ad seruum conuersus, Ito inquit, & hunc ciuem domum reducto: sicque homo improbus ab iniuria & contumelia gratiam reportauit.

De Fabio Maximo.

Sed nulli hominum prudentius sedatiusque iniuriam tulere, quā Romani, quorum proprium

fuit, fortia facere & pati: nam quis hominum minus moleste tulit ignominiam sibi publice inulta, quam Fabius ille maximus, qui unus (ut Ennius scripsit) cunctando restituit rem? ceterum Minutius, qui illi æquatus est, mox paulo cum suo exercitu ab eo seruatus patre appellauit, milites patronu.

De Catone vticensi.

Marcus Cato iunior postridie comitorum, qui in petitione consularis tulit repullam, unguento delibutus descendit in campum post prædium, ubi sine calceis & tunica funiculo succincta de more cum amicis deambulauit, adeo negligenter uir sapiens tulit, quod ceteri ciues ignominia loco ponere consueuerunt.

DE INUIDIA. CAP. II.

De Cham.

Omnia uitiorum inuidia propemodum uetustissima, nec magis uetus, quam homini perniciofa, omne uitium in actu uoluptate aucupatur aliqua: sola hæc perpetuo est merori de dita, quæ quo maior est, eo peius: qui inuidet afficit, minus; sui copos est: res dira, ceterum felicitatis pedissequa, & si diuersi affectus: enim uero quo plus lætitiæ in illa est, eo tristior hæc, magis; luctu, & merore cõfiscitur, caeca, amens, liuore infecta, omnium reru ignara, præterquam latratus & obretractationis. Hæc Chã in fratrem non solum odio, sed funesto etiam relo instruxit, ut penè prius id malum caput extulerit, quam aliquid in terris esset, quod propter attollere debnerit.

De Iosippa à fratribus uendito.

Eadem pestis Israelis filios eò perpulit, ut fratrem, quem puerum cæli prouidentia principem gentis designabat, capitaliter oderint, perosi in puteu præcipitarint, ex puteo receptu Ægyptijs uendiderint.

De Data & Abyro.

Pari Datas & Abyros face incensu, sacerdotium Aharoni adimere conati, se & suos subita numinis ulcione perdididerunt.

De Effranitis.

Sed quam Datas & Abyro suo exitialis fuit inuidia, tam certè ac nescio an magis etiam Effranitis, qui septem tribulem suum post clarissimam uictoriam de Philisteis & Amonitis partam, quia ad bellum uocari non essent, ut hostem armis persecuti sunt, ceterum acie congressi ad XL. hominum milia uno amiserunt prælio.

De Pontificum Iudeorum, & sacerdotum inuidia.

Quid illa Hebræorum pontificum nefaria infestatio Christi regis acta & uita infamantium, an aliud fuit quam inuidia, quæ cæcos & præcipites egerit: ut quem colere, quem uenerari debuerunt, cruci affixerint: nec impune uindicata est ea iniuria non solum patriæ excidio, tantaque hominum iactura, quantam nulla unquam uidit ætas unum in locu & gentem coaceruatam, sed perpetuo etiam posteritatis supplicio.

De Simonis Samaritani inuidia.

Nec certamè illud memorabile est Petro Barione aliunde ortum, quæ à Simonis Samaritani inuidia, qui opera diuinitatis, malorum demonu præstigijs æmulabatur, quæ sanctè imitari non poterat, sed dum Romanam ciuitatem ludere contendit magico actu, diuina uirtute afflicto, cruceque debilitatus, lusus est.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,

& primum de Palamede.

Palamedem Nauplij filium (si qua fides est poetis) nulla res alia circa Iliu magis affixit, quam Vlyxis inuidia: siquidem iniuria ab uno pro-

A secta est, sed ultio uniuersam gentem attingit.

De Cambyse rege.

Occidit Cambyses rex Perlarum non regni æmulatione, quippe quæ nulla esse poterat uno fratrum imperare, altero ad obsequium parato, sed inuidia: attraxerat frater Æthiopicum arcum ipso rege, & regis comitatu aliquanto ualidius, peperit iu ueni fortissimo lacertorum robur inuidiam, ea uero inuidia non multo post exitium: ademit ea uis uitam fratri, illi cuius iussu interfectus est, regnum & uitam omni regno chariorem.

De Publicolæ propinquis.

Inuiderunt & Publicolæ propinqui (nam de absentis affectu non habeo quid dicam) Capitolini templi dedicationem Pulullo consuli, cui presentem cærimoniam intento tam atroce quam falsum de morte filij nuncium incusserunt, sed ille siue non credit, siue religionem priuato luctui prætulit, reiecto omine, quod inchoauerat, peregit opus.

De Fabij Ambusti filia.

Nec Fabij Ambusti filia tam tristis, & lachrymis suffusa sese patri obtulisset, nisi patritium splendorem, & consulares fasces, quorum strepitum expauit, sorori inuidisset, cuius intempestiuæ lachrymæ magnis Romanam ciuitatem implerere motibus, astruxerunt consulatum plebi curulis sellæ, & fascium ad id tempus ignaræ, mixtusque ordinum sanguis miscuit & honores.

De Papyrio Dictatore.

Maiore ne iusticiæ affectu, an inuidiæ Papyrius Dictator Fabium magistrum equitum in castris primò, mox ad Po. Roma. fuerit atrociter interfectus, nemo (ut arbitror) facile dixerit: occiderat ille occidione (quod satis constat) dictatore absente ad XX. et amplius hostium milia una acie ex occasione eos adortus, cum iustus esset à dictatore nihil mouere, quandiu ipse abesset, aut igitur Papyrius nobilem illi uictoriam inuidit, aut nimis contempnit Ro. legiones, maiestatemque Ro. po. cuius precibus nunquam celsisset, nisi ueritus esset, ne soluto imperio illius suffragio, cui id obstinatius negabatur reus absolueretur.

De multorum inuidia.

Est hoc ciuitatum peculiare malum, unde discordiæ, seditiones, intestina bella sæpe orta affectatur inuidia felicitatem, nuncque eunus uestigio hæret, nunc ex obliquo assilit, occurritque: à fronte, nec patitur solidum esse fructum, qui ex rerum successu percipiendus est. Idem sanè affectus, aut solus, aut præcipuus Cimōnem tam infestum reddidit Pericli, Anitum Alcibiadi, Epaminundam Pelopidæ, Hannōnem Annibali, Fabium maximum Scipioni, Marcellum Cæsari, prætexuit (scio) alius aliam causam suo odio, sed dissidij origo aut ex odij fonte orta est, aut liuentibus fuit aquis resperfa.

DE IRACUNDIA. CAP. III.

De Saulo rege.

Nemo unquam in uitio à primo ortu fuit, sed sua quisque fit culpa improbus, sunt medijs quidam motus animorum, quibus si male utaris, si uirtutes sin aliter, uirtutes erunt. qui enim peccanti irascitur, ut uirtutem corrigat, nihil inhumane facit, qui iniuriam damnat, aut illatam ulciscitur, fortis hic & iustus: at qui iram non frenat, sed præceps rapitur, is immani est beluæ similior, quam homini. Extant uaria & atrocia huius uitij exempla, & in his illud Sauli regis, qui ob Dauidem, quem in senese oderat, quia apud Abimelechum fugiens ille in hospitio fuisset regis iræ ignarum, non solum hospitem ipsum, sed Nobeam etiam hospitalem urbem incendit,

incendit, ciuibusque omnis sexus & ætatis ferro deditis: fuitque miserabilis illa clades eo calamitosior, quod quinque & octoginta sapientia & diuinatione illustres Abimelechi causa extremo sunt supplicio affecti.

De eodem, & Anna Caipha socero.

Contorsit idem spicula nonnunquam medio affatu in Dauidem, ut in uestigio transigeret, sed insania fuit hæc, dicit aliquis. Insania fortassis, nam parum (ut fertur) fuit mentis compos, at non insanus Anna pontificis Caiphae socer, qui cum uerum audiret, tanquam blasphemiam audiisset, ita ira excanduit, ut uestem à pectore consciderit.

De Synagoga ira.

Obstruxerunt sibi aures ad Protomartyris uocem Cyrenenses Alexandrini, & quicumque ex synagoga illi litere intenderant, uictique iuuenis sapientia, ira accensu urbe eieciunt, eiectum lapidibus obruunt.

De ira principum in martyres.

Sanctorum supplicia hinc potius, quam ab ultione profecta, lucem oculis admotam, ferre non poterant, insania & furore adacti principes malorum dæmonum cultores, pietatem pro noxa, lucem pro tenebris, diuinitatis opera pro præstigijs habuere.

De Ecclino tyranno.

Ecclinus, qui ut sæpe est memoratum, sæuitiæ fama nulli tyrannorum celsit, uictus prælio ad Sincinum, ubi res suas sensit una pugna accisas, uulnus quod in acie acceperat, forum & circumligatū frenens ira, fremensque in morem sæuientis feræ unguibus conscidit.

De Sutenstibus.

Sutenstibus Germanicum genus hominum, qui Sutenstibus dicuntur, cruenta quadam in finitimos uictoria, hostium cadauera pro puluine sibi subijcientes ibi loci, ubi fuerat dimicatum, discubuerunt: fueruntque ex his qui ira & odio inexplebili hostilem interim cruorem hauississe dicuntur.

De factiosis Italiæ urbibus.

Sed nusquam gentium maiora iræ argumenta extiterunt, quam in factiosis Italiæ urbibus, cum nostra patrum memoria, ubi principes factionum in inimicorum potestatem redacti: uini quidam compositi sunt, in crepundijs pueri interfecti, prægnantes matronæ execto utero cum partu crudeliter peremptæ: multi præcipitanti, exenterati quidam, cordaque ad opprobrium suspensa ac diuerberata. sed quales fuerint eiusmodi carnificinæ, illud declarat, quod clementia fuit hominem subijcere se ceteri, aut laqueo necare.

DE ETHNICIS EXEMPLIS.

De Alexandro.

Ira (& si temulentia mixta) Alexandrum Macedonem totius orientis uictorem in Clytium nutricis suæ filium, à quo fuerat ad Granicum amnem seruatus, perniciose armauit: & quem provinciam præfecerat, conuiuio admouerat, subita ira accensus ferro traiecit.

De Pyrrho rege.

Pyrrhus rex Sicilia relicta, primò in Italiam impulsu in Mamertinorum phalagum incidit, qui non ausi regem à fronte laceffere, extremu agmen adorti duos elephantos & eos qui circa belluas dimicabant, priusquam rex eo occurreret opprellere, & iam ceperat turbare extremus ordo, cum Pyrrhus suorum periculo commotus in medium sese certamen iniecit. hic accepto uulnere egrè hostem à se propulfabat. anceps itaque erat pugna, cum Mamertinorum unus pro cæra statura armis fulgens, atque in medio stans regem si uiueret ad pugnam prouocat, eademum contumelia rex inflammatus eo occurrunt,

at tam ualido ictu hostem percussit, ut ferrum capiti adactum ita ad ima descenderit, ut magno spectantiu stupore dimidiatu corpore in duas partes abierit.

De Romano milite.

Cum Cannensi acie uictor Annibal Romana lustraret cadauera, repertus est Romanus miles exanimis incubans semineci Pæno, cui armis (ut crede re est) amissis, aut certe manibus defectis, adeo nasum, labia & metum mordicus lanauerat, ut ne humana quidem effigies superesset amplius.

De Perse rege.

Perse rex à Paulo Æmylio uictus, duos ex suis se consulari adortos unum post aliu interfecit, ira & dolore præcipitanti: tam atrox facinus in causa fuit, ut confestim ab his, qui ad obsequium parati erant, sit delitutus.

De Nerone principe.

Nero princeps nunciata Galliarum & exercitu defectione, cum fortè discumberet, præ nimia iramensam subuertit, fregitque duo immensi precij popula, quibus in ta uoluptuoso principatu nihil fuit illi uoluptuosius.

De Mahomete Othomano.

Habuit Byzantij Mahometes Othomanus, qui duo euerit imperia, uoluptuarium secessum, huc confestim ingresso aderat illi duo (ut fertur) ex omni ni puerorum multitudine, qui ad fœdissimu usum ibi loci alebantur, forma elegantia & hilari aspectu: his ille nriusque innixus solebat citro ultroque per hortos deambulare, obseruaueratque interim rex binos pubescentes cucumeres, quos cum eo reuerfus non inuenisset, adeo in subitam iram exarfit, ut pueros, quia paululum diuersi aberrauerant, expostularos, ac pertinaciter negantes à se decerptos, arrepto gladio, quem de more ad latus suspensum gestabat, unum post alterum à stomacho resectum patefecerit, uter eorum furti autor fuisset exploraturus, cum neuter fuisset.

De Xanthijs.

Bis Xanthij in Lycia parètes, liberos & uxores, ira & desperatione interfecerunt, urbemque insuper cremarunt primò bello Persico, inde post aliquot ætates ciuili bello, quod Bruo & Cæsio ductibus est aduersus triumuiros Antonium & Octavianum in Asia & Europa gestum.

De Xanthia muliere.

Fuit in his Xanthiæ mulieris exitus omnium maximè memorabilis, quæ se in publico excidio, laqueo suspendit, paruum filium à se enectum manu una tenens, altera incensam facem, ut omnia secum perderet, absumeretque totam domum incendio.

DE SIMILIBVS CASIBVS ET

uentis. Caput IIII.

ANCEPS & incerta reputatio est, casu & fortuna fiat, ut in summa rerum humanarum uarietate, tanquam in uberrima aliqua materia, quædam eundem exitum fortiantur, deferanturque in eundem casum, an ad similitudines edendas idonea sit potius, & certis contenta numeris, cuius discursu necesse sit interdum idem in pluribus euenire, quanquam impium sit (puto) hic factum aut fortunam nominare, ubi prouidentia penfanda est.

De Arabia infelicitate.

Utunque tamen hæc æstimanda sunt, mirum uideri potest, quod in una eademque terra, quæ Arabia est, ductu olim, & infelicitibus Cham (qui fuit Noë filius) auspicijs, prima ueri dei orta sit obliuio, mox uerò multis ætatibus interiectis ibidem terrarum Christianæ sint fidei, ueræque luci tenebræ obortæ, Mahometis execrabili instituto.

De Sam...

De Samfone & Hercule.

Quid quod duo immensi roboris uiri, inuictæq; fortitudinis, hic in terra Græcia, in Iudæa ille, ambo eodem tempore claruerint, suntq; fama auspiciari à leonis interitu, muliebri fraude ambo periclitati?

De filijs Israelis.

Age uerò, nonne & hoc mirabitur, mysticæ rei ignarus, quod d' biffeni fuerint Israël filij, totidem & Christi discipuli, & in his unus Iudas nomine, unus, qui tricenis sit nummis uenditus, tricenis & Christus? fuitq; ille sub terra, uiriusq; inde receptus est, fuit & hic, qui propria uirtute surrexit: uiderunt illum fratres sublimes solio sedentem, uiderunt huc discipuli coelum scandentem: spectabant postmodum omnes gentes cum ad dextram summi sede b' patris humanum genus iudicaturus.

De Tribus Herodibus.

Fuerunt tres clari in Iudæa Herodes, non magis inter se similes nomine, quam & humanæ salutis interpolandæ studio, quorum in innocetium cruore crudele solium resperit, filius Christum regem pro despiciato à se dimisit, nepos Barionam uinxit, Iacobum interfecit.

De Totila.

Bis Roma à Totila Gothorum rege obfessa est, bis ab Italicis militibus noctu prodita.

De Alexandro pontifice.

Accidit & illud insigniter, quod Alexander Romanus pontifex, huius nominis secundus, qui que tertius & quintus fuit, eiusdem nominis, Ichilma & Antipapam sunt non sine ærumna perpessi. erat & sextus Alexander tum pontifex, cum hæc commentaremur, qui etsi non alterum uidit aduersus se pontificem creatum, tulit tamen primorum antistitum secessionem.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,
& primum de Troia.

Fuit & Troia, quod ad ethnicos attinet, equus semper exitialis, ob Laomedonis equos, primū urbs capta est ab Hercule et excisa, dein lignea effigie, pari euentu uenit in hostium potestatem, postremo Charidemii ductu, cum equus ferro confossus concidisset: fuit iacens Iliensibus, quo minus fores irruentibus objicerent hostibus, impedimēto.

De duobus Aphricanis.

Nec minus infesta fuerunt Carthagini duorum Scipionum nomina, quorum is Punicas fregit opes, ille funditus euerit: reddidit hic Carthaginem tributariam, ille solo æquauit.

De Actæonibus.

Tulit non unus Actæonis nomen, sed infelicitate, & Ianuarii, obnoxium, duo apri occurfu perempti. Syrus unus, alter in Arcadia, tertius in Bœotia à canibus discerptus. Amatorius furor ultimum Ianiauit.

De fortuita luscitate.

Fuit (quis ignorat?) & hoc fortuitum, cæterum tale, ut fortunæ inuidia comparatum credi possit, q; clarissimi duces altero oculo priuati sunt, superfuertq; diu suæ orbitati: Philippus rex, qui magni fuit Alexandri pater, Antigonus, qui Demetrii, Anibal Barchinus, Sertorius Marianarum partiū dux acerrimus, & nostra tempestate Federicus Urbinas ueteribus magis, q; sui teporis ducibus cōparādus.

De Cantabris.

Cantabri ultimi Hispanorum gentium domiti à Romanis, ultimi à Gothis subacti, ijdem cætera Hispania amissa Sarracenis soli omnium restitere, dubium casu an constantia gentis, & indomita ui, que aut uincere norit, aut cadere.

De Augustis & Constantinis.

Augusti cognomen tulit, qui primus Romæ imperauit, Augustus et qui ultimus, à Constantino Helenæ filio conditum Byzantij imperium, sub Constantino, quem Helena peperit euersum nostrā uidit ætas.

De C. Cesare.

Martij Idibus natus est Cæsar dictator, eodem die optimatum conspiratione in curia concidit tribus & uiginti uulneribus confossus. Pompeio quoque magno, q; primus fuit uite dies, fuit & ultimus.

De ternario numero.

Ter opima spolia Romam relata, ter cum Carthaginiensibus bellatum, eorumq; semper infelici euentu, ter Capitolium deflagrauit: duo Bruti libertatis assertores, ijdem assertam tuendo mortem oppetiuere, duo eiusdem nominis Mutinæ obsidione fatigati, M. Bruti pater, & decimus Brutus, qui unus fuit ex percussoribus Cæsaris.

De Lycide & Pitheo.

Lycides & Pitheus fratres, ex huius filia, quæ Æthra fuit, Theseus ortus: ex Alcmena, quæ ex Ilio genita est, Hercules, duo Græciæ lumina, pari euentu Peleus & Telamon Æaci filij omnium, qui ad Troiam militauerunt fortissimos genuerunt, hic Achillem, ille Aiacem.

De dierum quorundam felicitate.

Quarto die mensis, quem Athenienses τῆς τεταρτης βαιουα dixerunt, duas clarissimas pugnas feliciter Græcia depugnauit ad Leuctra & Gerastu, quibus uniuersæ genti libertas quaesita est. Persæ sexto Adromonis die ad Marathonem ingenti prælio uicti, tertio eiusdem mensis ad Plateas & Micalem, eodem mense Athenienses in Chio ingentem pugnam feliciter depugnarunt, & ad Salaminem multo feliciter aduersus Xerxem cum tota Græcia, uicit & Tymoleon Corinthius Carthaginienses ad Granicum amnem in Sicilia.

De Mensis infelicitate.

Sed quam hic mensis Græciæ felix, tam infelicitate inuictus, quo mense in Cheronea Philippo, & ad Cranonem Græci prælio superati sunt, bis Thebæ captæ & excisæ, cum mysteria tenerent, eisdem diebus Athenienses Macedonum præsidium accipere, & ab Attalo sunt rege uicti.

DE ORACVLIS. CAP. V.

De Israele.

Inter nocturnas imagines, quæ multæ & uariæ sunt, nulla certior, uentorq; cum rerum euentu, tum hominum opinione probata est quam quæ ex numinis appropinquatione constat, aut parentū sanctioris personæ per quietem monitu uel affatu, qualis species Israël in deserto dormienti obuersa est. Is altiore somno pressus in solitudine, imaginatus est cernere se scalas à terræ facie in cœlum surrectas, multosque miranda specie iuuenes formaque augustiore humana, ascensum per eas, descensumq; moliri: tum uerò doceri sibi uisus est cœlesti uoce, ut pergeret in Mesopotamiam ire, fore ut nuptiæ quas animo agitaret, non solum prosperè cederent, sed miranda indole sobolis incrementa ad posterum uentura, futuramq; eam stirpem omnibus terris celebrem, nec defuit oraculo euentus.

De Moysi patre.

Pari fide sequens oraculum illustratum. Amaram Iudæorum unus pietate insigni, cum crudelissimo Pharaonis edicto omnis Iudæorum progenies pro deplorata haberetur, media quiete iustus est dare operam procreationi, fore ut filius ex eo nasceretur, qui fractis Ægyptiorum opibus populam feruio

uitio eximeret. Moses inde oritur, quo nec sanctior nasci potuit ad religionem faciendam, nec ad uindicandam libertatem magis idoneus.

De Samuelis umbra.

Monstrauit & Samuelis umbra Saulo uiolanti, quam tristis pugnae exitus regem ipsum & omnem regis progeniem maneret: sed ferox ille nimis, qui tam funesto prælio non abstinuit, uel quod abstine re non potuit, aut certe quia non credidit.

De Iosippo.

Nec adumbratio illa leuis, qua Iosippus Deiparæ custos & fidus comes, per quietem iustus est Ægyptum petere cum puero nuper nato & matre eius, ac tam diu procul abesse, donec Galilæa indigenis pacaretur, essetque minus infesta ab crudelissimo Herodis imperio.

De Magis.

Pari miraculo tres illi qui ab oriente uenerunt magi, ut Christum nuper natum adorarent, in tempesta nocte moniti, ne ad Herodem reuertentur, quem Hierosolymis contenerant, rati (quod erat) cœli numen interesse ijs, quæ ferent, ab hospitali urbe diuersi domum abierunt, sed nulla re sacrae literæ pluribus sciant exemplis. Nam quorū quisque religionem adiuit, qui nō aliquo instructus oraculo, uisus sit sibi diuinæ uoci, non nocturnæ imagini obtemperare?

DE ETHNICIS EXEMPLIS,
& primum de Aenea.

Aeneas ex Ilio profectus præter Creusæ idolum, & deorum Penatium affatum, monitus ab Anchisæ patre per quietem, Sibyllæ antrū adiit, & Elyfios circuiuit campos.

De Alexandro Macedone.

Urbem in Ægypto conditurus Alexander, anceps consilij ubi loci eam potissimum ædificaret, in tempesta nocte dormienti senex affuit uenerabili specie, qui Homericum illud incinuit: Præterea undifono quædam iacet insula ponto, Quam Pharon appellat, Ægyptia littora contra. quod oraculū Macedo secutus Alexandriam, ubi hodie uisitur, auspiciatissime condidit.

De C. Graccho.

Infelicissimo fratris exitu territus C. Gracchus pertinaciter abstinebat à republicæ administratio ne, horreatq; optimatum potestatem, cæterum graui somno pressus, imaginatus est se à fratre moneri ne publicam causam metu proderet, esse in fati, ut ipse quoque similem exitum fortiretur, ut qui in tuenda Romana plebe non dissimili studio fuissent, eundem uitæ exitum uterq; fortiretur.

De Octauiō Augusto.

Erexit tonanti Ioui ædem in parte Capitolij Cæsar Augusto, quam Cantabrico bello uouerat, dedicatamque quotidie frequentabat: uisus itaque est sibi per somnium Iupiter Capitolinus queri sibi cultores abduci, seque respondisse tonantem proianitore ei appositum, ac mox tintinnabulis fastigium ædis redimiuit, quod ea ferè tunc ianuis dependebant.

De Galba imperatore.

Galba qui post Domitium Neronem princeps fuit sumpta uirili toga somniauit fortunam sibi dicentem, se ante fores defessam stare, futurum ut nisi ocyus reciperetur, cuiusque obuiio prædæ esset. mirum quod inde secutum est, aperto atrio simulachrum deæ æneum cubitali maius iuxta limen inuentum. Id Galba omni tempore mensuris supplicationibus peruigiliq; anniuersario coluit, quoad Iudibrij illius præsentia destitutus, cum uita principatum amisit.

DE SOMNIIS. CAP. VI.

De Iosippo.

Est somnium oraculi consanguineum, utrunq; enim parit somnus, distant tamē in affatu hoc est positum, illud in figura obscuræ significationis, nisi diligēs interpretatio adhibeatur, qualis fuit illa, quam dormiens Iosippus imaginatus est se cernere, quod omnes defectæ segetis manipuli, quos fratres secuisent, uenerabundi ad suos accederent: secuta recentior imago, qua uisus est sibi à sole, luna, & stellis adorari, quæ nihil obscure ad ea pertinuerunt, quæ in Iosippo postea euenere. potuit ipse puer (ut erat) à fratribus uendi, fatum mutari non potuit.

De Regio pincerna.

Fuit & illud certi euentus, & si figura diuersum, quod regius pincerna, & mox pistorum præfectus, per quietem uiderant: hic treis se cistas ferre capiti impositas, duas panis, unam crudi obsonij plenā, quam importunæ uolucres diripiissent: ille treis opinatus est se uuæ racemos exprimere, ex quibus regi multum propinaret. id duplex schema Iosippus interpretatus, pincernæ ministerij restitutionem portendi significauit, alteri uitæ priuationem post triduum, quæ cruce finiretur, nec defuit coniecturæ euentus.

De Pharaonis somnio.

Secuta mox alia somnij species obscurioribus adhuc uelaminibus, uidit Pharo rex Ægypti per quietem septenas boues hilari aspectu ab ripa fluminis ad paludem aberrantes, quas totidem aliæ deformi macie, palustriq; loco emerfæ exceptas cōficerent: quæ duplex somnij imago Iosippi sagaci interpretatione soluta est, septem annorū ubertate, lætitiāq; per nitidas boues demonstrata, per macie confectas portento sa totidem annorum sterilitate.

De Amalechitæ militis somnio.

Age nunc, & qualis fuit imago illa, quæ Madianitis, Amalechitisq; somnio excidium portendit, uastabant hæ gentes Iudæam bello, fecerantq; castra trans Iordanem, in quibus miles unus dormiens uisus est hordeaceum panem intueri, qui per tota castra prouolutus ingentē ederet stragem: nec defuit, qui per despiciatissimum panē Iudæū interpretaretur, qui contemptui esset hostibus, nec fides nō breuiter respondit. Iudæi Gedeonis ductu eadem nocte hostium castris insinuati, memorabilem ediderunt stragem, suntq; CXX. hominum milia à X. milibus occisione occisa.

De Martiani somnio.

Martianus, qui Athilanis temporibus Byzantij imperauit, per somnium uidit arcum Athilæ regis disfracum nocte, qua ille in Pannonia subita morte consumptus est.

De Genserici somnio.

Quid Genserici somnio, potuitne quicquā significantius monstrari? fuit is Vandalorum rex, Romanamque cepit & diripuit, compelli sibi uisus est per quietem à tribus iudicibus deponere flagellū, quod in manibus haberet, à quo uisus pauci inde dies intercessere, quibus Barbarus rex desijt in humanis esse, quod futurum Paulinus Nolanus antistes prædixerat.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,
& primum de Sacerdotum
Somnio.

Subtextam his Ethnica. Timoleonte Corinthio ad Dionysij tyrannidem euerendam in Siciliam profecturo, Proserpinæ sacerdotes somniasse dicuntur deas peregrè proficiscentes, & cum Timoleonte in Siciliam nauigare: quapropter

propter Corinthij sacram triremem publicè instruxerunt, instructæque duarum cognomen dearum indiderunt: fuit expeditio illa tam prospera Timotheonti, ut numen aliquod gerendæ rei non solum interfuisse uideri possit, sed etiam præfuisse.

De Alexandri magni somnio.

Obsidebat Alexander Macedo Tyrum insulam iam septimum mensem multa ope, eratque anceps adhuc uictoria, cum per quietem Satyri species ludibunda illa obuersata est, refugiens quoties in amplexum trahere conaretur: cæterum post longam iudificationem uisus est Satyrus congrederi, patique complexum, non defuit qui ex uocis interpretatione indubitatam sit regi uictoriam pollicitus; quia id nomen tua Tyrus latialiter sonet.

De ciuisem somnio.

Nec illa parum obscura significatio, quod idem rex sub id tēpus, quo Tyro potitus est, quiete pressus cernere est sibi uisus Herculem, qui à Tyrijs religiose colebatur, è muro sibi dextram porrigere.

De Philippis Regis somnio.

Philippus Alexandri pater post primos Olympiadis toros per somnū imaginatus est, se signum alio coniugis imprimere, cuius figura leonis esset, quod ad Alexandri potentiam haud dubiè pertinuit.

De Olympiadis somnio.

Olympias (quod magnitudinem futuri partus proculdubio portendit) nocte, qua Philippi toros passa est, exstitimauit facto tonitruo fulmen suis se uisceribus insinuasse, ex cuius resultu magnum emicuisset incendium, idque in flammis late diffusas abijisse.

De Darij regis somnio.

Quam præterea euidentis demonstratio in quiete Dario regi contigit? qui nisi coniecturis ad gratiam magis quam ad fidem imaginem trahentibus credere uoluisset, præuidisset nihil obscure excidiū, quod suo regno imminerebat: uidit ille per quietem Macedonicam phalangem igni late depasci, Alexandramque sibi ministrare, ea amictum stola, quam ipse olim regi Seruicus gestare erat solitus, eumque postea quam belli templum intrasset protinus euanuisse.

De Caesaris Dictatoris somnio.

Est & Cesari dictatori futura potētia per somnū demōstrata, dormiens exstitimauit cū matre coire: quæ nocturna species (ut somniorū cōiectores interpretati sunt) terrarum imperiū illi præsignauit, quia terra sit omnium mater, quam subactam sibi uiderat per quietem.

De Octauij somnio.

Octauius Augusti Caesaris pater cernere sibi uisus est, cum alto somno pressus iaceret, solare iubar ex Acciæ coniugis utero ortum: quod ad filij celebritatem haud dubiè pertinuit, accessit recens imago Acciæ, quæ sub ipsum puerperij tēpus per quietem purauit sua uiscera in cœlum extolli, explicarique per omnem terrarum, & aëris ambitum.

DE PRODIGIIS.

Caput VII.

Repudiauit Christiana pietas, uanam & superstitiosam illam ueterum Romanorum, aliarumque gentium circa prodigia omnia & ostēta obseruationem, omnia ad diuinam prouidentiam piè & sapienter referens: cæterum tam sæpe res sacris est literis repetita, ut silentio præterita, aut ignorata credi possit, aut parum animaduersa. Ast ego satis me facturū religioni arbitror, si quicquid hoc est, quod uana uerustas superstitiosè seruauit, ad prouidentiam refero, piaque uoce testor, nihil

suprà, nihil infrà fieri, quod non numinis aut iussu fiat aut permisso.

De prodigioso Nili fluxu.

Prodigium uocet Ethnicorum persuasio, ac terrū quidem & horridum, quod Nilus cruētis aquis fluxerit, quod phthirialis non unum aliquem Egyptiæ gentis (ut assoler) sed omnes ipsius terræ indigenas uno tempore corripuerit, quod ranæ coaceruatim enectæ, cœlum, & omnia infecerint, & locustæ agros depastæ sint, & grando ingens de cœlo missa nihil in agris reliquū fecerit, prodigiosa hæc sunt (quis ignorat) apud mysterij ignaros, qui sacras literas attigerunt, ut uerius, ita libentius miracula dixerint.

De Masphatana tempestate.

Nec alio quam prodigij loco prophanū uulgus ponat, & Philistæis ad Masphaton in acie stantibus lacescentibusque; Iudæos, ac conuicio insectantibus, quod metu & ignauia in edito se tenerent, ex impuio horrendè mota sit terra, subsederitque in patenter hiatum, sitque procella ingens secuta cum uentorum turbine, quæ tanta ui aciem afflixit, ut Philistæi uiolenter rotati, artoniti, atque armis exuti, passim ut inertia pecora sint à Iudæis occisione occisi.

De prodigij Iudææ.

Anno quo Hierosolyma excisa sunt à Romanis Titus Vespasiani ductu, sydus gladij figura in cœlo apparuit ipsi urbi imminens, curus diuersis cœli regionibus uagantes obseruari, & armatæ acies uisæ transire nubila: hæc uoces, hæc tuba, hæc uerum cœli edictum, quo populus ille ad pœnitentiam reuocabatur, sed aut non credidit, aut cæcus, & pertinax cœli minas contempsit.

De prodigioso defectu fontis.

Obsidebat Belisarius, cum Italiam à Gothis uindicaret Vrbinū in Umbria, repenteque; fons unde tota ciuitas aquabatur, sua sponte exaruit, qua subita defectione non aliter quam prodigio quodam perculli Vrbinates deditioem fecere.

De Genuensi fonte.

Genua, quæ Ligurū est caput, Io. huius nominis undecimo apostolicam tenente sedem, fons sanguinis prodigiose fluxit, nec multo post urbs ipsa est à Sarracenis capta, & miserabiliter afflictæ.

De prodigiosa maris bellua, & uolucrum certamine.

Pridie quam Veneti sint ad Sapientiam Ligustico bello uicti, corui uolucres aduersis inter se agminibus supra classem conflixere, quorum cruor superne cadens triremes resperxit, remigem ad hæc ex una nauī in aliam transilientem, immanis bellua deuorauit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,

& primum de L. Sylla.

Proscisciebatur ad sociale bellum cum florentibus copijs L. Sylla, cum circa Lauernam ingens terræ hiatus repētè extitit, inde lucidus & purus ignis prius emicuit extenditque; ad cœlū flammiferè ita esse à uatibus responsum, futurū ut cū uir bonus, & singulari aspectu principatū gereret, tumultuosus rerum status in melius mutaretur.

De prodigij, quæ ciuile bellum præcessere.

Sed nullo unquam tempore plura fœdioraque; expauit prodigia Ro. ciuitas, & reliqua Italia, quam primo ciuili bello impendente. Ignis ex hastis, quæ Ro. signa gestabant subito emicuit, estque ægerimè restinctus, treis corui pullos suos in uiam productos fœdè laniant: quod ex laniantu superstitio in nidum reculere, mures in templo aurum rosere, captaque;

ptaque; ex his fœmina ac quinos musculos in muscipula enixa, tres ex illis deuorauit, & quod omnium maximè terrificū fuit, puro serenoque; cœlo tubarum clangor in aère concurreuit, & lugubres intendens uoces, mortales metu & pauore defixit.

De alijs prodigijs.

Est & illud proditum memoriæ M. Acilio, & C. Portio Coss. lacte & sanguine pluisse, carne uerò sæpius, ut L. Volumnij & Seruij Sulpitij consulatu, & quam aues non diripiissent, incorruptam iacuisse. Pluit & in Lucania ferro, anno antequam Crassus in Parthia perijt, omnesque; cū eo Lucani milites, quorum magnus fuit in eo exercitu numerus. Colanū apud castellū pluit lana, quibus locis sequenti anno est T. Annij Milo interfectus, quo causam dicēte pluit lateribus: est & crepitus tubæ à cœlo auditus Cymbricis bellis, ab Amerinis uisa arma cœlestia ab ortu, occasuque; inter se concurrentia.

De prodigij M. Crasso oblatis.

Marcus Crassus ad Parthicum bellum profectus, cum amnem quandam iunxisset ponte, qua in hosticum transmissurus erat exercitum, tempestas subito coorta est cum tonitruis & fulminibus ita aduersa militum ora præstringens, ut transitu prohiberetur, secuta uis uetorum ingens, quæ ualidè pontem disiecit, transmissum est nihilo fecius, locus que ubi primum Romanus fecit castra, fulmine ictus est, nulla potuisset uoce clarius demōstrari clades, quæ duci & militibus imminerebat: cæterum quia ita euenire oportuit, res satis prouisa, ut inopinata & improuisa fuit perituri.

De prodigioso equorum fetu.

Equi quos C. Cæsar initio belli in Rubiconis traiectu consecrauit, uagique & sine custode, ut emeriti pascebantur, sub id tempus, quo ipse iam dictator interfectus est, pabulo abstinere comperti sunt, atque ubertim flere.

De aquile prodigio.

Illud etiamnum memorabile, quod Triumuiralibus copijs ad Bononiam contractis, sedit aquila super Octauij tabernaculum, duosque; hinc inde cor uos incessentes uehementer afflixit, uniuerso exercitu futuram Triumuirorum discordiam, & eius exitum præsignante: sed omnia id genus exempla ponere, superuacua sit operæ, præsertim cum in his æstimandis, tam frequens fuerit, quam uana & Ethnica supersticio.

DE OSTENTIS.

Cap. VIII.

De rubo incombusto.

Sunt ostenta prodigijs haud dubiè agnata, hæc diuersa tamen, quia illa natura sunt, hæc præter ordinem naturæ, accelerantque; euentum, et si quæ tardius sunt, præsignant nonnunquam: ut rubus ille quem Moses uidit incombustum, cū Batuelis oues palceret, ut huius uirga, quæ in draconem sese uertit, prioremque; recepit formam: sed utrunque mysticum, longiusque; traxit euentum.

De ostento à Daniele uiso.

Iam uerò & illud tardæ fuit significationis, siue ostentum dici oporteat, siue potius portētum, quod Daniel est intuitus, cum Susis in Mesopotamia esset subito & horrendo motu terræ in publico deprehensus, in faciem cōcidit: hic cœlesti uoce iussus surgere & cœlum intueri, conspicatus est arietem magnitudinè immani plura habentem cornua, & in eminentissimum unū, quod extremo agnatū esset loco, inde hircus ab occasu per aère delatus ab eo uisus, qui arietem altero capitis impulsu strauit, stratum conculcauit. Ingens præterea cornu ex hirci frōte emittens productum, quaterna que; illi cornua agnata in

quatuor diuersas mundi plagas obuersa: & in his exiguam unum, quod dum orietur, reddita uox est ex proximo id olim Dei templum crematum, timentioque; sacra inhibitorū, per quæ diuino ille afflatus spiritu Perfici regni euerfionem interpretatus in clytam Alexandri uictoriam & impietatem regum, qui ab eo fuerunt, præfagijt.

De regie domus ostento.

Seruiebat Iudæi seruiturè in Assyria, obtinebatque; Mesopotamiæ regnum Balthasar, cum in regia domo manus repētè extitit ex dealbato pariete, quæ hæc scripserit, Mane, Thekel, Phares, numerum, scilicet, pondus & fragmentū, id ostentum quid significaret unus omnium Daniel præuidit, docuitque; eius regni excidium appropinquare.

De Iordanis flumij ostento.

Iordanes Israëlīs progeniem postliminio reuersam, in Palæstinā transmissurus retrò cursum auertit, ne fatalem genti impediret accessum.

De solis ostento.

Sol præterea multo tardius solito occidit, ut Iosue speciosius uinceret, nullus dies Israëlitis aut Ionior affulfit, aut lætior, uocet hæc haud dubiè ostenta diuinorum operum ignarus: sed miracula uerius dicenda sunt hæc diuinitatis opera, & non naturæ sua lege aberrantis.

De olei ostento.

Simile est quod sequitur, sed ab alijs aliter estimabitur, sub id tempus quo Deipara Virgo sacratissimo est partu soluta, Romæ Translyberina regione oleum terra erupit, perque; integrum diem perpetuo manauit fluxu.

De solis ostento.

Sed nullum (quod sciam) maius unquam in cœlo apparuit ostentū, quam quod citra naturæ legem die quo Christus theanthropos in Iudæa cruce est affixus, sol à sexta diei hora ad nonā obtenebratus est: stupuerunt miraculum sapiētes, naturalium rerum gnari, & in his Dionysius Areopagita, qui ad tale ostentum exilijsse dicitur, atque; exterritus exclamasse, Aut mundus soluitur, aut Deus naturæ patitur.

De ignoti hominis ostento.

Erat Mauritius princeps Gregorio pontifici infestus, imminerebatque; impius imperator pietatissimo uiro capitaliter: cæterum obseruatus est quidam omnibus ignotus monastico habitu, strictum tenens gladium, quem gladiatoris statuē circumferens, alata intonuit uoce Mauritium ferro periturum, abstinuit ille uim tali territus ostento, perijt tamen nihilo fecius.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,

& primum de solis ostento.

Sacræ Egyptiorum literæ significarunt bis solem occidisse ubi oritur, ac roties ortum, ubi occidit, quo nihil à naturæ lege magis alienum esse potuit.

De mule partu.

Cum Darius rex Babylonem obsideret, uox hostis audita est ex murorum fastigio cauillantis, tum demum Darium Babylone potiturum, cum mula pareret: tenuit inde obsidio annum & amplius, & iam desperatio capiendæ urbis cæteros subire coeperat, cum Zopyri mula enixa est, fuit Zopyrus Megabyzi filius, qui cum Dario Magos interfecit. editum est id ostentum, & simul urbs Zopyri consilio & arte capta est.

De ostentis Romæ factis.

Nulla unquam ciuitas plura uidit ostenta, quam Romana, fuit enim omnium maximè Hetruscæ superstitionis æmula: proditum est itaque literis bo-

uem sub aratro locutum, puerum semestrem in O-litorio foro triumphum exclamasse, sereno die tubarum sonitum è cœlo auditum: L. Martio & Sexto Iulio Coss. in agro Mutinensi, duos inter se montes ex aduerso concurrisse ingenti crepitu assultantes, spectatumque id ostentum, siue quis portetum malit appellare ab equitum Romanorum, uiatorumque multitudie, præcessit id ostentum nonnihil sociale bellum, quo nullum propemodum fuit Italia calamitosius.

De ostento in Mauricinis facto.

In Mauricinis anno quo Nero pestis humani generis principatu excidit, præta oleæq; media militari uia in contrariis sedes transiere.

De ostento Casimi facto.

Superat omnem admirationem ostentum, quod Licinio Crasso & C. Casio Coss. ut in Romanis anilibus proditum est, Casini fieri contigit, ut ex uirgine quidam sub parentibus puer factus sit, hunc etas illa adeo auersata est, ut Aruspiciu iussu in desertam sit insulam asportatus.

De simili ostento Argis facto.

Mutianus ter consul prodidit uisum à se Argis Aristonem, cui nomen Aristus fuerit, nupisse etiam, mox barbam illi & uirilitem prouenisse, duxisseque demum uxorem: idem autor est, alterum à se puerum Smyrnæ uisum, qui pari sorte ex femina mas repente euasisset. par ostentum & in Cossitio Tydritano factum, qui nuptiarum die in marem mutatus est.

De quibusdam alijs ostentis.

Multo fœdiora hæc, magisq; terrifica, quam mule partus, aut Albani lacus subitum incrementum, aut quod mare sub id tempus, quo Dionysius tyrannus regno excidit, dulce sit factum, & potabile in portu.

DE OMNIBVS. CAP. IX.

De Mose adhuc puero.

EXcusat uocis ratio illorum errorem, qui in uerbo duntaxat omen posuerunt, sed bonorum pars multo maxima non magis (ut uideo) uocis quam rei omen uocauere. adiciunt illud quidam nihil horum, quæ omen afferunt, ad eum pertinere, qui id in se non recipiat, nec sua interesse arbitretur, quæ ex suo alienæ ore imprudenter excidunt, aut incognito sunt, & ut uestigia dicantur. in dubitatum id omen fuit eorum, quæ postea secuta sunt, quod Moses adhuc in fans, coronam capiti admotam conficit, proiectamq; pedibus conculcauit.

De Io. Zachariæ filio.

Eiusdem generis est, sed admiratio maior, quod Io. Zachariæ filius nondum in lucem editus, indubitato prophetici spiritus argumero, sub ipsum almæ Virginis ad Helisabetham matrem ingressum, gentem simili, uisus est sentire seruatore humani generis adesse, qui uirgineo gestaretur utero.

De Magorum omine.

Potest & illud ad hoc referri, quod myrrha, thure & auro sit à Magis donatus theanthropos Christus adhuc in fans: ut plus Magi omnino dederint, quam tunc dare se arbitrentur.

De Simeone.

Impiè faciat, qui non prophetice mentis fuisse autumet Simeonis illud ad Deiparam uirginem, cum optatum in manibus senex humanæ teneret redemptionis pignus: & hic gladius tuam ipsius pertransibit animam, uana tamen superstitio omen libentius, quam oraculum dixerit.

De Cayphæ dicto.

Pari interpretatione alij alio uocet nomine, quod Hebræorum pontifex Cayphas, pro concione effatus sit, oportere unum mori pro populo.

De pueris Hebræorum.

Vel quæ tam euidentis significatio fuit in uoce unquam, quam in puerili illa acclamatione. Osanna filii Dauid, notum est carmen, per quod Christus rex pullo sedens asinæ à uenerabunda ciuitate Hierosolyma ueniens exceptus est.

De Iesu Anani filio.

Nec ciuitas ulla ominosius quicquã audiuit, aut uidit, quam Hierosolymitana sub id tepus quo excisa est à Tito Vespasiani filio: Iesus Anani ignobilis alioqui rustici filius, cum ad solene sacrum uenisset, quo Artégiæ statuebatur in teplo, phanatico spiritu repete impulsus, uociferari exorsus est. Vox ab oriente, uox ab occidente, uox à quatuor uentis, in Hierosolyma & teplo, uox in sponso & nouas nuptas, uox in omnem populû: hæc irrequieta uoce clamitans sæpe correptus, ac magistratu iussu flagro casus mutare non potuit, ac ne fletit quidem, aut ingemuit cum atrociter caderetur, nec medio supplicio est quippiam duplex locutus, septem annos nullum adijt: cæterum ceu meditas illud frequens sonare, Vç Hierosolymis, urbe à Romanis circumfessa cum murus circuiret, uæ ciuitati ingeminas, uæ templo, uæ uniuerso populo. factum est, ut illud in solens adiecerit, uæ mihi etiam, atque in ea uoce hostili tormento iustus concidit.

De Constantino imperatore.

Constantinus imperator, cum fortè aciem in aduersum hoste instrueret, crucè in cœlo intuitus est, simulque uocem audiuit, Vince in hoc signo. accipit omen, siue oraculum illud Constantinus, ac simul uictoria secuta est.

De Rom. pop. omine.

Recens ei memoria est quæ sequitur, sed omen cuiusque ueterum in signi euentu comparadum: prodijt frequens Romana ciuitas obuiam Aeneæ Piccolomineo antistiti supremi ordinis, Romam ad noui Pontificis creationem ueniendi, mirum hic accidisse aiunt, dubium prælagio an ciuili studio, pars (quod satis constat) ciuitatis multo maxima potestatem salutauit, fuitque id omen illi ratum, creatus est illis ipsis comitijs pontifex, Piusque cognominatus.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,

& primum de Numa rege.

Fuit certi instar ominis in Numa rege, quod eodem die quo est in Sabinis natus, Roma est condita à Romulo, in qua ipse postea secundus à conditore legitime regnauit.

De Centurionis omine.

Tenebat difficilis consultatio senatû, effète Roma instauranda à Senonibus Gallis recepta, an populariter Veios migrandam, cum ex ea parte fori, quæ curiæ adiacebat Centurionis uox ex præsidio redentis audita est, Sta signifer, hic optime manebimus, quod omen magno ordinis consensu acceptum fecit, ut urbs retenta sit, & rogatio de noua colonia fuerit antiquata.

De Tyberio Graccho.

Tiberius Gracchus die quo optimatum conspiratione in Capitolio perijt, cum domo egredieretur, limini pedem offendit, adeoque grauius maximus pedis digitus est conuulsus, ut confisso unge crux toto calceo manarit.

De Mario Arpinate.

Sed quam triste fuit illud Gracchi omen, tam letum & optabile, quod in C. Mario extitit, erat is adulescens, merebatque sub Scipione Amiliano in Hispania, incidit fortè sermo apud ipsum ducem exercitus de claris imperatoribus, ac rogatus Scipio, quæ post ipsum habiturus esset Romanus populus summum ducem?

ducem? tum ille leniter, C. Marij humerum tangens, A Hic erit, inquit, omnium præstantissimus.

De altero eiusdem omine.

Extulit uox tanti ducis haud aliter Marium, quam oraculum quoddam certissimum, ut iam inde non nisi magna & excelsa sibi proponeret, sed maiore (ut credere est) alebantur omine ingentes illius spiritus, qui tam in prosperis, quam in aduersis infracti in eo apparuerunt: puer cum ruri aleretur, septem aquilarum pulli reperti sunt à matre in eius gremio, responderunt interpretes talium ostentorum super ea re consulti, fore ut septies rempublicam imperio recepram suo præsidio tueretur, idem omen effecit, ut ne in extremis quidem rebus Marius defeceret, ueteri oraculo confusus.

De Cæsare Dictatore.

Cæsar Dictator cum in Aphricam aduersus Pompeianorum reliquias exercitum deportasset, ac primo litore nauis egressus concidisset, uertit confestim omen in melius, exclamans, Teneo te Aphrica.

De Calano Gymnosophista.

Nota est & Calani ominosa uox, fuit is Gymnosophista unus, diuque comitatus est Alexandri castra, postremò uiuus statuit incensam pyram ex gentis instituto insilire: cum igitur spectante exercitu in subiectas pyræ flammis insulturus staret, interpellatus ab Alexandro, rogatusque an mandaret aliquid, mox paulo, inquit, te uidebo. Impleuit id omne ipsius ducis interitus, quod non multo post secutus est.

DE PRAESAGIIS.

Caput X.

Est prælagium prudentia quædam, & solertia animi futura præsentientis, distatque ab omine, quod prudens ab imprudente, uigilans ab eo qui dormit, qui omen facit, nescit se facere, qui uero prælagit, arretione & solertia quadam, quod futurum est, præuidet, & si causa non semper nota est.

De Israele.

Erat Israël iam senio confectus, plurium filiorum pater, in tanto tamen natorum grege de Iosippi uita & incolumitate erat supra modum sollicitus, ut unum illum intueri, unum penes se habere, nec temerè procul ablegare, indubitato mentis prælagio, ut credere est, fore ut is omnium unus aliquando maximo foret patri desiderio, qui præsens patrium explere non posset affectum.

De Saulo rege.

Vicit Saulus non uno prælio Philisteos, uerum suprema illa pugna, quæ fuit ipsi regi cum ea gente, fuit & humanorum operum eidem ultimum: præter solitum ab eo formidata est, tanquam sibi etiam & suis funesta, nec mens futurorum sollicita, passa est illum prius in aciem descendere, quam Samuelis umbra exploratum habuisset, imminere regi, & ipsi regie stirpi excidium, quod sagax mens antea præcepisset, præsens ira que instare fatale tempus, sed fatum declinare noluit, aut certè non potuit.

De Dauide rege.

Nec illud aliud fuit, quam prælagium, fore ut in suorum ducum potestate esset, ut Absalon in pugna seruaretur, quibus ad prælium excurrentibus identidem Dauid rex imperasse dicitur, ut enixè darent operam, ut filius ethi hostis, sibi incolumis esset, & extra omne uitæ periculum, præsens mens illa fatidica filij exitium, sed fatali necessitati obuiam ire non ualuit.

De Magdalenes præfaga unctio.

Habuit & Magdalenes unctio prælagij speciem, quæ sub ipsum Dominicæ mortis tempus nardino unxit unguento Christum regem & magistrum,

quo delibutus ille, est non multo post sepulchro conditus, lauit enim ueritas, & unxit defuncta corpora: ungi & in conuiujs moris fuit, sed diuinam sapientiam non latuit, quid sibi uellet præfaga unctio.

De Io. Ro. pontifice.

Ioannes, qui tertius & uigesimalis fuit huius nominis Ro. pontifex, Bononia profectus (ubi studio rum causa diu fuerat) Romam decreto petebat. Rogatus ab inimicis quò iret, ad parandum, inquit, mihi potestatum, adeprus est ille id decus, sed magno fortunæ ludibrio adeptum amisit.

De Calisto pontifice.

Magnum sanè hoc, sed illud maius, prælagijque multo euentioris, in quodam Calisti tertij, qui mea memoria cum adhuc puer esset pontifex fuit, cæterum ab eo nondum pontifice, ut quod ex ipsa constitit inscriptione, conscripto solenne uotum reperit, quo in ordine adhuc manens, tanquam Pontifex, Deo optimo maximo bellum in Turcos nouit: Ego inquit Calistus pontifex, uoueo, ac uoti carmen aboluit scripto, cæterum damnatus uoti, parauit in Turcum trirèmes aliquot, estque eius auspicijs nonnihil in eam gentem bellatum.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,

& primum de Timone.

Odit humanum genus Timon Atheniensis, nulli hominum mitis, nulli blâdus in occursum, præterquam Alcibiadi puero, hunc unum in publico comiter excipere, caput demulcere, osculari, amplecti, rogatusque, ali quando unde illa comitas in solum duntaxat Alcibiadem? quia uideo, inquit, fore ut hic adultus sit patriæ exitio futurus, nec ille sua est coniectura deceptus.

De Themistoclis magistro.

Quid Themistoclis magister, nomine & ipse multo prius uidit, qualis esset is futurus, qui à se instituebatur? quippe qui pueri illius indolem rimatus dixisse fertur, nihil te paruuum & puer, sed certè magnum aliquid siue bonum, siue malum auguror futurum.

De Theodoro Gadareo.

Nec minus sagaciter Theodorus Gadareus rhetoricæ præceptor, in Tiberio Nerone puero sæuam lætamque naturam deprehendit, apteq; & graphicè descripsit obiurgabundus sæpe eum appellans lutum sanguine maceratum. Scribonius Mathematicus præclara de eodem infante spondit, regnaturum eum affirmans, sed sine regio insigni, ignota scilicet adhuc Cæsarium potestate.

De Sylla Dictatore.

Prælagium an aliud secutus dictator Sylla, non facile dixerim, uictus tandem amicorum precibus, qui C. Cæsaris adolescentis supplicium deprecabantur, exclamasse fertur, haberent illum sibi, modo scirent eum, quem tantopere cuperent incolumem, optimatum partibus quandoque exitio futurum.

De Octauio Augusto adolescente.

Sumentis Octauio uirilem togam, tunica Lati clauis resuta ab utraq; parte ad eius pedes decidit: non defuerunt, qui prælagirent futurum aliquando, ut is ordo cuius illud insigne esset, ei subijceretur.

DE PRVDENTER ET SALSE

dictis. Caput XI.

Non pauci (ut arbitror) fuere, qui fortius ælongè aliter quam senserint, aut uixerint locuti sunt, sed hi neque sapientes habendi, neque digni, qui ab alijs audiantur: nihil humanæ aures libentius audiunt ueritate, qui quod sentit loquuntur, uerax est, contra uanus & medax, qui multum diuersa ab ijs, quæ sentit animus, effatur, uerum omni tempore reperti sunt, & hodie quidem plerique

HHH h 2 reperun*

reperiuntur, qui naturam secuti, quæ ueri amica est, nihil ficti loquuntur: quod rectè putant, id probat, nec prudètes unquam mētuntur, nec ulla sui parte magis homo qualis sit facilius deprehenditur, quàm sermone, ut aera tinnit, sic hominū ingenia uerborū forma dignoscuntur: quapropter operæ precii fit (arbitror) his subtexere, quæ quisq; hominū obseruari digna sit aliquando locutus, quæ non magis loquentiū autoritas cōmendat, quàm extemporalitas. Nā tamen si à sapientibus non nisi sapienter dicta procedunt, placet tamen & in his extemporalis sapientia.

De Christo rege.

Sciscitati sunt Iudæi ab ipsa sapientia, essetne census reddendus Cæsari? ac simul Herodianos nummos protulerunt. apparebat si ad ea, quæ rogabatur, rite respondisset, euenire oportere, ut aut impietatis reus fieret, aut maiestatis: tum doctor ille summus, Dicite cuius inscriptio est hæc? Cæsaris autem, Reddite, inquit, quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ Dei, Deo.

De eodem Christo.

Quid præterea tam uehemens, quàm illud ad infringendam insectantium calumniam, perulcamq; dicacitatem? cæca est inuidia, quæ unum duntaxat nouit opus, honesta et fortia labefactare, aiebant Iudæi, in Belsabuth eijcit dæmonia: tum suprema illa uirtus, Si ego in Belsabuth, filij uestri in quo erogo eijciunt?

De Samfone.

Samson uir fortissimus ubi insolubile ænigma à se equalib. propositū, sensit procorum uni ab uxore proditū, medio cōuiuio exclamauit, Nihil fallacius fœmina.

De Dauide.

Sunt equidem multa à multis dicta, atq; æquæ celebrata, quale illud Dauidis: Dixit in sapiens in corde suo non est Deus, & alia his similia.

De Tathæo Christi discipulo.

Extrat filij huius liber sapietie nomine inscriptus, qui in uniuersum queat uitam hominis instruere sapienter dictis, sed recentiora id genus alia magis fortasse placebunt, quale Tathæi illud (sunt is unus ex duodecim discipulis) q; ad Abagarū missus: cum rex & multi cum eo illius prædicatione ad ueram fidem accessissent, cōgerentq; illi abeunti multum auri, tum Tathæus horum munera aspernatus, Si nostra, inquit, relinquimus, quomodo rectè accipere possumus aliena?

De Vigilio Ro. pontifice.

Appellatus Byzantij Agapetus Rom. pontifex à Theodora Iustiniani principis uxore de Anthemio antistite restituedo, negauit ille pertinaciter se id daturū: erat Anthemius hereseos dānatus, sed quia parū aberat, quin ui cogeretur, Putabā, inquit, ad Iustinianū uenisse nō ad Diocletianū, fuit Diocletianus omnium, qui imperio potiti sunt, Christiani nominis inimicissimus, contra amicus & fautor Iustinianus.

De Bonifacio Ro. pontifice.

Odit inexplabili odio Columnenses Bonifacius huius nominis octauus, insectatusq; est ad excidiū totam gentē, signaturus itaq; cineritio die Procherum Genuensem antistitem, cuius clarū erat nomen in factione, mutato carmine: Memento, inquit, homo, quia Gebellinus es, & cū Gebellinis in cinerem reuerteris. atq; hæc effatus, oculis nō capiti (ut moris est) cinerem offudit.

**DE ETHNICIS EXEMPLIS,
& primum de Fabio.**

Svadabant amici Fabio maximo, ut quando segnus & timidus Romæ haberetur, adire mallet pugnæ periculum, quàm formidinis infamiam

subire: tū ille, Efferem ego, inquit, uterè formidolosus, si leuium hominum obtrectationes ueritus, à meorum consiliorum ratione discederem.

De Hannibale & Gisco.

Mirari supra modum Gisco Pœnorum illustrium unus Romanam aciem ad Cannas in prociū stantem, nec tā uehemens admiratio carebat metus suspicione: ad quem protinus eludendum tempestiue Annibal, At illud ait puto te multo magis miraturū, quòd in tāto hostium numero nemo est, qui Gisco nuncupetur. mouit ea uox risum istatibus, & spem maximam Pœnis attulit fiducia ipsius ducis, qui in aperto discrimine ioco non abstineret.

De Barcha Pœno.

Vicit itaq; egregiè Annibal, nec de Romanis unquam illi maior cōtigit uictoria, qua cū Pœnus dux frigidius uteretur, uir nobilis Barcha, Vincere scis, inquit, Annibal, uictoria uti nescis.

De Fabio maximo & Annibale.

Recepit Fabius maximus Tarentum à Pœnis nocturna pditione, qua arte fuerat ab hoste captū, urbis igitur alienatione ad Annibalem delata, Tarentum (dixit) amissimus, ea arte, qua ceperamus.

De eodem Fabio.

Sustulit Fabius uictor ex ea urbe omnia ferè ornamenta publica, præter deorum statuas, quod ut faceret ab amicis monitus, Quin iratos deos (ait) Tarentinis relinquamus.

De Antiocho rege.

Multatus tota Asia circa Taurum Antiochus rex Syriæ à Romanis bello uictus, testatus est se magna cura liberatum, quòd modicis regni finibus inclusus esset.

De Aphricano.

Antiochi uox illa quietem & ocium querētis nō est solertis & magnanimi regis, multo melius Aphricanus maior, qui ocium uertebat in negociū. nota uox eius qui dicere solitus est, nūquā se minus ociosum esse, quàm cum ociosus esset, nec minus solum quàm cum solus.

De Catonis ioco.

Mittebātur tres legati in Bithyniam ad Nicomedem regem, laborabatq; horū unus à pedibus, erat alteri caput uariè confossum & cicatricib. deformatum, qui reliquus fuit parū sapere credebatur, estq; in hos faceret cauillatus Cato, testatus legationē illā pop. Ro. neq; caput, neq; pedes, neq; cor habere.

De Diogene & Dionysio.

Multum diuq; fuit Diogenes Cynicus Corinthi, hic ille Dionysium Syraculanum intuitus à Timotheonte Corinthio principatu deiectum, magisque præsentium uoluptatum, quàm pristinae fortunæ memorem: Viuis, inquit Cynicus, d Dionysii, tāquā multum uitæ indigus.

De Lysandro Lacedæmonia.

Fertur Lysander Lacedæmonius frequēs illud in ore habuisse, pueros astragalis fallere solere, uiro iure iurando. Idē tamen iniuste aliquando fecit amicorum causa: cæterum cū talis esset, tanquam deū quidam, aras & sacrificia est in Græcia adeptus.

De Pyrrho rege.

Vicerat Pyrrhus rex ingēti prælio Romanos, cōtigitq; uictoria illa regi nō incrueta, parte multo maxima uictoricū copiarū cesa, aut grauitè affecta, cum Pyrrhus cōscius sibi cladis eo prælio acceptæ, Perij, inquit, si iterum Romanos uicero, eiusdem illud est Siciliam relinquentis, d qualem Carthaginensibus & Romanis relinquimus palæstram.

De Sydonio.

Rogatus Sydonius quidā homo dicax, quid esset quòd cū nulli togatorū parceret, à M. Crasso incedendo

sendo pertinaciter abstineret? quia Crassus, inquit, fert fœnum in cornu. quæ uox inde frequens usurpata est in eos, qui sua sponte nocerent ut boues, quibus alterum cornu fœno religatur, quia uiatores petant.

De Alexandro magno.

Quærebatur ab Alexandro magno uellētne in Olympico stadio certare? libens, inquit, certarem, si reges ibi mecum certaturos scirem. Eiusdem est & illud in Callisthenē, o di sapientē, q nihil sibi sapiat.

De C. Cæsare.

Negabat Cæsar, testis rogatus se quippiam comperitum habere de cærimonijs Bonæ Deæ, quæ à Clodio pollutæ dicerentur: tum ij, qui in eam rem anquirebant, Cur ergo uxorem eiecisti? qui respondit, Domum meam nō solum oportuit crimine cære, sed suspicione etiam criminis.

De M. Bruto.

Victus Brutus in Philippis, cum ab uno amicorum moneretur, fugiendum esse priusquam hostis adesset: tum ille fugiendum quidem, sed manibus, non pedibus.

De Demade Atheniensi.

Nunciauit Athenis Asclepiades quidam magni Alexandri interitum, negabatq; Demades esse credendum, potuisse diſcitans uel uno die totum orbem repleri tanti cadaveris odore.

De Phocione.

Tumultuabantur Athenæ ad eum nuncium, cuius nunc nunc mentio incidit, nec Phocionis monitu castigatiōne, qui censebat certiore nuncium expectandum, comprimere poterat gliscēs motus, quin multis reclamātibus uerum esse, quod Asclepiades nunciaſset: tum Phocion si hodie uerum est, erit & cras, perpetuo que deinceps uerum. Idem à Leosthene quōdam interpellatus; quid toties imperator Atheniensibus profuisset hoc, inquit, ut ciues mei suis conderentur sepulchris. Est & illud eiusdem in eundem Leosthenem, cum magna & elata quædā super bello decernendo loqueretur, Tua, inquit, Phocion d Leosthenes uerba cupresso similia sunt, magna, sed sine fructu.

Plurimum false & prudenter dicta.

Pitheas unus ex Atticis oratoribus Demosthenis diligentiam significaturus, eius enthememata dixit lucernas olere: M. Cicero, Platonis Dialogos ita scriptos affirmarat, ut Iupiter non aliter fuerit locuturus si loqui uoluisset. iam & illud unius sapientum ad Cambysen regem non obscurum, cum rex ab eo quæsiuisset, an forem legitime sibi bi matrimonio iungere? tum ille nulla lex, inquit, rex hoc permittit unquam, sed alia maior lex est, lice re regi facere quicquid libeat.

MARCI ANTONII COC

**CII SABELLICI EXEMPLO/
rum Liber decimus.**

DE INANI GLORIA VITAN
da. Caput I.



Non nobis dixit propheta summus, sed nomini tuo da gloriam, cum cæli numē alloqueretur: clamat fatidicus ille uates, testatur, admonet demens et stulti esse tribuere homini, quod proprium sit nominis ad quod bona cuncta sunt referenda: omnes humanæ uitæ successus inde sunt, inde & quicquid in terris boni nomen habet, uelut ex uberrimo manat fonte.

De Mose & Haarone.

Id usq; adeo persuasum habuere Moses, & Haarone

ron, ut in Arabiam cum incolū populū per rubrum mare transgressi, confestim Deo seruatori laudes decantarent.

De Iesu Nazareno.

Christus summa uirtus curabat cæcos, mundaſſet leproſos, surdis auditum restituſſet, mortuos suscitabat, tantum que aberat, ut inde sibi gloriam aucuparetur, ut illud ferè præciperet ijs, qui curarentur, ut Deo laudem darent.

De Petro Bariona, & Apostolis.

Hanc Petrus Bariona, & ceteri Apostoli in docto re summo modestiam imitari, tantum ab omni inani laude abfuerunt, ut occultè magis quàm in aperto miracula operarentur, & in Christi Nazareni nomine nihil obscure testari, non sua, sed diuina uirtute fieri quæcunq; miraculose operarentur.

De Ioanne Zebedei filio.

Fuit & Ioannes Zebedei filius huius uani affectus longè expers, id cum omnis eius uita facile demonstrat, tum quòd bis septenos annos de suo in cælū raptu pertinaciter mortales cælauit omnes, nec prius id arcanum retexit, quàm Corinthios commone facere coactus est, ne sibi non ueros Apostolos præferrent, praua opinione decepti.

De Io. Monacho.

Mittebat salutare oleum circa domos Io. Monachus Ægyptius, ne qui curationis causa ad se uehebantur, citro ultroque præteruehentes à pluribus obseruarentur.

De Antonio abbate.

At ne oleū quidem misit Antonius abbas, quin Martiano præfecto militum opem filia, quæ à dæmone uexabatur, implorante, negauit à se, quia peccator esset, oportere auxilium sperari, iret & salutē puellæ à Christo, qui Deus esset, precaretur: precatus ille est, & confestim puella immundo spiritu est soluta, magna Antonij demissio, sed præfati militum fides maior, curatio præsentissima.

De Gregorio Pontifice.

Laudabatur à quodam impèlii Gregorius Ro. pontifex, uilissq; est sibi ea laudatione non ornari, sed grauitè onerari: Precare, inquit, hospes Deum, ut siam aliquando ijs dignus quæ mihi tribuis, ac tu non indignus, ut opinio ista improbari non possit.

De Francisco Asiatic.

Opere precium est audire quid Franciscus Asiaticus commentus sit aduersus gliscentem sanctitatis suæ famam, quæ cum in horas maior ferretur, ne qua inde uoluptas subiret animum, negocium dedit dicacissimo cuidam, ut uitam & mores suos omni uerborū petulanti incesſeret, urgere ille immaniter uolentem, rusticum uocans, in doctum, stigmaticū, probare id conuicium Franciscus, ac testari multo uerius de se illa dici, quàm laudes ab ullo prædicari.

De Deipara uirgine.

Sed Deiparæ uirginis demissa confessio omnē in hoc genere post se longè reliquit exemplum, quæ à cælesti nuncio salutata, præclarumque & ineffabile mysterium edocta, non se Domini matrem, non filiam, non sponsam dixit, sed ancillam, cæterum quo se humiliter depressit, eo sublimiter in cælum est euecta.

De Gallicana fœmina.

Fuit recentioris memoriæ fœmina Gallici generis, obscuris orta natalibus, sanctitate nobilis, perregit hæc frequentem ad se mortalium conuersationem, ob receptam de se opinionem in solitudine longius abiit, trium dierum itinere, ut locorum intercapedine desineret frequentari.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, & primum de Diogene Cynico.

IN nulla humanę uitę parte pauciora reperire est Ethnicorum exempla, quę in hac quę ad glorię contemptum pertinet, quippe qui Chium Aristonem secuti ad studium laudis omnia potius, quę pietatis retulere, fuerunt tamen in his nonnulli, qui uirtute contenti, famam & laudem omnem contempserunt: enim uero Diogenes ille Sinopę us nunquam se tantum abiecit, ut pueris cõtemptui esset, si ex uana uulgi opinione, & multitudinis plausu pedisset: maluit ille esse uir bonus, quę prædicari, magis naturę æmulus, quę glorię cupidus, estque propterea post mortem affectus, quod uiuus repudiavit.

De Heraclito & Timone Atheniensibus.

Hoc scilicet, nec alio affectu, Heraclitus Ephesius & Timon Atheniensis, tam diuersi abierunt ab hominum opinione, ut hic omnium commercium fageret, ille uellet à nullo sua scripta intelligi.

De Fabio maximo.

Fabius maximus ne cunctatoris quidem nomē repudiavit, modò cunctatio illa patrię profutura esset, nec prætulit ille rumores hominum publicę utilitati, maluit dux utilis esse, quę uana & stulta prædicatione nobilitari.

De Cincinnato.

Extrant ciuilitatis & modestię exempla adhuc eorum, qui Fabij ætatem præcessere. Nam quid Cincinnato ciuilius? qui deposita dictatura, confestim ad aratum, unde fuerat accitus, recurrebat.

De Curio Dentato, & Catone maiore.

Aut quis hominum minus ostentator, quę Curius? qui consul & copiarum imperator hostium legatis spectatibus, in scitilibus rapa esitavit: uel quis Catone, qui postea Censorius est dictus, magis popularis? qui Sardiniam prætor fortitus, sine rheda circiuit ciuitates uno duxerat comite, qui uestem ferebat, & turibulum.

De Timoleonte Corinthio.

Timoleon Corinthius tantum abfuit ab huiusmodi uitio, ut euerso Dionysij principatu, & libertate Syraculanis parata, è medio sua sponte cesserit, maluitque priuatus, & in prædiorum secessu solus uagari, quę officiorum frequentia septus in urbe cõspici.

De Phocione.

Fuit & in Phocione exemplum id genus unum, in raris habendum, cuius uirtutem mirati ij, qui autum ab Alexandro illi dono tulerant (nam ille regium aurum pertinaciter recusauerat) ubi eius domum subierunt, uxorem panem pinentem intuitu, ipsamque aquam sibi haurientem, qua pedes lauarentur, multò efficacius poscere occæperunt, ut aurum acciperet, cuius esset, ut facile ex ijs, quę fiebant, poterat intelligi ualde indignus: negare Phocid id esse, ac simul senem quendam medicum, atque eundem pauperem intuitus, Vtrum, inquit, meliorem arbitramini me, an quem prætereuntem uidetis? precantibus illis, ut meliora loqueretur, at ille, inquit, multo paucioribus contentus agit, quę Phocion, in diem enim sibi quærat unde uiuat.

DE TEMERARIO IUDICIO. CAP. II.

Docuit ueritas, & prima sapientia, quod euangetica monstrat historia, iudicandos esse, qui temerè iudicant: & cum ita sit (nã ueritas falli nõ potest) nullum tam est uitium in hac uita, qua uiuitur frequentius. Lippiant saepe oculi, obscuræ sunt aures, sit hebetior uisus, sit & gustus, opinatur nihil secius mens, & iudicat ad sensum, imaginatur etiam, oriturque hinc quoque iudicandi materia,

A quo fit ut in nulla uitę parte defior existat humanę mentis caligo, nullibi maior ignorantia.

De Heli sacerdote.

Intuitus Helis sacerdos Annam Helcanę uehementius in Sylo supplicantem, Quo usque tandem ages ebria dixit? quid despiciaris? at illa non uino, sed diuino flagrabat ardore, estque iustissima mulier è cælo audita, & ex sterili fecunda facta.

De Ammonitarum rege.

Misit David rex legatos ad Ammonitarum regem, qui suo nomine dolerent obitum patris nuper defuncti, credit ille nõ ad officium eos ad se missos, sed ut circa se omnia explorarent: atque ita peruersus barbam ijs, qui missi fuerat contra ius gentium abrafit, & ad nates usque recidit uestes. temeritas ingens, & quę non impune illi celsit: enim uero legatis barbam ademit, sibi uero regnum.

De Simone Christi hospite.

Temerè nimis & stultè de Christo theanthropo iudicauit Simõ, qui eum hospitio acceperat, ne prophetam quidem opinatus, quia mulierè uulgo infamem à se non repulisset, sed tangi etiam se ab eapareretur: at felix ille error, qui disculsi ignoratię tenebris, continuo est factus lucis particeps.

De falso iudeorum iudicio.

Eijcit aiebant Iudej, diuinitatis opera Christo inuidentes, in Belsabuth dæmonia: cæterum uix tam temerè calumnia illa iniecta est, quę celeriter disculsa, tempestiuo ueritatis occurrit: Si ego, inquit, in Belsabuth, uestri ergo filij quo nomine eijciant?

De Vitale monacho.

Cecidit quidam Alexandrię Vitalem monachum prostibulo exeunte, ratus libidinis gratia locum adijisse: cæterum ille pietatis officium secutus, eo uenerat, ut inde mulierem eximeret, quę se turpi quęstui addixerat: inuenit itaque temeritas ultionem, percussorij uexari illico cœptus est à dæmonibus, ut quorum impulsu dextera peccauerat, mens eorundem incursum torqueretur.

De Daniele abbate.

E cælo impetrarat Daniel Aegyptius abbas fecunditatem matronę haud ignobili. Cæterum quia frequens in ea domo obseruabatur, uicini abbatibus congressu, mulierem grauidam esse factam arbitrari: percubuit rumor, quo plus nimio commotus Daniel puerum nuper editum iussit in publicum deportari: multisque mortalibus ad id spectaculum uocatis, alijs sua spõte affluentibus, infantè per Deum adiurat, ut dicat quo esset parte genitus: hic miraculo factum, ut puer liquido testatus sit se legitimo toro, non adulterino natum.

De Britio Turonensi.

Pari infamia perfusus Britius Turonensis antistes, primo pueri nondum menstrui usus est testimonio, qui Christi nomine rogatus, negauit Britium esse patrem: ascribere prodigiosum asatum emuli magicę arti, ardentem prunam pius antistes in sinum collectam per populum impune circumtulit: neque id miraculum obtulit, quo minus dignitate priuaretur. Cæterum duo qui in eius locum surrogati sunt, unus post alium fato consumpti sunt: odiumque quo ab initio flagrauit, in gratiam uertitur: uixigitur tã aduersa inuidia fuerat honore depulsus, quanta est innocentię & sanctitatis opinione restitutus.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, & primum de Palamede.

Abent & cætere gētes sua temeritatis exempla, in quibus ut uetustissimum, ita maximè memorabile est illud Palamedis, qui ad Troiam temerario Græcorum iudicio damnatus perijt Ithacensis Vlyxia fraude.

De Herdo-

De Herdonio Aricino.

Nec arte multum diuersa Tarquinius, qui ultimus fuit Romanorum regum, Herdonium Aricinum temerario & inconsulto Latinorū iudicio perendum obiecit.

De Valerio Publicola.

Agennus, & quàm inconsultè, nestolidè dicam Populus Romanus M. Valerium in affectata tyrannidē infamiam coniecit? quia in summa Velia ædificaret, tãquam fieri potuisset, ut is, qui tam acerbus regum hostis, assertorque; liberratis exstitisset, tyrannidem affectaret: sed domo, quę illi inuidiæ fuit, solo equata, ad eõ ciuitatis animum est mutatus, ut quem nuper, ut tyrannum auersabatur, Publicolã dixerit.

De Gabinis.

Gabinorum autem iudicium nõ solum stultum, sed sibijpsis etiam funestum & perniciosum, qui Sextum Tarquinium temerè credèdo ex hoste hospitem fecere, ex hospite ducem, per quem non multo post non tantum bello uicti sunt, sed libertate etiam, & fortunis omnibus exuti.

De Rom. ciuitate.

Quantum Romana ciuitas in Fabio maximo oblocinata est, tantum nec minus in Minutio: in hoc reuerentem pro fortitudine complexa, in illo prudentiam pro timidiãte grauitè auersata, una tamè hora docuit multitudinis esse proprium nihil sapere, temerèque iudicare, ut ubi consilio opus est, euentum requirat.

De Sylla dictatore.

Torfit L. Syllã tamesi dictatorem falsus de Gn. Pompeio rumor, torfit & multitudinis opinio, quę temerè rumor accersit, Pompeiũ in Aphrica à Sylla cum exercitu defecisse, pacatus tamen ducis ad urbem reditus, uanum populi iudicium arguit, & dictatoris animum metu liberauit.

De Vespasiano.

Eadem suspitionis uanitas diu sollicitum Scantum habuit Vespasianum principem, sed huiusmodi iudicium eo leuius, quo minus Vespasiano timendum fuit à filio, quam Syllæ ab alieno adolescente. creditus est T. Vespasiani filius, quia Hierosolymis euerfis, nõ illico Romam uenisset, regnum meditari: credidit id pater, crediderunt & multi, cæterum Titus omnium opinione celerius ad eiuismo di falsos de se rumores coarguendos sese patri ex improuiso obtulit, Veni, inquit, pater, ueni, per quę suspicio disculsa est, principijque & ciuitati uana opinio merito exprobrata.

De duabus Vestalibus.

Sed in nullis hominum magis, quę in duabus Vestalibus temeraria hæc iudicandi ratio elusa est. Claudia & Tuccia parum sanctè suam ueriuirginitatem uulgo creditæ, uerum ubi & hæc nauim uado remolita est, cinguloque aduerso Tyberis petra xit, illa aquam hausit cribro, concidit fama mēdax, & quę stultè multi indicarunt, tam dolenter & afflictim suę temeritatis penitentiam egere.

DE CONSTANTIA ET FIDUCIA aduersus dæmonum præfigias. Caput III.

Omnium animalium homo præcipuo pauore confunditur, & quo plurium est imaginum capax, eo timidior, pluribusque terroribus obnoxius, usque adeo pronus ad nouas species effingendas, ut quę in medio philosophorum quidam pro incertis relinquunt, aut reijciunt pro uanis, quia incorporea sunt, humani oculi parent se cernere: uerum omnis de laruis & dæmonibus tam uulgata, quę uera est opinio, si quis ueritatē artēdat nõ Leucippi & Epicuri delirij, qui omnia ad sensum referunt.

De Iob uiro iustissimo.

Sed quis tãtum à uero deflexit unquam, ut quę in Iob uiro iustissimo euenere, non Dei optimi maximi permisso, maliq; Genij ipsius fenis astu facta arbirretur? ut is ad uirtutem exercitior fieret homo alioqui optimus? nulla est ærumna tam atrox & acerbam in humanis quę non hominem attigerit piũ, iustum & innocentem: magna & sæua hæc, sed piũ fenis propositum adhuc potentius. exercitus est ille ut unus aliquis hominum maximè, uerum nunquam uictus.

De Christo.

Magna aduersus eum cuius nunc memini exitit Caco dæmonis intemperies, sed maior omnino quę attingere ausa est unigenitum Dei filiũ, qui tamesi Deus esset, erat tamen & homo, hunc auaritię: hęc gula, superbięque uitio pollũere conatus est, sed fraus illa eo uanior, quo Christi, qui tantus erat, maior fuit uirtus, maior sapientia.

De Benedicto abbate.

Sensit Benedictus abbas monachorum quędam de monasterio relinquendo consilium agitare: habuitque pro magno negotio illic occurrere, conspicatusque est hominem extrahi à puero Æthiopici coloris, dum cæteri lacris operarentur: increpuit euntē abbas, ac simul affectus percussit uirga, nec qui trahebatur, fuit inde eiusmodi casibus obnoxius.

De Antonio abbate.

Petebat decreto eremum Antonius Alexandrinus abbas, estque obiter à dæmonibus ad necem prope modum cæus: deflexit itaque in proximum uicũ, fuitque hic tantisper dum curaretur: inde repetito itinere procul ire pergit, uel grauiora etiam passurus modò propositum teneret. profuit illi constantia, profuit & fiducia: enim uero diuina ope adiutus eremum tenuit, uixitque in solitudine tutus ab eiusmodi dæmonum præstigij.

De Macario abbate.

Fuit & Macarius Alexandrię abbas, accidit huic quod & paucis hominum, subierat forte Ethnicũ sepulchrum submoto cippo nocte deprehensus, ut in eo caperet somnum: hic ille uocem se audire imaginatus est, ex ijs osibus reddita quibus dormiens hærebat, Venirem si possem, sed premor pondere super me cubantis: rum ille, Exi, inquit, & abi si potes, ego hic uel te nolente pernoctabo.

De Hilarione abbate.

Sed nullus (quod scia) audacior fuit Hilarione, fortiusque contempsit dæmonum fraudes: quippe qui in solitudine sepe infantium uoces intempesta nocte audire se existimauit, nunc balatus ouium, mugitus bouum, planctus mulierum, leonum rugitus, strepitum armorum, uariarumque portenta uocum. Cæterum ausus aliquando totum phasma explorare, Dominicę crucis signo instructus ad lumē lunę rugurio egreditur, sollicitèque circumspiciens, ecce currum directis in se equis euntem conspicatus est: hic Christi Nazareni nomine aduocato, in uestigio mansit, expectans rei euentum: rum uerò terribica illa bigarum species subito terrę hiatus in conspectu absorpta est.

De eodem Hilarione.

Quid à fundendis precibus cum paululum quiescisset Hilarion, malus dæmon ferianti insidiatus, repente eius dorso insiluit calcibus latera quatens, ceruicem flagro: Eia inquit dormitas? mox cachinno desuper increpitans, Vis, inquit, iam festus hordeum? in ijs, scilicet, cauillatus, quod aliquando Hilarion suo iratus corpori dixisse fertur, Ego te alius non hordeo pascam, se palea, faximque; ne calcitres.

De Elphego Cantaurensi antistite.

Eductus carcere Elphegus Cantaurensis, rat⁹ se cœlesti nũciũ dũce habere, nõ nihil uic à carcere euaserat.

cum reputas animo cuiusnam esset martyrium effugere, precatus est suppliciter Deum, & confestim daemone euauit.

De Sarra.

Sarra in Thebaidis monasterio sacerdos maxima, libidinis stimulo exagitata, iam iam succubitura, suppliciter Deum precata est: uoxq; simul ex proxima reddita, Vixisti me Sarra, tum illa, Non ego, inquit, sed Iesus qui uocatus est, affuit.

De Theodora.

Est & Theodora Alexandrinae malus demon in fidiatus, sub Theodori nomine qui diligens erat pietatis cultor, exprobrauitq; illi adulteriu, cuius mulier erat sibi conscia, praecidereque interim omnem spem illi ueniae: calumniae auctu signauit se Theodora Dominice crucis signo, continuoq; calumniae autore e medio est ablatu.

De Iuliana uirgine.

Obtulit se Belial daemone Iulianae uirgini in carcere post saeva uerbera deiecit, in ducaturq; caelestis nunciij faciem, ut commodius falleret, hortatur puellam Christi nomine, ut Ethnicis dijs sacrificet, fore ut propterea omni cruciatu defungeretur: in horruit uirgo, suspicataq; fraudem esse, Deum simplex precatur, ut quale illud esset oraculum sibi liquidius pateret: uinxit illa daemone permittu minis, sauisq; uerberibus affecit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS.

Habent & prophanæ gentes quod in hac relatione iure locare possis, non tam pietate quam animi constantia freti pleriq; phantasmata auribus & oculis obuerfata fortiter tulerunt: quidam obnoxie nimis, nec sine magno motu metis, animique costernatione in eiusmodi terrores inciderunt.

De Dione Syracusano.

Vt Dion Syracusanus, qui paucis diebus quibus interfecit, cum interiore parte domus sederet, curis intentus, praegrans inuitus est feminam domum scopis uerrentem dira facie & furiali habitu: terruit tam foeda species uirum alio qui inuictio animo, estq; reputatione tam foedi aspectus adeo consternat, ut amicos rogauerit ne a se nocte illa discederet, ueritus ne iterum id phantasma solus intueret.

De M. Bruto.

Nec minus terrificum obtulit sese M. Bruto uide dum malus eius Genius, sub id tempus quo ille erat ex Asia in Octauium & Antonium moturus, cum curarum plenus ad modicum lumen lucernae lucubraret, sensit ad se quendam ingredientem, extulit oculos ille ut si quis suorum esset, agnosceret ad quid ueniret: tum ei uisa est terribilis & monstrosa effigies ferri corporis cum silentio astare: hic Brutus multo audacior quam Dion interrogare ausus, quis hominum aut deorum esset, & quid sibi uelleret: tum ille submurmuras, Sum, inquit, tuus malus Genius Brute, in Philippis me uidebis: Videbo, respondit homo uere Romanus, atq; ubi umbra illa euauit, suos sciscitatus est Brutus, an quisquam obseruatus esset ad se ueniens? comperitq; neq; adeuntē quencum ab ullo uisum, neq; egredientem, quae res auxit aegri alio qui animi sollicitudinem, ut talis retur belli exitus, qualis est postea securus.

De Cornelio Sylla.

Cornelius Sylla non multo prius quam uita decisset, imaginatus est se quendam uidere, ab eo que uocari: qua imagine auguratus in stare sibi fatale tempus, testamentum confestim conscripsit, ac sequenti nocte febris correptus, breui uita defunctus est.

De Casio Parmensi.

Pari phantasmate percussus est & Casius Parmensis, ac nescio an aliquanto etiam atrocior: sub

id tempus quo Augusti iussu interfecit, foeda diraq; daemone species illi per noctem obuerfata est, quo uisu satis admoneri credidit infelicissimi exitus uitae, qui breui post secutus est.

De philosopho quodam.

Nullus (quod sciam) constantius tulit terculamenta haec, quam philosophus quidam Athenis, qui solus pernoctare ausus est in ea domo, cuius erat cultus desertus: quoniam huiusmodi esset laruarum ambagibus obnoxia: sensit ille per altam noctem strepitum catenarum, ac foedam tetramque imaginem ad se uenientem, nihil expauit, quin nuntio admonitus ab euntem intrepida secutus est, quoad in atrium domus sit uentum, hic uisa est umbra illa euanescente, postmodumq; ibi loci cadauer est refoffum, legitimeq; sepultum, per que perpetua securitas est ipsi aedibus parta.

De Ciceronis nutrice.

Phantasma, quod Marci Tullij nutrici obtigit, quali fuerit aspectu non traditur: satis constat mulierculam ab eo didicisse reipublicae se pueri nutrir, seruaui Cicero rempublicam uolens, imprudens perijt.

DE FRAUDE ET PRAVIS CON- SILIJS, QUAE IN AUTORUM CAPITA RE- DUNDARUNT. Cap. III.

Sapienter & uere uidetur Hesiodus dixisse, Malum consilium rem pessimam esse consulenti: siue enim casu fuerit, siue potius numinis permissu, sepe (quod satis constat) experientia docuit, mala consilia in autoris perniciem uertisse, & unde fraus profecta est, illuc sit cum damno reuerfa.

De Protoplasto & Cademone.

Vicit malus daemone hominem in ligno, est & ipse in ligno ab homine uictus. Caeterum prior uictoria fraudis fuit, quae longo est interuallo secuta, uirtutis & sapientiae.

De A. mane.

Erat Amanis autoritas apud Artaxerxem non parui ponderis, perpulsi regem, ut uno die iusserit omnes Hebraici nominis suo regno interfici: ipse ingentem crucem Mar docheo Iudaici sanguinis fa- brefecit: erat is non ignotus regi ob Hesterem fratris filiam in pellicatum ab eo receptam: imminabat manifestum Iudaeis exitium, cum paucissimarum horarum spacio rex Hesteres precibus mutatus, non solum edictum reuocauit, sed Amanem consilij autorem cruci affixit, quam ille Mar docheo nominatim parauerat.

De Daniele & Leonibus.

Pepererunt leones Danieli in cauea deiecto, eos foede lanarunt, per quos erat puer innocens bestijs expositus.

De Susanna accusatoribus.

Pari exemplo uindicata est a calumnia Susanna pudicitia, fenes q; capitale noxam in fontem astruxerat, sui sceleris conuicti, in se capitale supplicium uertere.

De Rosimunda.

Nupsit Rosimunda, quae fuit Alboini Langobardorum regis uxor, post uiri caedem, cuius ipsa fuit conscia Helmechildi iuueni eius gētis nobilissimo, conataq; est illi regnum astruere: caeterum sua spe decepta ex Verona Rauennam secundo Athesi aufugit cum regia gaza & nouo sponso: hic illa a Longini exarchi conubio pellecta, uenentū prioris spōso miscuit, obtulitq; ex balneis egressa: sensit ille confestim recepta peste toro poculo nondū epote: placideq; in conjugem conuersus, tu, inquit, quod reliquum est bibeme gar illa se potu egere, ac quo acrius recusare, eo iuuu nis impetus id polcere, & iam minas hortatibus miscere, ac ferrū intetare: tū illa meru subacta, & si ueneni conscia, haufit tamē, atq; una cum eo extincta est.

De Ro-

De Romilda.

Simili leuitate, sed euetu foediore, Romilda, quae fuit Sisulphi Foro iulienfium ducis, periclitata est: prodidit haec Iulium oppidum cum liberis & fortunis omnibus Cancano Bauarum regi, que semel inruita perditē amare caeperat: pollicitus erat, ubi in urbem reciperetur, Bauarus ille nuptias. Caeterum ne fidem prodere uideretur, noctem unam habuit Romildam pro legitima coniuge: inde robustissimis militibus assiduo congressu uexandam tradidit, uexatamq; & male affectam palo affixit.

De Campilo & Paschale Primicerio.

Sedit Carolus Gallorum rex in Barione basilica Leonis tertij causam cogniturus, quem Campilus & Paschalis Primicerius pullatum in uinula coniecerant: congerere duo illi multa in pontifice crimina ad leuandam sui sceleris inuidiam: placuit populum qui circumfusis stabat rogare, quid de pontifice statuendum censeret: reclamatum est non esse priuati cuiusquam de eo qui sacram teneret sedem, iudicare, traditumq; morem a maioribus, ut pontifex a nullo praeter quam a seipso iudicaretur, qua uoce rex sui officij admonitus causam ampliauit, ac mox paulo damnauit capite accusatores, sed pontificis rogatu capitalis illis remissa est poena, amboque in Galliam relegati.

De Ioanne septimo.

Illustre Io. septimus apostolicae sedi uerius, quam clero, qui cum mulier natura esset, sexum mentita pontificiam dignitatem inuasit: sed foedus ille Iustus & fraus omnis in eum conuersa est: etenim domestici hominis familiarissimiq; concubitu pregnans facta, cum forte Lateranensem basilicam inuiserit, inter Amphitheatrum & Clementis aedem doloribus subito obortis repente partu soluta est, medioque nixu extincta, tenuit mos & hodie durat, ut pontifices ibi loci uia defleat tam foede rei admonitu.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET PRIMUM DE DIOMEDE.

Apponebat suos equabus hospites laniandos Diomedes rex Thraciae: est & ipse ab Hercule (si uera sunt quae Traici scribunt) illis laniatus datus, & supplicium quod in alios fuerat contentus, multo iustius ipse est demum expertus.

De Perillo Atheniensi.

Iam me Hercule nec minus merito Perillus Atheniensis suo periclitatus est inuento, qui execrabile illam machinam ex aere fabrefecit, ut tyranni aures delectaret humano cruciatu: sed tantae diritatis ultio breui secuta est, primus omnium ipse tauro inclusus, tam detestabile opus sui imbuir supplicio.

De Camillo.

Oppugnabat Furius Camillus Phaliscos, trahaturq; bellum cum oppidanorum uirtute, tum loci natura quae erat munitissima: interea ludimagister per speciem deambulationis traxit principum filios in Romana castra ipsi duci gratificaturus: attulit secum proditor certam spem uictoriae: nulli dubium erat quin parentes charitate filiorum suis auctores essent ciuibus deditiois faciundae, sed tantum abfuit, ut Romanus eo modo uincere uoluerit, ut proditorem auerfatus, qui id persuasum habuisset Romanos dolo & astu potiusquam uirtute bellare, uinctum nudatumq; terga adolescentibus dederit in uibem uerberibus agendum, mouit Romani ducis uirtus Phaliscos, & qui nuper omnia pati maluissent, quam assidentibus cedere, uoluntaria deditio cessere.

De Appio decemuiro.

Solebat Appius Claudius decemuir carcerē, qui unus in urbe fuit, Romanae plebis domicilium uo-

care, sed ipse in ordinem redactus, Tribuniq; plebis iussu in eum locum coniectus, inter ficarios & latrones infeliciter expirauit.

De Tarento a Ro. recepto.

Potiti fuerat Pœni in Italia belligerantes Tarento urbe non ni bellica, sed proditione: estq; a Romanis id oppidum pari opera receptum: unde uox illa Hannibal, Eade arte qua cepimus, Tarentum amifimus.

De Antonio Triumuiro.

Adijciae nunc facerem exemplum Antonij Triumuiro & Cleopatras, solebat is Alexandrinis illecebris captus cum regina saepius piscari, habebatq; urinatores paratos qui occulte pisces uicissim ipsius piscantis hamo affigerent: admonuit frequens captura reginam uanæ ostentationis, quam ut maiore quodam risu eluderet praemisit, qui fumosum piscem piscanti appenderet: qui attractus ingentem ridendi mareriam praebuit Cleopatras & legatis qui aderant. erit uero Antonius suis elusus artibus, ad quem Cleopatra, Alexandrinorum est, inquit, Antoni imperator fortissime piscari, tuum bellando uincere.

DE IMPROVISIS CLADI- BUS. Caput V.

Quo minus gnara est mens hominis futurorum, quo in subitis & inopinatis casibus grauius afficitur, praesertim si quae praeter opinionem eueniunt, infelicia & calamitosa fuerint: hinc ex subita consternatione festinatae mortes & uita saepius laqueo, ferro, ueneno uolenter abrupta, ut in nulla re mens minus sibi constet quam in subitis casibus & clade aliqua inopinata, quae quo maior est, eo minus tolerabilis estimatione, & eorum praesertim qui damno afficiuntur.

De Helio Sacerdote.

Talis & impotens affectus Helium sacerdotem praecipitauit, qui cladis terribilissimae Philistaeo bello acceptae nuncio consternatus, audita triginta milium Iudaeorum & duorum, qui in ea acie stererant filiorum caede, e solio praecipuus datus morte obiit. quod si tantus dolor prauideri potuisset, fuisset illi haud dubie talis nuncijs luctuosus, sed toleratu facilior.

De Pharaone & eius exercitu.

Nec res minus subita fuit, sed magis calamitosa, quod momento temporis immensus Pharaonis exercitus cum ipso rege inter Troglodyticam & Arabiam medijs est fluctibus miraculose obrutus: enim uero dum tanta uis hominum alienum quaerit exitium, sibi peperit. cc. peditum milia, & equitum quinquaginta tum regi affuisse sacris est literis proditum.

De altera Aegyptiorum clade.

Quid quod eiusdem gentis primogeniti omnes nocte una percussi sunt superne? grauis quid iactura, nec magis grauis quam subita: cuius causam si Pharaonis animus altius indagasset, nunquam tam dirum sibi & suis peperisset exitium.

De Senacheribe Assyriae rege.

Extorsit Senacherib Assyriorum rex ingens auri & argenti pondus tributum nomine Ezechiae Iudaeorum regi iureiurando interposito, fore ut auro pensio confestim Hierosolyma obsidione solueret: sed impius rex ceu sibi non hosti iuratus esset, ex sua sententia religionem interpretatus, ipse cum parte una copiarum digressus in alias porro gentes conuertit bellum: parte tamen exercitus multo maxima ad obsidionem relicta, tanquam multum referret perse, an per alium suis armis hostis premere: estq; scelus id expiatum memorabili Assyriorum caede, centum octoginta quinque milibus hominum nocte una pestilentia consumptis.

De Val-

De Vallia Gothorum rege.

Transmittebat Vallia Gothorum rex exercitum ingentem ex Betica in Aphricam, terram ipsam bello inuasurus, eratq; numerosa classis ad id comparata, quæ Gaditano freto subito tempestate disiecta fluctibusq; obruta, tantam uim hominum secum absumpsit, ut Siculi naufragij, quod in primi belli Punici tempora incidit, memoriam renouarit.

De Constantino imperatore.

Constantinus unus ex Constantini Magni successoribus, qui Byzantij imperauit, duo milia nauium uno naufragio amisit: dignus qui ante imperium uitam amisisset, ob animi impietatem, quam in Leone patre est præter cætera imitatus.

DE ETHNICIS EXEMPLIS, ET
primum de Cambysis exercitu

Expertæ sunt & cæteræ gentes huiusmodi casus: nam non magis subita fuit quam grauis & calamitosa iactura illa, cum l. milia milium à Cambyse rege in Hammonios missa, ubi medijs arenis pransuri accubissent, orta tempestate, arenarum cumulis obruti momento temporis perierunt.

De clade alia eiusdem gentis.

Incidit alia maior eiusdem gentis clades non uulgaris, sed in recentiora tempora, cum Mardonij ductu bellum Græciæ Xerxes intulit, ecc. nauibus circa Athon montem submersis, & in his xx. milibus subita tempestate obrutis.

De Siculo naufragio.

Nullius casus cladisue memoria atrocior, ac proinde minus debilis quam Siculi naufragij quod in decimum annum incidit primi belli Punici M. Aemilio & Fului nobilioris Coss. qui inter Canis & Orionis signa importuofam Sicilia oram legentes, subita tempestate ecc. octoginta quatuor naues amiserunt: iacuit litus infratum cadaveribus & naufragijs, ut nulla hominum memoria maior credatur iactura in mari accepta.

De clade Amphitheatrali.

Minor clades, sed non minus subita Latialis illa Fidenis accepta Tiberio principe, cum gladiatorio munere uicena & amplius milia hominum Amphitheatri ruina periere.

De Tartarorum clade.

Aitonus Armenius auctor est Barcham Tartarum genere eius Barchi filium, qui in Austria traiecit fluminis perijt, cum Haalone eiusdem gentis rege, & consanguineo suo de summa rei hostiliter congressum in alueo fluminis glacie concreto (suspensum libet id Histrum fuisse) medio pugnae ardore unguularum pulsu glacie diffracta, triginta Barbarorum milia uorticibus absorpta.

De Turcorum clade.

His paucis annis, quibus hæc commentabamur circa eundem Histrum, si Histrum Aitonus signauit (nam nomen diserte non posuit) par Turcorum numerus nescio an aliquanto etiam maior est frigore consumptus, cum amnis alioqui uiolentus magna ex parte concretus glacie, neq; nauigabilem se, neq; pedibus uadabilem ex hostico redeuntibus præbuisset.

DE SOLERTIA ANIMI. CAP. VI.

Multa quidem & magna ingenio sunt, quæ neq; uires corporis, neq; conatus queat ullus conficere: hinc certe est, quod sepe multi à paucis uicti sunt, remolitusq; est opifex unus aliquando pondera quæ multa hominum milia nequiere: tota uita magis ingenio constat quam uiribus, fuit haud dubie fortior Ajax quam Vlyxes: cæterum quia solers hic, idcirco & utilior habitus Græ-

cis ad Troiam sedentibus, maiorem ex eo bello laudem reportauit.

De Mose.

Solertis & Iogè in futurum prospicientis fuit ingenij, quod Moses in Æthiopia Ægyptiacum ducturus exercitum per infesta serpentibus loca, ut eam molestiam declinaret, magnam uim comparauit ibidum, quia coperit haberet eam aue alatorum serpentum agmina debellare.

De Samson.

Affecturus Samson Philisteos, quos infense ode rat, clade aliqua subita & inopinata, & quæ uniuersam gentem attingeret, essetq; interim omnis alieni auxilij expertus, rem commentus est specie ridiculam, sed euentu hosti calamitosam: enim uero multas numero uenatus uulpes, in Philisteorum agros maturefcentibus iam fegetibus immisit igni ad caudam appenso, quarum accipiti fuga ad eam flamma diffusa, ut uniuersa hostium regio uno tempore cum fegetibus deflagarit.

De Gabaonitis.

Nec Gabaonitæ inermes, qui ut ab Hebræis in fedus reciperentur, ut quam remotissimi esse putaretur, & à Chananeorum rationibus discreti, multorum dierum iter non uno affinxerunt argumento, trita calcameta habentes, mucidi panis frustra, & uapudum in utribus unum, sed quam feliciter celsit id consilium (nam in fedus recepti sunt) tam fœdè postea sugillati fraude cognita: nam pro socijs lixæ, pro fœderatis sunt calones habiti.

De Israël.

Possit maternis artibus imputari solers illud Israël commentum, qui Esau fratrem meritum manus hœdulina pelle obductas, obtulit patri, quibus primus hæreditatis decus tulit. Quod uero Labanis fœderi pecus uersicoloribus uirgis interuertit, astutus fuit & uersutia homini ingenita, quæ ad eum signiter uni obtigit, ut nomē etiā ex re sit adeptus.

De Francisco Barbaro.

Sunt & hæc quæ sequuntur nostratia, uerū multo recentiora, cum Brixia urbs nobilis Vicecomiti armis graui obsidione teneretur, uentumq; esset ad inopiam rerum omnium, premereturq; defessa ciuitas cum suo præsidio, fame internecina & exitiali. Franciscus Barbarus præfectus urbis muros harena onusto sepe in urbem induxit, porta hostibus auersa, ut speciem multitudinis exhiberet leuandæ famis nouo rei frumentariæ inuectu, quæ iudificatio fecit ut perseveratū sit in toleranda obsidione, quoad breuē post uerū affuit à Veneris subsidium cum comæatu.

De Nicolao Picinino.

Nicolaus Picininus, cuius ductu tum Brixia tam arcta obsidione fatigata est, haud multo post prælio uictus à Francisco Sfortia, qui tum Venerum merebat stipendium, compulsusq; ex acie in proximum oppidulum haud procul à lacu Benaco, ueritus ne oppidanorum prodicione hostibus dederetur, cum pusilla esset statuta, à gregario milite sacco obuolutus, per speciem prædæ inde aportandæ in tutum se deferri iussit.

De Alexandro sexto pontifice maximo.

Quid Alexander sextus, an non memorabili exemplo ludificatus est Carolum octauum? cuius congressum cum ex confesso horreret, & rex iam proximus uehementius postularer, ut secum de summa rei in colloquium ueniret, appareretq; uix tuto id negari posse, cum iam propemodum cogi posset, benigne se iterum respondit pontifex, ceu nihil id grauate facturus: caduceatore inde regio à se dimisso, diuersum iter ingressus irrequero cursu, ex urbe uerter Perusiam contendit, eo consilio, ut si rex euestigio secutus esset, inde Anconem peteret, mox Venetias transmissurus.

De Con-

De Consuluo Magno Agidario.

Magnam & eam animi solertiam fuisse necesse est, qua uis Consuluo Agidarius Barulana obsidione à Gallis pressus, non modo eos repulit, sed decimum & uicit. Incluserant Consuluum Galli intra Barulum, qui ingentibus copijs assidebant: tenuit septem menses obsidio, cum Hispanus miles infestis omnibus locis unde comæatus inuehi in oppidum possent, ne à muribus quidem & herbarum omnigenere abstinerent: in hac temporum difficultate nihil non excogitatum ab illo est, quo militum animos placaret: nunc enim monendo, nunc hortando, sæpe sese gregarijs inserendo, sæpe spe uenturi comæatus & subsidij solando ad eum affectu, ut qui de eo necando cogitarent, mutata sententia in fide manserint: quo tempore constat illum diu Benediciti oraculo uictoria sperare monitum, ex quo mox ille uictoria potitus, eius familiæ Calsinatem saltum cum uetustissimo cænobio restituendum curauit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,
& primum de Arpago.

Arpagus, cui Atyages Medorum rex filium epulandum apposuit, occultè Cyrum per literas moniturus, ut Medos bello inuaderet, literas quibus iuuenem accerferat, lepore enterato inseruit, quem nuncijs ad Cyrum detulit: nec Arpagi solertia irrita, nam & literæ turò in Persidem perlatæ sunt, & Cyrus bello illato Medorum imperio potitus est.

De Histio Milefio.

Histiaeus Milefius Aristagoram ciuem suum ad bellum compulsum, ex Perside seruum misit, cui capiti abrafo inscripsit, quæ ab Aristagora feri uellet: estque apud se tandiu nuncium remoratus, donec capillus alitiusculè renatus secreti consilij notas abscondit.

De Hannibale Barchino.

Non minori solertia Pœnus, ut Flaminius consulem, qui in Hetruria erat, improbitu accessu opprimeret, per flagrantia Arni loca tres dies ac totidem noctes peruigil egit exercitum, irrupitque repente hostilem terram tanta hostium consternatione, ut non magis Tartonenfis saltus & Trasimeni obices inuenerint Punicam uictoria, quam uis ea parte illata, qua minimè expectabatur.

De Aphricano maiore.

Rependit maior Aphricanus Trasimeniam cladem Carthaginensibus in Aphrica, cum res hostium per legatos qui citro ultroq; induciarum prætextu mittebantur, speculatus nocte una bina hostium castra incendit, incensa expugnauit, duosque ualidissimos deleuit exercitus.

De Semiramide.

Quid Semiramis an iacentis animi aut ignaui fuit: quæ maiore Nino uita defuncto, quia filij ætas nondum matura esset regno, illius persona diu mēta tanta indole imperium rexit, ut regnum breui tempore constitutum, & ob eam rem minus stabile opib. & auctoritate auerit, ut per multas inde ætates ignauius alioqui administratum, in suo tamen manserit uestigio.

De Orisgontis Gallorum reguli uxore.

Solers & Orisgontis Gallorum reguli uxor non minus dico quam pulchra, quæ cum omnium suæ gentis pulcherima captiua asseruabatur in Ancyra urbe à Ro. Centurione cum multis milibus suis sexus. Cæterum in lignis forma fecit, ut Centurionis libidini præter alias fuerit obnoxia, passaq; ab eo stuprum magna arte uim sibi allatam ultra est: occultè enim pacta ingens auri pondus pro se redimenda, Centurionem noctu extra urbem in secretum pertraxit spe auri potiundi, quod serui à coniuge ex co-

posito missi eo attulissent: hic illa suos Gallica affatur lingua, hostemq; iubet obruncari: opprimitur unus à pluribus, iacenti caput mulier adimit, ademptum ad Orisgontem defer: fatetur illa se passam fuisse uim ab hoste, sed uoluntate à flagitio abfuisse: id argumento esset, quod prius quam ad maritum uenerit, id probrum fortiter uindicasset.

DE FAME MEMORABILI,

Caput VII.

Sedet fames inter tetra & dira monstra in uestibulo inferni, ut uates summus ingeniose fabulatur: est que pestis hæc omnium quæ inibi sunt teterrima, & ad omne scelus suadendum efficacissima: ex nullo malorum fonte fœdiora manarunt exempla: filiorum cædes & infandæ epulæ hinc sunt, hinc præcipitationes, aliæque festinatæ mortes: & quod atrocissimum est, reperti sunt, qui seipsum lanarunt, quando obfcenos morsus in alios uertere non potuerunt.

De Samaritana fame.

Hoc certe fuit quod Doda Syriæ rege Ioram in Iudæa obfidente, matres inedia adactæ filios necauerunt, traxeruntq; uitam illorum uisceribus, qui omni uita esse solent parentibus chariores.

De precio asini capitis.

Sortita est eadem illa obsidio aliud nefarium exemplum, & si non eiusmodi diritatis, inediæ tamen miserabilis: uenit asini caput octogenis nummis argenteis, quanti fortasse nemo meliori tempore adduci potuisset, ut ex eo portiunculam gustaret.

De Hierosolymitana fame.

Recentior memoria est Hierosolymitani excidij, quo tempore cum Iudæi arctius à Romanis obfidentur, reperta sunt à militibus omnia ob inediani discutiensibus, in priuata mulierculæ domo puerilia membra, quibus infelix mater occultè uelcebat.

De Italica fame.

Tulit et Italia Gothicis temporibus in arctissima frugum inopia exemplum huic simile, ut Darius Mediolanensis antistes prodidit, cui in literas mittere fuit curæ, suæ dioceseos fœminâ obscuro nomine, inedia subacta filij à se interfecti carnes escasse.

De fame Mediolanensium.

Cum Franciscus Sfortia filius patrum memoria Mediolanum obsideret, ad eum est arcta annona ciuibus laboratum, ut proditū sit memoria, tritici modium uicenis aut eis nummis uenisse.

De fame quorundam Italorum.

Eo anno quo hæc produbamus, in nonnullis Flaminia regionis & Piceni agri locis, tanta rei frumentariæ caritas incidit, in magno Italiae motu, ut agreste & inops uulgus ultimum remedium inuenerit in arborum radicibus & herbis arefactis, tussisque, & in panis speciem subactis.

De fame Barulana.

Verum hanc cœli intemperies Flaminia Piceno que peperit, illam in diuersa Italiae parte bella fecere: obfesso enim à Gallis Consuluo Agidario intra Barulum (est id Apulij celebre satis oppidum) tantum ingenti fame laboratum constat, ut miles detractas seutis pelles emollitas aqua manderit, nec ab herbis, radicumque alio genere abstinerit.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,

& primum de Atheniensium
fame.

Enterunt & Athenæ aliquando portentosam famem, atq; omni æuo memorabile. Sylla q; postea à Romæ Dictator fuit eam urbem obsidete emit misera ciuitas in diem triuici mille drachmis, uulgo

& omni ignobili multitudine graminibus circa urbem nascuntibus, & calceis coctis auidius uescere: uenit in eadem urbe ccc. drachmis tritici modius, Demeritio Antigonis res Atticas grauius affligente, sed fames hæc tolerabilior ac breuior priore.

De Petelinis.

Inciderunt Petelini in id discrimen in Italia dum suam Ro. Po. fidem præ cæteris Brutis aduersus Pœnos probare contendunt: hi longa obsidione fatigati coria ex scutis detraxere, ut quoquo modo possent inde sibi uictum quaererent.

De Castina fame.

Pœnis Ro. præsidium ad Casilinum obsidentibus, forex trecentis est argenteis nummis emptus, inuidioso precio, sed auctione magis inuidiosa: quippe quæ uitæ emptori tribuit, ademit infistori.

De fame Ro.

Adjiciatur his unum Ro. Po. exemplum non uulgare, quod uerum esse demonstrat, nihil mentitum fuisse eum, qui scripsit ieiunam plebem nihil præter famem timere. Enim uero insigni quadam anno næ charitate, Po. Rom. tamen sub tyranno uerius quam principe constitutus, fame tamen urgente Claudium imperatorem clamore & cōiucio in publico exceptum fragminibus panis irastrauit, ut fugietis similis perpositum sese in palatium receperit.

DE IIS, QUI IN ARTIBVS AVT disciplinis præstantissimi fuere.

Cap. VIII. De Thalete Milefio

Pulchrum est in omni artium & studiorum genere excellere, & quia pulchrum & optabile, idcirco natura homo desiderat cæteris omnibus in suo ordine præstare: quo enim altiora sunt ingenia, eo magis laude efferuntur, acriusque nituntur in arduum laudis cupiditate. Hinc (ut credere æquum est) præclarus ille in quibusdam profectus, qui eodem uenerint, ut aliquid supra hominē sapere crederent, qualis Thales ille Milefius (nā in his nulla ferē nostrorum sunt hominum exempla) qui multo prius solis defectum, qui sub Aliathe rege fuit, & maiore quodam miraculo in sexcentum annos solis & lunæ cursum præcinit.

De Hipparcho.

Hipparchus (nam hæc disciplinarum exempla multo recentiora sunt, quam ut ad originem mundi referri possint, aut ad tempora originibus proxima) haud alio modo quam consiliorum nature particeps, menses gentium, diesque & horas, ac locorum situs est, æuo teste, scientissimè complexus. Idem manifesto argumento cognationis hominum cum sideribus, stellam suo æuo genitam in cælo deprehendit: rem ad id ausus propemodum ipsi cælestibus improbam, stellæ, & omnia cæli sidera posteris numerare.

De Anaxagora Clazomenio.

Magnum hoc, sed Clazomenij Anaxagoræ illud adhuc maius, qui cælestium literarum scientia prædixit, quibus diebus saxum esset à cælo casurum: nec prædictio caruit euentu: lapis uehiculari magnitudine, colore adusto interdiu decidit ad Ægos flumē, quem sit posteritas miraculi loco uisere solita.

De Anaximandro.

Fuit & in Anaximandro Milefio diuinitas quadam, à quo Lacedæmonij præmoniti sunt, ut urbem & recta custodirent, quando motus ingens terræ in stare: estque non multo post pars Taygeti montis magno telluris tremore, in subiectam urbem prouoluta, attulitque Spartiatis testorum & hominum cladē supra modum calamitosam: sed multo maiorem alatura, si res non antea prouisa fuisset.

De Berofo.

Reddidit & Berofo Attica ciuitas magnū Astronomicæ scientiæ testimonium, cui statuum in gymnasio posuit inaurata lingua, ob certissimum euentum eorum quæ prædixerat: pulchrum uirtutis præmium, quia nobilissima id dedit ciuitas, uerū quia eadem & sapientissima, multo adhuc pulchrius.

De Hippocrate.

Magna Athenarum autoritas, sed totius Græciæ multo maior, quæ Hippocrati medicæ artis scientissimo, qui uenientem ab Illyrijs pestem prædixit dimisitque circa urbes discipulos, qui insinuati se malo occurrerent, honores, quos & olim Herculi decreuit.

De Asclepiade Prusensi.

Quid homo maius præstare homini potuisset, quid maiore admiratione dignum, quam quod Asclepiades Prusensis dedit: deploratum & pro extincto iacentem hominem ad funere uitæ reddidit: sed maior adhuc in eo quod dicam apparuit, quod cum fortuna sponsonem fecerit, ne medicus crede retur, si unquam inualidus ullo modo fuisset: estque uoti compos factus, subito scalarum lapsu suprema senectæ exanimatus.

De Archimede Syracusano.

Quid Archimedes Syracusanus, quanta in eo machinariæ scientiæ facultas? onustam nauim solus remoluit, traxitque: quod uoluit, cum ingens uis mortalium ne mouere quidem suo quiuisset loco: quid quod ingenio consiliis testari ausus est, si alterum terræ globum fuisset adeptus, utrunque se alteri uis se applicaturum? accessit laudis cumulo Marcelli ducis fortissimi iudicium, qui Syraculis captis uentit Archimede uiolari.

De Archyta Tarentino.

Est & Tarenti Archyta nomen uel uno opere clarum, lignea columna ab eo certa ratione compacta, quæ aërē semel fortita perpetuo uolatu per ipsum inane, spiritu intus incluso agebatur, nisi solidum aliquid offendisset corpus.

De Orpheo.

Quod cantu Orpheus feras & uolucres traxerit, à natura non abhorret: nam & cerui pastorali fistula mulcentur, & aues quædam cantu capiuntur: uerū quia proximum sit fabulæ, tutius est præterire.

De Arione.

Mirum sanè quod de Arione proditum est memoria, exceptum hunc medio mari à Delphino ad concentum lyrae, per longa æquorum spacia in Tegenarum Laconie in columem delatum: astipulata est huic famæ non tantum uetustas, sed & statua ex ære, quæ ibi loci fuit monumentum rei gestæ, Arion Delphino sedens.

De Timotheo.

Timotheus cum ad Alexandri mensam caneret, mutatis de industria modulibus regem repente uelut insanum statuit in pedes, coëgitque ad arma proficere, rursus remittente cantu, continuo & regis remisit affectus.

De Pythagora siue Damone.

Cui uerò notior ars nobilissima, quam Pythagoræ siue Damon ille potius fuit, à quo iussus tibi cen Spondē canere, temulentā iuuenū manū, quæ pudicæ domui imminere ab iniuria reuocauit.

De Apollodoro Grammatico.

Amphicteones sanctissimum Græciæ consilium honores Apollodoro Grammatico habuit: quod decus nulli (quod sciam) contigit in aliquo genere artis, nisi Hippocrates fuit, qui in pestilentia aueruncanda fuit Græciæ utilissimus.

De alijs quibusdam illustribus.

Sunt & alij, alio tamen genere laudis, magnum nomen adepti, Ctesiphon Onosus Ephesiæ Dianæ templo

templo miranda quadam arte extructo, Philon Athenis armamentario mille nauium capaci, Dinocrates, qui Alexandriam in Ægypto affabrè metatus est.

De summis opificibus.

Tribuit Alexander suo edicto tribus diuersarum artium principibus uiris præclarum laudis testimonium, suum cuique in suo genere: quo uentit ne se quis alius pingeret quam Apelles, quam Lyfippus ex ære duceret, quam Pyrgoteles iculperet.

De M. Tullio & Pericle Atheniensi.

Marcus Tullius tantū dicendi facultate adeptus est, ut pro eloquentia eius sit nomē receptum: tantum Pericles Athen. ut fando fulgurare, & tonitrua cedere sit dictus.

De Consaluo Agidario magno.

Sed quantum hi duo eloquentia celebres, tantū disciplina militari nostra tempestate Consaluo Agidarius excelluit. Gallos hic minores aliquanto copias ducens duplici prelio uicit: Neomensem ducentū regis uicem gerebat, interfecit: Neapolim his ademit, eos iterum maiore apparatu regnum in uadentes ad Lyrim profligauit, Caieta expulit, Regnumque id omne demum, quod Sicilia citra Pharū appellat, Aragoniæ familiæ restituit.

DE MEMORIA, ET HUMANORVM sensuum præstantia. Cap. IX.

De Antonio Rauennate.

Sunt his memoriæ exempla subtexenda, qua secundum rationem nil Deus dedit homini sanctius, nil utilius & ad eruditionem aptius: est hæc thesaurus disciplinarum omnium artiumque studio & labore quaestitarum custos fidelissima. aliquid certe uidit sapiens poëta, qui Musarum Memoriam dixit matrem, nec minus prudens qui Lethen quæ huic contraria est, apud inferos statuit: constat id bonum naturæ beneficio, augetur tamen & excolitur arte: in quo genere unum exemplum & singulare uidit nostra ætas in Antonio Rauennate, qui multa milia rerum stans percipiebat animo, & eo, quo accepta essent ordine, memoriter reddebat, sed hæc artificij sunt, non naturæ.

De Mithridate rege.

Maiore admiratione dignus Mithridates rex Põti, quo nullus regum diutius, grauiusque exercuit Romana arma: fertur is duabus & uiginti diuersis nationibus, quibus imperabat, sua cuique lingua ius dicere solitus, & pro concione singulas sine interprete affari.

De Cyro rege, & L. Scipione.

Cyrus rex, qui immensos ductauit exercitus, omnibus militibus nomen reddidit: sic L. Scipio, quod æquè mirum uideri possit populo Romano.

De Cynea Pyrrhi regis legato.

Cyneas Pyrrhi regis legatus postridie quam Romanam uenerat, Senatū & equestrem ordinem proprio nomine salutauit.

De Cæsare Dictatore.

Superfuit & Cæsari Dictatori id bonum, qui scribere & legere uno tempore dictareque & audire sit solitus, epistolas magni ponderis quaternas pariter dictabat: aut si non aliud egisset, septenas.

De Carmide.

Carmides in terra Græcia, quæ quis uolumina exegillet, in bibliothecis legētis modo representauit.

De memoriæ iactura.

Cæterū quo res hæc preciosior, eo magis iniuriæ obnoxia: nā præterque quod tentat interdū se ipsam relinquere, ictus lapide quidā literas prorsus oblitus est: alij tecto præcipitatu marris & propinquo tum cœpit obliuio, Melissa Coruino oratori graui

ter ægroto, seruorum & sui ipsius nomen excidit.

De uisu, & primum De Iliade Homeri.

Excedunt fidem exempla acerimi uisus, fuit Ilias Homeri in membrana tam concise & minutim notata, ut testa nucis includeretur. Strabo quidam (id enim nomen reddidit illi M. Varro) in Lilybæo Sicilia promontorio sedens, naues ex portu Carthagini excentes numero prædicabat, oculorum acie in centū xxxv. milia passuum procul excurrente: fuit & Callicrates acerimi uisus, qui formicas & alia minuta animalia in ebore sculpsit, quorum partes quædam ab alijs cerni ne quiuissent.

De auditu.

Est & sua auditui fama, prælium, quo Sybaris in Italia excisa est, eodem die quo pugna illa commissa est, ab ijs audita est, qui Olympia in Græcia spectabant.

De uoce.

Vocalissimus omnium qui ad Troiam militauit (si Homero credimus) fuit Stætor, ut omnium qui cum Dario bellum Scythis intulerunt Ægyptius quidam, qui procul stans Histiaum Milesium clamore uocans ad Danubij ripam reuocauit, quæ res salutē regi attulit, & regio exercitui. Thralybulus omnes Athenienses uoce superauit, ut cum in aperto uerba faceret, ad mille passus uox eius audiret.

De celeritate.

Canistius Lacedæmonius & Philonides cursor Alexandri mille die uno & ccc. stadia decurrerunt, qui stadiorum numerus conficit milia passuum clx. duo & amplius aliquid. Nec minus dignum admiratione, quod Romæ Fonteio & Viptano Coil. puer nouem annorum à meridie ad uesperum confecit octoginta milia passuum perpetuo cursu. Est & Tiberius Nero uertibus de Drufo fratre grauius ægrotaute, nuncijs tribus uehiculis ex urbe in Germaniam festinans, nocte dieque cc. milia passuum mensus, quantum uia nullus, quod proditum sit, quadrupeditans fecit unquam.

De robore humani corporis.

Contigit quibusdam prodigiosum propemodū robur corporis, ut Rusticello, quem Herculem appellatum scripsit Varro, qui mulum suum sublime sublatum ferebat. Triditanus ex gladiatorio Samnitium ludo hostem ex prouocatione secum dimicantem uno digito uicit: superatumque ac correptum in castra transtulit. Age & quam ualidus C. Iulius ualens fuerit, ex eo censetur, quod currum cuius onustum dum per ocium exinaniretur, sustinere solitus est. Idem carpenta una manu comprehensa, obnixus continebat iumentis etiam contra nitentibus, is in prætorio Octauij Augusti (ne res uertior credatur) militauit. Nemo ad hæc corrigere potuit C. Milonis Athletæ digitum, cum majum teneret.

De agilitate corporis.

Romæ sub Cæsaris inter spectacula populo exhibita productus est, qui per aduersum parietem felis modo reptando scanderet, et qui fabrefactis sibi alis altiusculè à terrâ uolans per aërem uis modo ueheretur.

De uiribus corporis.

In Maximino imperatore qui Alexandro Mamae filio successit, tantum uirum fuit, ut equum pugno percussum nudaret dentibus, topheos lapides foraret digitis, diuidebat manusculas arbores manibus: quapropter à multis Milo Athleta uocatus est, quauit eius statura octonos pedes & pollicem.

DE EDACITATE ET INGLVIE A

hominum. Caput X.

Sed nō magis hic corpulentus & ualidus, quā edax & porulentus: quippe qui quadraginta li-
bras carnis uno die esitabat, alij lx. scribunt: po-
tabatque uini amphorā ad eō ubertim sudante cor-
pore, ut calice sudor colligeretur, impleueritq; uno
die collectus sudor treis sextarios. edacior prope-
modum Albinus, qui quadantenus imperio poti-
tus est in Gallia, centum persica, denos pepones ho-
stiensis, quingentas ficos passarias, & cccc. ostrea
una deuorauit cœna. Firmius Seleucius (quando in
porentosam edacitatem sua sponte incidit stulus)
itruocamelum, quo nullū uolucris est maius, uno
die comedit: huius ductu Ægyptus ab Aureliano
principe defecit. Idem hippopotamos esitauit: na-
rauit impunē inter crocodilos, eius animalis adipe
delibutus.

DE SAGITTANDI PERITIA.

Caput XI.

Fuit in Domitiano principe sagittandi peritia
insignis, utpote qui inter digitorum interual-
la expansa manus pueri post parietem stantis,
sine offensa sagittas emitteret. Maior iaculandi fa-
cultas in Cōmodo, qui Faustinae fuit & Marci prin-
cipis filius, qui centum iactibus in arena totidē tra-
uit leones tam ualidis uiribus, ut elephantem ha-
sta & orygis cornu transfigeret, ut plures feras in-
terdum uno conficeret ictu: ad eō certa illi manus,
ut quicquid oculo destinasset, iaculo & sagitta con-
tingeret. Gladiatores, retriariosque circiter mille
aut uicit aut occidit, trecenties sexagies quinquies
uiuo adhuc patre in id certamen descendit.

De Andrea Agidario.

Non sagittandi peritia in Andrea Agidario, quan-
do sagittando usus Italiae non admodum frequēs,
sed tormento æneo utendi, quem a sonitu (ut arbi-
tror) Sclopetum appellant, commendari potest: ni-
hil hic quamuis exiguum dummodo oculo conse-
qui possit, non assequitur, ut quam Domitianus &
Commodus imperatores iaculando industria o-
stendere, hic facile præstare tormento hoc ualeat.

DE PRODIGIOSO CONCVBITV.

Caput XII.

Cæterum quando eō uenimus, ut promiscuē
in signa corporum exempla ponerentur, ad-
ijciatur unum, & si scœdum relatu, ingenitum
tamen corpori. Proculus Cæsar Albingaunus gene-
re, sua epistola testatus est se centum uirgines Sar-
maticas bello captas quindecim dierum spacio ad
unam uitrasse, atq; ex ijs decē nō esse una: sed maior
in Messalina, quæ Claudij fuit uxor, libido, quæ an-
cillam prostitutam ex prouocatione quatuor & ui-
ginti superauit concubitis, sed monstra hæc uirgē,
non exempla.

DE EXTREMIS VOLVNTATI-

bus. Caput XIII.

Nill spe hominis incertius, in nulla re mortalit-
tas ingeniosius seipsam decipit & traducit,
estque id documento, quōd perquam pauco-
rum, ne nullius dicam extremæ uoluntates sunt à
reliqua uita non alienæ, aut certē aliqua ex parte di-
uersæ, aut si non diuersæ, penitentia tamen indi-
ces, aut querelarum plenæ rāquam uita medio actu
rerum abrupta: ut nemo ferē sit eorum qui terrena
curant, pendētq; ex uulgi iudicio, qui non se aut ci-
tius extinctum malit, aut non diutius uixisse dole-

at: hic quia factum aliquid uellet, ille quōd facti po-
niteat: solum qui iusticiam & pietatem colunt, mi-
nus fortasse sint huiusmodi affectibus obnoxij. nā
sine his nemo (ut arbitror) morientium est, qui si
nil de futura uita solliciti sunt, aliquid certē in an-
tea cta desiderant.

De Isaacho.

Isaaachus filium Esau maiorem natu hæredem re-
linquere in animo habuit, at deceptus Israëlē re-
liquit, noluit enim mutare quod imprudēs fecerat,
aut certē non potuit: decelsit igitur altero orbatus
filio, altero nō libero, quia in fratris mancipio. mul-
to lætius uita exiturus prole integra, aut meliore
parte non adempta.

De Mose.

Quam futurorū sollicitus Moses uita decesserit,
cū in requēs legum latio demonstrat, tum quōd le-
ges postremo latas sanxit, atque inuolabiles fecit
ad posteros execratione interposita si quis unquā
antiquare esset ausus.

De Saulo rege.

Nulli Iudæorum regum, ne cæterarum gentium
dicam fortius propositum pereūti fuit, quā Sau-
lo, qui in eam aciem cum filijs descendit, in qua &
se & suos cognouerat perituros: paruit fortissimus
rex fatali necessitati, quæ leuius ferentibus incum-
bit, quā repugnantibus, at sui compos uo-
ti non perijt.

De Dauidē.

Sed quā huius fortis & inuictus animus, tam
Dauidis pius ad extremum: qui morti proximus il-
lud primum ultimumq; mandauit filio, ut templū
ram augustum & opulentum, quā ipse animo cō-
ceperat, Deo opr. max. ædificaret.

De Solomone.

Longe aliter affectus obiit Solomon, qui per ma-
nus ab eo regnum accepit, tametsi pia omnia sunt
mentibus proponenda, anxius tamen & fatorum
anceps uita decessit: Achig propheta significatio-
ne commotus, qui fore dixerat, ut cum rex à maio-
rum pietate aberasset, ipsius regnum in partes di-
laberetur.

De Christo.

Sed quæ supremarum sit uoluntatum maximē
optabilis, Christus uirtutum omnium exemplar ex
alto crucis patibulo omnibus demonstrauit: id
summi ducis exemplum omnium eius militia secu-
ta, ut ne de inimicorum quidem salute extrema
desuerit cura, ad eō de cōmuni laborandū putarūt.

DE ETHNICIS EXEMPLIS,

& primū de Alexandro

Magno.

Subegerat totū oriētē Magnus Alexander,
& iam de Africa subigenda cogitabat, ut ea
subacta Europā Macedonum armis subigeret:
hæc tum erant illius curæ, cum festinata mors tanta
spes abruptit, illustri documento, iuxta summū &
ima æquis à morte spacijs distare.

De Philippo rege.

Inter Hemi montis ascensum & Demetrii filij ne-
cem, Philippus Macedonig rex Romanum bellum
meditatus est: eundem fortassis exitum habiturus
nisi morte interim præuentus esset, quem Perseus
habuit, cui id bellum non aliter quā regnum reli-
quit hæreditarium

De Mithridate ter uictō.

Cogitabat Mithridates rex ter uictus à Romanis,
per Gallias bellum Italiae inferre, Agathoclis & ma-
ioris Aphricani exempla secutus, qui hostilem ter-
ram inuasere, ut suam bello liberarent: potuit fero-
cissimus

Cissimus rex tam Italiae infestus esse, quā Pœnus
olim fuit, si cum exercitu terrā ipsam intrasset, sed
filij defectione proposito auerius, ac desperatione
actus, quia ueneno non potuit, ferro perire maluit
quā cuiquam seruire.

De C. Mario.

Caius Marius septimo consul, & iam propē se-
ptuagenarius diē obiit. Cæterum propinquus mor-
ti, fortunam crudelem appellauit, quōd priusquā
cōsilia & desideria sua peregisset, uita abrupte fere-

De Consuluo Agidario magno.

Eandem fortunam Consuluo quandoq; aduer-
sam consilijs suis expertus est, uoluerit is expugna-
ta Cephalonia Chalcidē decreto perere, & Tur-
cis trepidantibus circa Peloponnelum arma Vene-
ta ostentare: præmissis iam qui ea loca diligentius
explorarent, Iacobo Agidario itineris Duce uiro
solertissimo, sed Pisaurius Venetus Imperator cer-
to quodam cōsilio obstitit: maius id facinus ratus,
quā ut ex sententia rem celluram speraret: idem
expulsis regno Neapolitano, Gallis eos Mediolanē
si imperio eodem uictoriae impetu deturbare para-
bat, Andreae Agidarij uiri in primis impigri opera
ad hoc usus: uerum secuta mox inter Gallos, Hilpa-
nosque induciæ prohibuere.

De Platone.

Quanto sapientius Plato, qui extremo uitæ tem-
pore gratias egit naturæ & suo Genio, quōd homo
non bestia natus esset, Græcus non barbarus, quōd
Socratis temporibus, a quo sapiēter potuit insitui.

De Antipatro Tarstensi.

Antipater Tarstensis mortem obiturus, cū pro-
pter alia quædam suam laudauit fortunam, egitq;
gratias, tum quōd ex Tarso profectus Athenas ul-
que prospera uisus esset nauigatione.

De Augusto principe.

Miserum & infelicem appellauit populum Ro-
Augustus princeps iam morti proximus, qui sub Ii-
berio priuigno futurus esset, quæ uox arguit dolen-
ter eum tulisse, quōd talis sibi successor contigisset,
aut quōd Romanæ ciuitati perniciosus, aut qualiter
priuignus, sui tamen hostis quondam filius.

DE HONORE IN DEFUNCTOS

exhibito. Caput XIII.

Tribuerunt humanæ gentes multos honores
multis, sed alios alia de causa. cognomina, sta-
tuæ, arg. tēpla, & alia ornāmēta quæ aut publi-
cē decernuntur, aut hominum cōsensu tribuuntur,
uirtutum sunt præmia: sunt & gratiæ interdum
formidinis, sæpe assentationis & alieni studij. Quæ
uero defunctis datur, mera pietas est, merus amor,
& antea cta uitæ testimonium, in quo non specta-
tur, quid uelit is cui honos exhibetur, sed quid me-
ritus sit: nō quid alij dādū putēt, sed qd quisq; datū
uelit: nihil enim efficacius est, aut aptius ad colendā
defunctorum memoriam, quā humani animi af-
fectus, qui liber est, nec ab ullo cogi potest.

De Iudæorum affectu in Mosē defunctum.

Quale studium Hebraicæ fuit gentis in Mosē,
qui populum ex Ægypto educatum in libertatem
asseruit: hunc uita defunctum uniuersa multitudō
tricenos luxit dies, diutius iactura (ut credere est)
nilimos gentis obstitisset.

De Iudæorum affectu in Saulum.

Est & Saulo qui primus in Iudæa rex fuit nō par-
uus honos post mortem perfolutus, quē Philisteo
bello cum filijs ad Gelboem montem interfectum,
& ad ludibrium gentis crucis patibulo sublatū Iu-
dæi noctu sustulerunt, cadauer funerarunt publi-
co iactu parte Galaaditanæ terræ, ieiunio septem
dierum omnis sexus & ætatis iudicio.

De Christo.

Arg. tēpla, imagines, oratoria sacella, festi & so-
lennes dies, ieiunia uigiliae, & omnifariam cærimo-
nia, quas Christo regi & sacratissimæ eius militiae
decreuit humana pietas, tanto sunt cæteris honori-
bus qui in terris decernuntur maiores sanctioresq;
quanto sanctior fuit illorum uita, quā cæterorum
hominum qui omni æuo florere.

De Christi templo.

Miratur hodie Byzantium augustissimum So-
phixæ templum, quo nullum fuit olim in terris san-
ctus, quia Christo sit sacrum, qui uera est sapientia,
nunc lacorum ratio mutata, & ob eam rem minus
uenerabile.

De Apostolorum templis.

Habet & Roma sanctior Byzantio, quod in hoc
genere mirerur Barionæ basilicam in Vaticano &
Holtienū uia, alteram Tarstenti Paulo sacram, utran-
que immani amplitudine & apparatu uisendo: reli-
gio utrobique ingens, sed Vaticanæ ob pontificiam
domum maior celebritas.

De Pantheo.

Sacravit & Pantheon pia posteritas Deiparæ uir-
gini in eadem urbe, opus cū sua mole, tum quōd
una sit restudine cōplexū inter pauca memorabile.

De templo Lateranensi.

Obtigit & Io. Zachariæ filio augustum & opulen-
tum phanum, religione, cærimonia, & donarijs no-
bile, tum quia pontificis sit maximi sedes, iongē
nobilissimum.

De Francisci Assisiatō templo.

Statuerunt & Francilco Assisati municipes sui tē-
plum augustissimum, pulchrum & uenerabile: Me-
diolanenses diuo Ambrosio, sed omnium opulen-
tissimū Veneti diuo Marco qui urbi præsidet: quo
nullum est hodie in terris opulentiore, magisque
uisendo apparatu.

DE ETHNICIS EXEMPLIS.

Consecrarunt & prophani ex suis quosdam,
cæloque intulerunt, non iusticiam, non pieta-
tem & innocentiam intuentes, sed uitæ con-
moda: id demum rati deum esse hominem iuuare,
cui nulla melior ratio iniri possit cælo affectan-
di: hic quia uitam inuenit ad morum perniciem, il-
la quia triticum ad uentris uoluptatem, cælo digni
iudicati sunt, sed omnia quæ his delira decreuit de-
uitas, tam longum sit, credo, quā non necessariū
ponere: quæ igitur ad hominum memoriam pro-
pagandam superflites defunctis decreuere breuiter
memorabuntur, ne copia fastidium pariat.

DE FVNEBRIBVS LVDIS.

Caput XV.

Estque omnium uetustissima memoria fune-
brium ludorum, quos Græcia in Nemeæ Ar-
chemoro instituit, nisi forte sit adhuc his uetu-
stior, quos Acastus in Iolcho Theſsalix primus cele-
brasse dicitur: fuerūt in secunda fama & Isthmiaci,
qui Scyronis memoriæ dati sunt: nec multo recen-
tior res est Patrocli funus ad Troiam, et in Sicilia ad
Drepanum Anchisæ patri ab Ænea editi, sed poeti-
cis hæc decora fabulis magis quā historica fide
subnixā.

De Ione Dyrrachi nepote.

Simile illud quōd ab Ione Dyrrachi nepote sit Iō-
nium mare dictum, quem imprudens Hercules in
actū peremptum in mare proiecerit.

De Myrtilo.

Par honos contigit & Myrtilo Hippodamiæ au-

rigæ, par Hellæ Athamantis filia, Pelopi, Palinuro, Mileno, quorum nomina maria, montes, peninsule non patiuntur interire. Transeo mille urbium nomina, per quæ multorum mortalium omni quo stabit memoria.

De Iunio Bruto.

Certior fama, & fidei propior de Iunio Bruto: hinc quia pudicitiam in Lucretia uiolatam fortiter ultus esset, Tarquinij urbe eiectis, matronæ totum annum luxere: idem Quiritium primus in funere à Valerio Collega laudatus.

De Ephesionis funere.

Alexander qui Oriëtem domuit, Ephesione defuncto mulis & equis detonsis, urbium pinnacula diruit. Tubas & cetera instrumeta uertit in castris canere: postremò diuinos illi honores & sacrificia ut semideo in dicitur oraculū secutus: tria milia histriorum funebribus ludis adhibuit, omnem Cusæorum gentem trucidauit, testatus eas se dare inferias Ephesionis manibus, denis milibus talentum defunctum extulit.

De Marcelli funere.

Magnum quidem quod Alexander dedit Ephesioni, sed plus omnino quod Pœnus hostis M. Marcello, quem insidijs exceptum & obruncatum exquisitissimo exequiarum funerauit apparatus: fuit illud amici iudicium, hoc hostis infestissimi.

De Gracchorum memoria.

Plebs Ro. duobus Gracchis ab optimatum factione interfectis, statuas sacellæq; his posuit locis, in quibus icti conciderant, coluitq; tanto studio, ut quotidie in his sacrificia fierent: inde illud Cornelie matris, habere tandem filiorum corpora digna suis uirtutibus sepulchra.

De L. Syllæ funere.

Nulli Quiritium maior honor contigit in funere, quàm Cornelio Syllæ, qui Ro. omnium primus

ciues proscripsit suos, ex thure & aromate à mulieribus congesto statua legitimæ magnitudinis compacta est, lenaq; lectorum milia in defuncti memoriam strauit ciuitas.

De Lyfandro Lacedæmonio & Phocione Athen.

Lyfandro Lacedæmonio aram & sacrificia post mortem instituit Græcia. Phocionis cineres aliunde repetitos publico sumptu funerauit Atheniensis ciuitas, statuam æream defuncto erexit; accusatorem capite damnauit, non suum modò iudicium pertæsa, sed iudicij autorem: quod & Socrati datū planè cõstat, quem cum infensa damnasset ciuitas, damnatum statua decorauit.

De Antonio triumuiro & Cleopatra.

Dedit Cæsar Augustus Antonio collegæ olim suo, dedit & Cleopatras reginæ sepulchrum, opere & materia inter pauca memorabile.

De Mausolo rege.

Sed multo opulentiùs celebriùsq; statuit Mausolo Carie regi coniunx Artemisia, præclarum opus, & quod magnum reginæ nomen atulit.

De Alphonso Agidario Betico.

Nostra uerò ætas uidit in Alphonso Agidario (qui dux confecto Betico bello Mauros iterum rebellantes circa Arundam oppugnabat, in qua pugna suorum negligentia fortiter pugnando occubuit) tantam funeris pompam, ut præter regios prope exequiarum apparatus, singulæ ciuitates Hispaniæ suis quæque locis illi iusta persoluerint: neque minor nunc eius interfecti apud Hispanos fama, quàm Consalui fratris celebritas, qui Neapolitanum regnum incredibili fœlicitate Gallis ademit, sepulchro talis inscriptio regum decreto est addita, ut appareat illū tanquàm numē ab omnib; cultū. Huius memoria resq; ab eo præclare geste ne penitus interirēt, Jacobi Agidarij cura effectū, qui trophæa & alia monimeta illi erigēda in agro Brixiano curauit.

MARCI ANTONII COCCII SABELLICI DE VETVSTATE AQVILEIAE ET FORI IVLII, LIBRI SEX.

LEIAE ET FORI IVLII, LIBRI SEX.

MARCVS ANTONIVS COCCIVS SABELLICVS IOANNI HEMO VENETARVM COPIARVM ADVERSUS Ferrariæ ducem prouisorum generali, Salutem.



Utum diuq; dubitavi Ioannes Heme uir clarissime, deberem ne hos nostros commentarios quos de uetustate Aquileiensis patriæ proximis uindemiarum ferijs scripsisti, ad te mittere: an maturiore illorum æditione expectata, eos tunc tibi legendos tradere, quum te publica ista administratione leuatum intelligerem. Videbam ego fore ut alieno tempore ad te missi uiderentur, si quum tantam belli molem tuo consilio, prudentia & industria sustineres, eos mitteremus. Cæterum apparebat nos consultius facturos, si nostræ huius lucubrationis æditionem in aliud tempus distulisset: ut si nō in nonum annum, quem admodum Fortatius præcipit, in nonum saltem mensem, quod facile fieri potuit, opus ipsum pressum uideretur. Verum quia ita nobis constitutum erat, ut hæc nostra quantalacumq; est lucubratio, tuo nomine in lucem quandoque exiret (nam cui patriæ huius aut studio florere, aut amantiore res ipsa dedicari potuit, aut debuit quàm tibi: qui tua illa clarissima prætura omnium beneficiorum genere commissam tibi prouinciam prosecutus, effecisti ut merita prædicatione non patriæ prætor, sed patris ab omnibus dicereris) duo modò ad æditionem ipsam nō properadam, sed præcipitandā (ut sic dicā) adhortari uel potius impellere uisa sunt: & quod nimis longum erat eius hominis à republica uacationem expectare, cui ob singulare ingenium mirumq; in rempublicam studium non aliter quàm Atheniensi illi Phocioni omnibus suffragijs continentur magistratus: & quod non ignorabam quam diligens esses nostrorum ueterum Romanorum æmulus, qui sagati, & si maioris fortunæ fuissent, paludati quoq; quū rempublicā rectè gessissent, ab ea lectione non abhorrebant, quæ antiquarum rerum cognitionem aliquam tradere potuisset: nec ab ulla quidem, quæ ad uirtutem hominem instituere posse uideretur. Quod quum ita esse certo scirem, non dubitavi hos nostros commentarios: qui tuo nomine, ut dixi, quandoque ædendi erant, tibi in primis legendos in apertum referre: quos non modo non præmaturè, sed opportunissime quoque (ut ita loquar) emissos existimabo, si ea qua cætera soles mansuetudine, illos acceperis: ac quum quid ocij uactus fueris, legere non dedignaberis. Quod si in his quæ omnino parua sunt, nostrum ingenium à te probari sensero, dabo operam, ut quæcunque posthac scripserimus, quæ omnino dijs iuuantibus maiora erunt, tuo solius nomine appareant.

Vale.

MARCI ANTONII COCCI SABELLICI DE VETVSTATE AQVILEIAE, LIBER PRIMVS.



Hic ex omni scriptorum numero, qui sunt, aut unquam fuerunt, nullus (uti ego existimo) aut certe quā paucissimi reperti sunt, qui quum ad scribendum accesserint, non suae in primis laudi consultum uoluerint, neque mirum. Nemo est enim qui non naturali quadam laudis cupiditate teneatur, tantum tamen abest ut ipse hac uia mihi laudem aliquam quaesierim, ut quum in hac tēporum nouitate uberrimam scribentibus materiā propositam esse cernerem, in qua quantumuis emittens ingenium cum laude exerceri potuisset: ad obsecram, ut multis uidebitur, ac penē ignobilem historiam animum adiecerim. Quippe qui Aquileiensis patriae, quae, ut Plinius placet, quota Venetae terrefortio est, situm atq; res ab antiquissimis temporibus ad hunc diem in ea gestas scribere constituerem, quis non uidet, ipso nomine facilem ac propē inuicem: alius uerō inspicientibus arduitate plenam ac longe utilissimam. Quod quum ita sit, certō scio non defuturos, qui nostros hos commentarios uix bene inspectos damnare incipiant: ac minime dignos quos legi oporteat iudicent: quādoquidem humilem, fordidam, & ut dicam, ineptam contineant historiam, quam cognoscere uelle praeter patrianos ipsos nullius hominum interest. Poterā (uideo) ita illis occurrere haud nouo exemplo à me factum, quod unius prouinciae res situmq; scribere sum aggressus: quum & Graeci & Latini uiri admodum illustres id plerique fecerunt: quo factum est, ut & res ipsa Chorographia, & hi qui in eo scribendi genere uersati sunt, Chorographi nominentur, quod minime receptum esset, nisi huiusmodi scribendi ratio cum Geographiae laude aliquid cōiunctum haberet. Sed alia certē ratio est, qua eos ab omni molestia liberamus. Si quidem nulli praeterquam patriae incolis nostro hoc instituto gratificari uolumus: in primisq; Vtinentibus, ipsis: quorum ciuitas quā de me optime merita esset: uideremq; in ea nonnullos magni ingenij uiros de origine ut bis huius sollicitē quaerere solere: eamque ut multa alia, ad antiquitatem patriae attinentia, in dubium trahere: uisus sum mihi non officiose tantum, sed pietē ut sic dicam, facere si monumenta patriae diligenter cōquisita in unum collegissem: effecissemq; ut non solum Vtinentes ipsi, sed alij quoque eorū causam haberēt uelut speculum quoddā, in quo totius patriae faciem rerumque in ea gestarum seriem intuerēt. Quisquis igit in hos nostros cōmetarios quandoque incidēt, & monitum eum & rogatum uolo, ut aut ab illorū lectione absteat: si sua nō interesse cognouerit, aut si legere inceperit, perlegat. Multa in illis fortasse inueniet, quae ex secrete ueterum & recentium scriptorum penu eruta, haud indigna scitu existimet. Sed alij uiderint quo studio sint hanc nostram lucubrationem excepturi. Ego quod ad me attinet omnia quae uolui me consecutum putabo: si quae summa fide & diligentia scripsero, illi apud quos gratiam inire uolumus, probauerint. Sed iam ad propositam descriptionem accedamus, quam mox ab ipsis patriae finibus auspicabimur, si prius illud legentibus restatum reliquerimus, ex pluribus nominibus quae terra haec sortita est (nam & Forumiulum dicitur, & Carniam quoque dici posse non inficior, quod & Plinius & Ptolemæus testantur) me libentius nomen illud usurparurum, quod uulgus tenet, ut quicquid id terrae est, de qua dicturi sumus, cum ipsis incolis Patriam nominemus.

Habet itaque patria ipsa, ut ab eius finibus ordi-

Amur, à meridie eam partem Adiatici finis, quae est inter Timauum & Lipientiam ostia, ad ortum Istriam & Iapidiam: utraque ad Illyricum attinet. Nunc partem illam Istriam, quae est iuxta eruptionem Timauum, Chersum uocant: & reliquam quod Iapidiae est, magisque ad ortum solstitialem uergit, Carnium: à septentrione alpebus terminatur: quae olim ad Noricum artinebant, nunc confusis omnibus, Germaniae tribuuntur. ab occasu partim Bellunensi, partim Taurisino agro usque ad Lipientiam ostium cingitur. Talem igitur ad maiorem intellectum in mediterraneis lineam imaginemur, quae ab ostio Timauum producta per Tribulam amnem & citeriores Iapidiae fines ad Alpes extendatur: hinc per Alpes praeter Poteuiam & exteriora montana Carniae loca in Cadubrinis exeat. Inde uerō per Bellunenſes & Taurisinos fines in ostium Lipientiae excurrat. Patet autem patria circuitu stadiorum circiter duum millium, longitudine uerō quingentorum uigintiocto: linea à Ponteuia per Venonum, Vinum, & Portum grauium ad mare extensa. Latitudo quidem ipsa, quae lineam habet ab eruptione Timauum in mare per motem falconem & Aquileiam Sacillum usque, quingenta & amplius continet stadia. Sed ad propositam singulorum locorum expositionem tranſeamus. Quae ut aliquanto lucidior sit, uniuersam patriam in tres regiones diuidimus. Quae à meridie ad septentrionem porrectae his limitibus perſcribuntur: inter Lipientiam & Tiliauentum flumina primam omnium constituiimus. Huic proximam à Tiliauento ad Natifonem. Nouissimam à Natifone ad Timauum. Nunc de prima illa dicere incipiamus. Maritima pars primae regionis, habet ad occasum Lipientiae fluminis ostium. Oritur autem Lipientia non longè à Pulcinico, pluribus fontibus eodem ferme loco scaturientibus: sunt qui ex lacu Bellunenſis agri, quem domus stultè appellant, per subterraneos meatus huc fluere credat. Plinius ex Opiterginis montibus (quod miror) eum eade re tradidit: quum Opitergij fines quā longissimè hinc ab sint. Non longè autem ab Lipientiae ortu fons uberrimus erumpit tanto aqvarum impetu, ut quadrifido fluuij quaternis molarum rotis illico deseruiat: eo accepto fit Lipientia nauigabilis: qui sexcenta & amplius stadia per aperta & palustria loca emensus, lenissimo tandem fluuij in mare euoluitur. post Lipientiae ostium Caprulanæ paludes occurrunt: quarum eruptio commodissimi portus uicem nauigantibus exhibet. Caprulanæ ciuitas portus caprulanus quē Lemen amnis efficit. Ligugnanæ portus seu Basiliquæ, Tiliauenti ostium primae regionis terminus. Mediterranea descriptio ita se habet. Cōcordia Romanorū olim colonia nūc praeter eadē quae diuo Stephano est sacra, & quam paucissima tuguria omnia ferme solo aequata sunt. Post grauium, quē Lemē amnis pfluit, semiemporium patriae hoc temporē ob Venetarum Germanicarum quae mercium frequentem illuc conuestationem: Corduacum, oppidū sancti Viti Abbatia Sextij, Brunauacca, Seruarolum, Fratrina, Moteta iuxta Lipientiam, Brognaria & ipsa in Lipientiae ripa: Portus Naonis, Spilimbergum Tiliauento incubans: Valuaſon, Porlilium, Sacillum amenissimum Lipientiae fluuij cinctum. Canipa in ulteriore ripa fluminis, sed Patrianae ditionis Pulcinicū non longè à Lipientiae fontibus, ut diximus. Auianum Maniacum montibus accubans inter Medunam & Cilinam impetuosis torrentes, ac tam uasti incrementi, ut ad mille & amplius passus patentem alueum nonnunquam praecipiti inundatione impleat. Medunum, Topium, Phantum, Castrum nouum,

nouum, Pinſanum ad radices montium Tiliauento proximum. Locus satis sua natura, sed longè magis Sauorgnanæ familiae, cuius ditionis est, in primisque Nicolai equitis uiri praestantis ingenij cura & diligentia munitissimus. Non procul hinc in ripa fluminis Oſopium eiusdem ditionis uiuio saxo impositum. Reliquum regionis huius motani Carni obtinent. Qui locorum quos incolunt sterilitate pecuariam potius quā agriculturam exercent: habitant uicatim, pulte uulgo & lacticijs uictitates. Et haec de prima regione. Nūc ad eius quae huic proxima est, descriptionē tranſeamus. De qua antequā dicere incipiam, pauca de Tiliauenti fluminis ortu & eius cursu referam. Labitur Tiliauenti ipsū ex Alpibus ab occasu solstitiali ad meridiem illico deflens: Maurum montem appellant, in quo oritur: plures ignobiles amnes se illi per Alpes currēt insinuant. Quorum Fella notissimus est, quē à Ponteuia montibus labitur: ubi Alpium angustias euasit, Ledram accipit, qui in Glemonensi agro oritur. Nec multo post Melonem, quē Cauacij lacus efficit. Inde Variatum, hunc accolae corrupto nomine Varum uocant: molliore inde fluuij in mare elabatur, DCCCL. ab ipso fonte dimenſum stadia. Plinius duplex Tiliauentum nominat, maius minusq;. De minore illo nihil cōperit habeo. Nec uideo quid auctor alioquin grauiſsimus sibi uoluerit cū duobus Tiliauentis, quando ne ullus quidem fluuius huic proximus, aut natura similis extet, de quo illi locurum suspicari possimus. Est autem Tiliauentum, de quo noticiam habemus, omnium non Patriae tantum, sed Venetae orae fluminū discriminosissimum, ac transitu difficilissimum: nam cum aqua uim uehat ingentem, rarō tamen nauis patiens est: quia nullis coercitis ripis pluribus simul neque iisdem alueis fluens, noua semper uada nouosque gurgites facit: & ob eam rem pedibus uadant periculosum. Post Tiliauenti ostium Lignani portus nobilissimus, quem Stella fluuius efficit: Maranicarum lacunarum eruptio, Alſae fluminis ostium: Natifonis ostium secundae regionis terminus. Per Natifonem (nam de mediterraneis hic dicendum est) ad sexaginta stadia Aquileiam olim emporium ex Istriae Illyricas gētes subuehi solitas, scribit Strabo, Plinius quoque Natifonem cum Turro, Aquileiam perfluere tradidit. Cum planè constet Natifonem quatuor & uiginti stadijs longe ab Aquileia currere. Si quidem Turro admixtus in Sontium amnem elabatur: nomenq; porro amittit. Illud quoque mirari soleo eundem Plinium, Ptolemæum, atq; alios complures de Natifonis ostio mentionem fecisse: de Sontio autem neque illos, neque ueterum scriptorum quempiam (quod sciam) quicquam tradidisse. Ego quod ad priorē illā dubitationē attinet, aut diuerso tunc alueo Natifonem fluxisse crediderim, quod facile fieri potuit, ut Aquileia perſtringeret, & sic illa quoque posterior dubitatio tolleretur, aut Plinius, Strabonē & reliquos eguocariōe nominū Natifonis & Natifſe deceptos. nā amnis q Aquileia pfluit, Natifſa dicitur, diuerso fonte & ostio à Natifone fluens: non defuit q dicat Natifam amnē paululū supra Aquileia ortū habentē ex Natifone subterraneis cuniculis inicitū trahere: qd magis mihi diuinare uidentur, q ueri quicq simile afferre. Ceterū illud quoque suspicari libet Natifonē ipsū Sotio secum mixto nomine abſtulisse: ut q nūc post cōfluentē Sotius dicitur, diuersa cū ratione Natifō diceret. Sed de his haec tenus. De Aquileia quae proxima est, dicamus: eā Romā cōdidere in cubentibus. Barbaris, ut Strabo ait, imposita: uerū siue Romā nominis splendore ita cōtigerit, siue potius ciuiū uirtute & concordia, quibus ciuitates magno opere coalescunt: siue quod fieri potuit, ipsa loci opportunitate, satis cōstat, uel cedente tempore ad opib. & fama floruisse, ut nō p̄p̄inquis tantū, sed remotioribus etiam locis fulgore sui nominis tenebras

A induxerit. Id argumēto est, quod oīs ferme ora, quae nūc finibus. Patriae cōtinet, ab ipsis urbis nomine Aquileia fuerit nominata. Extat praerea multa ad hūc diē in ea urbe monimēta, publicae uiae magnificae & sumptuosae stratae, pauimēta, aquae ductus, sepulchra ac pleraq; huiusmodi alia: quibus amplitudo eximī usq; eius urbis apparatus facile declarat. Sed de origine & excidio ipsius multa in eo poemate dixi: qd de origine Hūnij heroico carmine scripsimus, ac cū locus postulat, multa quoq; dicemus: nunc ruinas penē obruta est: superest tantū antiquissimū sanum diuiae Virgini sacrum satis opulētū, ac uetusta praeditū religione cum numeroſo clero & patriarchica sede: sunt illi circūiectae domus nonnullae, quas partim Canonici qui illic hyberno tempore diuinis reb. operantur, satis sumptuose instaurarūt: partim coloni & piscatores quā paucissimi: qui ne ipsa quidē aetui cœli intēperie ob inopia inde pelli potuere. Nō longè ab Aquileia Strafolidū, Ceruiani insula, quā Roudula, Amphora, Alſa, quā corrupto nomine accolae Aufam dicunt, & Maranicæ paludes faciūt: castellū Porpeti areae, Sauorgnanæ ditionis locus munitissimus: quippe q olim Sigilmūdū imper. Iōga obſidione fatigari: nec tādē expugnari potuerit. Stella fluuius ex parte amoenissimis aquis castellū ipsum aluit. Optimi in eo remuli capiūt. Maranū paludibus undiq; circūdatū, Varianū duplex superius & inferius à proximo flumine utruq; ut puto dictū: Belgradū, Quadriūū Hūnij caput & metropolis (ut sic dicā) Patriae: eius arcē (ut fama est) Hūni Artūla regē in Italia secuti cōdidere. Quāobrem Hūnij portus q Vtinentū dicitur affirmauerim. Nō defuit, qui Vtinentū Pannonica lingua, affer huc, significare uelint: alludētes ad ipsam arcis conditionem: quod ego à plerisque eius linguae peritis sciscitatus, haud quaquā ita esse cōperi. Siue igit id sit, quod uulgus tenet: siue quod uerissimilius est, id quod diximus, satis constans fama est arcem ipsam à Barbaris militari opere congestam. Quanquam non negarim, tum primum tumulum aliquem natium fuisse illi quem communiuerint. Nam seu ab illis, seu quod magis credo, à recentioribus mœnia, quae extant summo tumulo imposita fuerint, nullo pacto id fieri potuisset, nisi tanta moles stabili firmo quae solo fundata esset. Sed de Hūnij origine plura suo loco dicemus. Nunc pauca de eius situ, & ciuitatis situ subiiciā. Sedet Hunianum in medio ferme Patriae suae locis amœno, non palustri, non montuoso, duplici murorum ambitu cinctum exteriorē circuitu uigintiocto stadiorum: interiorē uerō circiter decem. Hunc ipsum interiorē partem Turri fluminis ambit, exteriorē illum profundissima fossa Ioannis Hemi praetoris cura, anno totius Patriae labore facta, ut breui epigrammate testati sumus. Quod duabus marmoreis tabulis Vtinentes publicè incidendū curarunt: quarum una iuxta portam, quae ad Danielem ducit: altera supra pontē suburbij Glemonae affixa est: mœnibus ipsis undiq; amoenissima praedia adiacēt uirtiferis arbutis, & stationibus comparata. Praedia patientes campi excipiunt, & ad pabula animalium, & ad pasturam idonei: quippe qui uim feni ingentem, tum Vtinentibus, tum circūiectis uillis suggerant. Redeo ad apparatus urbis, in cuius medio arx emittens uelut specula quaedā erigitur: cuius p̄spectus in uniuersam patriā extenditur. Accubat arci ad meridiem noua porticus, cū patentē area ē regione: cuius magnificentissimum forum attollitur columnis marmoreis, pulchroq; pauimento ornatum: à fronte autem fori huius, mercarum uetus, nec procul hinc & nouum: utrumque tabernis & officinis undique circūdatum. Grandia deinde templa, collegio cōplura & sanctitate & religione praedita: transgō formosa mœnia, turres, perspicuumque portarum apparatus: uentustatem & amplitudinem priuatarum aedium, uiarum & locorum omniumq;

decorem: mirificam puteorum quorundam altitudinem in ipsa penè tartara, ut poetico utar verbo tendentium: unde aestiuo tempore gelidissimæ saluberrimæque hauriuntur aquæ. Et ne ambitiose facere uidear, prætereo reliqua loci ornamenta, quæ singula si ordine enarrare pergam, non esset opus ad explendum libelli modum reliqua ad institutam Patriæ descriptionem pertinentia conscribere. Breuiter igitur ad ea quæ dicenda sunt transeamus. Burrium stadijs quadraginta ab Vtino, locus & uino rosaciæ si æmulo, & eximie uetustatis uestigio nobilis, Ciuidatum, Natiso prærupto & confragoso alueo intersecat. Oppidum inter reliqua patriæ uetustate insignis. Liberer suspicari Forum iulium id esse, quod Ptolemæus post Aquileiam & Concordiâ inter mediterraneas Carnorū urbes numerat: nisi nunc quoque extarent antiquissimi oppidi uestigia in montanis Carnis: quem locum proximi incolæ Iuliu uocant, quanquam Plinius Carnicum Iulium appellat & non Forum iulium illud in montibus situm: ut fieri possit Iulium diuersum oppidum fuisse à Foro iulio, quod illud in Alpibus, hoc uerò ad radices montium sederit. Post Ciuidatum, Zuccum occurrit montibus accubans Atimi: Sauorgnanum à Sigismundo imperatore euersum: Tricellum, Fontana bona, Brachiachum Cirignochium ditionem loci Detalmus Cirignochius iure consultus uir facundissimus habet: Phaganea, Morucium, Villa alta, Archanum, sancti Danielis oppidum: Peræ, Caporiacum, Coloretum, Tercentum Turro anni incubans: cuius fontes proximo loco Illyricæ gentes accolunt: Pampergum, Arthenea frequens uicus: Bugia ruinis obruta, Glemona ad radices montium, Velonum Tiliauentum proximum, Tulmetium montanæ Carniæ caput tria milia passuum à Iulio Carnico distans. Non procul hinc mons arduus & ascensus difficilissimus est, eum Crucis uocant ubi medio ferme ascensu prærupta rupes occurrit cum calle angustissimo militari opere munito, ut ex uetustissimo epigrammate præcipiti saxo sculpto, sed magna ex parte ob uetustatem abolito datur intelligi: eius principium huiusmodi est. C. Iulius Cæsar. Reliqua tum loci asperitate, tum uetustate, ut dixi, legi nequeunt. Inter montem hunc & Tulmetium, cuius proximè mentionem fecimus, Moscardus labitur miræ rapacitatis fluuius. Cuius alueo saxa instar deliorum præcipiti gurgite rotantur, modò in summo extrantia: mox sese ad imum deprimunt. Haud procul hinc in ipsis Alpium angustissimum castellum munitissimum, quod Clusiam uocant: hic Italiæ claustra, paululum infra in eadem conuallè abbatis illustribus, quæ Motij dicitur. Reliqui secundæ huius regionis incolæ Alpes tenent pasturæ, potius quam agriculturæ ob soli sterilitatē studentes: superest ut de tertia regione dicamus, quam Natifone & Timauo fluminibus terminauimus: sed antequam de ea dicere incipiam, pauca de Natifone ortu nobis sunt altius repetenda. Oritur Natifone in Alpibus ad occasum solstitialem, atque stadia circiter octoginta ad ortum decurrit: hinc ad brumalem occasum flectitur Ciuidatum usque centum uiginti stadia super octoginta illa emerfus. Hinc Manzanum usque stadijs octo & quadraginta progressus, atque paululum infra Glareoso alueo arefcit: ita ambiguus fluuius ad stadia octoginta lapsus Sontio anni miscetur. Labitur autem Sontius ex Alpibus iuxta Cranium. Labitur autem à septentrione ad occasum brumalem per abrupta loca & arcta aded compressus & præceps fluit, ut ne feris quidem centum uiginti stadiorum spacio uadari possit. Inde ad stadia quadraginta per Pletianā uallem non sine incremento decurrit: mox in confragosam angustias rursus deiectus totidem & amplius stadia emensus prope Caporetum ponte longitudine pedum sexaginta unoque fornice utranque

fluminis ripam amplexo iungitur: hinc elapsus per Caporetanam uallem penè ubique uadabilis stadia circiter octoginta aliquato minus decurrit. Ad exitum uallis Tulminiū occurrit, ubi illi Tulminia miscetur. Cæterum locorum angustissimis tertio depressus Hidram amnem accipit, atque interim stadijs circiter octoginta progressus, Canalem quæ Ronciniam cognominant, illabitur: hic quoque ponte tribus fornibus erecto iungitur, ubi Goricianus comes nouam turrim superioribus annis erexit. Inde uerò per arctissimas conualles præcipitatus, potius quam lapsus è regione Goriciæ ponte eminentissimo nectitur, eoque ipso ligneo tribus lapideis pilis imposito. Demum molliore fluuiio, quadraginta duobus stadijs prolapsus Vipa uum accipit, atque nauigabilis factus post ceterum quadraginta quatuor stadia mitti alueo in mare euoluitur. Post Sontij, siue, ut ueteres scribunt, Natifone ostiū Gradus in insula cōtinenti proxima patriarchica olim fedes: Mons falco mari incubans, cum balneis saluberrimarū aquarum, Timauū ostium cum parua è regione insula: cuius fontes cum maris aestu crescere & decretere solitos scribit Plinius. Ortus autē Timauū ex finibus. Iapidiæ est, quod Craniū nominari diximus. Verum non longè à fontibus progressus in proximum cuniculū, quasi manu factum præcipitatur, atque ita absorptus, diuque per subterraneos meatus lapsus, tandem iuxta mare uiuo saxo nouem, ut Maro tradidit, ut autem Strabo & Martialis septem fontibus erumpit: continuoque nauigabili fluuiio in mare euoluitur. Sed de Timauo proximo libro copiosius dicemus. Nunc ad reliqua transeamus. Ad ripam Sontij noua ciuitas quam Hemopolim uocant, cum Sontiacâ munitione, eam equestris oratione complexi poëma ipsum Sontiacam munitionem inscripsimus. Goricia, Cro mo loco edito situs, Medeæ mōs uitibus confitus: de hoc quoque paulò post dicemus. Rosacium uini præstantia Falerno & uniuersæ Campaniæ æmulum: Mosia, Licinij uertex, Tulminium amoenissimis fluminibus, irriguum: Portæ Plecianæ cum uestigio uetustissimæ munitionis incumbētibus Barbaris oppositæ. Hæc ferme sunt quæ de situ, fluminibus, oppidis & cæteris Patriæ locis à me tradi potuerunt. Si quid uerò præmissum est, de quo dici oportuisset, nō fraudi aut incuriæ mihi detur: nā præter cætera fidè ac diligentia tota hac nostra lucubratione mihi cōstare uolui. Sed rei potius difficultate id factū uideri cupio, quippe qui ob locorum incertiam, non una coactus fuerim inueniendi uti ratione: sed aliqua ex ueteri lectione acceperim, multa per me explorauerim: plura uerò ex ipsis incolis sitis & locorum Patriæ non ignaris cognouerim. Quibus cum nō eo inficias me in aliquibus falli potuisse: sed quid hoc? Nemo ut arbitror, ad hunc diem repertus est, cui in hoc scribendi genere perfecta & inoffensa (ut ita dicam) ratio constiterit. Nunc quod reliquū est, pauca in uniuersum de ipsa Patria subiiciamus, quibus primi huius libelli modus expleatur. Est itaque Patriæ ipsius facies quadrifariam diuisa, in paludes quæ mari adiacent, planiciem, colles & montes: paludes, pascua præbent, aucupia & uenationes nonnullas, piscationibus quoque se diuersis locis non incommodas exhibent, planicies quæ his adiacet, partim cæduas siluas habet, unde uis ingens lignorum & ad naualem & domesticum usum Venetias conuehitur: partim nudos campos pasturæ & pabulis animalium accommodos: cætera arbutis uitiferis, & omnium ferme felicium arborum genere constitata: sationibus quoque diligenti cultu ab agricolis comparantur. Colles & ipsi uitibus frugiferisq; arboribus confiti longè alijs suauiora exhibent uina: ea præcipuè Germani trasalpinarum mercium commutatione appetunt. Montes pascua non infœcunda præbent, quo sit ut passim ipsi montium incolæ

colæ pecuariæ studeant: hinc nō modica carniū, calesci & domesticarum pellium copia, in propinquas urbes conuehitur: teretium præterea arborū ad antennarum & malorum naualium usum uis ingens: tabulæ, trabes, tigna & multa huiusmodi alia ad ædificandam accommodationem accommodata, non in proximis tantum, sed remotissimas quoque oras deferuntur. Ingenium, mores & cultus hominum pro locorum diuersitate uarij. Alpiū incolis stupida ueritas ac feritas, & idcirco perniciosior. Mediam Patriam tenentibus ingenium longè mitius, mores faciliores, & urbana quædam penè affectata uiuendi elegatia. Maritimis gentibus uigor quidam & natura ad omne facinus promptior: sed quæ non careat leuitatis uitio. Capillus flauus promiscuè maribus & fœminis, color candidus, mediocris statura, sermo uarij, ciuibus & oppidicis prudēs & accuratus, & Veneto alsimilis, rusticis semibarbarus. Quippe qui plures & omnes ferme peregrinas sonnet linguas, spectaculis & coreis libetere coeunt. Cœli ipsius clementissimū inter mōtes & maritima loca. In his ut assollet aliquato grauius, in illis uerò ob Alpium uiciniam frigidissimum.

MARCI ANTONII

COCCII SABELLICI

Lib. I. I. qui Patriæ uetustatis inscribitur.

stas inscribitur.



LIB. I. I. operis ordo postulat, ut ubi de situ Patriæ abudè diximus, de rebus in ea gestis dicere incipiamus: quod quidè facillimum factu uideri posset, si eorū uestigijs insisteremus, qui ad hunc diem de antiquitate ipsius terræ aliquid memorie prodiderunt. Quippe qui ab Aquileiensis ecclesiæ constitutione, aut paululum supra scribendi sumpserint exordium. Ego ne protrita & quasi uulgari, ut sic dicam, uia uidear ingressus, longè altius Patriæ monumenta repetere institui: nec id facere sum ausus, quod me ea ratione res uetustissimas complecti posse cōfidam, qua scriptores longe recentiora secuti complexi sunt. Illi enim propinquitate temporum, ac proinde materiam ipsam quasi oculis subiectam habentes eam lucem in qua uersati sunt, suis rebus facile reliquere: nos uerò rem longè difficiliorem aggressi ea in ordinem redigere conabimur, quæ ex omnium penè memoria exciderunt: nam partim uetustate ipsa, partim ueterum scriptorū defectu, qui non sine magna Latinæ linguæ iactura interiit. Accidit ut quàm paucissima ex illis, quæ supra ea tempora in hoc Italiæ recessu euenerunt, ad nostram peruenerint memoria. Sed ego illa ipsa diuersis (ueterum non multis) scriptoribus sparsim obseruata eo quo potero ordine in unum colligam: & quasi ex pluribus dissectis & dissipatis membris, corpus unum consiciam. Erit, quis nescit, illud ipsum informe, sed esto: dum ne obtrectatores quidem ipsi (nisi aperte maligni uideri uelint) non negauerint satis esse id facere, quàm rem pati tantam in tenebris iacere. Et ne longiores simus, hinc enarrare incipiam: quis fuerit antiquissimus Patriæ huius status, & quibus peregrinarum gentium motibus indigenæ ipsi (si Carni indigenæ fuere) solitari cœperint: sed priusquam de his dicam, ostēdam breuiter, unde acciderit quod præter cæteras Italiæ oras hæc una ferme semper Barbaricos motus prima exceperit.

Italiam decima regione, cuius patria hæc includitur, unum ex tribus Europæ promontorijs Strabo

esse ait, atque id quidem scitè: nam undique fermè mari Italia alluitur, præter quàm à septentrione: qua parte natura illa uelut uallo quodam insuperabili, Alpibus præmuniuit. Eius forma est, ut quidam tradunt, querno folio alsimilis, quam Apenninus mons in hunc modum discriminat. Ab Alpibus, quibus supra Mafsiliam, ut Polybius tradit, iunguntur, eius iuga profecta in Liguriam excurrunt: inde ubi Anconem usque processere, ad Adriaticum se inclinantia in Garganum montem excurrunt. Demum ad meridiem progressa in Leucopeetra dextro Italiæ cornu sinem habent. Cum ita sit, ut Italiæ longitudo in Apennini dorsum confurgat: non uideo cur peninsula, aut quid aliud potius quàm promontorium dici possit. Cæterum alluitur ab ortu à meridie & occasu Italia, hinc Adriatico & Ionio, inde Tyrrheno & Ligustico, à fronte Siculo freto: quibus lateribus penè semper tellus ipsa massit inoffensa, si quidem nulli unquam motus minus Italiæ statum sollicitauerunt, quàm illi quos mare uelut læuissimas nebulas in Italiæ litus effudit. Nam Oenotrij, qui Siculos Barbaros aliqua Italiæ parte depulerunt, & Aborigenes ab his geniti: Pelasgi & Arcades, qui cum Euandro uenere non tam ad sollicitandum antiquum Italiæ statum ex Græcia nauigarunt, quàm ut bona indigenarum uenia nouas sibi sedes in ea terra compararent. Illud autem argumento est, quod pulsus modico negotio Barbaris sese intra antiquissimos Latij fines (qui breuissimè olim fuere) fermè omnes tenuerunt. Trojanorum quoque aduentus nulli æquè grauis fuisset, nisi Latini & Rutuli temerè ad arma concurrissent. Neque Pyrrhi accessus in eam Italiæ partem, quæ olim magna Græcia dicta est, mouerit quenquam, qui cum de gloria potius, ut M. Tullius scribit, quàm de imperio, aut de uita à nostris pugnatum est: Carthaginenses quoque sub initium primi belli Punici eum ea parte Tarentinis opem ferre tentassent, Romana in se arma irritarunt, magis quàm sollicitarunt. Aliam itaque uiam inuida fata ad euerenda Italiæ oicia inuenere: & ad eam terram laboribus instruendam, quam omnibus gentibus imperatam uidebant. Parum enim profuit naturam ferocissimis gentibus, quibus ea parte tantum Italia obnoxia erat, Alpes uelut uallum quoddam opposuisse. Si quidem Barbarica rabies diu arceri nō potuit: quin superatis immensæ altitudinis iugis, uelut feræ rapacissimæ, in subiectam terram irrumperent. Hac enim recluso Iulie Alpis saltu una Bituriges, Aruerni, Hedui, Ambarri, Carnutes, Auleri: totque Gallicæ simul gentes, Belloueso duce in Italiam quasi in alium orbem, eumque ipsum longè opratum transcendere. Hos procedente tempore subsecutæ sunt innumeræ aliæ Gallorum manus, quæ per multos annos assiduis motibus res Italas sollicitas habuere: quarum Cymbri, Theutoni & Ambrones, atrocissimi habitū uno eodemque tempore, quia una ob multitudine non poterant, diuersis locis Alpes recluserunt. Quid Gothos memorem, Hunnos, Pannones, Illyricos, totque alias Barbaras nationes? quibus cum non de gloria, non de imperio, sed de uita semper certatum est. Hac quoque parte tempestas illa Punica Hannibale duce, uelut uiolentissimo Aquilonis flatu in Italiam deiecta est. Sed quum planè constet Alpes ipsas, non uno tempore, neque uno loco superatas, nulla tamen parte prius, nec sæpius quàm ea qua Alpes huic Patriæ incubat Barbaris paruisse pròditum est: nam quòd de Hercule uetus fama tenet, Linius, ut plerique alij fabulosum putat. Quod cū ita sit, breuiter scribere pergam, quo primò tempore hæc terra peregrinis gentibus solitari cœperit: inde motus alios nouitatesque rerū suo ordine quàm diligentius potero subiiciam. Primos igitur mortaliū

lium, qui terram hanc tumultuose attigerint, Argonautas fuisse crediderim: hos Carni primos omnium suis finibus appulsi uideri. Fuerunt Argonautae herodes, magnaque ex parte, ut fabulosa Graecia tradidit, dijs geniti, qui Iasonem Aesonis filium in Colchidem secuti sunt (historia notissima est) uerum ablati aureo uellere, quo nomine in eam terram nauigarunt: quum Medea prodita patris regia & Absyrti fratre, quem secum traxerat, discepto, Iasonem sequeretur: uerum Argonautae ne Colchi angustias Pontici maris obediissent, Istrum fluium subiere: ex Istro Sabum, ex Sabo Nauportum. Cui nomen ab re ipsa inditum est. Constans fama est, nauim Argo humeris traiectam Alpibus, ac flumine non procul Tergeste mari inuectam, quod Argonautae Patrianis finibus confederint, Martialis carmen testatur:

Et tu Ledæo felix Aquileia Timauo,
Hic ubi septenas Cyllarus hausit aquas.

Fuit Cyllarus Castoris equus, qui unus ex Argonautis erat. Alluist urbanissimus poeta, quum septenas aquas Cyllarum bibisse ait, ad septem fontes, quibus non longè à mari erumpit Timauus. Sed si Polybio credimus, qui Strabone autore tradidit omnes Timauum fontes, praeter unum falsas aquas habere: non uideo quomodo stare possit illud Martialis, Hic ubi septenas: quandoquidem ex uno fonte qui dulcem utiq; aquam haberet, & non ex septem Cyllarum bibisse oporteat. Illud haud silentio praeteribo, eundem Polybium tradidisse Timauum eo quo scaret loco ab accolis maris fontem & matrem uocari: quod eminentissimum poetam non latuit, qui de Timauo loquens, It mare praeruptum (inquit) & pelago premit arua fontanti. Seruius quoque idem non ignorasse uidetur: Varronis tamen non Polybij autoritatem secutus. Illud autem quod ad Timauum attinet, mirari soleo eundem Martialem, Timauum Euganeum quasi Patavinum appellasse, eius carmen est:

Laneus Euganei, lupus excipit ora Timau.

Quasi duo essent Timau, unus in Aquileiensi agro, de quo nemo dubitat, alter in Euganeis: quod nusquam alibi praeterquam apud hunc unum & Anacnem Lucanum quod sciam, legere est. Sed poetas alioqui prudētissimos deceptos puto, quod Timauum intra fines Venetiae fluere legerint. In qua regione Euganei fuerunt: sed illud non uiderunt, Aquileiam, in qua Timauus est, Venetiae finibus contineri, uel potius ad illud Virgilianum se reuulerunt, Hic tamen ille urbem Patavi: quum interim de Timauo poeta summus loqueretur: sed constat locum illum longè diuersam recipere interpretationem. Est praeterea mons Patriae (quod ad fidem rei attinet) qui uetustum eius gēis testatur in haec loca appulum: Medea enim dicitur, quae Iasonem, ut diximus, secuta est: in illius cauernis noctu, & nonnunquam interdum ambiguae uoces & quasi magicos strepitus, qui Medea artes arguant, exaudiri fama est: quod ipsum in eo poemate, quod Sotiacam munitionem inscripsimus, restati sumus. Callimachus quoque Strabone autore scripsit Polā Colchorum esse oppidum, quod illi aduersus Medeam inisi condiderunt: unde intelligi potest eos fugientem Medeam ad haec loca fuisse secutos. Et haec ante Troiani belli tempora. Euerfo autē illo, constat Antenorem cum multitudine Henetos, qui seditione à Paphlagonia pulsi, sedes & duces, ut Liuius tradit, querebant, in intimum sinum Adriatici maris uenisse, pulsiq; Euganeis, Troianos & Henetos ea loca tenuisse, in quibus modo Patavinum est. Oppidum autem quod primo condidere, Troia dicta est, gens uerò uniuersa ab Henetis mutata litera Veneti: quorum opes eo usque procedente tempore creuere, ut à Pado flumine Aquileiam usq; omnis litoralis ora Ve-

netia dicta sit, ipsi incolae Veneti. Quod cum ita sit, haud dubium est Carnos non inspectalle tantum, uel audiuisse, sed sensisse etiam pro tempore Venetorum arma: quippe qui tanquam uicti in eorum qui uicerant, appellationem concesserint. Caeterum Maro quoque tradit Antenorem ad fontem Timau peruenisse: nec obstat illud quod scribunt quidam esse Timauum quendam Euganeum: de quo quid sentiam, superius dixi, quum aperte summus poeta de Aquileia loquatur: ex eo que intelligitur, quod de nouem Timau fontibus interim mentionem facit, unde ait:

Per ora nouem uasto cum murmure montis,
It mare praeruptum.

Ad fontes enim alluist: nam uno ostio, eoque lenissimo & non nouem constat Timauum in mare euolu. Fluminis autem accolae, & hi qui locum uiderunt, plures fontes esse aiunt, quam illi dixerint. Sub idem ferme tempus & Diomedes Aetolus ex Illo reuersus, cum cognouisset uxorem suam Aegialen in famam amore Cyllebori Steleni filij teneri, ex Aetolia pudore digressus, post laboriosam nauigationem, in Italiam cursum tenuit: ubi regnum postmodum adeptus est. Diomedae insule id testatur, & Maro qui auxilium à Latinis aduersus Troianos ab eo imploratum prodidit. Caeterum Strabo in Venetis, & in his (ut innuere uideretur) locis qui Timauo proximi sunt, multa suo tempore monumenta exiustis scribit: quibus antiquus Diomedis in hac terra potentatus declaratur, & quod equus illi albus immolabatur, duoque luci ostendebantur, alter Iunoni Argiuae, alter Dianae Aetolae sacer: in quibus feras adeo mansuescere constabat, ut ceruis lupis aggregaretur: easque aduentantium hominum demulcētā manum pari: & quod si quas earum canes insectarentur, continuo ubi huc uentum esset ab insectatione absterent. Fama est uirum quendam in his locis fuisse uadimonij faciendis insignem, in que uel hoc nomine ferme omnes cauillarentur: hic cum in uenatores forte incidisset, qui irretitum lupum haberent: rogatus ioco ab his, nūquid uellet & pro lupose uadem exhibere, ut illata ab eo damna persolueret: sic se beluā dimissuros. Quum se id facturum dixisset, ludum miserunt, qui quasi beneficium sensisset, per magnum equarum armatum nullo caute rio notatum ad uadis stabulum perduxisse dicitur: ille uerò recepta gratia lupi notam equibus inussisse, unde lupiferae nominatae sunt uelocitate magis, quam forma praestates. Sed ad sua tempora huiusmodi celebrem equarum progeniem, ait ille non peruenisse. Haec & plura Strabo, quibus hanc Venetae terrae partem Aetolorum armis non sollicitatam tantum, sed obnoxiam quoque fuisse datur intelligi. Longo autem interiecto tempore Bellouese duce ab Ambigato rege auunculo, ad nonas sedes inueniendas, cum Singoueso fratre ex Gallia misso. Gallicae gentes pleraeque illum secuta, uno eodemque tempore in Italiam erupere. Singouesus Hercionis saltus sortitus est, Bellouesus uerò Italiam. Is ut diximus, Bituriges, Aruernos, Ambarros, Carnutos, seu ut alij scribunt, Carnutos, & Aulercos exciuerat. Postquam in Tricastinos uentum est, quum Alpes oppolitas cerneret, easque insuperabiles nulla dum uia, ut fama est, nisi ab Hercule superatas, adiutia Malsilienibus, qui à Phocidae profecti Galliae litoribus, per id tempus appulsi à Saluatorum gente oppugnabantur, per Taurinos (ut Plinius scribit) in Italiam transcendere. Nec multo post ingens Germanorum manus duce Elirouio eodem saltu superato, in Italiam fauente Belloueis transgressa est: locaque iuxta Brixiam & Veronam tenere: hos secuti Saluij, Boij, recētissimi que omnium Senones, qui non solum res Hetruscas ultra Apenninum sollicitarunt, sed Romanum penè nomen deleuerunt. Post Senones

Senones recens trāsalpina manus Gallorum in Italiam descendit: eos quoque primorum uestigia secutos crediderim. Polybius circa Ariminum cōsedisse scribit: cum quibus Galli cisalpini, & in primis Boij coorta inter duces dissensione, cōfixere. Quam obrem Rom. exercitus ad Gallorum impetum cōprimendum comparatus, audito conflictu & quo nam modo Barbari sese domestico bello confecerint, quasi cōfecta provincia Romā retrō abiit. Sub idem ferme tempus & Galli Rhodani acolae, à cisalpinis Gallis in Italiam acciti tā ualido exercitu Alpes superauere, ut nullus unquam Gallicus motus magis Italiae terrori fuerit: illud autem argumento est, quod nunquam in Italia maiores copiae conscriptae sunt, & quod ad quadraginta milia Barbarorum caesa, & decem milia capta uno praelio referuntur: caesis eorum regibus Comgolitano & Aneoreste, aduersus quos C. Attilius & L. Aemilius consixerunt. Illud quod ad tanti motus fidem attinet, non praeteribo. Comparasse Italiam eo tumultu septingenta pedum milia, & septuaginta equitū Polybius est autor. Plinius autem in numero peditū à Polybio non discrepat, equitū uerò plus dimidio extenuat. Liuius trecenta hominum milia eo tempore Italia armasse tradidit, non amplius. Adijcitur illud, Cispadanos, quos diuersitate locorum Romani scriptores Transpadanos uocāt, his copijs non fuisse ascriptos: sed quaracūque fuerint tunc Italiae uires: nam omnino ualidissimae fuere. Illud admiratione dignum est, quod sub idem ferme tempus, quo ita in Italia aduersus Gallos prosperè pugnatū est, floreretq; Romani imperio, nec non sociorum uires, Hannibal cū quingenti milibus hominum (ut Polybius scribit) Italiam tam ferociter inuaserit: quanquam non desunt qui eum longè maioribus copijs uenisse tradant. Sed hoc non querimus. Illud uerò in dubium uenit, propter quod prolixiorē hanc de eruptionibus Gallorum dissertationem suscepimus: haec ne parte Alpium, quae Patriae incubant, ad diuerso loco tanta Barbarorum uis in Italiam se effuderit. Si quidem Liuius scribit Bellouesum reclusa Alpe Iulia per Taurinos in Italia transgressum. Cuius uestigijs omnes ferme Barbarorum manus, quae subsecutae sunt in strere. Multa quidem sunt, quibus coniectare libet his Alpibus quae nobis imminent, potius quam diuersa parte illum erupisse: primò quod non uideo quam Alpe Liuius Iuliam rectius appellare poterit, quae tradita ab illis primis reclusam, quam hanc quae Iulienibus imminet: quod autem Iulienfes fuerint Noricis & Carnis penè mixti, id argumento est, quod nunc quoque oppidi uetustissimi uestigia in Carnis extant, quem locum proximi incolae Iulium dicunt: Plinius uerò quod superiore libro ostendimus Iulium Carnicum uocat: Iulienfesque ipsos Carnorum gentem esse affirmant. Caeterum montanae Carniae regincola cōtermina est: quae nūc quoque Iulia dicitur. Nec obstat quod per Taurinos dicas eos transcendisse: Norici enim uicinarum Alpium incolae (ut Plinius scribit) Taurisci olim dicti sunt, quos & Taurinos dicere fas est. Hoc quoque tempore ultra Carnos in primis Germaniae oris sunt incolae, qui Tauri dicuntur. Nec mouere debet quoniam quod dixerim, Tauriscos eodem esse & Taurinos: Caro, autore Plinio Sallastos Tauriscam gentem esse tradidit, Tauriscam dixit & non Taurinam. Quum Prolemæus & alij Sallastos ipsos Taurinos uocet. Accedit huc, quod Patriae incolae qui Carni dicti sunt, fieri potuit, ut à Carnutis Galliae populis, quos Bellouesum secum traxit, diminuta dictione, unaq; litera mutata dicti sint. Constat praeterea primos illos cum equitatu non modico in Italia transgressos, qui si per Taurinos transire, ut Liuius ait: quid est quod Hannibal, quem eadem parte transmisse constat, saltum ipsum occlusum

sum offendit? Cuius rupes & praerupta loca igni & aceto frangere coactus est. Nempe oportuit parentem saltum inueniri, & tritissimo (ut sic dicam) calore apertum, per quem tot & tam numerosi exercitus prius transcendissent. Haec omnia collegimus, ne cui uideremur parum consideratè fecisse, quod multa superius de moribus Gallorum, atque aliarum barbararum gentium eruptionibus in Italiam differuimus. Non enim parum ualida haec argumenta uisa sunt ad coniectandum hac potius quam diuersa parte Barbaris in Italiam primum iter peruenisse. Quod si ita accidit, quis labores, quis funera, quis demique tam longam malorum seriem abundè queat exprimere? quibus hanc terram per tot diuersos motus, terrores & discrimina diu obnoxiam fuisse putandum est. Contra autē plura sunt & magis uerisimilia quae me admonent suspicari oportere, diuersa potius quam hac parte Alpium Gallos primum in Italiam transgressos, & quod non longè ab Alpibus in finibus Italiae, quae Narbonensi Galliae proxima est, Forum Iulij legimus: unde fieri potuit, ut Iuliam Alpe à loco proximè subiecto Liuius appellaret. Caeterum, quod Galli Bellouesum secuti paulò prius quam à Malsilienibus digressi sunt, quos aduersus Saluos iuuerant, Alpes superarunt: nec tantum itineris fuissent emensi, ut ab extremis Italiae finibus circumspectado Alpium altitudinem ad extremos hos peruenissent: quin interim longioris morae tædio credibile est, uel per difficillimos saltus transmittere uoluisse, quam immensi penè itineris dispendium adire: sunt praeterea Taurini Sallastis proximi, quanquam Sallastos ipsos ueteres quidam scriptores Taurinos appellarunt: sed illud praeter caetera me in hanc trahit opinionem, quod quoties Gallos Alpes superasse legimus, sub ipsum ferme semper discessum in Circumpadanis campis confedisse constat: quum Pado ipse à Patria quam longissimè distet. Haec nos eo longiore dissertatione quam fortassis res ipsa exigere uideatur, profecti sumus, ut quod uerisimilius legētibz uidebitur, id & probare & tenere liceat. Nunc autem ad ea redeamus, de quibz inter omnes ferme autores constans opinio est. Si quidem sub ipsum Macedonici belli finem, Galli trāsalpini per saltus ignotae antea uiae in Italiam transgressi in agro, qui nunc Aquileiēsis est (ut Liuius uerbis utar) cōsedere, ad duodecim milia armatorum fuere: aduersus quos quū M. Claudius Marcellus consul mouisset, continuo aduenienti illi sese dedere: consuleis arma ademit, & cum armis quaecūque ex proximis agris diripuerant, aut secum ex Gallia asportarāt: id Barbari indignè ferētes ad senatum legatos questum de iniuria consulis mittunt. Qui introducti exposuerunt se superante in Gallia multitudine inopia agrī coactos, ad quaerendam sedem Alpes transgressos: quae autē inculta per solitudines uiderent, ibi sine ullius iniuria confedisse, oppidum quoque aedificare cepisse, quod indicium esset, nec agro, nec urbi ulli uim se allaturum uenisse. Nuper autem M. Claudio per nuntium sibi bellum denunciati, nisi se dederent, magis pacem parum speciosam, quam incertam spem belli peroptantes, in fidem illius potius quam in potestatem uenisse se. Post uerò paucos dies iustos, & agro & urbe, quam condere cepissent, decedere, tacite abeuntibus quo terrarum possent arma & omnia quae ferrent à cōsule sibi adempta. Orare proinde senatum, ne in se innoxios, & ultrò deditos acerbius quam in hostes sauirēt. Incepti sunt à senatu Galli, quod in alienū agrū irrupissent, oppidumque nullius Romani magistratus, qui ei provinciae praesesset, permisso aedificare cepissent. Ex quo argumentari libet ante tempus hanc terram in Romanorum potestatem uenisse: quae si, ut dixi, ante eam diem Romani fuerat imperij, non dubium est sub initium

secundi belli Punici, aut paululum supra id accidisse, atq; M. Claudij Marcelli auspicijs id factum: qui primus trans Padum Romana signa traiecit, atque Insubres uicit & Istros: Polybius, Liniusque autores sunt: hunc ego eum M. Claudium esse puto, qui oppidum euerit ad duodecim lapidem ab Aquileia inuito senatu, ut Plinio auctore, L. Piso tradidit: atque id ipsum oppidum fuisse, unde Galli deiectione fuerant. Quod autem non longè ab Aquileia euerit, oppidum Plinius dicit, ad sua tempora alluit. Nam cum Galli de quibus multa diximus, ex hac terra depulsi sunt, nòdum Aquileia erat condita: uti ex uerbis Lij superius recitauimus, potest intelligi. Cæterum bellum Istoricum ob eam rem idem auctor inchoatum scribit, quod apparebat Istros nò passuros nouam coloniam loco sibi proximo conditum iri: de qua mittenda iam ex illo tempore patres consulari cœperant, Latinæ an Romana colonia mitteretur. Placuit tandem Latinam mitti: quum Strabo auctor alioqui grauisimus Romanam missam dixerit, quanquam coloniam nomen ad ius Latij referri potest. Tria peditum milia, ut Linius scribit, in Galorum agrum missa sunt, id est unde Galli paulo ante deiectione fuerant. Quinquagena iugera peditibus data, Centurionibus centena: colonia autem ipsam Aquileiam nominatam puto ab aquila, quæ Romanis signis olim insedit, ut Anneus Lucanus testatur: Signa (inquit) pares aquilas & pila minantia pilis. Signiferi quoque ipsi Romanarum legionum Aquileienses dicitur. Cæterum publica quoque ipsius loci signa ad hunc diem flauam aquilam habent, aut fortasse ab irriguo loco, in quo sedet Aquileia nominata est: nam aquilam & aquilum colorem ab aqua dictum, Pompeius Festus testatur. Coloniam deduxerunt P. Scipio Nasica, C. Flaminius & L. Manlius Acidinus triumuiui ad hoc ipsum creati. Post conditam Aquileiam, quia Romana arma à Barbaris formidari cœperat, status Patriæ diu pacatissimus fuit. Procedente tempore Cymbris Illyricum tentantibus, atque ob id ipsum Patriæ ocium locorum uicinitate sollicitantibus, non longè à Noreia, seu Norcia, ut alij scribunt, quæ in Alpibus est, cum eis C. N. Papius Carbo cõflixit (atque infecta re) ut Strabo ait, abfcessit: Linius infeliciter eo loco à Romanis pugnatū tradidit, haud uerò longo interiecto tempore, quum tres ferocissimæ gentes, Cymbrum, Teuthonum & Ambrones, uno tempore in Italiam erupissent, Cymbrorum partem per Noricos descendisse, Plutarchus ait: uterque exercitus C. Marij ductu & felicitate deletus, unus nò longè ab Aquis Sextijs, qui locus Alpibus proximus est: alter ad Athesim fluuium. Trecenta quadraginta milia Barbarorum caesa, & centum quinquaginta capta scribit Linius, Plutarchus numerum extenuat. Si autem per Noricos, qui proximas Patriæ Alpes tenuerunt, iter habuere, uti ex Plutarcho sententiam habuisse constat, quid est cur per hanc oram illos erupisse nò credere debeamus? aut certe per proximos fines. Fuit autem motus ille uniuersæ Italiæ non modò locis per quæ eruptio facta est formidabilis: quare eius tumultus Patriam hanc, haud expertum fuisse crediderim? sed magnâ potius eius procellæ partem, aut sensisse, aut (quod magis credo) sustinuisse oportuit. Interim uerò Romana arma citrò ultroque per hanc Patriam assiduis Barbarorum motibus gestata, ipsi Patriæ incolis penè domestica facta sunt: quippe qui interdum tres integras legiones huc in hiberna missas sustinere, quas sub initium Gallici belli, quod ultra Alpes gestum est, C. Cæsar duabus addidit, qua proximum fuit, ut ipse scribit, in Galliam traduxere: puto ego ea parte Alpium, quæ motanis Carnis incubat, legiones ipsas traductas, ubi excisam rupem militari opere cum inscriptione C. Iulij Cæsaris esse diximus. Cæterum quoties bellum, Istros, Pan-

nonibus, Dalmatis, Illyricis & Germanis illatum est, hac uelut publica porta Romanis armis accessus patuit & reditus. Cæsar Augustus, ut Tranquillus scribit, Aquileiam usque sæpe progressus est, quæ externa bella per legatos moliretur. Sed quid hæc? proditum est à multis Aquileiam urbem quasi proximum suburbanum à Cæsariibus & eorum familia frequentari solitam. Ibi enim Iuliam Augusti filiam, ex Tiberio nondum (ut arbitror) principe enixam, Tranquillus scribit: qua prole extincta Tiberius semper ab ea secubuit. Ego eo tempore Iuliam Aquileiæ subsedisse crediderim, quo Tiberius Illyricum bellum omnium externorum post Punica difficilimū triginta (ut idem auctor tradit) legionibus triennio administravit: atque idem quamuis Augusti literis sæpius reuocatus, exercitumque interrim summa frugum inopia laborante, strenuè cõfecit. Domito Illyrico quantumque inter Italiam, Noricum, Macedoniam, Danubium, & maris Adriatici sinum patet: quærat hic aliquis quid sit quod ubi constet, uelut in principio libri huius diximus. Latius hoc Italiæ, quod à Varo fluuiò ad Timauum Alpibus subiectum est, externarum gentium motibus præter cætera ipsius terræ loca fuisse semper obnoxium: hæc tamen Patria una omnium sapissimè ac maximè à Barbaris fuerit infestata. Ego ne prolixior sim, breui quod sentio dicam. Nempe si quis rectè consideret, locorum omnium natura (de ijs loquor quæ Alpibus subiecta sunt) ita accidisse, haud sanè mirabitur. Reliquum enim ipsius terræ haud longè à mari recedit, aut asperitate Alpium obstruitur. Cæterum quantumcumque illud est, uni genti Gallicæ obnoxium uidetur: hæc autè Patria præterquam quod Germanis, Illyrijs, Dalmatis & Istros, non tantum proxima, sed etiam conterminata est: nescio quo nam modo ab Alpibus ipsis enudatur, quæ iuxta hæc loca magis ac magis mitescunt, & quasi de industria sese superabiles exhibent: desinuntque tantam terram suo ambitu circuire, uadum amplissimum quasi patentem portam inter se & mare relinquentes, ut esset unde Barbari felicissimam alioquin terram sine alioque superandam Alpium labore perpetuo infestaret. Accedit huc propinquum mare, quo ad meridiem, ut superiore libro diximus alluitur, qua parte hæc terra non immodicos peregrinarum gentium ad hunc diè excepit motus. Sed iam locus postulat, ut ad Aquileienses ecclesiæ conditionem transeamus: unde tertius instituti operis liber, sumet exordium.

MARCI ANTONII

COCCII SABELLICI

de uetustate Patriæ Lib. III.

qui Hunnicum bellum

inscribitur.



PVTABAM ego quando ad recentiorum temporū descriptionem uentum esset, difficilimam me lucubrationis huius partem transgisse: si quidem illa quæ duobus superioribus libris continentur, quia neque certo loco neque apud certum auctorem quæri poterit, haud facilem nobis indagationem præbuere. apparebat autè ex hoc ipso, ut quæ deinceps scripturi essemus illa ipsa, quæ ad compluribus essent illustrata, minus laboris habitura. Hac ego adductus opinione anhelaui, fateor, ad illorum lectionem non aliter, quam ad perspicuum fontem striens uator. Sed quam, bone Deus, illic omnia à nostra expectatione diuersa inuenimus: quippe quæ penè plus tenebra-

tenebrarum, quàm lucis legenti mihi offuderunt. Pius potifex, Platina, Leonardus Aretinus, & quidam alij qui citra humane salutis tempora scribere orsi sunt: etsi diligentissimi alioqui fuere, atque idem Latiniissimi, quàm paucissimi tamen afferunt, quæ ad nostrum faciunt institutum, atque ea ipsa siqua sunt, tam breuiter exponuntur, ut manifestè appareat, nihil eos minus uoluisse, quàm Patriæ huius monumentis cõsulare. Paulus autem Diaconus & quidam alij recentiores eum secuti, qui ad res Patriæ penè uniuersam referunt historiam, ab his quæ quadringentesimo ferme anno, post Aquileienses ecclesiæ constitutionem gesta sunt, scribendi initium sumpserunt. Cæterum ea ipsa quæ tradunt, adeò non nunquam inter se discrepant, ut neque temporum, neque rerum ratio cuiquam constare possit: quo fit ut in hoc quoque tertio uolumine, & quæ in reliquum scribentur, intericiam ac mutilatam (quod futurum non putabam) refarcire cogar historiam: uerum dabo operam, ut in ipsa rerum inuentione ac dispositione id diligentè adhibeamus, ut quæcumque memoriæ tradiderimus, ea ipsa sint non minus lucis habitura, quàm si omnia quæ ad historię cõsumationem requiruntur, nobis uno tempore affuissent. Sed ad Aquileienses ecclesiæ originem redeamus.

Iam primum illud planè cõstat, post Christi regis nostri ad patrem ascensum, diebus Pentecostes completis, discipulos spiritum sanctum accepisse: quo imbuti dogma salutis omnibus gentibus uarijs linguis prædicare cœperunt. Id uerò, ut facilius fieret, ne item frustra scriptum uideretur à propheta, in omnem terram exiit sonus eorum, terrarum prouincias inter se partiti sunt. Petrus omnium princeps Pontum, Gallaciam, Bithyniam & Cappadociam sortitus, Antiochenam sedem annis septem tenuit: ubi uerò Asiaticas ecclesias diligenter firmavit, secundo Claudij anno Romam uenit: ut in ea urbe quæ alioqui per id tempus rerum domina esset, apostolicas sedes fundaretur. Pulso itaque hinc miraculo rum certamine Simone Samaritano, qui magica arte uniuersum ferme populum ad studium sui traxerat. Conuersus Petrus ad uerbum Dei propagandum, rogatur à multis, ut Ioanni cui in baptisate cognomento fuit Marco, conscribendi Euangelij negotium traderet, quippe cuius uita & mores uulgo probaretur. Is, ut Hieronymus tradidit, in Israël sacerdotium agens, & secundum carnem Leuita, id est appositus esset, ad Christi fidem conuersus est, Romæque Euangelium scribit. Quapropter non nihil illos uidisse arbitror, qui eum à Petro Romam ductum tradiderunt: scriptoque Euangelio, quod Petrus magnopere probauit, continuo Alexandriam profectus est (Philo Iudæus est auctor) ubi ecclesia optimè constituta, octauo Neronis anno interiit. Sed miror Platina magis unum Philonem, quàm omnium ferme scribentium consensum secutum, id quoque tradidisse: quum constans fama sit, atque id ipsum sacræ literæ testentur, Marcum Euangelij autorem prius Aquileiam missum: ubi quum miraculis & doctrina nouæ ecclesiæ fundamenta iecisset, Romam cū Hermagora uenisse, atque sub hæc tempora Alexandriam profectum: Hermagoras autem in ecclesiæ nouiter fundatæ episcopus à Petro electus, Aquileiam reuersus est: continuoque hic seniores, Leuitas & diaconos constituit: inde ad prædicationem Euangelij cõuersus ecclesiam multis miraculis auget & illustrat, maximamque populū partem, ad lucem ueritatis & fidem contrahit: uerum reclamantibus in Seuastu ciuitatis præsidem gentilium deorum sacerdotibus, atque coram miuantibus se cum suis popularibus adhuc in pristina religione permanentibus, in eum impetum facturos, nisi illico hominem maleficum (ita enim improbilissimi homines nostros Christianos appel-

lant) tollerent. Seuastus Hermagoræ suadere aliquandiu perstitit, uti à uano & periculoso abstinere instituto. Quum autem nihil proficeret, eum neruis cælum, in carcerem coniecit, ubi multis operatus miraculis atque plerisque interim ad Christi fidem conuersis, Seuastii iussu cum Fortunato clanculum occiditur. Apparebat enim populum haud quaquam id laturum, si de eius morte publicè statuisset: sanctorum corpora Pontianus & Gregorius uiri haud ignobiles nuper ad Christum conuersi, cum Alexandra femina illustri, extra murum ciuitatis sepeliere. Hæc habui quæ de origine Aquileienses ecclesiæ referrem: uerum quia ita comparatum est, ut quanto quis imperitior sit, eo proprior in uituperationem rerum alienarum esse soleat: stat erit hic eos monuisse (de imperitis loquor) quum initia ecclesiæ Aquileienses refero, de quibus eius constitutione interim loquor, non de mœnibus & tecto, sed de cœtu & conuentu catholicæ operantium me intelligere. Nemo est enim ita stultus, qui non uideat haud potuisse fieri, ut ædes aliqua, aut altare prætextu nouæ religionis publicè per id tempus à Christianis poneretur: quippe qui non omnino multi essent, atque ijdem ipsi magistratibus urbium, ac potentissimo cuique inuisi. Ostendere itaque ecclesiam longè diuersam ab ædificio significare, nisi planè uiderem id plures, imò penè omnes intelligere. Illud locus hic non patitur me silentio præterire: usque adeò sedam illam Longobardicæ tempestatis barbariem his terris resedisse, ut in Hermagoræ pronuntiatione ad hunc diem duo uulgo committantur barbarismi. Sub idem uerò tempus, quo ecclesia ipsa constitui cœpta est, ne qua interim his terris ocia daretur: quum de imperij electione inter Romanas legiones certaretur, binaque hominum milia secundæ legionis à Mœsiaco exercitu Othoni missa auxilio essent, nunciatumque his in uia esset, Othonem desperatis rebus ultrò mortem oppetuisse, Aquileiam usque ire (ut Tranquillus scribit) perseuerarunt: quasi rumoribus minus crederent, ubi per occasionem & licentiam omni rapinarum genere in Aquileienses grassati sunt. Cuius nefandi sceleris ueriti ne quandoque sibi Romam reuersis reddenda esset ratio, ac penam subeunda, de noua imperatoris electione inter se agitare cœperunt: & breui quum summam imperij Vespasiano defecerent, causam illi adhuc dubitanti præbuere in Italiam maturius properandi, atque imperium ipsum ferocius inuadendi. Procedente deinde tempore, ut sunt rerum humanarum uices, in quibus perpetuum aut stabile nihil est, sed quadam uelut successione bona malis, mala bonis tenaciter hærent, ut neutrius status sit diuturna possessio, inter tot rerum discrimina & labores, feliciora Aquileiæ tempora effulserunt: ut & aliquandiu ab externorum armorū iactatione quieti, atque Pij qui Rufino patre in ea urbe natus est, pontificatu fuerit illustrata. Eo autem sedente ferunt L. Aurelium imperatorem, inter Concordiam & Altinum, quum curru ueheretur, apoplexiæ morbo extinctum: hunc ipsum inter bonos potius quàm malos imperatores quidam reponunt: quidam uerò humani generis hostem ob uitia appellatum scripsere. Sed fuerit quantumlibet malus, haud tamen sæuitia & impietate Maximum superauit. Qui aliquibus interiectis Cæsariibus illi successit. Hic sextus à Nerone Christianos persecutus est: uerum quum Aquileiam obfideret, mamme mulieris Christianæ, & Origenis mortem immodicè cupiens à Pupieno cum filio Maximino occiditur. Ferunt in ea obfisione Aquileienses feminas, capillos sibi ad bellicum usum secuisse, quum funes ad intendendos arcus & cætera instrumenta bellica defecissent, atque ob id ipsum in honorem matronarum

KKKk senarum

senatum Venericaluæ tēplum dedicasse. Nec multo post Gothos Illyricum & Macedoniam vastantes in credibili clade imperator Claudius superavit: quapropter aureo clypeo in curia & in Capitolio statua aurea à senatu donatus est, hunc in Sirmio mortuū ferūt: Quintilius frater, qui in imperiū successerat decimo septimo sui principatus die Aquileiæ occiditur: in his quoque locis interiecto tempore Constantinus imperator, qui inter Constantini magni successores habetur, dum Constanti fratri bellum inferens, parum cautè pugnat, occiditur. Constantinus quoque decimo septimo sui imperij anno suorum fraude oppressus. Constantinus utriusque frater imperium adeptus, quum Arrianæ sectæ studiosus esset, Athanasiumque & cæteros catholicos interim oppugnaret, Liberium pontificē Athanasij & omnium Christum cum patre hominum predicantium fautorem in exilium eiecit: quem Aquileiam peregrè progressum, à Fortunatiano seu Fortunato, ut alij scribunt, Aquileiensi episcopo ad heresim & discordiam sollicitatum ferunt. Scribit Platina Theodosium imperatorem (paucis ut puto interiectis annis) apud Aquileiam Maximū tyrānum Gratiani interfectore oppressisse. His temporibus Rufinus Aquileiēsis ecclesie presbyter, nō pauca acutis simè scripsit. Extat inter cætera eius epistolæ, imò inuectiue potius ad Hieronymū, & rursus Hieronymi ad eum, quæ haud mutua æmulationis indicio carent. Distat tamen non parum uterque ab altero in eodem scribendi genere: densior ille, hic copiosior: ille arctius pugnat, hic latius ille acumine nititur, hic uerò ponderè: uerum non omnino elegans ille, hic autem non solum elegans, sed comptus etiam, & breui talis, quem pro Ciceroniano ad tribunalem dei increpitem (ut ipse testatur) credere possis. Sed uideo quàm interim ineptè faciam homo omnium penè literarum expers, qui tatorum uirorum ingenia, uelut alter Aristarchus in trutina suspendiderim: Virgilianum itaque illud testati, Non nostrum inter uos, notum est carmen: ad illud reuertimur. Quod ad Aquileiēsis ecclesie res attinet: si quidem præclarum fuit duos excellenti ingenio uiros, & quasi bina Christianæ fidei lumina in ea ecclesia eodem tempore refulsisse, de Ruffino nemo dubitat. Hieronymus autem se baptismatis lauacro Aquileiē insignitum in symboli expositione testatur. Quo fit, ut uel in ea urbe eum natum consteatur oportet, uel certè non procul inde: quippe quem Aquileiēsis parrochia, uel ex hoc fuisse manifestè appareat. Per id fermè tempus Gothi duce Alarico Italiam inuasere, de quorum aduentu prius quàm dicam, ut breuius poterò, de origine & successibus gentis ordine edisserā. Sunt Gothi qui nō multum diuersa appellatione Gethæ olim dicebantur, origine Scythæ, hi sedes Tanaidi, proximas in Europa habuere. Ferox genus hominum, & ad mortem promptissimum, Trogius eos in Asia constituit, eorum gesta inter Asiaticas res referens, à Lucullo olim uicti: ex Mœsia, in quam prouinciam primum iruperant, eieci sunt. Cæterum procedente tempore constat eius gentis oratores ad Augustum uenisse, gratia petendæ pacis missos. Ablauis Gothus tradit ab Agrippa Danubium transire compulsos, sub Domitiano reuersos, aduersus eos Opius Sabinius primum, in de Cornelius Fuscus missi sua & exercituum clade infeliciter pugnarūt. Cornelius Tacitus est autor, Troianus princeps eis pacem petentibus dedit. Antonius cognomento Caracalla tumultuarijs quibusdam prælijs eos fudit: Gordianus Danubium uersus mouentes ab instituto itinere magis auertit, quàm superauit. Nō multo post Visigothæ, qui prius per se Romana arma irritauerant, iunctis sibi Ostrogothis. In duas enim gentes Gothi diuisi sunt, in orientales scilicet & occiden-

tales: id Germanica lingua sonant ipsa nomina, Mœsiam & Thraciam fecidissima populatione deuastauerunt, trecenta armatorum milia fuisse feruntur. Decius Pannonius à Philippo imperatore aduersus hos missus, pluribus prælijs superatus, infecta re Romam redijt. Occiditur interim Philippus, cuius morte prouincia in Visigothos dilata est: cum Gallo deinde pacem Barbari instaurarunt: sed non multo post per occasionem Thraciam & Macedoniam occuparunt. Compressit autem eorum ferociam, uiresque, reuocit Claudius imperator, cui Secundo cognomen fuit, trecentis milibus Barbarorum cæsis, duabusque milibus nauium submersis. Hic est ille Claudius, cui ob res bene gestas clypeum in curia & in Capitolio statuam auream senatum decreuisse diximus. Aurelianus princeps qui Claudio successit, Canabium Gothorum regem res nouas molientem ad ripam Danubij magno prælio uictricè abductæque ex ea pugna sunt decem mulieres in triumphum, quæ uirili habitu acerrimè pugnarunt: titulus autem qui in triumpho prælatus est, significabat eas ab Amazonibus ortas, eosdē hostes Constantinus magnus ex Sarmatia, quā occuparat, depulit: atque per id ipsum tempus multis cladibus attriti se aliquandiu intra natalis soli fines tenuere. Sed hic quoque Visigothæ non multo post ab Hunnis deieci Danubium traiecerunt, ac sine federe aliquo à Valente imperatore accepti, fame & iniurijs ob Valentis auariciam adacti arma corripuerunt, eiuſdemque Valentiano exercitu in Thraciam populabundi ingressi sunt. Nec multo post & Valerem ipsum obuium factum magna strage superat & occidunt, Constantinopolimque uictoria elati obsident: sed obsidio ipsa irrita fuit. Gratianus Valenti successit, qui Theodosio uiro impigro ex Hispania accessit, Visigothas pluribus prælijs superauit, Gratianus uictor cum Athanarico Visigotharum rege, fœdus percussit. Quo mortuo barbari reges carentes, imperio aliquandiu suam militiam impenderunt. Verum procedente tempore, Archadio orientalis res imperij administrante, Visigothæ stipendio priuati in Pannoniam fecessere, Alaricumque regem ex nobilissimis Baltorum inter Gothos familia sibi constituerunt. Cui Radagasus & ipse Gothus, cum ducibus milibus se iunxit: horum duorum auspicijs Gothi in Thraciam, Pannoniam, Noricum & Illyricum fœda populatione grassati in Italiam erupere, Romamque ipsam quondam rerum dominam ceperunt, in quam captam omnis sæuitiæ & ignominie genere grassati sunt. Tum uerò urbis Augustò, ut Ennius ait, augurio condita desijt esse quod fuit, anno sui natalis millesimo sexagesimo quarto, Christianæ uerò salutis quadringentesimo duodecimo. Hæc ego de origine & incrementis Gothorum longiore fortasse sermone, quàm res ipsa exigere uidebatur, prosecutus uideri possum, & quasi alienum à nostro instituto fecisse, quòd rã multa de ea gente retulerim: cuius motus ad hanc terram nihil fermè attinere uideatur. Ast ego post urbem Romam, quæ calamitosa illa tempestate omnibus malis concussa est, nullam aliam Italiae oram, motibus illis magis obnoxiam fuisse crediderim, quàm hanc terram, quam irrupentibus illis primum occurrisse oportuit. Nec me illud mouet, quòd nemo scribentium aperte tradat, quæ Italiae parte facta sit eruptio: quum uerisimilimum sit circumiectis prouincijs, ut diximus, uastatis, quàm eis proximum facilimumque fuit in hostium transfuisse. Cæterum constat post Attilæ mortem, Gothos rursus Italiam Aquileiensi ora deuastata inuasisse, uti suo loco dicemus. De his itaque quum tories dicendum esset, non ab re sum mihi uisus facere, si quæ alio loco haud ita fortasse opportuno dicenda erant, nunc quum primū mentio illorum incidit, dixerimus. Sed ad Attilæ gesta interim

interim ueniamus. Quem non multo post primam Gothorum eruptionem recentia forte illorum uestigia secutum, in hanc miseram Italiae oram uenisse constat. Verum antequam illius gesta attingamus de Hunnorum origine, quorum rex ille fuit, quàm paucissima dicenda sunt. Priscus quidam non parua autoritatis homo, quippe qui apud Theodosium iuniorem, epistolarum magister fuit, scriptum reliquit se ab imperatore oratorem missum in Scythiam ad Hunnorum reges. Vnde intelligi potest Hunnos Scythicam esse gentem. Regnum eius gentis, per id tempus Attilæ & Bleda seu Bleda, nam utrunque scriptum reperio, fratres habebant. Is ingentibus fluminibus transmissis, ait se ad eum locum peruenisse, ubi Indigoiæ Gothorum fortissimus, Sarmatharum dolo occubuerat: nec procul inde uicium fuisse scribit, ubi Attilæ regia erat, uicium in ambitum amplissimæ urbis patens, lignea mœnia habebat, atque ea ipsa ex tabulis facta, quarum compago ita solidum metiebatur, ut uix ab intentis oculis posset iunctura deprehendi: triclinia præterea ambitu distincta, porticusque non sine regali decore constructas: aream ad hæc in medio patentem amœnissimis ambulacris undique cinctam. Cuius dignitas & amplitudo regia aulae speciem præ se ferebant: atque hanc ait fuisse per id tempus Attilæ regis sedem, huic autem pater Mūdzericeus fuit, post quem Ostas & Rhoas fratres regnum tenuere, quibus mortuis Attila cū fratre regnare cepit. Fuit autem ipse Attila superbus incessu, huc atque illuc circumferens oculos, ut elata potentia in ipso quoque motu corporis appareret. Ad hæc beliorum amator, sed ipse manu temperans, consilio ualidissimus, supplicibus exorabilis, forma breuis, lato pectore, capite grandiore, minutis oculis, raris barba, canis asperius, simo naso, tetro colore, originis suæ signa præ se ferens: hinc puto natam esse fabulam, quam nobis ex historia Gallica pro thesauro quodam nuper oblatam, non sine risu legimus. Erat in ea scriptum, ex Ostribaldi Hungariæ regis filia, & domestico cane natū Attila: atque eius nefandi concubitus illū femiurumque canē semicunquē uirum (ut Ouidianum carmen imitemur) manifesto oris argumento crimen prodidisse: quasi uerò non satis aperte posteritas ipsa riserit, quæcunquē olim Græcia de Minotauro fabulara est. Sed ad Hunnorum gesta redeamus. Quibus eam inuadendæ Italiae causam fuisse crediderim, quia cognouissent primo incursum feliciter Gothi euenisse, qui nuper eam terram inuasent. In spem itaque maioris penetratus erecti, Pannoniam, Macedoniam, Mœsiam, Achaïam, & utranque Thraciam breui tempore flamma ferroque deuastant. Sed cum Attilæ consilia ad inuadendam Italiam spectarent, atque Bledæ fratris autoritas expeditionem ipsam remoraretur: quippe qui longiorem militiā dissuadebat, factum est, ut dum ille Budaliam urbem muro cingere studio parat, fratris fraude preceptus sit. Attila ubi suis auspicijs rem gerendam uidit, iunctis sibi Ostrogothis, Gepidis, Marcomannis, Quadis, Erulis & Thuringis, quingentis milibus armatorum Germania ex parte populata, Galliam ingreditur: nec multo post in Tolosanensis campis magno prælio ab Ecio Patricio & Theodorico Visigotharum rege uictus est: sunt qui scribant ea pugna utrinque ad centum octoginta milia cecidisse, ipsumque Artillam post suorum fugam (si acris hostes intulissent) de morte sibi conciscenda cogitare cepisse. Verum in statuto exercitu ad priorem fermè magnitudinem per Germaniam in Illyricum uenit: breuique Tragurium, Sibiranicum, Belgradum, Laderam, Segniam, Polam, Parentium, Emoniamque expugnat ac diripit: Valentianiani copias inter Arsam fluium & Terge

stinum sinum factæ sunt Barbaris obuiæ: eas Attila minimo negotio fudit. Quæ ita prælio uictæ sese Aquileiam receperunt. Progressus Hunnus Aquileiam, quum appareret opulentiam ea tempestate urbem, haud facile capi posse, eam obsidione cingere pergit, atque reliquum patriæ ferro & flamma fœdissima interim populatione uastat. Sub tam periculosi belli initia magnam mortalium uim ex continenti in insulas, quæ plurimæ sinu Adriatico iacent, confugisse fama est. Hic uerò referre liber, quod de euerione Aquileiæ à scriptoribus admodum paucis accepimus, ac primum illud inter omnes fermè constat, obsidionem ipsam in tertium annum dilatam, quod penè incredibile dictū est, ut urbs, etsi non ignobilis, non tamen opulentissima: quippe quæ nullum unquam imperium habuisset, imò ne libertatem quidem, quando ad eam diem Romanis armis paruisset, quingera & amplius Barbarorum milia tamdiu sustinuerit: quum paucis antè annis urbs ipsa gentium domina à Gothis & uiribus & numero Hunno inferioribus, capta & direpta fuisset. Sed situm loci fuisse crediderim, & natura & humano ingenio ad omnes hostiles conatus arcēdos longè munitissimum. Cæterum ipsam maris proximitatem non parum contulisse ad leuandam obsidionem credibile est: qua parte auxilia & commearus undique obfessis, interim subuehi potuerunt. Constantis fama est, uti libro primo diximus, etsi autores rei non quales uelim habeo: per id tempus Hunnij arcem Attilæ iussu militari opere communitam: unde & loco nomen inditum esse affirmare ausim: nam Hunnium dicendum potius quàm Vtinum contenderim, ut factum sit nomen ab Hunnis, quorum rex Attila fuit. Verum procedente tempore (quod uulgi incuria euenire solet) quod prius Hunnium dicebatur, Vtinum dici ceptum est. Nec me mouet ridiculum quorundam commentum, qui tenent Vtinum Pannonica lingua nescio quid significare ad molitionem attines: quum neque Attila, neque Hunni Pannonies essent, sed Scythæ, ut diximus: uerum hæc omnia primo libro copiosius tractauimus, uenio nunc ad obsidionis euentum. Tradit quidam, nechi quoque satis illustres, per id tempus Aquileiæ Menapum quendam cum Orico fratre, siue, ut alij scribunt, Arico præfuisse. Qui quum diu urbem concordii imperio tutati essent, siue longioris obsidionis tædio, siue quod magis credo rerum inopia, siue quod fieri potuit, in maiorem spē erecti (quippe quibus ob diuturnam & quasi segnem obsidionem hostis uilescere cepisset) omnibus copijs constituunt cum hoste confingere. decem armatorum milia in aciem deducta dicuntur, nec Hunnus detrectauit pugnam: quippe qui hostem numero sibi imparem cerneret: uerum quia ex paucitate ipsa apparebat desperatione potius quàm spe ulla uincendi in aciem descensum, cautius sibi confingendum ratus omnibus diligenter prospectis Barbarus in hostem uadit: aiunt in his campis, ubi nunc Mereti uilla est, esse dimicatum, atque ex ipso euentu pugnae nomen loco inditum. Quod haud uerisimile uidetur, ut tam infirma manus aduersus inuictam aciem, tam longè ab urbe, quæ interim obsideretur, processerit. Sed siue hoc loco, siue alibi, quod magis credo, pugnatum sit: constat primo congressu tanto odio & ira eutrinque concursum, ut multa hominum milia momento temporis conciderint, atque ex ipsa fœdissima hominum strage, uberimos sanguinis riuos, medijs campis fluxisse. Sed cum utrinque impigre dimicaretur, accidit, ut ipsi duces facti sint sibi obuij: qui neutro alterum refugiente, continuò conuersis in se hastis configunt: quo congressu fama tenet Artillam equo deiectum, in summumque discrimen

men adductum, ac facile eo die tantorum malorum caput interire potuisse, nisi ab Hunnis & his qui proximi erant, defensus, continuoque equo impositus fuisset. Magnus undique huc concursus factus est, ac maius atrociusque praelium quam alibi circa duces ipsos commissum. Sed dum ea parte, qua plurimum laboris erat impigrè Oricus pugnat, graue uulnus accipit, què pugna excedente, ac cruore respersum, quum infirmè & iam dudù per se fluctuantes manus uidissent, illico terga uertunt. Instat Barbarus, nec fudit, fugatque tantum: sed passim quoque palatos hostes obruncat: Menapus neque adhortationibus, neque minis semel fugatam aciem in pugnam reuocare potest. Fortuna igitur inclinante, quod unum potuit, summi ducis prestittit officium: extremo enim agmine pugnans ferocissimumque hostem excipiens, suo periculo fugientem suorum aciem usque ad mœnia tutatur, fuisseque sub ipsum ingressum pro portis cum periculo laboratum, hostisque cui mixtus forsitan urbem irrupisset, nisi ab ijs qui praesidio ciuitatis relicti erant, è mœnibus uis relorum ingens in hostes cõiecta esset. Quare Barbari, & cede & pugna pariter abstinuere, multa hominù milia utrinque occubuerant, Attila suos omnes sepulchro dedit. Idem & Menapus fecit, paucorum dierum inducijs ad id ipsum impetratis. Interim uerò post tantam suorum stragem, deiectus omni spe Menapus tuendae amplius urbis, Oricum grauius uulneratum cù infirma manu in proximam maris insulam mittit. Ferunt eam olim Malgradum dictam, inde uerò Gradum. Eò sub ipsum Attilae aduentum, uxores, liberos, senes, preciosamque omnem supellestilem ab Aquileienses missam, scripserunt quidam. Paucis inde interiectis diebus, Attila strueta acie pro mœnibus urbis aliquandiu stetit: ubi uerò hostem ad pugnam elicere non potuit: illico iubet tinea, aggeres, turres, aliaque opera bellica in muros urbis erigi, quasi noua uia, ubi alia ratione non posset, hostem aggressurus: & Menapus nocte, quae diem illum secuta est, dispositis per turres & propugnacula in speciem armatorum, ligneis simulacris cum his, qui secum subfederant, silentio noctis Gradum transmissit. Orta luce Hunus iubet machinas mœnibus admoueri. Interim ferunt quendam regi nunciasse se pro comperto habere urbem omni praesidio destitutam: id què se ex eo coniectare, quod aquila proximo simulacro impunè sedisset. Sunt qui scribunt Attilam ciconiae augurio confirmatù: quò tædio lógioris obsidionis infecta re abscedere instituisse, conspicatam aiunt fuisse, ciconiam pullos suos, quasi alio migraturam extra urbem deferentem, atque ex eo futuram ciuium fugam auguratus, in incepto persistisse. Quum itaque desertam esse urbem appareret, iussit continuò signa inferri: atque hoc maxime modo Aquileia urbs nobilissima capta, & euerfa est. Nam ubi Barbarus ingressus est, eam suis diripiendam praebuit. Praeda uerò haud tanta fuit, quantam hostes animo conceperant. Nam, ut diximus, preciosissima quaeque sub hostis aduentum in proximam insulam delata fuerant. Non desunt tamen qui scribant, & ciuium & omnis opulentiae fuisse refertam urbem, quum direpta est: proficitasque uulgo fuisse feminas, quarù una quum cerneret uim pudicitiae suae paulo post illatum iri, ne eam impunè amitteret, sese ex ædulo loco in subiectum fumè praecipitem dedisse. Ceterum ignis, iussu regis, passim aedibus iniectus est, ac momento temporis urbs clarissima incendio absumpta. Hic lector uelim te parumper humanarum rerum conditionem considerare: quamque stultè homines faciunt, qui hanc terrenarum rerum ornamenta, uelut imperia, opes, magnificosque urbium appara-

atus, tanquam perpetua, & omnino stabilia bona laudat, mirantur & extollunt. Ecce uel ex hoc quod dicam contemplari licet, quanti ea omnia sint facienda. Vno ferme eodemque tempore Roma gentium domina amisso imperij fulgore ignominiose capta ac direpta, solitudinis & ruinae plena suo augusto solo, uelut Priamus ille ad aram Hercei Iouis miserabiliter concidit: nec interim illi, aut prouincijs, quas domuit, aut reges, quos in triumphum duxit, aut ipsa uetus gestarum rerù memoria quicquam profuit. Nec Aquileia alterum Italiae lumen diu illi superstes fuit. Sed quum maternos cineres indignamque ruinam attonita spectaret, ipsa quoque non minore clade oppressa est. De origine ipsius priore libro abundè diximus: uerum non ignoro fuisse quosdam è numero ignobilium scriptorum, qui tradiderint Aquileiam ipsam Roma longè antiquiorem, aequalemque Patauio, Altino & Còcordiae: quippe quas uno ferme tẽpore à Troianis quicquid Antenore uenerant, cõditas affirmare audeant. Quod an uerum sit, quum Liuium audierint, ipsi uidebunt. Verba Liuij superiore libro, quum de Gallorum eruptione in hanc Patriam loqueremur, recitauimus.

MARCI ANTONII

COCCII SABELLICI

de uetustate Patriae: Lib. III.

qui bellum Longobardicum
inscribitur.



OGITANTI mihi, atque saepius animo reputati calamitosa illa Hunnicæ belli tempora, dubitatio quaedam non parua occurrere solet, sit ne uerum illud quod uulgo dicitur, nullum esse tam graue casum, nullum tam acerbum fortunæ uulnus, quod non tacita quaedam latentis boni comiteretur necessitas. Ego est illud cuiusmodi sit affirmare non ausim: nec scio tamè quo nam modo ex his quae tempestate illa euenere, coniectare atque colligere soleo, adagium illud haud omnino carere ratione. nam si quis hinc acerbissimos illorum temporum casus, incendia, clades, urbium excidia, & reliqua mala quae hanc Venetæ terræ ora per id tempus perpessa est, perpèderit: inde uerò augustam unius urbis originem, quae Romano cadente imperio uelut diuina quadam prouidètia nasci uisa est: ut esset ubi meliore fato illud sua sede depulsum, perpetuo quiesceret: is certè intelliget lucem hanc, quae tenebras illas secuta est, non æquilibrium tantum facere, sed praeponderare etiam omnibus malis, quae ex tempestate illa fecidissima orta sunt. Nam, si nomen, gloriæ, diuitias, potentia, suspicimus (hæc enim ferme sunt, quae mortales mirari solent) quid Aquileia, quid Concordia, quid Altinum, quid uniuersa Venetia tunc habuit, quod cum unius Venetiarum urbis splendore, opulentia & imperio comparare possumus? Fuit (fateor) tunc aliquod Venetæ gètis nomen, sed non tamen usque eaque celebre, aut multis notum: quippe quod ne uniuersa quidem Italia adhuc bene nosset. Nunc contra, nulla est tam remota tellus, nulla tam barbara natio, ad quam Veneti nominis fama non peruenerit. Transeo maris imperium, tot prouincias, tot urbes, tot clarissimas insulas, quot illorum hoc tempore parent imperio: transeo quoque res, terra marique gestas, quae planè arguunt, aut nullum alium ad hunc diem populum, aut certè hunc unum extitisse, qui per omnia Romanæ

manæ gloriae & uiderit & dici possit emulus: quod quum ita sit, haud scio an bene actū fuisse cum hac Patria & reliqua Venetæ terræ ora per id tempus, dicendum sit, potius quam mali quicquam accidisse: quado eam bellorum tempestatem perpetuum lumen non tantū his terris, sed uniuersæ etiam Italiae peperisse manifestè constet. Sed qua id ratione cõtulerit, non ab re fuerit in prima parte huius quartilibri breuiter enarrare, quod sanè faciam, si prius pauca de his, quae ab Hunnis post Aquileiæ euerfionem in Patria gesta sunt, rerulero.

Capta & euerfa Aquileia, continuò Hunnus Còcordiam uersus mouet. Regebat per id tẽpore eam urbem Regulus quidam, Ianus nomine: is audito Aquileiæ excidio, ratus quod erat, hostem non multo post affuturum, Ariadnam coniugem cum regia gaza in proximam maris insulas praemisit: ipse urbis praesidio esse uoluit, quae ab hoste ferocissimo breui capta & incensa est. Inde Altinum & alia pleaque Venetæ orae oppida direpta, soloque æquata sunt. Per id tempus Aquileienses (ut diximus) Gradum commigrarunt, Concordienses Crapulas, Altinates Torcellum, Maiorbium & Amorianum: Patauini cum sacris & preciosis supellestile Riuum altum tenuere: in medio ferme Venetiarum locus ille est hoc tempore. Hic Patriæ urbis facies conspicere cepit, aedibus in speciem noui oppidi non temere dispositis, magnus undique in eum locum factus est concursus, ingens nobilium manus uelut in nouam ciuitatem, euocari cum liberis sacris, preciosisque rebus conuenere. Septimo calendis Aprilis iacta fuisse prima urbis fundameta scripserunt quidam, in quibus est Laurètius monachus, patria Venetus. Nec exigibili colluione gentiù, quod in magnarum urbium originibus saepe euenisse constat, noua ciuitas conflata est. Si quidem uti quisque tum praepotens, ac ualde nobilis fuit, ita ante alios Hunnum reformidas, quippe quem nobilitati infestissimum nouerant, fugam occupauit, nouaeque urbis tutiore loco aedificandae auctor fuit. Verum quia planè constat, qui fuerint Venetiarum conditores, locus ipse postulat, ut de eius gentis origine aliquid altius reperamur: Venetos Troiana stirpe ortos esse, auctor est Cato. Liuius Henetos ex Paphlagonia ad Troiam militasse scribit, qui amisso Pylamene duce Antenorem in Italiam secuti sunt, pulsique sua sede Euganeis, ex eo scilicet solo, ubi nunc est Patauium, mutata litera Henetos cum Troianis Venetos appellatos. Quida uerò auctores sunt, Venetos ab Heneto rege dictos, qui ex Illyrio profectus eam oram, quam post Veneti tenuerunt, occupauerit. Strabo Gallicam esse gentem Venetos autumat, ea coniectura adductus, quod Veneti inter Belgas rei maritimæ gloria olim illustres fuerint: cum quibus C. Cæsar in Britanniam primò transfusus maritimo praelio conflixerit. Sed Liuij uerisimilior sententia est, quò constet Venetos Adriatici sinus accolae ipsam oram tenuisse, antequam Gallica gens ulla in Italiam transferret: quod si ita est uti Liuius scribit, Venetiarù origo ad Troianos & Latinos referenda est. Patauii ab Antenore sunt, Aquileienses & Còcordienses, qui ex proximis insulis in nouam urbem migrasse dicuntur, Latini & Ro. coloni fuere. Primi eius urbis magistratus; tribuni fuerunt, ut idè Laurètius tradidit. Verum ciuitas libero iure & ad imperadū nata, continuò rei maritimæ studio pollere cepit, breuique eius opes in tantū creuere, ut mari terraque finitimis terrori essent. Procedente tempore eorum imperium ad ortum propagari cepit, multa que in Dalmatico sinu Epiro & uniuersa Græcia, quas prouincias procedente tempore suæ dirionis fecere, & in ora Pontici maris non pauca gessere: moxque ad Tanaim usque Veneta ar-

ma promota sunt, rursus & in Syria per se non pauca, multa quoque locali bello ab his gesta referuntur. Nota sunt Federici imperatoris tempora, quem nauali praelio uictum, captumque ad Apostolicè sedis obsequium retraxere: nota & illa inclyta uictoria circa Clodium, qua Genuensium uires demum accisæ sunt. Transeo mille alia; quae tum sua maria, quae ardua & sublimis est: tum etiam rerum copia & amplitudine eximium quoddam, & (ut sic dicam) supra humanum exigerent ingenium, ut dignè scribi possent, non autem tenue & aridum, quale me à natura sortitum fateor. Sed cum plura & ampla sint, quae de inuicta ipsius urbis potentia dici possunt, illud clarissimum & memoria dignissimum uideatur, quod quatuor & uiginti annos Mahometum potētissimum Turcarum imperatorem duobus euerfis imperijs, regibus non paucis suo regno pulsus, prouincijs quoque pluribus subactis, superbientem procul Italia, ad cuius imperium anhelabat, suis uiribus, nixi, arcuere. Sed nostri consilij non erat ad res Venetas diuertere: uerū quia locus ipse poscere uidebatur, ut aliquid de Venetiarum origine diceremus, hæc breuiter, & ut sic loquar, cursum attigisse contenti erimus. Nunc ad Attilam redeamus. Domita itaque Venetæ terræ ora, Attila flagellum Dei se ad terrorem hominum uocitans, Vicentiam, Veronam, Mediolanum & Ticinum pariclade affligit. Ceterum his gestis, quum Romam uerius infestis signis morturus esset, Leo pontifex res Italiae miseratus circa Mincij & Padi confluentem se illi obuius. Hic Alarici exitu proposito, quod statim capta urbe defunctus esset, ne ultra progrediarer & moner & orat: obtemperat pontificis optimi consilio & monitis Attila. Ferunt ea causa in primis inorum, ut illi obsequeretur, quod ad colloquiū congressus, uisus esset sibi Attila cernere duos uiros strictis gladijs suo capiti imminere, atque sibi interim mortem minitantes, nisi pontificis dicto obediens esset. Petrus & Paulus Apostoli fuisse crediti sunt. Inde itaque digressus Attila Pannoniam repetit, ubi non multo post cum iactabundus diceret, se rursus Italiam uel maiore clade inuasurum, fluuio sanguinis è naribus nimia crapula manatis, cum Ildicone uxore cubans suffocatur. Eadem nocte qua Attila extinctus est, Martianus per quierem (quum Còstantinopoli esset) imaginatus est arcum Attilae fractum se cernere. Post Attilæ mortem paucis interiectis annis, Zenone, qui oriētis imperium per id tempus tenebat, persuadente, Theodoricus Gothorum rex, qui loca Còstantinopoli proxima infestans omnibus terrori esse coeperat, ex Thracia cum cõiugibus & liberis, cumque rebus omnibus per Sirmium & Illyricum in Italiam transijt. Odoacri copiae illi in hanc terram irumpenti circa Sontium annè occurrerunt, quas magno praelio Theodoricus fudit: quidam tradunt Odoacrum ipsum hucusque progressum. Regebat per id tempus Italiam Odoacer tyrannico more: quippe qui tumultuaria declaratione ab exercitibus qui in Italia erant aduersus terrorem Attilae comparati, Dux appellatus esset: fufus, ut diximus, ad Sontium Odoacri copijs, Gothi urbes proximae, oppida, & breui quicquid Hunnicæ rabies non absumperat, populi Raennam contenderunt: ubi Odoacrum aliquandiu obsessum, inde in suam potestatem redactum, occidunt. Theodoricus autem, & post illum Gothi sub diuersis regibus Italiam annis circiter septuaginta tenuere: ultimus regū omnium Totilas fuit, quem & ipsum flagellum Dei appellatū accepimus, quod in urbem Romam, & uniuersam Italiam atrocissimè grassatus esset. Hunc Narfes quidam à Iustinianno in Italiā missus, uicit & occidit. Nec multo post Teias Gothorum dux ab eodem Narfete uictus est: KKKk 3 qua

qua clade accepta Ostrogotharum gens penitus interijt. Visigothæ autem in Hispaniam cum Alanis prius concesserant, ubi duæ gentes aded coaluere, ut ex duobus nominibus factum sit unum. Cathelani enim dicti quasi Gothi Alani. Nec multis interiectis annis Longobardi, qui (ut Pius pontifex tradit) à longitudine barbæ dicti sunt (non desunt tamen qui aliam afferant interpretationem) in Italiam erupere. Hi ex Scandinavia insula Germanici oceani oriundi sunt. Nam qui primum inde profecti sunt diuersis acti erroribus, in Pannonia tandem confederunt: ubi duobus & quadraginta annis sedes habuere, hinc à Narsete, cuius supra mentionem fecimus, exciti Alboino rege in Italiam transmiserunt. Ferunt hunc Narsetem, quum de imperio de quo ipso Italiae statu optimè meritis esset: quippe qui Gothicum nomen deluerat, immensosque Barbarorum exercitus aut strauerat, aut procul Italia arcuerat, ab inuidis lacerari solitum, literis que & falsis criminationibus apud Sophiam Iustini uxorem, quæ orientis imperium ob coniugis demetiam administrabat. Ea uerò uti femina, quæ sua natura credula est, & ad odium prona, eum ex Italia cum ignominia uerborum ad se uocat: scribens iam tempus esse, ut Eunuchus ad lanam & pensa rediret. Ea iniquo animo ferens Narsete respondisse fertur, se talem ofsurum telam, quæ inextricabilis suis æmulis esset. His itaque commotus, Alboinum undecimum Longobardorum regem, in Italiam per legatos accersit: ad quod facinus, ut facilius traheret, fama est Narsetis legatos suauissimos ex Italia fructus secum detulisse, ac nunciasse regi earum frugum genitricem esse terram, in cuius possessionem uocaretur. Proinde Narsetis nomine regem & suos properare iubebant, si rapa, & ipsa Pannoniæ fertilitas à Longobardis deserui possent. His itaque Alboinus nec non spe future societatis erectus (quippe qui antea Narseti federe iunctus fuerat: auxiliariis enim Longobardis, ut Paulus Diaconus scribit) Narsete Gothorum gentem magno prælio uicit, quos in Pannoniam multis militiæ præmijs ornatos remisit, ingenti Barbarorum manu per Sirmium in Italiam transcendit. Per id tempus grauis pestis tota ferme Italia, sed in Gallia Cispalina grauisima orta est, multa que prodigia facta sunt: nam & acies quædam igneæ cruore madentes celo apparuerunt: niuis præterea uis tanta in imos campos deiecta est, quanta nunquam aliàs. Tota itaque Venetæ terræ ora, sub ipsum aduentum in potestatem redacta: continuò Alboinus Gisulphum nepotem suum, Foroianæ prouinciæ, cum ualida hominum manu præfecit, ducentumque Foroianum declarauit: uulgius tenet, quod & Paulus Diaconus affirmat, Forumiulum fuisse, quod nunc peculiari nomine Ciuidatum appellant. Omnis igitur quæ à Barbaris ipsis ducentorum & amplius annorum spacio in reliqua Italia gesta sunt, de his quæ eorum duces intra patriæ fines gesserunt, ordine dicemus. Scribit Platina Italicum nomen ea tempestate deleri potuisse, nisi afflictis rebus sanctissimi uiri succurissent, in quibus Paulus Aquileiensis antistes certè habendus est, qui Alboinum Italiam ingressum longè mitiorem, quàm illius natura pateret, suis reddidit. Scribunt quidam hunc ipsum Paulum ex Aquileia cum thesauro ecclesiæ Gradù transmisisse, quam nouam Aquileiam appellauerit. Gisulpho autem Foroianum ducatum obtinente, Helias, qui uno Probino interiecto ipsi Paulo patriarchæ, cuius proximè mentionem fecimus, successit, in hæresim lapsus est, tria Chalcedoniensis conuentus capita non recipiens. Verùm errorem suum non multo post factus ad officium redijt. Inde Pelagij pontificis permittu conuentum uiginti episcopo-

porum habuit, quo Gradenfis ecclesia totius Venetiæ metropolis declarata est. Hunc autem utilem epistolam à Pelagio accepisse, quæ diuus Gregorius quum adhuc Cardinalis esset, scripserat. Pius pontifex hæc omnia ad Seuerum patriarcham, qui Helias successit, refert. Post cuius obitum Aquileiensem ecclesiam diuisam esse scribit, Gisulpho duce Ioanena Aquileiensi ecclesiæ præficiete, pontifice uerò Claudiano Gradenfi. Sed alibi Candianum pro Claudiano, & Sisulphum pro Gisulpho scriptum reperio. Sed Sisulpho male uertit, quod ausus esset rerum sacrarum administrationem usurpare: nam per eos dies quibus ira sacrilegè ne impiè dicà operatus est, Cæcanus Auarum rex ex Norico in Italiã transcendit, cui cum Sisulphus magna suorum manu obuia processisset, ab hoste magno prælio superatur & occiditur. Rhomilda eius uxor cum Grimoaldo & Rhodoaldo adhuc pueris (Thasso enim & Caco iã adulescere cœperant) nec nõ cum his qui prælio superant, intra Foroianum mœnia se tenuit, quæ audita Sisulphi coniugis morte, studiose communiuerat. Nec tantum id oppidum Longobardi tueri parant: sed Cræmonem etiã, Hemas, Osopium, Arteneã, Rheuniam, Glemonam & pleraque alia loca ad omnes hostiles imperus sustinendos comparata: Auares interim Hosticum ingressi, omnia ferro & flamma populantur, atque Forumiulum ipsum ducalè sedem obsidione cingunt. Apparebat interim Longobardorum res in tuto fore, nisi unius femine immodè rata libido publicam fortunam præcipitasset: nam dum fortè Rhomilda hostem mœnibus obequitatem conspicata esset, eius forma & uigore capta in temperas femina oppidi deditiõnem pollicetur, si se in uxorem duceret: non recusat cõditionem Barbarus, sed per internũcium darilli fidem in futuras nuptias. Traditur itaque oppidum hosti, quod illico dato signo direptum est, emissaque oppidanorum turba pluribus locis subiectus ignis momento temporis omnia miserabili incendio absumpsit, ita ut ne uestigia quidem loci ulla hoc tempore extent. Hæc Pius pontifex. Quæ si ita se habent, Paulus diaconus qui eius rei autor est, uideat quo modo oppidum, quod Ciuidatum appellant, Forumiulum esse possit, cuius uestigia nõ modò nõ euanuere, sed inter oppida patriæ locus ipse hoc tempore frequentissimus sit. Auares uerò oppido quum Longobardos captos in suos fines traherent, pollicentur se captiuos in Pannoniæ finibus, unde tenerant, uelut pristinis sedibus collocaturos. Nam ex Pannonia, ut diximus, Longobardi uenerant. Vbi uerò in capum quem sacrum appellat, uentum est (cum enim locum futuræ cædi destinauerant) cõtinuò impubes feminas quæ sortiti omnes maiores natu dato signo trucidat. Inter trepidatione illa & tumultu ferunt Sisulphi liberos arreptis equis salutè sibi effugio quæsiuisse. Quorum Grimoaldus minimus natu, quum à quodã equite, qui eum fugientem assecutus fuerat, in hostium castra traheretur, dicitur breuissimo ense, quali scilicet tenera illa ætate uti poterat, hostem obruncasse, conuersoque in fugam equo se fratribus iunxisse: rex interim ob iurandum celebrat sceleratas Rhomildæ nuptias, atque una nocte ea pro coniugis utitur: postero die illam duodecim robustissimis militibus prostituit, qui mutuis stupris die noctuque eam turpiter uexaret. Nouissimè uerò palo ad hoc ipsum humi defixo, tali non alio dicens dignam marito, affigi iussit. Hic exitus fuit Rhomildæ femine nequissimæ, quæ documento esse potuit omnibus sui sexus, ne libidinem (quod sæpe faciunt) pudori & saluti anteponeant. Filia autem spectata pudicitia fuisse traduntur, quas reges & summi duces suo connubio dignati sunt: per id quoque tempus Leupichis quidam admodum puer

inter

inter reliquos populares ab Auaribus in captiuitate adductus est. Ferunt hunc iã adultum Lupo duce in patriã reuersum. Qui quum domum equatã solo offendisset, à propinquis adiutus eã instaurauit, duxitque uxorem, ex qua Arrichè filium habuit: ex hoc Varnefridus natus est: ex Varnefrido & Theodelinda Paulus monachus Casinensis, Longobardicæ historiæ scriptor. Caco igitur & Thasso Sisulphi filij in patriam quasi postliminio reuerfi, ducatus administratione susceperunt. Hi ultra patriæ fines eã Germanicè parte suæ ditionis fecere, quæ nõc uulgo Zelia dicitur. Ego uerò nõ Zeliã, sed Iuliam dicendam puto. Paulus diaconus tradit Sclauos eam terrã suo tempore tenuisse. Certè tamè Norici pars fuit olim. Quum itaque opibus & celebritate ipsi fratres florerent, mira quæ cõcordia ducatum administraret, Gregorij Romani patricij fraude perire: quos ille quum ad se Opitergium magnis pollicitationibus traxisset, ubi oppidum ingressi sunt, cõtinuò clausis portis eã delecta comitum manu trucidauit. Nec iuuenes fortissimi inulti perierunt: sed ubi uim aperta fieri uiderunt, illico stricibus suis aliquãdiu p salute decertarunt: mox uerò omni euadendi spe amissa, ne inultum id hosti foret, factò in oppidanos impetu, ingèrè stragè edidit, donec fortiter dimicando occubuerunt. Thassonis caput Gregorio allatum est, cui ille ne periturus uideretur, barbam rescidit: ea enim spe Thassonem ad se traxerat, ut ubi primam iuueni barbam rescidisset, in hæredè ut mos gètis fuit, uideretur habiturus. Post Thassonis & fratris cædè, Grafulphus Sisulphi frater ducatu adeptus est: uerò Rhodoaldo & Grimoaldo, quum quæ uix adhuc adulescere cœperat, id tñ uia dignè ferèret, quod principatus paterni administratione ad patruum nõ ad se, post mortè fratrum delata esset cõtinuò nauim cõscendit, & in Appuliã nauigat: ubi uero Appulũ litrus tenuere, Beneuentum ad Arrichè pædagogũ olim suũ rectè cõtendit: is per id tẽpus Beneuentani ducatus res administrabat: ab eo adulescens benignè accepti sunt, et filiorum loco habituri: uerò pcedete tẽpore quum Sclauis, haud enim Illyrici dici possunt, quum natio Illyrica nõ sit, ut loco suo demõstrabimus, nauim in Appuliã delati, in Arrichè impetũ fecissent: & breui quum nõ longè à Siponto incautè pugnantè obrũcassent, à Rodoaldo, id haud impunè tulere, nam & fusi magna que ex parte cæsi à Beneuentanis totiusque ducatus finibus igno miniose pulsi sunt. Rhodoaldus & frater post Arrichè obitum Aionè eius filium perinde ac fratrem & dominum, & amare & colere nõ destiterunt: quia ppter cõsentium omnium post Aionis mortè, Beneuentani principatus summa Rhodoaldo demãdata est. Sed ad respatriæ redeamus. Mortuo Grafulpho quæ post Thassonis & fratris mortè ducè creati diximus, Aio in eius locũ subrogatus est: hic quoque nihil dignũ memoria egit: uerũ illud quod dicã casu potius quæ meritis accidit. Quæ enim præmia nihil meritis esse potuerunt: illustris familia aliquãdiu in eo oppido fuit, quæ quasi ab illo originè traxisset, Aionis domus cognominata est. Huic Lupus successit, quæ ferunt ala equitũ ea parte, qua uerũta olim uia insula cõtinèti iungebatur. Gradum traiecit, atque omnes Aquileiensis ecclesiæ thesauro spoliasset. Grimoaldus rex Beneuentũ profecturus, Ticinensem regiã huic Lupo administrandã reliquit: qui absente rege, quum multa flagitia patraisset, ueritus ne quãdoque illi reuerfo, ratio suorum scelerũ reddèda esset, ac proinde pœna subeunda, Foroianũ se cõtulit: ubi ducatu adeptus à Grimoaldi impio descendit. Verũ quum minime expectatur apparet, ut inter Longobardos domesticũ bellum gereretur, per legatos Cacannũ Auarũ regè Grimoaldus hortatur, ut aduersus Lupum in Italiam trãfret: cui aduètant Lupus eã ualida suorum manu occurrit ad locum, quem Flauium peculiari nomi-

ne uocat: ibi tri duo ancipiti Marte pugnatũ est, quãquam plures ex Auarano, quæ ex Longobardico exercitu singulis prælijs cecidissent. Superate tamè Auarũ multitudine, Longobardi amisso duce fusi ac magna ex parte cæsi sunt. Quã paucissimi qui ex festastilla illa pugna euaserunt, in patriã reuerfi suis populatibus auctores fuere, ut castella & oppida cõmunirent, quãdo uictor hostis paulo post esset affuturus, hisque se pro temporũ statu tutarentur. Interim Auares fugientium uestigia secuti penè improuifi adfunt, patrianos fines miserabili clade occupant: prophana eã sacris ferro flammaque populatè. Sed quum per ocium omnia sedisimè uastaret, per legatos Grimoldi interim Cacannũ nunciatur, à Patrie ut iuxatione abstineret ac finibus. Itaque quãdo Lupus & sui fati pœnarũ lussent, quum primũ abscederet. His ferociter respõsum est, Auares haudquaquam eã terrã remere relictuos, quum iure belli suã fecissent: nec regè rectè facere, quod d se socios regis que dignitatis assertores, quos patrijs sedibus in discrimè belli sua adhortatione traxisset, tandè militiæ præmio fraudare uellet. His Grimoaldus cõmotus exercitum in Auares quum ualidissimũ parat: sed quum sic quoque appareret, haud ita facile hoste his copijs superatũ iri, ad terredos eorũ animos noua arte usus est. Accersitis namque Auarũ legatis, qui fortè per eos dies Ticinũ uenerat: cõtinuò iubet per militiæ præfectos copias omnes quas in Auares cõparasset, per specie recognitionis ordine traduci: quum pluribus diebus eadè acies diuerso semper armorũ genere instructe processissent, inimicũ penè exercitus speciem præbere: quò spectaculo territi legati regi nunciant, inuictã acie in Auares Grimoldũ cõparasse, addiderunt ferocissimũ regis minas, quibus intra se paucos dies omne Auarũ nomè deleturũ profitebatur, nisi Italia primo quoque tẽpore abscessissent. His territis Cacannus, sed Cathannũ apud quosdã pro Cacannũ legimus, Italia statim relicta in suũ regnũ abiit: post Auarũ digressũ Varnephredus Lupi filius quum ad ducatum anhelaret, quasi p manus sibi à patre traditũ, ueritus Grimoldi potentia, quæ patri in sensum nouerat, in Carnuntũ ad Sclauos cõfugit: nunc Caratannũ regium illã nũcupari tradit: ubi auxiliariũ manu cõparata, in Patriã quasi uia paternũ principatũ reciperatur, erupit. Apud Hemas (locus haud multũ à Foroianũ distat) tumultuose cõsedit, ubi ualida Foroianensũ acies illi occurrit. Ferociter utriusque cõcursum est: sed fusi demũ cæsi que sunt Sclaui: in qua pugna ipse quoque auctõr belli fortiter dimicã, occubuit. Vertharis Vicinensũ uir benignus & popularis, Varnephredi mortè ducatu cõsecutus est, cuius pfectione ad Grimoaldũ regè audita, Sclaui collecto tumultuario exercitu in Foroiananos fines erupit, castra ad Broxacè metati sunt: fortè accidit, ut superiore die Vertharis ex Ticino in patriã reuerfus esset, qui audito hostiũ aduètu, quinq; & uiginti cõmitatus equitibus, illis obuia progressus est. Eũ uenientem hostes irridere cœperunt, clamitates patriarchã eã infrequenti clero sibi obuia uenire: ille uerò ad pontè Narisonis, qui pxiimus castris erat, pgressus, caput caside nudauit, sed hostibus agnoscentiũ præbuit. Hic quidam fabulã potius quæ uerũ simile quicquã uidetur mihi tradidisse: mox enim agnito duce aiut Barbaros perturbatos, de fuga inter se agitare cœpisse: quum ad quinq; milia hominũ essent, in quos fortissimus dux inuectus, tantã stragè hostibus intrulisset, ut quæ paucissimi, qui suorum cædem nunciarent, euaserint: quasi uerò sic accidere potuerit, ut quinque ouium, ne hominum dicam milia, à quinq; & uiginti equitibus tã turpiter cõfici potuerint: hoc certè est, quod fidem historiæ in primis abrogat: quæ ut M. Tullio placet, lux est ueritatis. Quidam enim sordidi scriptores, ne qua sibi in-

KKKK 4 terint

teriam materia scribendi desit, aperta sequuntur mē dacia: ex eo que sit, ut quum vulgi auribus student placere, fidem quæ in primis historiæ scriptoribus constare debet, amittat. Ego autem potuerit ne id fieri, lectoribus sanæ mentis iudicandum relinquo: post Verharim Lautharis dux declaratus est. Hic nihil memorabile suo ducatu gessit. Ei Rodoaldus successit, Grimoaldus interim Longobardicum regnum adeptus, quum inexpiabili odio Romanos persequeretur, quod Thasso & Caco fratres sub eorum fide proditi ac cæsi essent, nacta occasione Opitergium (ubi cædes patrata est) funditus euerit, eius fines Taurisinas, Cenerensibus & Forouilianis ascripsit. Hinc coniectari libet factum esse quod hoc tempore Opiterginus ager ad patrianos fines non attineat: qua opinione adducti mirari nos primo libro diximus, Plinium scripsisse Liquentiam fluuium ex Opiterginis montibus cadere. Quod fieri potest, ut quæ nunc Patrianæ ditionis sunt, olim Opiterginæ fuerint. Rodoaldus autem cum per negocium ducatu abeset, accidit ut pro Aufritio Rheuniano (regulus ne his Reuniae esset, an obscuro loco natus incomperitū habeo) conspiratione multorum principum pulsus est. In Istriā itaq; aufugit, inde Rauennam transmisit. hinc ad Comperthum regem Ticinum peruenit. Aufritus non contentus adhuc principatu fraude quæsito, in Comperthum regem maximas quàm potest armat copias. Sed uti sæpius euenire solet, ut quæ malè cepta sunt, malo non careant euentu, sub primos conatus Veronæ captus, priuatus oculis in exilium eiectus est. Ad interim Rodoaldi frater aliquandiu uicaria administratione ducatu præfuit. Huic Pherdulphus natione Ligur successit, homo lubricus, & ad ostentationem potius quàm ad negocium natus. Hic materiam noui belli quæritans, Sclauos quosdam subornauit, qui se auctores suis popularibus exhiberent tumultuario exercitu comparato in Italiam transeundi, quod illi negotium ex ducis sententia confecere. Nam non multo post ingens Sclauorum manus in patrianos fines latrocinantium more effusa est, magnamque uim secundum in prædam abegerunt. Hos abeuntes Sculdais uir impiger ad insequendum missus, quum assequi non potuisset, à Duce amarissimis uerbis increpitus est, & Hargadh, quod opprobrij nomen erat, appellatus: quæ insignem contumeliam ille indignè ferens exclamasse dicitur, Vtinam, dux fortissime, antequàm uita nobis migrandum sit, & uirtutis & ignauiae ostentandæ utriusque nostrum occasio detur, ut omnes intelligant, uter sit nostrum uerius Hargadh, nec uox incassum missa: nam per eosdem fermè dies ualida Sclauorum manus atque priore illa longè infestior aduentare nunciatur, cui cū omnibus Forouiliensium uiribus Pherdulphus obuiam progressus est. Sed locus hic postulat, quando toties unius gentis mentio à nobis facta est, ut ostendamus nos consulto fecisse, quod Sclauos magis appellare uouerimus, quàm Illyricos, quanquam Illyridis partem incolant, & breui præter illud quod magnos auctores secutus sum rationem habeo non paruum, qua factum ueri liceat. Sclaui siquidem natio Illyrica non est, sed longe ab Illyrico nata: Nam Vandali à quibus Sclaui originè cœpere in extremis Germaniæ partibus sedes habuerunt, Plinius est auctor: eos tumultuantes Tiberius & Drusus fratres auspicijs Augusti principis, partim ultra Rheni ripas traxerunt, uicarijque eos habitare coegerunt: unde Burgunniones dicti: Burgos enim Galli uicos appellant. Reliqua gens quum circa Tanaim confederisset, se Sclauos à gente quæ Bosphoro Cymmerio proxima fuit, nuncupare: horum pars Mauritijs Cæsaris temporibus in

Dalmatiam & Illyriū migrare, nomenque pristinum tenuerunt. Qui longius Italia confederunt, partim Boëmi, partim Poloni dicti sunt. Quod quum ita sit, rectè sum mihi uisus facere, quum de his loquor, qui in Illyrium & Dalmatiā uenere: nomenque pristinum tenuerunt, si eos Sclauos appellarim, non Illyricos. Quum igitur hostes, de quibus dicere institueram, munitiore tumulo confederissent, nec ror locus parte aliqua adiri posset: tum Sculdais, Me mineris inquit, dux fortissime quod me paucis ante diebus Hargam ceu desidem et inermem uocaris: hæc autem lux nobis occasione atrulit ostendenda uirtutis: locus hic admodum opportunus, hodie quid uterque nostrum præstare possit arguet. Si proinde ille es quæ magnificis uerbis iactare soles, me aduerso tumulo in hostem uadentem sequere. Valeat qui ad hostes segnius peruenerit. Stultus dux stultissimū satellitem secutus est. Cætera multitudo temerarios duces secuta collem sublato clamore subiere. Nec Sclaui in tanta occasione cessarunt, sed saxorum temerè iacentium uim maxima in subiectum hostem euoluta, fedissimam stragem edidit. Inde superiore loco incurstantes momento temporis eos, partim suorum cæde confestatos, partim ipsa locorum difficultate titubantes fundit ac trucidat. Pherdulphus & Sculdais temerarij facinoris huius capita in primis merita morte occubere. Secundum eos omnes penè Forouiliana nobilitas eo loco extincta est. Pherdulpho Coruulus dux successit. Hic cum Ticinensem regem in se uertisset, priuatus oculis exilio multatus est. Pemo in eius locum subrogatur. Hic Bellunenensis patria fuit uir spectatè probitatis: quippe qui quum uxorem, ante quàm dux esset, illiberali facie duxisset, nunquā adduci potuit, uel ea id petente, ut aliam superduceret: identidem illud prædicans, Mores in coniugem non formam probari oportere: uocem me hercule summo uiro dignam & minime eo, qui inter Barbaros, sed medijs Athenis natus esset. Ex ea tres filios spectatè indolis habuit, cum his adhuc pueris nobiliū liberos, qui Pherdulphi temeritate paulo ante occubuerant, educandos disciplinaque militari instituendos diligenter curauit. Sed iam locus ipse exigit, ut ab externis rebus ad domesticas discordias transeamus: de quibus proximo libro ordine differemus.

MARCI ANTONII

COCCII SABELLICI

de uetustate Patriæ, Lib. v.

qui bellum domesticum
inscribitur.



NON satis erat quotam hanc Venetæ terræ partem externa arma ante Troiani belli tempora sensisse, ac deinceps longa quadam malorum serie peregrinis domesticisque motibus ad Longobardicam usque tempestatem fuisse obnoxiam: nisi interna discordia & ciuilibus, ut sic dicam, laborare cœpisset armis. Sunt, qui nescit perniciofa bella extrinsecus inuecta, sed longè quidem perniciosiora quæ domi & quasi in uisceribus ipsis oriuntur. Id ex eo datur intelligi, quod clarissimæ ciuitates quæ externis uiribus uinci nequiere, suis tamen armis confestæ facile corruerunt: & ne à domestico recedamus exemplo, satis superque constat Romanum imperium tantum uirtute armorum creuisse, ut suis uiribus perpetuò stare potuisset, nisi ciuiles illud euerissent.

euerissent discordiæ. Quod stanti imperij gloria hacuna re concidit, nec ulla alia, an dubitet quinquam qualis futurus patriæ huius fuisset euentus, in qua externis armis penè ad internicionem accisa, domesticis ipsius terræ uisceribus ceptum esset dicari, nisi diuina quadam prouidentia factum esset, ut quum iam uulnera ad præcordia descendere cœpissent, in Venetorum potestatem uelut in portum quendam tutissimum concesserit, & à patrianis ipsis, in quo nullam futuram ueterum uim, nullos denique fluctus reformidaret. Quod quum ita esse appareret, non ab re fore duxi, si quintus hic liber ab ipsis domesticis discordijs exorsus, in ea tēpora decurreret, quibus hæc terra in Veneto præsidio conuenit.

Successerat Ioanni Aquileiensis ecclesiæ antistiti, de quo proximo libro mentionem fecimus, Marrianus, post quem usque ad Calisti tempora antistites septem interfuere: his sedentibus penè nihil memoria dignum (quod ad ipsam ecclesiam attineret) actum est. Calistus autem qui in Sereni demortui locum (is enim illorum septem nouissimus fuit) surrogatus est, quum ingenti uir animo esset, utpote qui non humili fortuna, sed loco clarissimo natus esset, ægerrimè ferebat patriarchicam sedem obscuro loco esse. Nam ab Helia patriarcha ad eam diem anni fermè centum intererat. Cromone fuerat, quum interim Longobardorum duces episcopum sibi Forouilensem creassent, qui in lucē hominum frequentius nobilitum cœtu constitutus, præstantioris fortunæ quàm patriarcha esse uidebatur. Commotus rei indignitate Calistus, quod quispiam suæ diocesis antistes se dignior habere, Amatoris episcopum, qui Federico successit (sed alibi Ferdinandum pro Federico legimus) Forouilio expulit. quo ipse cum patriarchica sede paulo post migravit, atque ubi domus Amatoris fuerat, sibi & successoribus egregias aedes pro loci conditione erexit. Offensus Pemo Amatoris familiaris sui iniuria, non mediocri ira in Calistum exarsit: sed nouo bello occupatus iram & ultionem in aliud tempus distulit. Perid enim tempus trepidissimis nuncijs allatum erat, ingentem Sclauorum exercitum in Forouilianos fines erupisse. Non desunt tamen qui scribant, prius debellatum esse cum Sclauis, quàm ullæ inter Calistum & Pemonem intercessissent inimicitias. Audito itaque hostium aduentu dux cum suis ad Laurianum illis occurrit, ubi triplici prælio eos magna strage superauit, quum Forouilensium nemo interim cecidisset præter Sicoaldum quendam: qui quum ea clade quæ Pherdulphi temeritate accepta fuerat, duos filios amisisset, ac proinde in eorum ultionem duobus superioribus prælijs strenuam operam nauasset, multumque hostilis sanguinis hauisset, quum tertio prælio infestius hostem urgeret, nec ulla interim suorum adhortatione à pugna reuocari posset, clamitans fatislærum se periturum, si multo hostium cruore orbitem suam abluisset: factum est, ut hostibus interclusus, fortiter adhuc dimicans occubuerit. Ex illo tempore Forouiliana arma à Sclauis formidari cœperunt, quibus pacem petentibus Pemo haud renuit. Eodem itaque loco in quo pugnatum fuerat, sædus percussus est, atque pacis conditiones data. Pemo autem præsentis uictoria elarus continuo ad exercendas cum Calisto inimicitias conuersus, facto cum suis impetu eum modico negotio in potestatem suam redegit, quem uinctum ad castellum Pucium traxit (sed Pucium pro Pucio legendum puto) unde eum in mare præcipitare statuerat. Verum quum ad locum uerum esset, continuo mutato consilio eum præsentis morte seruatum in carcerem & uincula cœiecit. Quod ipsum ubi Luith

prandus rex, quo annitente Calistus patriarchicâ dignitatem consecutus fuerat, audiuit, uehementè commotus Pemonem ducatu priuauit, atque Rathchim eius filium ducem declarauit. Id indignè ferens Pemo ad Sclauos eo tempore socios cum multis claris uiris, qui cum eo conspirauerant, transire constituit, quasi uicereptam dignitatem aserturus. Verum Rathchi apud regem intercedente Pemo Luithprando reconciliatur, acceptaque à rege fide uti neque patri neque nobilitum cuiquam, qui cum eo conspirassent, fraudi esset, & quod in Calistum manum cœieissent, & quod de transiitione ad Sclauos cogitassent, egit Rathchis cum patre, ut ad regem cum suis ueniret quasi illi coram satis facturus: ubi uerò Ticinum uentum est, quum Pemo & sui in Luithprandi regiam uenissent, continuo apparuit qualis esset regis in Pemonem animus. Nam Rathchi sibi proximo loco asidere iussit Pemonem cum duobus filijs, quos secum duxerat, & reliqua nobilitate humiliori loco collocauit. Nec multo post facto silentio, nominatim iubet Pemonem & omnes eius defectionis socios comprehendi. Ferunt Haithstulphum alterum ex duobus Pemonis filijs, quos patrem secutos diximus, dolore percitum, gladium exemisse, ut regem obruncaret, quod facinus iuuenis ferocissimus patraisset, nisi à Rathchi fratre fuisset detentus. Hic omnis Forouiliana nobilitas cum Pemonem capta, in uincula conijcitur. Vnâ omnium Herxemar fertur per armatorum cuneum ferro sibi uiam fecisse, atque in diui Michaelis aedem uelut in tutissimum asylum confugisse, quo facinore impunitatem à rege impetraret: apud quosdam legere est Pemonem ducali dignitate multatum, nec ultra in eo sæuitum, reliquos uerò longissimo carcere cruciatos. In Pemonis locum Rathchis eius filius uolente rege declaratus est: hic grauissimum bellum Sclauis intulit, Carniolamque eorum regionem populatus est, atque procedente tempore pro Luithprando rege cum fratre Haithstulpho aduersus Spoletanos egregia belli facinora edidit. Calistus autem regis iussu uinculis solutus, in pristinam dignitatem restitutus est. per hæc fermè tempora Longobardorum opes in Italia concidere, ubi ducentis & quatuor annis regnum tenuerant, quorum rex ultimus fuit Desiderius, qui à Carolo Pipini filio uictus cum uxore & liberis Lugdunum in perpetuum exilium traductus est: uerum non paruo interiecto tempore Berengarius Forouilianus dux, Longobardicæ gentis cladem ultus est, apud Veronam Lodouico rege ab ipso Carolo prognato magno prælio uictus, cui capto oculos eruit, atque omni spe assequendi imperij, quod Arnulphus pater tenuerat, priuauit: ita imperium quo Franci annis circiter centum potiti fuerant, ad Longobardos translatum est. Berengarius ipse ob egregia militiæ facinora non multo post tempore magno omnium consensu imperator declaratus est, ab eodem Carolo qui Desiderium uicit, fuit enim, ut diximus Pipini filius, & Caroli magni frater. Paulus Forouilensis Longobardicæ historiæ scriptor in Galliam traductus est, atque non paruo honore aliquandiu apud ipsum regem habitus: sed quum in suspicionem uenisset, quod de liberatione Desiderij regis cogitare cœpisset (nam florentibus Desiderij rebus fuerat illi charissimus) in Diomedis insulam à Carolo relegatus est, unde post aliquot annos fugiens, in Casinense cœnobiū ingressus, sanctissimam egit uitam: literasque interim ad Carolum elegantes sæpius dedit & accepit. Paulinus autem Aquileiensis antistes præclara quædam ab eodem Carolo obtinuit priuilegia, quibus res ecclesiæ non mediocriter aucta est. uerum quia deinceps

indignè ferentes Vualter, Bertoldus, & Herricus fratres, qui Dethalmo propinquitate sanguinis iuncti erant, arma capiunt, impetumq; in res Lodouici faciunt: villasq; aliquas comburunt. Lodouicus præsentem contumeliã uindicaturus, continuo mittit qui Spilimbergios fines ferro & igni uastarent, ab hoste ignominiose pulsus in Sanctum Danielem sese trepidè receperunt. Quum itaq; hoc pacto intra fines Patriæ intestinis odijs disceptaretur, ecce ostingenti equites circa uillam nouam à nullo ante proniti, quasi terra geniti essent, aut celo repente missi apparere: hos cum robore exercitus, Dux Austricæ sequeretur, bellum patriæ eo nomine illaturus, quod Glemonenses cum Pamperginis Regulis Clusiam castellum munitissimum in angustijs alpiu occupassent, multaq; Venfonensibus damna intrulerant, & quod Austrini negotiatores fuerant à Glemonensibus & Ciuitatensibus & quibusdam patriæ regulis spoliati, à quibus res repetitæ fuerant, non tamè ad eam diè reddita: iunxere se equitibus ipsis plerique patriæ reguli rerum nouarum cupidi, quibus appendicibus aucti in Sancti Danielis fines impetum fecere, ac uillam quæ oppido proxima est, igni absumunt. Ad Turriolam deinde aliquot dies metati sunt. Radulphus dux cum Federico fratre & quatuor milibus equitum Goriciam uenit, inde in Patriam transgressus continuo Manfanum & Butriū certis conditionibus cepit: Abbas quoque Rosacienfis illi se federe iunxit, inde castra Hunnium ad mora. Vbi quum quadriduum statiuā habuisset, Lodouico suo & Hunnienfium nomine petenti pacè sub conditionibus dedit. Summa autè conditionum hæc fuit, ut Lodouicus cum duobus Patriæ regulis, qui publicè ad hoc ipsum electi essent, deberet Viennam proficisci, ubi ducem expectaret, inde unà ad Carolum Imperatorem irent, quem arbitrum & iudicem omnium, de quibus disceptatio esset, constituerent. Publico autè decreto cū Lodouico missi sunt Franciscus Sauorgnanus, quem à Carolo diximus equestris dignitate donatū, & Simon Valuasominus. Interim Vtinenfes cū Ciuitatensiu & Glemonensium appendicibus Manfanum iniecto igni receperunt: Butriumq; uic capium funditus euertunt, in Cromonemq; impetum fecere, unde infecta re distellum est, sub id tempus qui cum Lodouico iuerant reuersi sunt, quum rem ob quæ missi fuerat minime tráregissent: tradit quidã rescuissse eos Radulphum ducem de legatorum morte agitare cepisse. Marchoardus Lodouico successit, hic quū sub primâ ecclesiæ administrationem se Carolo insinuasset, esset quæ ab illo in locium acceptus, elatus tanti principis societate, Crapulas diripuit atque incendio deformauit. Nec multo post Marcoardi mors subsecuta: quem nisi morte præuentus esset, apparebat ultro Venetis arma illaturum. Ecclesiæ administratio Philippo Lanchoni Cardinali à Pontifice commendæ nomine demandata est. Vtinenfes Sauorgnana domo annitè, ac plerisque alijs illustribus uiris negarunt se id laturos, ut ecclesiæ & uetustate & dignitate illustrissima tam turpiter manciparetur. Verum Philippus uic quæsiturus, quod bona uenia non dabatur, Fraciscum Carrariæ principem cum ualido exercitu aduersus Vtinenfes & socios in patriam mittit, qui à Venetis auxilio benignè impetrato, magno animo uenientem hostem exceperunt. uarijs casibus bellum in sextum annum protractum est, sed quū hostis Sauorgnanorum opes præter cætera inuillas haberet, essetque eorum nomini infestior, quippe quos uidebat omne belli pòdus sustinere, siquidem apud nonnullos scriptum reperio, totius rei summam cum patriæ administratione sub ipsum belli initium omnium consensu Fracisco Sauorgnana equiti, cuius supra iterum mentionem fecimus, demandatam fuisse. Vt igitur eos

quos maximè oderat aliqua parte belli læderet, Sauorgnanum totis uiribus oppugnat ac uic capite: non longe inde Vtinenfes cum auxiliarijs Venetorum copijs hostem ad pugnam exciuerunt. Concursum utrinque ferocissimè, atq; aliquandiu anceps Mars fuit. Verum fufus tandem hostis fugatusque est, ac tota patria contumeliose pulsus. Moritur interim Philippus, post quem Ioannes Morauianus ecclesiæ præsul declaratur, homo feroci temerario que ingenio, nec interim modici sumptus, sed perditæ (ut sic dicam) uoracitatis: hic subornatis percussoribus Federicum Sauorgnanum uirum clarissimum in diui Stephani aede, quæ Sauorgnanorum ædibus accubat interficiendum curauit. Crediderunt quidam id eum molitum, quod ægrè tulisset Federicum cum tota familia per id tempus Veneta nobilitate donatum: alij id factum uoluerunt consilio & precibus Heliabethæ eius nouerçæ, quæ post patratam cædem Vtinenfium iussu capta cum duobus ciuibus eius facinoris conscijs, capitali supplicio affecta est, nec Ioannes id impune tulit. Nam non multo post quum Vtinum uenisset, Tristiani (ut ferunt) opera ipsius Federici filij in arce cæsus est, sunt qui dicant filio quoque, quem sciebat sibi ob paternam cædem infensum, tentasse percussorem subornare, quod quum ille rescuisset, non ultra differendum ratus, in eius mortem conspirasse. Huic uno interiecto Antistite, quo sedente nihil memoria dignum accidit: Antonius Gruariensis successit, qui per Gregorium pontificem Patriarchicæ sede deiectus est, nec multo post per Alexandrum in ea restitutus. Eo ecclesiæ procurante Portuanaonis Oppidici, Turrim locum proximam furtim occupant: atque supposito igne, castellum cum Ioanne Raganensi cuius erat, uxor & liberis cremarunt. Ferunt Federicum eius filium casu potius quàm consilio seruatum. Quo scelere commotus Antonius in Portuanaonem uniuersam patriam armavit: ceptum est oppidum obsideri. Sed paulo post obsidio soluta est, maior quidem motus animorum instabat. Cæperat enim patria permiciofa seditione laborare, multis ad dignitatem patriarchæ summam trahentibus, pluribus patère recusantibus. Oritur graue bellum, quo ubique cum periculo laboratum est: fuerunt qui per literas sollicitarent Regem Hungariæ, ut in patriam transiret, aut ualidum sub præfecto mitteret exercitum. Interim Glemonenses Fontanam bonam furtim occupant. Nec multo post Vtinenfes locum receperunt, quem Tristano Sauorgnana, cuius auspicijs omnia gerebantur, tradiderunt. Sub id tempus Pipus Florentinus cum decem milibus equitum ex Pannonia in patriam erupit, Vtinumque in potestatem redegit. Tristanus, qui summam rei ad Venetos semper traxerat, sub primam deditiois mentionem ad Venetos transfugit, magna clientum & amicorum manu. Pipus quum præclara belli facinora edidisset, corruptus (ut aiunt) auro, infecta re in Pannoniam abiit, quem non multo post Sigismundus Imperator, à quo missus fuerat, ratus quoderat, cupiditate auri provinciam demandatam non obuiisse, cum liquefacto auro atque in fauces coniecto peremit: illud interim sæpius dictans, Aurum Tusce sisti, aurum bibe. Nec multo post cum quadraginta milibus hominum ipse in Italiam erupit, sunt qui numerum ualde extenuent, ac primo impetu Sauorgnanum cepit & euertit. Tercentum quoque non sine ingenti regulorum calamitate occupauit: inde Areas obsidere cepit: sed ea obsidio longa quidem, & irrita fuit: & breui cum circa oppugnationem ignobilium locorum multum temporis absumpisset, nec uideret se proficere, haud minus turpiter quàm Pipus ipse in Pannoniam est reuersus. Post Antonium patriar-

patriarcham Lodouicus Thechius ecclesiæ administrationem suscipit: mox inter hunc & Venetos ortu est graue bellum, annitentibus illis, ut Tristanus in patriam reduceretur cum hominibus suæ factionis, quod Lodouicus se facturi recusauit, sciebat enim se gratificari multis qui Sauorgnanæ familiæ bona occuparant. Interim sancti Danielis reguli cum oppidicis Varanū superius occiso Bertoldo cum Ioanne Antonio eius filio expugnant, turrimque eius castelli comburunt: Veneti quoque per eos dies Saciliū occupant. Lodouicus cum appareret uic omnino agendum esse, ad regem Hungariæ profectus est. Interim Ciuidatenses ad Venetos desciscunt, à quibus in locios accepti sunt. Nec multo post Lodouicus cum quatuor milibus barbarorum redijt, & cum appendicibus patriæ in Ciuidatenses mouit, qui præsidio à Venetis ante accepto intrepidè hostem exceperunt, habita sunt statiuā circa oppidum ad quindecim dies. Vineta & felices arbores hostes magna ex parte populati sunt, qui uic frigris & niuium casu coacti sunt, inde infecta re abire. Barbari in regnū reuersi sunt, quos Lodouicus quasi in exilium abiens secutus est. Veneti interea Prata oppidum euertunt, quorum nullum ad hunc diem extat uestigium. Neq; Tristanus in tanta occasione cessauit, sed cum hominibus suæ factionis egijt, ut sibi una ex portis traderetur. Constitutoq; ad hoc ipsum tempore cum Venetis copijs Ciuidatensi porta, quæ sancti Gotardi dicitur, urbem noctu ingressus est. Sed infecta re nocturno populi tumultu exorto discessum est, oppressis quæ paucissimis qui ferocius in oppidanos temere occurrerant inuicti fuerant. Thomas quoque Râchonijs, qui eius facinoris conscius fuerat, publicè in quatuor partes disiectus est. Ita duobus ferme annis Hunnienfium res in discrimine fuere. Verum quum appareret non esse unde amplius auxilium sperarent, uanamq; fuisse Lodouici expectationem, in Venetorum fidem concesserunt: remissis prius oratoribus qui se & publicam fortunam in eorum potestate traderent. Veneti legatis benignè acceptis decreuerunt, ut omnia uia quibus ad eam diem eorum ciuitas steterat, integra Vtinenfibus manerent, nisi quod ad ciuiles discordias tollendas capitalia delicta & cætera scelera, quæ non sine maiestate uindicantur, sibi reseruarunt. Ceterum illud in primis expressum est uelle iubereque se, ædes, prædia, oppida, & omnia quæ Sauorgnanæ familiæ bona fuissent, Tristano & suis sine fraude restitui, quibus annitentibus apparebat Venetos quasi per manus in patriam ductos, ea Vtinenfes non abnuere: atq; rebus integrè redditis summo populi fauore & læticia in ciuitatem restituti sunt, qui se licissimè ex illo tempore egerunt, ac nunc quoque ab illis prognati mira Venetorum & totius populi gratia agunt, Vtinenfium deditioem uniuersa patria studio consecuta est.

MARCI ANTONII

COCCII SABELLICI

de uetustate Patriæ Lib. VI.

et ultimus, qui bellum Tur-

cicum inscribitur.



Cecidit mihi quod & illi qui postquam ex alto portu conspicerent cepit, remis cum omni nautico instrumeto casu aliquo amissis, & si rem in discrimen adductam uideret, salutem tamè non desperat. Quippe qui propinquum portum uel naufragum se tenere possent non diffidit, ego quoque quum à principio operis ad hunc locum certo auctore non omnino carue-

rim, factum est ut ubi finem spectare ceppi, nemine mihi superesse uideam, quem securus ultimam huic nostræ lucubrationi manum posim imponere. Puto ego, nec fallor, fuisse aliquos qui hæc quoque de quibus ultimo hoc libro dicturi sumus, memoria tradiderint. Sed quia illi ipsi adhuc in obscuro sunt, restat ut quicquid laboris in eo est, id totum nostra industria & diligentia sustineamus, quibus paulū annixi spero superis bene iuuantibus futurum, ut cetera ad notum consecuti, extremam, ut dixi, manum feliciter huic operi imponamus.

Audita patriæ defectione, Lodouicus haud in tanta cunctandam ratus, cum aliquot Barbarorum milibus per Austriam ducens, in patrianos fines tumultuose erupit. Primo impetu Clusinam arcem munitissimam in angustijs alpiu occupat: nec procul inde Abbatiam, quam primo libro Motij appellatam diximus. Apparebat in tanta rerum conliteratione hostes non medio crem cladem relique patriæ allaturos, nisi Venetæ copie ad hoc ipsum missæ illorum conatus cum adhuc in angustijs Alpium statiuā haberet, opportuno aduentu oppressissent. Barbari non tantum pugna detractauerunt, sed ne uenientem quidem hostem expectare sunt ausi, quippe qui incurfandi postulandiq; patriam potiusquam pugnandi consilio uenerant: atque ira paucis post diebus quam tumultuari ceptum erat, patria omnis pacata est. Receptis paruo negotio locis, quæ in hostium potestate concesserant, nec multo interiecto tempore cum aliquanto maiore hostium manu Lodouicus in patriam reuersus est, atque sub primum imperium Manfanum per proditioem, nec non Rosaciū recepit: sed hæc quoque expeditio haud priore illa, de qua proximè diximus, felicior fuit. Audito Venetis exercitus aduentu, continuo Barbari patria exceperunt: quos abeuntes ipse belli auctor secutus est, sed quū adhuc quoque res nouas moliretur Basiliensiu conuentu defunctus est. Hæc tumultuosa tempora pacatior rerum status excepit, siquidem per aliquot annos pax subsecuta est, apparebatq; cū hac patria præclare actū, cui post tot & tantos motus contigisset in Venetorum præsidio conuiescere: nisi tacita quadam, quæ cuiusmodi sit nescio, inuidia quæ humanam felicitatem diurnam esse non patitur, factum esset, ut ab externo septentrione comparatus hostis in Italiam quandoq; irrupisset, qui patria huius oia non solum uertèret, sed ferro & flamma terram ipsam penè ad interitum affigeret. Turcos eam gentem uulgo appellant, alij Turcas dicendum affirmant, ij Melam auctorem habent, qui Turcas & Thissagetes non longè à Ripheis montibus constituit, quos uastas ait incolere syluas, ac ferinis carnibus uictitare. Ceterum ratione quoque nituntur, ut quem admodum Gethæ dicuntur Sarmatæ, Scythæ & Thissagetæ: ita Turcæ non Turci dicendi sint, sed consuetudo tenuit, ut Turci potius dicantur. Sunt itaq; Turcæ ipsi origine Scythæ, & ex his, ut Hieronymus Piontifice auctore tradidit, quos inter Hyperboreos montes Alexander Macedo ferreis repagulis clausit. Hi Pipini Gallorum regis temporibus Asiam inuaserunt. Halanos primum, inde Colchos & Armenios, nouissimè minoris Asiæ populos: multi uarijque fuere eorum conatus, sed cum circa Hellepòtum angulum quendam occupassent, non destiterunt fraude potiusquam armis suos fines propagere, donec nobilissimam urbem Constantinopolim oppresserent: quo successu elati Traces, Triballos, Macedones, Etolos, Dardanos, & Acarnanes breui tempore subegerunt. Mysiæ quoque regem inde uictu trucidarunt, Peloponnesum (quanquam horum quidam ante Bizantium captum Turcorum armis cesserat) dolo potius quàm uirtute adepti sunt, quam in suam potestatem redactam miserabili clade affecerunt.

cerunt. Trapezuntium quoque imperatorem cum ipso imperio sustulerunt, & breui quā duo iam imperia euertissent, quatuor regna, uiginti prouincias, ducentas ferme urbes, & Bernardus Iustinianus orator clarissimus deplorat in eā oratione, quam ad Sixtum pontificem habuit, Christiano nomini eripuisse, & quod omnium calamitosissimum fuit, quum Euboici freti angustias Calcide expugnata reclusissent, late longeq; eorum arma euagata Italiae fines (quod nemo futurum credidit) infestare cœperunt. Nec contenti adhuc limites ipsius terrae attingisse, ferocissimo conatu diffractis Italiae claustris in ipsa penē uiscera uulnus aegerunt. Quorum calamitosas irruptiones ex ordine referam, si pauca prius de his quae interim in ipsa patria euenerunt breuiter retulerō. Dum adhuc procul Italiae Turcorum opes (ita ut dixi) inualescerent, Patriae status quum ab externis motibus satis pacatus esset, domesticis discordijs non omnino caruit, quanquam ne illę quidem ad eos qui in Venerorum fidem uenerant, magnopere attingere uisae sunt. Per id enim tempus Portunonia ciuitas graui seditione iactata est. Quum enim alij antiqua ciuitatis iura tuerentur, uellentq; suo loco esse: alij ad praefectum arcis summam rerum omnium traherent. erat autem praefectus tunc Federicus quidam Barchius, homonatione Italus, sed Barbari factus & superbiae plenus. Hic indignę ferens publicam administrationē quorundam impotentia sibi denegatum iri, ad illorum conatus opprimēdos nouum in exteriore parte arcis posticum designauit, id quo minus fieret aliquandiu uiri illi populares obstitere, quorum Mantuani & opibus & auctoritate principes habebantur. Apparebat publicam fortunam in eius manu fore, qui arci praesideret, sed audaci incepto ob publicum & priuatum periculū abstinere, pro tempore scilicet quieturi quando se nihil obuiam eundo proficere cernerent. Verum illud in primis eorū conatus auertit, quod ipsius uiri auctoritatem non mediocrem apud Federicum imperatorem esse constabat, sed ne sic quidem ferocissimi hominis animus praesenti contumelia exasperatus placari potuit. Quippe qui in ultione erectus non multo post per internuncios magna spe praedae quosdam facinorosos homines quam potuit occultissimē subornauit, ut quantas possent copias contraherent, atq; ad constitutam diem sibi adessent: quod quum illi impigre fecissent, momento temporis ciuitas nil tale suspicans oppressa est, atq; miserabili modo direpta, ingens fuga ab optimo quoque facta, & in primis ab his qui ob pristinas simultates sciebāt se praefecto inuisos. Multa & magna flagitia in miseros ciues edita, qui haud tam cito praesenti calamitate defuncti essent, nisi publico Venerorū edicto infestissimum praesidium iustum fuisset abire, quod ipsum ut aliquāto maturius fieret, Nicolaus Saurognanus homo spectare inter patrianos auctoritatis. Portunonem missus est. Per hos ferme annos Turcae primum Italiam erupere: Istriaq; foedē populata usque ad Sontium amnem tumultuose deuenere, atq; uillis aliquot circa flumen incensis multisq; mortalibus capris retro abire. Ex illo tempore publico nomine ad praesentiendos futuros hostium motus exploratores quā longissimē missi sunt, speculā & quā plurimā tum in ipsa patria tum extra constituta, magnus praeterea equitatus ad praesidium patriae missus, qui per uillas anni proximas diuisus est. Sed haec omnia partim sefellit, partim subito aduentu turbauit hostis, qui non longo interiecto tempore penē ante affuit, quā domo profectus diceretur. Ingentem trepidationem attulit improuisa eorum eruptio, nam ubi in ulteriore fluminis ripa conspecti sunt, cœptum est ab his trepidari, qui citiorem ripam praesidio tenebant. Sed ne aperte

A fugam meditari uiderentur, facto impetu in quā paucaissimos Barbarorum, qui sub primum aduentum tumultuose amnem traiecerāt, secunda uigilia noctis in Ceruiani insulam cōcessere. Hostis autem quum sub primam lucem nudatam praesidio ripam uidisset, praemisissis qui loca proxima ultra amnem diligenter exploraret, ne in aliquas praecipitaretur insidias, cognita praesidij fuga, fluuium superat, atq; passim in praedam & populationem effunditur. In censuq; uillis aliquot in Vtinensem agrum irruere, tria milia passuum ab Hunnio hostes conspecti sunt, atq; ob hoc ipsum creditum est, eos ad oppugnandum oppidum uenire. Continuo ad arma clamatum est. Terror ingens uniuersam ciuitatem inuasit. Clamor ploratibus foeminarū mixtus, strepitusq; temerē discurrentium terrore augebatur. uidi ego nobilissimas matronas cum cœtu puellarum in sacris edibus inter altaria & sanctorum imagines prostratas, supinis manibus diuinam opē implorare: ubiq; clamores & querele exaudiebantur, uix alia esse potuisset capte urbis species. Creditum à multis est in tanta consternatione nobilissimū totius patriae oppidū facile eo die capi potuisse, si ad portas usq; hostes obequitasissent. Sed illi quia signa erant, quō se Venetae copiae recepissent, quas pridie in ripa fluminis conspexerant, nec quo consilio decessissent praesidio ab effusioe cursu abstinentes continuo se ad signa receperunt. Nec multo post magna mortalium multitudine in praedam acta patriae finibus abcesserūt. Et quia ob rem feliciter gestam apparebat hostem non quieturum, sed maiore tumultu maioribusq; conatibus Italiae repetiturum, placuit Venetis firma munitione obstrui, quicquid uadi esset inter Goricianum pontem & Aquileiae paludes: missi sunt qui locum consideraret, & breui constitit inter omnes munitionem ipsam commodius positum in super antiquam fluminis ripā, quae aliquantisper à recenti alueo distat. Accita ad id opus sunt publico decreto multa hominum milia, quibus Citadinus Fratrinus iure consultus, homo singularis industriae praefectus est. Munitione autē haud uniformis fuit, sed iuxta paludes ubi densissima memora fuerunt, ex crassis procerisq; arboribus succis, atq; inter se quadam inexplicabili ratione contextis constitit. Apertis uero locis glebae cum gramine in speciem quadratorum lapidū recise, in latitudinem septenium pedum locabatur, super illas saligni stolones & uirgulta quaedam apta ad radicanum sternebantur: mox & alia glebarum manus imponebatur. Ex huiusmodi materia per aperta (ut diximus) loca eductum est opus, quod quidē pinnarum serie interiectis, turribus urbici muri speciem procul spectantibus exhibebat. Cæterum in locis quibus flumen uada habuit trāsiu faciliora, bina castra uallo & fossa communita sunt, eorū hęc Gradiscana dicta, illa uero Foliatica à nominibus uillarum, quae in ipsis locis fuerant. Foliatica illa post cladem ad ripam fluminis acceptam, de qua paulo post dicam, deserta sunt. Altera uero praesidio ad hunc diem retenta, atq; magna ex parte Francisci Throni cura & diligentia ad hoc ipsum publico decreto in patriā missi, muro circumdata. De eo loco primo libro diximus. Opus autem à Mundina amne ad Goricianum pontem tractum, centum & amplius continet stadia, nunc pleriq; locis solo penē equatum est, uel ea parte qua glareosa constitit materia, quam imbrium copia facile resoluit. Cæterum è regione pontis, de quo proximē diximus, ex eadem materia constructus est agger in parui castelli speciem, ad quem tuendū missi sunt pedites aliquot, inde bina castra mille circiter passus inter se distantia, maiore praesidio firmata, ad tria milia equitum fuere, pedites quoq; his adiecti. Sed pro numero equitū nō multi. Apparebat itaq;

ex eo

ex eo quod uada, quae hosti paruissent, insuperabili obstrua esset munitione, & quod eadem illa haud infirmo tenebantur praesidio, fore ut hostis Italia abstineret. Idcirco tota patria uelut nullum ab hoste tunc periculū impendisset pacatē agebatur, sed quāto securior fuit illius tempestatis status, tanto maiore clade terra ipsa oppressa est, nihil est quod in bello aequē ac ipsa securitas obesse soleat. Ita sanē accidit, ut quum minime affuturus hostis putaretur, infesto agmine in ulteriore Sontij ripa confederit. De numero hostium inter eos, qui in castris fuere, minime costat. octo Barbarorum milia fuisse quidam credidere. Alij numerum in maius extollunt. Ingens tumultus sub primum eorum aduentum in utriq; castris exortus est, conclamatumq; repetē ad arma, fuisseq; continuo in alterutra ripa concursum, nisi militem ad id utriq; se expedientem nox ipsa oppressisset. Venetae utrorūq; castrorum copiae inter se iunctae infomnē noctē egere, iusi equites in stratis equis armati corpora curare. Imperium copiarū omnium penes Hieronymum Veronensem fuit, hominem à primis annis militiae assuetum, qui clara magnaq; fecerat stipendia. Erant & alij complures illustres uiri Ioānes Santonius Caldorus cum filio, Anastasius Flamminius, Hercules Maluerius, Ioannes Iacobus Iacobi Picinini ducis olim clarissimi filius, Iacobus Badoarius, Philippus Nebulonius, Georgius Galleus, ac pleriq; alij, qui honestissimē ordines ducebant. Inter hos ea noctē consultatum est, esset ne aperto campo cum hoste confligedum an castra potius tuenda. Quibus defensis apparebat hostem haud multo longius progressurum, ut tanto post se praesidio relicto non esset sibi integrum retro, cum uellet redire. Sed fato (ut ita dicam) eos rapiente cunctis speciosius usum esse hosti, quacūq; rumpere conaretur occurrere. Vniuersum itaq; equitatum in tres gradiores turmas diuisere, ut quadrato agmine non temerē cum hoste confingeretur, ductores ipsi inter se turmas sortiti sunt: sed dum haec in Venetis castris geruntur, Barbarus interim non magis aperta uiam quam insidijs agendum ratus continuo circumacta suorum ala sub occasum solis castellum, quod ponti imminebat, oppresso quo tenebatur praesidio occupat, quā paucaissimi in proximam pontem confugerant, atq; se pilis, quibus impositus est soluta utriq; pontis materia tueri parant. Sed illico telorum multitudine penē obruti in subiectum flumen praecipitati sunt. Abierat locus à castris ipsis ad quatuor milia passuum. quo accidit, ut nec oppugnatio ipsa aggeris cognita sit: nec cum nocte illa tumultuose nunciatum esset, castellū cum praesidio oppressum, crederetur. Asabechus autem (hoc enim illius expeditionis duci nomen fuisse accepimus, alij uerò non Asabechum, sed Marbechū appellatum fuisse aiunt) ubi pontem in sua esse potestate uidit, locum ad insidias aptum, circumspicere coepit. Quo reperto in tempesta nocte ad mille leuos equites tacito agmine fluuium trāsnare iubet, sunt qui credāt eos ponte traductos, hisq; imperat in insidijs esse, atq; intentos signum ad erumpendū expectare, quo accepto ex improuiso hostem inuaderēt. Vbi uero illuxit, Barbarus expediensimā equitum alam superato amne ad hostium castra, si ne mo interim occurrat ire iubet, atq; portis obequitado hostem ad pugnam elicere, iniecitq; certamine cedendo sensim ad insidiarum locum pertrahere. His autem aliquantisper à uado progressis, Hieronymus Veronensis cum speculatore suorū manu fit obuius. Reliquos equitatus in tres diuisus turmas, uti iussus erat non longē subfidio sequebatur. Continuo utriq; ferociter est concursus. Sed Barbari momento temporis quasi uicti de industria cessare. Cedentes uictor urget, atq; aperto campo palatos hostes insequitur. Sed nemo omnium infestius

A Barbarū premere quā Hieronymi filius iuuenis impiger, atq; gloriae cupidus, hunc ferocissimē pugnantem audax iuuenem manus praesenti successu elata spōtē sequebatur. id aegrē ferre callidus senex, atq; identidem clamitare non esse temerē instandū Barbaro, scire se eam gentem non nisi de industria tam leuiter meditari fugam. Et quia in angustias locorum iam propē uentum erat, omniaq; circumiecta loca suspicionis plena apparebant, iubet dato signo suos ab effuso cursu reuocari. Tū Barbarus uelut in pugnam praedium ferociter instaurat, Hieronymus primam turmam praesto sibi subfidio adesse mādatur, nam ex altera parte fluminis Marbechus, ut suis auxilio esset, tumultuose mouerat, & iam nis ingens hostium in citiorem ripam annis transuenerat. Rex integrata pugna hostis ad Grāmā usq; qui torrens per Pogoretanas ualles praecipitatur, reiectus est: hic dum totis uiribus Veneti hostem urgerent atq; conatus eorum, qui superato fluuiio suis opem ferre studebant, ut potē ex superiore loco facile sustinerent: & breui quum in praesentem pugnam intenti essent alacrique animo pugnarent, dato repētē signo ex Licinij uertice, qui capitibus pugnantium ad leuam imminebat, Barbarorū manus ex insidijs coorta cum horrifico clamore & strepitu in subiectam turmam effunditur. Tātus paor sub primum clamorem Venetis iniectus est. Apparebat enim se undiq; circumuentos, ut momento temporis diceret non eos esse, qui modò tam strenuē pugnant. Sed ubi unicum spem salutis in armis esse cerneret, paululum cedere conati sunt, ut aperiore loco res gereretur. Sed tam uiolenta impressio ex superiore loco ab hoste in eos cedentes facta est, ut in arctissimū locum compulsi se pugnae expedire nequirent. Inter inferos Barbarus & à frōtē & à dextra eos in orbē cœuntes foedissimā strage prosternit. Sic momento temporis prima turma hostium multitudine obruta est, & ad unum ferme omnes caesi praeterquam paucissimi uiri illustres, qui se hosti dederūt. Ductores autē proximē turmae ubi primam aciem circumuentam uidere, atq; undique hostes ferociter & cum horrifico clamore, ut mos est gentis instare, cedere coeperunt, ut in aperta planiciem euaderent: uerum id tanta trepidatione factum est, ut illico fugietiam species potius quam cedentium, his qui in extrema acie constituti erant, prebuerint. Continuo omnes quasi uicti circumspicere fugam coepere. Adest interim uictor hostis, turbatosq; sua spōtē ordiens cum stridore inuadit, quibus minimo negotio solutis aperta fit fuga. Pro se quisq; sine imperio in deuia & proximos saltus euadere conatur, hos Barbarus passim insecutus sternit, atq; foedissimē trucidat: ad Mossam usq; & ulterius caedes distracta est, pauci relicti equis & armis abiectis in propinquos saltus abire. Ceciderūt in ea pugna Hieronymus, penes quem totius equitatus imperium fuisse diximus cum filio, Iacobus Badoarius, Anastasius Flamminius, & pleriq; alij uiri illustres. Reliqui ferme omnes capti. Nec uictoria hosti incruenta fuit, ipso Marbecho duce grauiter uulnerato, multisq; ignobilibus caesis. Sed quicunque in ea pugna ceciderāt, in unum coaceruati Marbechii iussu combusti sunt. Idq; ex eo suspicari libet (nam nihil certi alioqui de hoc compertū habeo) quoniam in tanta nostrorum cede nullus Barbarus repertus est. Idq; ad terrorem iniiciendum factum credibile est, quasi ita acciderit, ut tot hostibus caesis in columis acies Barbaro confliterit. In hunc maxime modum ad Sontium pugnatum est. Cuius claudis fama tantum terroris uniuersae patriae attulit, ut qui in oppidis erāt uix se tutos futuros putaret. Frequēs fuga nocte illa quae diem pugnae secuta est, ex uillis & agris facta dicitur. Postridie autem cum iam multū diei processisset, repētē circa Hunnium

L L L I 2 complu

compluribus locis fumei globi attolli cœperunt, qui bus cognitum est hostem adesse: atq; momento tem poris, quasi inter Barbaros ita cœuissent, quicquid uillarum inter Sontium & Tiliauētum fuit, hostili manu deflagrauit. Eram ego per id tempus Tarcenti, quod ob pestilentem annum ex Hunnio concesseram, auditaq; clade ad Sontium accepta, in arcem quæ uico imminet, cum multis mortalibus me receperā: ex eo loco prospēctus in uniuersam patriā latē patet, inde atrocissimum patriæ incendium nō sine lachrymis spectauī, fœdum siquidem fuit inter diu uidere, tantum culti & amœni soli fumo & caligine opertum, sed longē fœdus atrociusq; sub primas tenebras, ac per reliquum noctis cernere acie unam flammaram à Sontio amne ad Tiliauētum, extensam, ut nihil medium esse uideretur, quod nō ignis occupasset: quam speciem ardentium uillarū densitas, quæ circiter centum numero fuere, exhibebat. ausim ego affirmare nullo unquam tempore tam atrox incendium à mortalibus uisum, nisi forte fabulis poëtarum credendum putamus, qui portenta illa de Phaëthonte mendacia cōfinxere, sed nos hæc omnia copiosius in nostris poëmatibus, quorum hoc cœdem Sontiacam, illud incendium Carnicum inscripsimus. multa proinde quæ ad rei atrocitatem attingunt, silentio præterimus. Hostes ea nocte pluribus locis castra habuere, ubi autem illuxit onusti præda ingentiq; captiuorum multitudine in unum coiuere, atq; in castra quæ ad ripā Sontij fecerant læti receperunt. Postridie mota signa, & quum à flumine unius diei itinere recessissent, abeuntium speciem præbuere. Quod quum ita omnibus persuasum putaret, denuō haud minore tumultu quàm prius in patriam eruperunt, denso agmine ad Tiliauenti usque ripam processere, superatoq; impigrè flumine cis ultraq; pleriq; uillis incensis, ingentem cladem Transiliauentanis atterere, plures fermè quàm prius mortales in prædā acti sunt. hi ubi ad suos rediere, continuō Marbechus patriæ sinibus excessit. Mansere aliquandiu utraq; castra sine præsidio, fuerunt qui consulerent ea diruenda, sed pluribus è republica uisum est ea nouo præsidio muniri debere. Atq; ita nō multo post Carolus Forbrachius cum ualidissimo equitatu ad utrorūq; castrorum præsidium missus est, quibus nuper iniris ducisq; ipsius diligentia, non præsidio tantum, sed ualido quoq; opere munitis ingens Turcarum manus sub mensium ferias in Sontij ripa tumultuose confedit. Postridie Barbarus superato fluuio ante Gradiscana castra aciem explicuit, nullam pugnam di moram facturum, si hostis in pugnam descendere uoluisset. Ille uerò recētis cladis memoria territus, suos intra uallū instructa acie, quasi per occasionem erupturus continuuit. Barbarus cum ad altam diem in armis fuisset, cerneretq; hostem nihil temerè commissurum, digressus inde ad quatuor milia passuū, intra Medæ montem & Cromonem castra locat.

DE VETVSTATE A QVILEIAE FINIS.

A Postero die inter Cromonem ipsum & Māsanum, per apertas ualles ad radices montium conuertit agmen, triginta Barbarorum milia fuisse traditur, qui per abrupta & confragosa Alpium loca, ipsius locorū incolis aditu difficilima, in eam Germaniæ partem euasere, quam nunc Zesiam uulgo appellat: Ego Iuliam, uti primo libro testatus sum, potius dixerim, aut quod à uero non abhorret, Ciliam. multa interim & horrenda, & quæ uix fidem sibi uendicent facinora, tum aduersus Alpium difficultates, tum etiā in audaces incolarū conatus, per eos dies ab his edita. Quorum illud silentio indignum uideri potest, quod pluribus locis ubi in abruptas rupes uentum est, equos uestibus alligatos in subiectas crepidines demissos aiunt, & inde in alias, donec in imas ualles esset descēsum: interdum uniuersus penè equitatus, uel certè magna pars eius, uti ex ipsis uestigijs cognitum est, per adeo decliua loca præceps datus est, ut per ducentos fermè passus, nō modo illis locis pedib. quispiā uadere possit, sed ne cōsistere quidem, nisi uirgulto sese aliquo applicuerit. Est & illud non indignum memoria, quod ubi per iuga Alpium, usq; in montanæ Carniæ fines decurrissent, nunciatumq; interim esset montanos incolas iuga montis, qui lanceæ dicitur, qua unicum eis iter in Germaniam patebat, occupasse, intrepidè ad locum progressi, neq; immensa montis altitudine quæ in ipsa penè nubila uerticem erigit, nec ascēsus arduitate deterriti sunt, sed subnixi scutis per aduersam rupem ad hostem replere uerius, quàm dixerim subiere. Quo audaci incepto territi qui præsidio erant, trepidare cœperunt, inde in fugā turpiter dilapsi, ingentis cladis hosti materiā p̄buere. Hęc uirima fuit Turcorum expeditio aduersus Venetos in Italiam, nam paruo interiecto tempore, Veneticum Mahumeto eius gentis imperatore, fœdus percussere, ad quod publico nomine faciendum Benedictus Triuisianus, uir magni consilij & auctoritatis Constantinopolim missus est, unde certissimam Venetiæ pacē reportauit. Hic idem non multo post patriæ administrationem ex prætura foritius, præter alia multa iustitiæ & ianocentiæ exempla, quibus publicum munus auspiciatus est, domesticas discordias & inueterata odia, quibus tota fermè patria ad id tempus laborarat, sapientissimè sustulit, atq; nomina quædam peregrinarum factionū pessimo exemplo inducta adeo restinxit, ut illorū memoria ad hunc diem prorūsus obsoleuerit. Verū diuina quadam pronidentia id factum uideri potest, ut cuius opera hæc terra cum reliqua Italia grauissimo bello quandoq; liberata fuerit, eodem prætorè domestica seditione liberaretur. Debebunt itaq; semper Triuisianæ familiæ hoc nomine Foro iulenses, quod hoc ipso uiro auctore & externa & domestica sint ocia consecuti, quæ ex illo tempore, unde patriæ antiquitatem scribere orsi sumus, fortiori non potuerunt.

MARCI ANTONII COCCII SABELLICI, DE VENETAE VRBIS SITV, LIBRI TRES.

MARCVS ANTONIVS COCCIVS

SABELLICVS, HIERONYMO DO,

nato, uiro omnibus disciplinis ornatisimo, Salutem.



V A E R E B A M nuper Hieronyme, uir omni literarum genere præstantissime, cui tandem tres hos breuiore libros, quos de Venetæ urbis situ & uetustate superiore anno accuratissimè conscripsi, potissimum legendos traderem: nec quum omnia circumspicerem, occurrebat mihi te uno dignior quisquam: uel quia meas aliquid nugas esse, ut lepidissimi Poetæ utar uerbis, putare sis solitus: uel quod nō multo post publicæ legationis nomine te à patriæ & tuorum conspectu longissimè absuturum intelligebam: nullaq; ob id lectio tibi suauior futura uideretur, quàm ea quæ urbis huius quæ te genuit, in qua maiores tui omnia sunt cum dignitate consecuti: cui mentem omnem, curam, studium, consilia dedicasti, tuis posset oculis uel cum longissimè abesses, imaginem representare. Etenim quæ figuratiōis ratio, ubi hac una aut utilior, aut gratior hoc tempore proponi possit, non facile reperio: nec uideo quæ perdocta artificis manus, non si Euphranor ille adsit, qui amoris iudicium & ultionem in uno Paride expressit, plura in hoc genere quàm stylus quæat explicare: præstitit ille quæ dixi, fuitq; me hercule non parum, quod non unus affectus in uno sentiretur: abditissimas tamen templorum aras, aureas testudines, pauimenta, & alia quæ tecto & parietibus continentur, nudare nunquam potuisset. Adde coeli naturam, ciuitatis mores, commercia, sermonem, quæ tam multa non magis opifex ullus coloribus & penicillo expresserit, quàm ijs quæ effingenda sunt, animam (quod fieri non potest) aut mentem adijcere: at nos hæc omnia, ni fallor, consecuti sumus: speroq; ita futurum, ut quoties hæc nostra legeris, media patria, medijs necessitudinibus, quibus post uirtutem nihil esse potest sapienti uiro charius, tibi constitutus uideare. Superest igitur, ut quamdiu domo absueris, ad leuandum eorum quæ tibi charissima sunt desiderium, hæc nostra intuearis. Erunt fortasse & alij qui in hunc usum hos nostros libros suarum peregrinationum comites habere non recusabunt: sed ego omnia quæ uolui, mihi consecutus uidebor, si tibi uiro summo, qui soles omnia graui iudicio expendere, non displicuero. Satis enim placuisse arbitror, si quicquid hoc est, quod tuo nomine primum in lucem exijt, cognoscere non dedignaberis.

Vale.

LLLI ; MAR

MARCI ANTONII SA-
BELLICI DE VENETAE VR-
bis situ, liber primus.



VOTIENS mecum cogito
repetoq; animo diuersari gen-
tium statum, uel earum in pri-
mis quæ rerum quandoq; po-
titæ sunt, solet præter cætera il-
lud nobis cõstare: populorum
omnium, qui sunt hodie in ter-
ris, quiq; olim fuere, eos sem-
per & nominis celebritate & opibus longè præcel-
luisse, quibus urbes & ad pacis ocia & ad belli u-
sum, quam opportunissimas habere contigisset: po-
teramq; ego id ipsum non unius ciuitatis exemplo
demonstrare, nisi uetus Apollinis oraculum norum
esset: quo Chalcedonis cõditores constat cæcos ob
id iudicatos, quia parum consideratè urbem posuiss-
sent: tanti Delphicum oraculū referre censuit, quo
potissimum loco noua statuerentur mœnia. Fuerūt
ad hæc ex nobilissimis scriptoribus quidam, qui af-
firmare sunt ausi, ne Romanos quidem tam facile si-
bi imperium quæsituros fuisse, si urbem à scriben-
dioribus, quam alio sita erat solo, accepissent: quan-
quam hoc ipsum non magis de Romanis ipsis, qui
uirute armorum omnibus gentibus longè præsti-
tere, quam de Pœnis Atheniënsibus, & alijs qui latè
terra mariq; olim imperium tenuerunt dictum uide-
ri potest: mittā reliquos, de his loquar, an dubiū,
cuiquam uideri potest, strenuitate gētis fortunæque,
an manitissimo potius urbis situ, illud eueniret,
quod Carthaginenses traditis Romano Populo ar-
mis, traditis liberis, sine præsidio ullo, sine auxilijs,
tertium bellum Punicum tam diu distulere: aut an
riquisimos poetas tam ociose & ineptè nugatos
dixerimus, ut non aliquid uiderint, quum ob Athe-
nas Palladem & Neptunum in apertum commise-
re certamen, iudicauerunt: quis non uidet? uiri illi sa-
pientissimi nihil nouis urbibus commodius, salu-
brius, auspiciatius posse contingere, quam si eo ab in-
itio conditæ essent loco, pro quo tãquam pro per-
petuo quodam mansuroq; templo ne dii quidem
ipsi certare recusassent: quod quum ita sit, constet
quod inter omnes ob id ipsum plerofq; populos fa-
ma & opibus maximè claruisse, Venetæ quidem ur-
bis stupendus magis quàm admirandus situs, non
solum fastigium hocerunt, ad quod uentū est, pri-
missimis cõditoribus ab initio pollicitum uideri po-
test: sed postea etiam stabile, perpetuum, & nauis-
rum imperium. Ne igitur res sanè memoranda, & ad
quam cognoscendam summi interdum principes
ab extremis terrarum oris, uelut in rem præsentem
peregrè profecti sunt, nõ omnibus nota esset, de ea
breuiter scribere constitui: cõsiliū ita fore, ut quum
inauditam alioquin loci sedem, ædificiorum præ-
stantiam, diuitem cultum, quum deniq; uetusta &
recentia omnia explicauero: ij qui Venetam urbem
quadoq; uiderint, inciderintq; forte in hanc lectio-
nem, uno sint ore affirmaturi, me non solum urbis
huius situm descripsisse, sed uelut in tabula quadã
semillimã illius expresse fuisse imaginè: quibus uero ad
id tempus rem tantam uidere non contigit, & ipsi
aperitè fateantur, hanc unam urbem præ ceteris quæ
hodie sunt, maximè spectari dignam: ac uerè talem,
cui neq; situs nouitate, neq; magnifico rerū appa-
tu, alia in toto orbe ulla cõparari possit. Et quia satis
superq; euagati sumus, iã hinc de re dicere incipiã.

Narratio.

Alluitur itaq; urbs ipsa ad quam ultro describen-
dam uenimus, non ut plerq; aliæ suis partibus ma-
rino fluctu, sed ipsa tota medijs est aquis sita, in qua
præter ædificia nihil facile reperias, quod non idem

fit & mare: idcirco tota nauibus commodius quam
pedibus peragatur: quamquam ne hoc ipsum qui-
dem daretur, nisi pontibus iungeretur riuus, quibus
non solum insulæ, sed recta quoq; penè singula in-
ter se sunt discreta. Affert: & illud miraculum pri-
mò spectantibus, cum pelago sub urbanæ aquæ a-
guntur, singulis senis horis uariarum locorum facies:
ut hic ubi nuper alti nauigabant fluctus, paulò post
uada fiat: mox uero quicquid ubiq; uadorum fuit,
subita uideas inundatione opertum: quæ perpetua
alternantis æstus uariatio non patitur in tanta cœ-
ni altitudine perniciosum aliquid cõlescere: nam
quanta sit ipsius cœli temperies, uel ex eo potest in-
telligi, quod ceteris paribus, multò plures in hac u-
na, quam in reliquis terræ Italiæ ciuitatibus senes
reperiuntur, atq; illi ipsi plenioris corporis habitu,
minusq; offensa ualitudine: nec Austro Italiæ parū
alioqui saluber, multū urbi ipsi formidabilis. Quip-
pe qui in tanta maris uasitate fractus, quanta illi à
Libya ad Adriam euolanda est, minus uolentus ap-
plicat: aut certè quo magis alpinis frigoribus pro-
pinquat, eo minus minusq; illorū occursum repescit:
quo fit, ut præter ualissimos fluctus non sine inun-
datione in Venetum litus deiectos, nihil ultra ciui-
tati habeatur infestus: sed nos non ad hæc scriben-
da uenimus: ad institutum opus redeo. Si quis emi-
nentiore loco tãquam ex specula quadam subiectã
urbem diligenter consideret, illius facie magis quàm
idem rotundam iudicet, quàm alterius figuræ oport-
et, si Iudaicam insulam ad meridiem urbi applicet,
quæ in theatri speciem lunata ad duo stadia illi ex
aduerso responderet: sed illud ædificiorum efficit al-
tutudo, quæ aquarum conspectum hoc se loco, aut
illo infinuatum procul auferit spectantibus: nec
sic quoq; ita absolutam intelligi uolo formam, ut
nulla prorsus uspiam præmineat inæqualitas: quã
sanè & ad Oliuolensem ædem, quæ æstiuum solis
ortum spectat, & ad extremum Canaregium inter
seprætionem & solstitialem occasum: ac rursum &
ad Marthæ fanum, quod ad hybernum solem occi-
dentem uergit, tanquam in tres angulos paululum
prominentiores excurrant ædificia: sed illa ipsa lon-
gis inter se spacijs distantia, atq; rectorum interuen-
tu omni fermè obliquitate castigata, circulem fig-
uram magis quàm ullam aliam perscribunt. Do-
morum ad hæc frequentia & altitudo ingens, om-
nem penè urbanarum aquarum auferit prospectū:
quo fit ut qui supernè ex specula aliqua eminentio-
rem urbem contempletur, turritam telluris imagi-
nem medio oceano figuratam se putet inspicere: na-
uigantur aquæ ipsæ sub urbanæ non minori nauis-
giorum frequentia quàm altum mare: sed à locorum
peritis, lembisq; aut alijs leuioribus nauigijs, quo
patet, urbem tutiore omnino loco sitam, quàm si al-
to allueretur pelago. Ad usum igitur rerū uicinariū,
& ad piscationes fluctus mœnibus circumiecti fre-
quentantur: quippe qui etsi non sint, tamen ualissi-
mi cuiusdam stagni habent speciè, obiectu nãq; lito-
rum, neq; tam facile ut in alto agitur fluctus: neq;
ubi moti sunt, tam atrociter sæuiūt: quanq; non eo
inficias, in his quoq; locis subitis depressos procel-
lis, nonnunquam periclitari solitos: quod rarò acci-
dit. Sed ut ad eorum quæ in urbe sunt, narrationem
redeam: primū omnium non ignorare oportet, ur-
bem de qua hæc scribere orsi sumus, præ alto & in-
flexo riuo, qui in meãtri speciè illã pererrat, in duas
esse partes diuisam. Quarū hæc ad meridiem & oc-
casum uergat, illa ad septentrionem & ortū: utraq;
in tres distincta regiones (sextertia uulgo appellat)
citerior, in Canaregiū, Castellū, & eam quæ ab aurea
Diui Marci æde, Marciana est nũcupata: in Durum
Dorsum ulterioj, & alias duas à sacris ædibus nomi-
natas: quarū Cruciam hanc, illam uero Paulinã re-
stè dixeris, antiquus Medoacus fluminis alueus (si
Medoacus

Medoacus est, quæ hodie uulgo Brentham uocant)
aliò aquarum impetu operibus auerso uetustã rati-
nuit laterum altitudinem, quam marini fluctus ho-
die complent: præfici illi Venetæ urbis conditores ab
altioribusq; arbitror, uadis potius quam ripis, Ri-
uum altum ab initio dixere: nũc quoque pars urbis
ualde illustris nomē habet inde acceptum: is ab oc-
casu urbi in sinuatus, Marthæ fanum primo pertrin-
git: inde læuam ædificiorum oram abluens, ad Clarę
ædem urbanis relictis insulas Cruciam regionem à
Canaregio determinat: mox inter utranq; octo fermè
stadia allapsus, ab ortu paululum in meridiè fle-
xus, inter Paulinam, quam dexteram habet, & diui
Marci regionem ad occasum conuertitur: atque ita
recto alueo stadia quatuor emensus, priusquam ad
Samuelis ripam sit uerum, iterum ad orientē solem
inclinat, ac recto placidoq; cursu inter Marci regio-
nem iam dictam, & Durū dorsum ad Georgij usque
fanum, quod è regione fori est, urbis & rectorū pa-
tiens procedit: mox uerò omnem angustiam, quasi
uincula declinans, urbe ad læuam relictã, per aper-
ta euagatus stagna, in portum urbis, ultimum de-
torquet cursum.

De prima regione.

Quum hæc igitur sua natura urbs ipsa recipiat par-
titionem, ea nobis regio auspiciatissimū dabit exor-
tū, quæ pro cacissimo occurrit propinquante Me-
doaci alueū gremio exciperet, nisi ab eo fastidita ad
dexteram, ut dixi, relinqueretur: fuit regio Durum
dorsum ab initio appellata, ab eo, ut arbitror, quod
priusquam locus inhabitari cœpisset (quod constat
aliquanto recentius contigisse) prædurus esset illic
scopulus, inq; dorsus speciem productus. Protèditur
regio à Marthã, quæ occidentem spectat solem, usq;
ad Salinū caput, Trinitatis fano præterit: est locus
in triformi specie fastigiatus, atq; omniū qui in regi-
one sunt nouissimus ad ortum: quamquam Iudaica
quæ illi obuersa iacet, quæq; regioni ascribit, aliquã-
to longius pergat maritimis occurrere fluctibus: sed
illa ad duo stadia, quasi diuersum à reliquo mœbrū,
ac totius æmula à cetero refugit corpore. Habet ita-
que uniuersa regio insulas uiginti, sacras ædes toti-
dem & sex amplius, sed de summa hæc tenus: in pri-
ma autem regionis fronte Marthã sita est, quod ab
initio docuimus: opus reces, frequentiq; uirginum
conuentu, hinc ad Mediculorum ædem piscatorius
uicus (eò enim quàm longissimè ab oculis ciuitatis
concessere, qui cum que ferè hodie in urbe quæstum
ex piscium captura faciunt) tota inter utranq; eadem
ora, quæ Austro obuersa est, quæq; ad sagittã iactū
& amplius excurret, crebris pōtibz stagno procū-
bentibus suspensa est: his illi pro tentorijs ad exci-
canda retia, aut certè explicada utuntur: intus nihil
memoria dignū, in summo uico breui ponte ad Ni-
colai Mendiculi fanum transcèditur (modica insu-
la clauditur) tres supra uestibulum uirgines muro
clausæ, quarum unam hodie ob creditam sanctita-
tem, quasi futurorū præsciam, uulgo, ut audio, ma-
tronæ consulunt: ædem subeuntibus ad læuã prius-
quam ad aram maximam sit uentum, Niceti marty-
ris occurrit tumulus. Dextero inde templo ligneo
ponte in aduersam transcèditur insulam, in ea ni-
hil memoria dignum, proceditque recta fronte illa
cum aquis usque fermè ad proximum tritium,
quod & ad Sebastianum ducit, & ad Heremitanam
ædem. Sed cum eo non est longius procedendū ad
Raphaëlem, qui in aduersa fedit ripa proximo pō-
tè transcèditur: magni Opitergini opus uetustissi-
mum, templi uerò dedicatio longè recentior: Nice-
ra Antiochenus ad arã maximã marmorea est clau-
sus arca: Iudaicæ frons ad occasum uersa Diuo ual-
de contrã respondet: est uicus hic, aut insula potius
duobus fermè stadijs ab urbe, ut dixi, dirèpta, quæ

in longum ad mille passus protenta, circa medium
deuexa, cornibusque hinc inde paululum reductis,
theatralem penè exprimit formam: urbicæ itaque
longitudinis æmula, hinc longè ad ortum cum ea
excurret, donec iusta ad Georgij fanum subsistat, tã-
ta fermè habitatur: sed qua urbem inueterur frequen-
tius, habet in extremo ad occasum latere (nã quan-
do regioni de qua agitur, attributa est, de ea satis e-
rit semel dicere) Balasio & Caraldo cõmunem eadē,
opus & ipsum insigni uetustate, frequentiq; uirgi-
nũ conuentu. Rectã inde sectis aquas ad Euphemie
itur: habetq; ad meridiem ultra riuum, qui mediam
dirimit, Colmi & Damiani fanum, in quo uirgines
pleriq; sacris operantur: inde Crucis ara cum uirgi-
neo frequentissimò: at uirgines alterius sexus om-
nes circa diuorū tẽpla perpetuò clausas, adhuc no-
minamus: tũ quia nulla honestiore nũcupatione uĩ-
detur mihi appellari posse, quæ perpetuū Deo uoue-
re obsequiũ: tũ quod fermè innuptæ ea ætate, qua
iure uirgines credi possunt, soleat initiari: magis in-
de ad ortum, Baptistæ ædes occurrit, ipsa quoq; ut
fertur diui Magni uetustũ opus: & in summa Iudat-
ca Georgij tẽplum luculentissimũ canali à reliqua in-
sula dirèptũ, utrobq; freques cõuētus, sed ad Geor-
gium frequentior: mira inibi horrorũ amenitas, &
in æde porphyritici lapidis lacus hilarissimus: plu-
rimæ diuorū reliquæ, uestimentorū egregius appa-
ratus, & in uestibulo eadistota ora, quæ urbē spectat,
quinq; pōtibz peragatur, tribus ligneis, duob. la-
pideis. Redeo nũc non nihil enagatus ad institutam
urbis descriptionē, & ad Raphaëlis arã: unde, ppin-
quus angiportus ad Sebastianũ postico ducit, in eo
omnia recentia, sacrorum apparatus tenuis, religio
multa: hic quoq; pleriq; , sed pro religiose nõ adeò
multi, sacris operantur: riuus citrò uerò; enaui-
gatus, ædè perstringit, quo publicio pōte superato ad
Basilij, dextra fundamētis ducit. Uetusta templi fã-
cies, duobusq; cœlitibus, Constantio Anconitano,
& Petro Acotantio Veneto illustris: introitum Pa-
theon cum Virginio: opus, ut illud de quo dixi, ue-
tus, ita hoc noua facie nitens: riuus illi à tergo, & à
meridie in fundis: unde recta ad Geruasium ducit uia,
templũ uetustissimũ cū porticu, quæ uirerit aræ in-
cubat: testudo ad arã maximã aurea Græcanicũ ope-
ris in ora, quæ à riuo sese in cõspectu ædis sinuant,
usq; ad Basilij aquas lōgè, rectoq; margine excurret:
ingens uis lignæ materię ad ædificandũ cõparatę,
& domesticam, & in aquis disiecta uisitur: Bar-
baricæ familiæ ædes, & ad læuã & à frõte in aduer-
sa insula Geruasio adiacet ædes, uel hoc uno mem-
bria dignę, quod his paucis annis duos optimos prin-
cipes ciuitati dederunt: Marcũ Barbaricũ defunctũ,
& Augustinum eius fratrē, quo principe nõ poterit
respub. nõ semper beatissima esse. Sequitur alia in-
sula, quæ eodè aquarũ deriuo, à meridie ad septen-
trionem excurret: utrinq; extremis lateribz, loca diuò
insignia, sed de eo qui in intima ora sedet, postea:
nunc de Iesuatico cœnobio, in eo pleriq; agunt, sed
illi minimè initiati, sacramenti ministerio religione
inhibentur: orare non facere eorum est, uulgu Ie-
suatos appellat: lignens pōs hinc in Agnetinã trãf-
mittit insulam, in Iesuaticæ domus conspectu præ-
iacenti arca, Agnetis uetusta ædes modicè assurgit,
cui perexiguum Virginium accubat. Diuæ ara ue-
tustissima, sed Viti martyris, quæ in aduersa sedet
insula, si mulcosè frõti credimus, omnino uetustior:
hic Georgij corpus religiose cõditũ: loci aram quo-
tannis itaro die princeps cū bona parte patrũ, quasi
diuo gratulaturus ob ciuitatem periculosa cõiura-
tione seruata: structo ad tẽpus supra riuum maxi-
mum ponte, inuisit. Adiacet à tergo insula ad meri-
diem uersa, in ea nouum almi Spiritus uirginium in
ipsa penè ora iuxta nauale ingēs, cū lateritijs fornã-
cibus: intus pium Viti hospitiũ, læua fornacibus ip-

sis sedet insula: in fronte ad meridiem nouem publici salis conclauia parietibus tantum inter se edificiorumque supercilij discreta, inde ad Salinum caput ponte transcenditur: locum & ipsum a publici salis conclauibus nominatum, fastigiatur in naualis rostri speciem: immo efficit ut tota regio, de qua adhuc diximus triremis formam penè exprimat: utrinque extremis frontibus in puppim & proram extenuatur: latius circa medium patet. Quicquid à Trinitatis fano ad ortum decurrit, publica obtinet aedificia: sed illa ipsa ualde recentia: huc triremes ac nauigia peregrè appulsa, quicquid mari subuehitur, publicanorum oculis subiicitur: ne qua uestigialibus fraus fiat. Douanam uulgo nominant: aedes ipsa internam oram, ut multa quae sequuntur, spectat: Theutonicum in ea collegium: proxima inde Insula Gregorij templum Bartholomaeo Pucio anastite nuper instauratum: atque ob id festiua & hilarior: hinc ad aedem publicae charitatis nihil praeter priuata aedificia conspectio dignum: sed nos publica scribimus. Haec est uetus illa Alexandri Pontificis latebra: unde à principe & patribus reuulsus, in pontificiam est, ut fertur, dignitatem restitutus. Extant adhuc monumenta non pauca, quae rem ita gestam, ut proditum est memoriae, manifeste arguunt: Ammianus Alexandrinus antistes, & ut fama est, Diui Marci discipulus ad aram maximam est conditus: olim aedica illic, magnifici Iuliani, ut quidam tradunt, opus: nunc splendidum templum, praecipuaque religione praeditum. Turris praeterea canonicorumque coetus ingens accubat templo: nobilissimum conclauis cum celeberrimo urbis collegio, uisuntur: hic illustrium pictorum tabulae circumquaque non magis ad religionem quam ornamum dispositae plurimae sunt, in urbe eiusmodi collegia: sed omnium quinque celeberrima, atque ex ijs unum hoc, de quo loquimur: per inflexos inde uicos ac pontes aliquot itur ad Barnabae limina. Templum facie penè cariōsa parenti area, diui uestibulum recta ducit ad lapideum portem, unde, per obliquas semitas ad Margaritam patitur accessus: Mauri antistitis opus, & ipsum mirandae uetustatis, utpote anno urbis circiter cccc. conditum: aurea illi testudo cum columnis quatuor porphyritae lapidis, aut certe illi per quam similis: uastus ad meridiem inde spaciatur campus, per quem ad Carmelitas itur: Virginis haec sedes, satis opulenta, ac nonnihil à tergo instaurata: plurimi in ea operantur. Ex area quae aedi praeciuet ligneo ponte in aduersam transcenditur insulam, quae regionis nouissima est ad occasum, hinc dextero riuo ad Amagianas columnas penè perperuis fundamentis itur: quae regionem ea parte terminant: locus est citra crucis fanum riuo cimba aut lapideo ponte superato, alterutro enim modo fieri potest, aduersis fundamentis retro ad Pantaleonis aram est reditus: caetera uetustatem arguunt: templi tamen dedicatio recens, lapideus pons hinc ad Margaritam ex aduerso sedentem transmittit: & quamuis ualde ipsae inter se propinquae sint aedes, ac penè contiguae, utraque tamen plebanica est diui limine inflexo angiportu: unoque ponte ad figulorum arcam proceditur. Hinc digredi uolentibus laeua occurrit area, minorum fano à tergo haerens, ubi hoc biennio instauratum diuo Roccho templum, unde collegium cum sacris aliò translatum fuerat. Locum cum herbido campo, qui humilibus ac paucis interiectis domibus à tergo patet, castellum uulgo appellari audio: sed causam adhuc requiro, nisi forte proximis in quilibet fidem habendam putamus, qui mihi dicebant accepisse se à maioribus in propinquis hortis, ubi nunc insectorum, fullonumque tentoria uisuntur, locum olim munitissimum fuisse, cuius uetusta operis aliqua hodie appareant uestigia.

De secunda urbis regione.

Sequitur hinc proxima regio, quam à uetustissima diui aede, quae ea fermè media atrollicum, Paulinam rectè dixeris: haec cum Crucia in summum Riuum altum excurrit: unde fit, ut si fronte paulò magis fastigiata procederet, dimidiatae Pyramidis haberet formam: sunt in ea insulae tredecim, Sacrae aedes totidem numero: atque in his plebanicae octo: & ne quid ab infirmitate narratione aberremus, describendae regionis inde sumetur exordium, ubi ea de qua proximè diximus, habuit exitum. Erit igitur basis huius linea à triuiuo, quod est ultra Euangelistae fanum post minorum aedem per campum, in quo castellum fuisse memorant: praeterque Thomae aram in riuum maximum deducta. Est id templum de quo loquimur, in ipsa penè ora: habetque à tergo traiectum ab eo dictum. Ex area quae illi praeciuet, per inflexos calles itur ad nobilissimum uirginis templum: hic minores fratres frequentissimo conuentu sacris operantur. Domum maximam uulgo ab aedificij magnitudine uocant. Hic sanguis Christi summi regis uisitur: hic eius simulacrum abhinc triennio miraculis illustratum: sacrarium nobilissimo opere praeditum: in cuius fronte eminentiore loco equestris Pauli Sa belli statua conspicitur. Nauauit is reipublicae Patruino bello optimi ducis operam: ad aram maximam ducaria monumenta Francisci Foscari marmore & auro praeditum: & Nicolai throni materia & opere, ut aliquanto recentius, ita facie magis conspicua prominet: aduersa templi parte aliud sanè eximium Iacobi Marcelli, qui Venetae classis imperator Gallipolitana perijt expugnatione: magnitudine duobus illis minime comparanda: caeterum opere & materia haudquaquam dissimili respondet: contra Lodouici Foscari uiri sapientissimi sepulchrum, cuius magnitudo quo minus luxuriatur, ita frons hilarior: porticatim ex hac aede ad Nicolai itur aram, quae à tergo est. Eadem & hic religio: sed aris planè diuersis: Iapideus pons, & ex ijs qui hodie sunt, penè uetustissimus, ad propinquam Steni aram transmittit: hic nihil praeter cariōsam templi faciem conspectio dignum: praeciuet arenosus illi campus, per quem euntes laeua semita excipit, qua breuior ducit ad Euangelistam uia. Huius uestibulum marmoreo est opere munitum, ita ut quum intra penè omnia sint situ obfita, longè tamen fronte splendeat. Afferuatur hic Dominicae crucis lignum plurimis insignitum miraculis. Vnum hic ex quinque maximis urbis collegijs, piūque hospitium uicinis aedibus obiectum. Breuissimus hinc processus ad geminos pontes, qui tririuo, unde lineam duximus, incubant: regionis finis, inde per Steni aram, recta & ampla semita ad publicum portem proceditur, unde digressum continuè Augustini ara excipit, & ipsa multo senio confecta accliuu turri, ac primo ampliore uia, mox ultra portem, qui haud procul inde superandus est, per angiportu ad Eubaldum, cursus breuissimus: nec ipsum uicino tholo iuniorem, riuus diui aream alluit, regionis est ea parte finis. Vbi te ille ad portem remiserit, duobus rectis uicis circa ultraque lapideum portem atque ad caput alterius, breui inflexu in Paulinum descenditur campum, locum frequenter mercatu insignem: incubat illi uetustum Pauli templum, cum porticu aut uestibulo potius, media etiam luce sub obscuro: si retrò unus hic pons fuerit transcensus, duplex uicis excipiet: hic ad Minorianam uirginem, ille ad Thomae limina, uterque duobus portibus remittit: à Paulina area Riuum altum uersus tribus pontibus ad Apollinarem itur, locum uetustate confectum, aurea testudine tessellatoque pauimento.

pauimento. Eminēs illi turris incubat praeter quam uia huc & illuc inflexe in Carampānum uicium ducunt, unde nuper sublatum lupanar: laeua Apollinaris per augustum uicium ad Syluestrum mittit, patriarchiam olim sedem: in ora traiectus frequēs & conclauis amplissimum à Rocchiano collegio nuper instauratum: mox in pristinas sedes omni sacrorum pompa relata destitutum, aedes ipsa ad aram maximam post collegij digressum magnificè instructa: quicquid inde est aquarum ad Calsiani ripam citra ultraque toto Riuo altino inflexu negotiatorijs obregitur nauigijs, occurritque primo trans riuum (ut oram peragremus) farinarium emporiū, incredibile relatu quanta uis in eo ueris annonae semper addit, quam libera occasio mercari uolentibus: ad iactum ferè lapidis Italicæ exoticæque: fatinque utrinque tabernae patent, qui eam appendant quique appensam baiulent praestio adsunt: ab emporio ad portem omnium qui in urbe sunt amplissimum, altiora recta à magistratibus occupantur, in his duo amplissima ferè urbis uestigialia contiguus penè locis, uini unum, omnium continentis orae mercium alterum, quod & ipsum Doanā uocant: in imo tabernae frequentes oleariae cum publico carcere à latere sito: uici à tergo interiecti conclauia habent peregrinarum mercium refertissima, unde ad incendium per noctem his locis contractum memini me tantā uim aromatum in publicum nocturna illa trepidatione depromptam, ut rerum imperitiores uulgo iudicarent, non Italiae solum, sed totius Europae decennium suffecturam: liber hoc narrare exemplum priuatae largitionis, quod dicitur ea nocte accidisse. Quā iam ignis effuse euagari cepisset, ac non sine periculo totius insulae inualefcere: ferunt priuatum ciuem, cuius domus adhuc erat igni intacta, cum fisco auri pleno in apertum prodiiisset, hicque ingenti largitione proposita omnem fermè multitudinem ad aedes suas proximo incendio tuendas couertisse, nemo dicitur ea limina subijisse, qui prius aureo saltē no fuerit nummo donatus: quo officio accensis animis fortiter praesenti periculo itum est obuiam, atque ea portissimum ratione non sola domus, sed nobilissima pars ciuitatis creditur nocturna illa clade seruata. Ineptè igitur faciunt, qui aurū semper ut rem perniciosam insectantur, quum plus in igne manifesto argumento interdum agat, quam aqua contrarium elementū: sed haec natura, illud uerò auaritia. Post carcerem à tergo area ubi serica, argentea & aurea stamina ab opificibus ad texturam depeccuntur, ad dexterā publici magistratus, qui salis uectigal procurant, à frōte philolophiae Gymnasium, cui Antonius Cornarius Bragadini auditor, homo moribus & excellenti doctrina inter ueteres philosophos meritò reponendus: sed hinc in ora unde modò digressi sumus est reditus, ac priuquam ad portem sit uetum, porticus cum uenali ferro & mercibus alijs passim disiectis: in ea plerique urbis magistratus, de quibus abudè in altero seorū opere, tota ripa ab ipso mercium genere ferraria nuncupata est: pons inde incubat omnium qui in urbe sunt, ut maximus ita frequentissimus, nulla fermè est diei hora, quae ob citrò ultroque comentium turbam non angustè supererit. Eminent aduersa fronte aedes publicae, & ipsa ab urbis magistratibus infestae: respondet contra ad dexterā porticus aquis incubans, nouisque à tergo materia & opere perpicuo aucta aedificijs, ad laeua Iacobi templum uetustissimum, ueroque publico à priscis Venetis urbis conditoribus ob ciuitatem incendio seruata, ut dicitur, erectū. Explicatur ante illā area nobilissima, in qua omnia urbis, imò orbis negotia trafiguntur. Coit huc mane & uesper negotiorum causa tota fermè ciuitas: sed quum omnia mortalium frequentia constituta uideas, illud primo spectantibus miraculo esse potest, quod in tanto hominum

conuentu nulla uox, nullus auditur strepitus, non bella, non altercationes, non iurgia, stipulationes uel ullae, omnia remissione uoce aguntur: unde manifestè apparet uerissimum esse illud, quod in ore multorum esse solet, rectam negociandi rationem nihil minus quam uerbis indigere. Duo uel amplissimum conficiunt negotium, si quid inter se pactum uolunt, ad nummarias mensas itur, quae plurimae in ipsis sunt porticibus, atque ex his uel ex proximo, pecuniae creditoribus repraesentantur: amplissima conclauia duobus porticibus imposita, magna ex parte in fori usum absumuntur: humilior inde porticus, sed ea quam longissime spaciatur, tabernis plurimis, cum uenali panno referta: in eius fronte celeberrimum quadriuium, si ad laeua flextes continuè Ioannis uestibulum eodè latere occurrit, medio diui templo, Pauli Pergulani sophistae sua tempestate celeberrimi conspiciuntur tumulus, turris ualde eminentis repleto incubat: quicquid inde est recta ad Apollinarem, hinc inde densis perstrept tabernis & officinis. A triuij fronte annularius uicis dextra, laeuaque annulariae officinae, inde publicum lupanar, in quo uetustum Marthei fanum, in summo calle uicis argentariae nihil eo, de quo diximus, infrequentior: sed idcirco illud, neque aurificium, neque argentarium libuit uicium appellare, quoniam etsi monilia, torques, segmenta atque alia pleraque aurea & argentea opera in eo conficiuntur, praecipua tamen opera in annulis consumitur, atque ob eam rem tanta interdum uis gemmarum in artificum manibus ac mensis ipsis exposita conspiciuntur, ut eius spectaculi insuetos primo aspectu stupore defigat: uixque credat euenire potuisse, ut ciuitas una quāuis amplissima, tam frequentem opificum numerum aleret: sed in nulla re sumptuosa ciuitas sibi magis indulget, ut una interdum mulier duo honesta patrimonialia, altera gester manu: sed de ciuium cultu postea. Dextera quadriuij per densissimas tabernas, in forum Olitorium mittit, quod Riuo altino foro à tergo accubat: hinc per salarium uicium in piscarium forum itur, utrunque ripis proximum. Ex piscario praeter macellum ad lapideum portem, qui foro lignario incubat, regionis confinium itur: ultra nihil ad Paulinam attinet regionem, à tergo usque ad Eubaldi limina praeter paniceas tabernas, quae macello adhaerēt, nihil dignum memoria reperio.

De tertia regione.

Supest ut de tertia regione dicamus, quae ab eadem lignarij fori ripa ad Clarae aedem, quae in extrema urbe sita est, procurrit: eam quando ab antiquissimo crucis fano nominari placuit, Cruceiam, ut arbitror, non absurdè nūcupauit. Habet tota regio insulas undecim, paremque ferè sacrarum aedium numerum, quicquid à ponte nouissimo dicto ad Calsiani traiectū in fronte est, ad praesentē urbis regionem scribendam praebebit aditū, quantacumque est ea ora. Est enim omnino breuis, quippe quae iactū lapidis non excedat, ad forum lignarium attinet, totam ripam insidēt onerariae naues uenalibus lignis onustae: duae hinc uiae modico inter se spacio distantes, ab aquis in trorsum recedunt. Haec amphorarium habet uicium ab traiectū, illa ad Calsianum ducit: habet id tēplum Caeciliae caput, cuius olim fuit & aedes, tabulaque hic Messenij pictoris, cui ad exprimēda quae uoluit, nihil uidetur praeter animā, quā dare nō potuit, defuisse. Incubat aedi turris eminentis duobus inde portibus, uarioque uiciorum inflexu, ad matris Domini itur: ara uirginis uetustissima, & ab magno Opitergino condita: testudineum templum, argentea hic tabula, turris ualde alta ac ciuilibus, cum praeciueti area: ad ortū ex hoc loco reditus est ad Eustachium

stadium Catarinæ ab initio ædes fuit, hic coniugis, natorumque capita eodem sacrario condita, herbidos in de campus ad ripam extensus, unde in Canaregium frequens traiectio: nec procul hinc publica horrea nuper instaurata, ab Eustachio retro flectenda uia, dextramque angiportum ingressus sublicio ponte in uirentem transcendens campum, qui ad læuam occurrit, Luprium ueteres à palustris facie dixere, uetus Iacobi fanum cum turri in parte areæ dextra sublicio ponte semita ad Arestenses ædes ducit, in ora illæ sitæ, sed per angustos, & in anguis speciem inflexos uicos commodius ad Ioannis cognomento decollari, patet accessus, diu ædes uetus & ipsa in Luprio, & quod uix in ulla aliarum insularum reperies, tam nec quam illa, quam Iacobi in proximo ostendimus plebanica, hic, ut plerisque locis acclius turris: unde apparet in fundandis molibus olim puiscos Venetos non ea usos fuisse, qua hodie diligentia, quæ id uicium in recentioribus operibus non sit fere re perire, contra non uno loco in ueteribus. A fronte riuus excipiens reliquos totius regionis ab aquilone ad aphricum decurrentes, qui sequuntur à septentrione & meridie regioni infunduntur: duobus hinc pontibus in Nebulonium uenit campum, eo egressis Simeonis confestim se offert templum, facies senio obsoleta: ad læuam inde longissimis fundamentis ad tritium itur, quo non procul euangelistæ sano regionem perscripsimus, in eo nihil memoria dignum, dextra longiore angiportu, Simonis & Iudæ parua est ædes ad eundem: nuda hic quoque decrepitas in ora ipsa penè est sita, cui parum abest, quin Lucæ tholus contra respondeat: sunt qui præsentis regioni id fanum ascribant, sed ob id credo, quia riuus maximus non semper ea parte peruius fuit: nunc quia utrunque locum ab altero spaciofo dirimit alueo, de ea in sua regione dicitur. Ab communi diuorum aream dicta ad crucis limita breuis accessus, ac ponte uno peruius: ex hoc templo regio nominata ubi & angustissima, freques hic uirginum exit, deinde in duos angulos in hoc Clare uirginum, ubi clauis unus ex ijs, quibus Christus rex cruci fuit affixus, uisitur: insula ea est, ac longiusculum ponte cæteræ regioni applicita: altero angulo aduersa fronte Andriæ respondent recta, ibi quoque uirgines plurimæ, inter utrumque locum in ora aggeribus secus aquas peruius est usus, introrsum horti non inamœni & hæc de tertia urbis regione.

MARCI ANTONII

COCCII SABELLICI

de situ Venetæ urbis, liber

secundus.



DE tribus urbis regionibus que ad meridiem & occasum uergunt, priore uolumine abun- de diximus: nunc de reliquis que ad septentrionem & ortum spectant, ordine dicemus. magna parte ex aduerso obiecta, penè pari cum illa progressu in stagna ad occasum excurrit, eius insulæ circiter uiginti, insularum numerum idcirco confuse adhuc retuli, quoniam regionatim ita angustis sinibus aqua nonnunquam coeant, illi- gula etiâ ædificia, quia undique sint circumflua, insulæ speciem expriment: quo fit, ut parum exploratum habeam, plures ne quam opus sit, an

pauciores potius quam oportuisset, singulis regio- nibus ascripserimus: sacræ ædes ueris insulis pau- ciores esse nequeunt, quum plurimum singulæ sin- gulas sortitæ hnt: in ora igitur introrsum ad Eucha- ristia ædem præclarum uirginum: templi facies adhuc penè recens, respondet crucis fanum ualde contra in eadem ora, ac ita proximo loco, ut parum abest, quin ipsa se contingant ædificia: alterum ad Lucæ tholum sacrarum uirginum chorus, in æde ipsa diuæ corpus marmorea area clausum, multis clarum miraculis: hæc duo loca quidam Cruceiæ ascribunt regioni, nos ob eam quam dixi causam Canaregio attribuimus: itur inde rectis aggeribus ad uicum, qui in Hieremiæ campum excurrit, hic diui fanum non tam amplum, quam uetus obicit se herbido campo in riuum spaciari uolenti, casti- gatque ea parte qua seder areæ uasitatem turris ad summum quadrata: dexter illi riuus, à quo tota est regio nominata: quidam ab eo nomen factum exi- stimant, quod in extrema regione, ubi olim naues construi consueverunt, canarum palustrum fauces ad naualis fabriæ usum comparati, passim ordine exponerentur, & quia ueteres, quod adhuc plerum- que dicunt, ad regium locari dixere, quicquid suo loco & ordine poneretur, ab re ipsa factum esse no- men affirmant, ut Canaregium una litera detrita dictum sit, quasi Cannaregium: uerum quia pluri- mum opinione constat, quod penè res subiecta o- culis arguit, canalem ipsium hominum opera ut plerosque alios, non natura constare, haud absur- dum esse dicere abscisione ipsa factum esse nomen. *phrygi* frango est, siue rumpo, unde & rogiæ dicitur fluuiorum deriuua: & in extrema Italia oppido admodum illustri, hinc quoque nomen inditum planè constat, ut quem maiores ab initio Canalem regium, hoc est scillum dixerint, recentiores corru- pto nomine Canaregium dicere perseuerarint. Qui à rege appellationem loco datam autumant, quid sibi uelint non intelligit. ubi igitur ab Hie- remiæ conspectu ad proximum pontem ueneris, qui riuo cuius nunc meminimus, est impositus, læ- ua ad Iob fundamenta per oram ducunt: hic Lu- cæ conditorium, opus ipsum uetus, sed Mauri prin- cipis impensa instauratum: hic & ipse situs est: ui- situr in parte ædis Ioannis Bellini tabula insignis, quam ille inter prima suæ artis rudimenta in aper- tum retulit, sacrorum curam Francisci gymnopo- des habent: in extrema insula, unde in Margariam uicum traicitur, paruum nauale arque id ipsum exi- guum, secundanæ obiectum insulæ: huic penè iun- ctum Mauranum atrium ad pauperum usum ab eo dem principe priuato sumptu constructum, undiq; domicilij circumplexum: intus Leucæria & in or- tis pannorum tentoria: si in proximam transeundū sit insulam, cymba opus est, aut sublicij potius Hie- remiæ pontem reuise, ubi eum transenderis ad læ- uam flectito, hic subito dextera occurrit aurificina uetus, patrio sermone iactum uocant, locus hodie magna ex parte dirutus, ex ea insula in campum un- dique, ut insula circumfluus, recentiore iactum nominant, tenuis riuus Hieronymi aram inde di- uidit, Sphertici martyris in ea sacrarium, frequens uirginum cætus, inde ad stagna nihil memoria di- gnum, infectorius uicus in aduersa ripa à stagno ad aceti pontem latioribus fundamentis peragratur, angusta hinc semita in Misericordiæ insulam ab e- de credo, que in summa parte sita est, nuncupatam, ducit: altera nihilo amplior ad Alonisiū, cuius uirgi- niū cū modica æde stagnis alluitur, in eodē tractu Hortæ uirginis fanū Christophori olim fuit, illu- stris locus multaq; religione uirginis, ex circensiana ara in aduersam insulā est reditus, in ea Bassiū atri- um ad usum pauperum comparatum. In fronte Mi- sericordiæ

fericordiæ ara, cū frequēti clero & collegio, uno ex urbis clarissimo Mauræ familiæ opus, omnisq; sa- crorum impensa, omnes ad hunc locum triui ab oc- casu ad ortum tectis influentes, eodem tractu insu- las figurant: unus omnium præter ædem à borea in- fusus, cæteros ordine excipiens in Riuum altum re- ctā decurrit, quæ intus dicenda restant, prius sunt referēda, quam in aduersam transcendatur insulam: ab Misericordiæ ara fundamentis, in cuius parte in- fectorium statuimus uicum, breuis ad Marcelliani pontem, nec omnino recta ducit uia: ex aduerso di- ui fanum, & in eo uirginis miranda effigies Arimi- no (ut fama est) miraculo delata, Spartani ad hæc la- pidis, aut certe illi perquam similis delubrū: in eo- dem tractu ad occasum magis conspicuum uirgi- nis templum, cum numerofo seruorum cætu: sic e- nim se qui ibi sacris operantur, nominant: ad aram maximam Mariæ Cleophe caput, lapideo inde pō- te uicorum inflexu ad geminos pontes ad occasum potius quam ad meridiem est reditus, donec tri- uiuo naugetur in Riuum altum sinistris aquis: dexteris retrò ad seruorum aram rectis in Margari- am uicum. In læua igitur procedentis riuu ora, mo- dica area, uetustissima accubat Leonardi porticus, gdes & ipsa in signi uetustate: inde retrò ad Herma- goram carpēda semita, templum cum præalta tur- ri, hic mihi urbem recognoscēti, Io. Baptistæ dexte- ram per ocium spectandi facta est copia: eam dico, que Christum Deo genitum, atque ipsum Deum ad Iordanem amnē, baptisimi lauacro resperit: licuitq; antistitis indulgentia eam non solum inspicere, sed aureo deprōptam tabernaculo, quod uix opratus quicquam contingere potuisset: idēdem ex oscu- lari, una omnium reliquiarū, quæ in urbe sunt, hæc in publica ceremoniarum pompa, sub umbella cir- cumfertur: intus Thasi lapidis columnæ pleræque præter hæc in eo nihil dignum memoria patet. Hinc per implicitos uicos, & quem exaggeratum riuum uocant, ad Magdalenam uia, unde abeuntes conti- nuò post sublicium pontem Fuscæ breuis area cum templo excipit, annola loci facies: cæterum nihil in eo quod ad sui contemplationem inuitet. A diuē li- minibus supinus pons, idēdem sublicium ad Fœli- cæ transmittit: alluuntur propemodum diui postes riuo, qui à septentrione, ut dixi, insulæ secundum Misericordiæ aram in Riuum altum decurrit, Petri Michaëlis opus. Pons qui in conspectu est in aduer- sam insulam transmittit, ab eo modico processu, læ- ua ad Catharinæ itur: longissimi angiportus duobus ligneis pontibus, ad ædem ipsam rectā ducunt: se- det illa cum numerofo uirginū cætu in extrema ad aquilonem insula: unde dextro riuo ad Crucige- ros in summa insula sacris operatos profectio est, crucem illi ueteri instituto præ se ferunt: unde no- mē sortiti. Cletus Petri discipulus religionis autor, sed Cyriacus Hierosolymitanus antistes, qui domi- nicam crucē cum Helena Constantini matre curio- se quæsitam inuenit: circumferendæ crucis decre- tum induxit. Barbaræ corpus penes illos, Christo- phonique femur. In fronte domus uetustissima ad pium usum constructa, ac quā nitidum & hilare eor- um cœnobium, nuper instauratū Alouisi Dardani procuratore: tum huius loci, de quo loquor, facies situ obita: remensis uisus ad Feliciani pontis diuer- riculum læua ad Sophiā flectitur, præiacet ædi pa- tens campus celeberrimus, qua patet in piscarium forum traiectus: præter diuē postes angustiore cal- le ad Apostolos breuis ducit uia, unū ex magni Opi- tergini operibus, Uetus turris incubat: hic retrò ad Crucigeros duplici angiportu luis utroq; pōtib. peragrado datur regressus. Ingens ad hæc pro luco area in fronte: pōs publicus, qui per intortos uicos ad Chrysoptomū ducit ipsum, etiâ non sine uetusta- tis uestigio: angiportus inde ad lapideū fert pontē,

qui in summo calle Anguineo sedet, regionis cōfi- nium: ex diui uestibulo duob. pontibus, rectoq; fer- mē uico retro ad Cantianū & Virginē, cognomento Nouam aris penè contiguus patet reditus, utraq; fa- cies situ & uetustate cōlumpta: riuus qui Nouā uir- ginē ab ea quæ miraculorū dicitur, pōte determi- nat, Canaregij & Oliuolēsis est regionis terminus.

De Oliuolēsi regione.

Oliuolēsis regio, que & castellū recentiore uer- bo dicitur, quarum est regionū humeris imposita, non nihil & ipsa ad ortum fastigiata, ac nescio an om- nium maximè post Durū dorsum in acumen exi- tura: nisi augustissimum urbis templum pari fermē fronte cum Virginio, quod contra respondet in sta- gna procurreret, basis quanquam parum recti linea patet, præscriptis à stagno sinibus inter Cantianum & Miraculorum ædem, mox inter Mariæ & Salua- toris fanum, Iulianum & qdem auream in canale usque maximum, que nunc Castellana est ædes O- liuolēsis quondā fuit. Rectè igitur tā hinc regionis nomen, quam inde traxeris: insulæ in ea circiter xx. sacræ ædes aliquanto plures, & ut descriptionis or- do omni perplexitate careat: hæc quoq; ea parte æ- deūda est, qua proximè regionis relatio inueniat sibi exitū. Referentur itaq; primo ea que ad borealē attinent orā: mox reliqua dicuntur. Ab ara uirginis, quæ Nouæ olim cognōmetum sortita est, sublicius pons ad Miraculorum transmittit eodem, locū ut no- ua ira præcipua religione insignem, fuit breuis uir- ginis tabula angusto calle affixa, quod in plerisque locis urbis cernere est: ea proximis annis subitis mi- raculis illustrata, magno mortalium concursu fre- quentari cœpta est, quo breui contigit, ut amplissi- mis donarijs eodem quo fuerat loco, marmorea sit ædes erecta, opus magnificū, ac nescio an post areā ædem, omnibus quæ in urbe sunt opere & materia longè præferendum. Exterior facies ædis à summo ad imū Ligustico saxo, Histrico & Benacensi inter- iectis est ceu tabulis contectā: à fronte Porphyrites Spartanusq; lapis ad ornatum reliquā per interna- la distinguunt materiam: opus ad consummationē spectat: contra ædem nouum Virginium, & ipsum non uulgari apparatu ab imo eductū: utrunq; opus Francisci Dedi equitis, & Francisci Zeni procura- tione, à fundamentis excitatū: mox M. Superantio, & Thoma Contareno procurantibus productum opus: nouissimè Leonardo Lauretano, & Augusti- no Superatio, extrema penè manus est operi admo- ta. Fuerat Amantia familiæ imago illa prius, quam illustrari contigisset, atq; rei monumēto publicè de- cretū, ut duo Amantij cū duobus Patricijs sacrā pe- cuniā, donariaq; procurarēt. Recto deinde calle ad lapideum itur pontem, qui tenui angiportu, atq; al- tero pōte ad Gemellos mittit opus amplissimū, ac præ nimia altitudine caligati fastigio, uasta magni- tudine, cultuq; penè pari Prædicatorū cōuetus, qua- tuordecim principū cœmiteriū: sparsum tota eadē ui- suntur illorum monumenta, sed omniū ut maximè recens, ita nobilissimū Petri Mocenici principis ex- hostium manubijs erectū: præiacet tēplo area cum lapideo pōte, qui in minores Birros & maiores mit- tit: medio tractu circa pontē Marciani collegij con- clauē illud clarissimum nobilibus tabulis & au- ro præditum, quod hoc quadriennio non sine to- tius ciuitatis mœrore, nocte una conflagrauit: nunc materia longè sumptuosiore quam antea instauratū, nouissimeq; à fronte Alouisio Dardano collegij ma- gistro apparatu longè opulentiore excultū: eadē area Barptolemæ Bergomatis equestris statua aurata, marmoreæ moli imposita opus uisendum. quum hæc proderemus, publica impensa defuncto pōstra est: uasta à tergo atria templo adiecta, ac tam ampla conclauia, ut centum & amplius sacrorum causā inibi

inibi ferme agant, bibliotheca ad hæc ingens hor-
tis incubans, qui cum non parua ædificiorum par-
te itagno alluuntur. Ad Iustinam inde aliquandiu
recta itur, euntiq; ad læuam post Gemellos, herbi-
dus occurrit campus, ubi hi, qui in nauales turmas
scribuntur, sagitandi peritiam delectu habentibus,
probant, contiguus inde uicus cum uenalis tabu-
lis utrinque ad ædificandum dispositis: Barbaru
uicum uocant, quem rectius tabularium dicerent:
per aream inde pontem que unum publicium hilari
fronte instaurata nuper, eunt Iustina excipit: ædes
alioqui uetustissima: utpote unum ex magni Opi-
tergini operibus. Accubat: recens fano uirginum Pe-
tri Mauroceni: Berthucij Delphini, Michaelis Cor-
narij, & Laurentij Delphini, qui aream obtulisse
dicitur, procuratione erectum, addiderunt aliquid
templo Zacharias Barbarus, M. Antonius Mauroce-
nus, Hieronymus Contarenus, Mattheus & Andre-
as Donati fratres, & Hieronymus cognomento Io-
annes, qui hodie procurant, angusto uico eunt her-
bidus aperitur campus cum antiquo in Murianum
traiectu, qui frequentari desijt, excurrit planities
illa, utpote in urbis recessu aliquanto licetiosius ad
alteros Francisci gymnopodas, qui ad nouam diui
aram sacris operantur. tenuis templi huius orna-
tus, sed ædificia ædi circuecta, quæ que in stagnu
protenduntur, amplissima, ingentes undique expli-
cant porricus, & supra illas frequens bibliotheca:
Andreas Bragadinus sexaginta auri pondo in id o-
pus contulit: Hieronymus Badouarius, quadragin-
ta, atque uterque uiuens dono aurum dedit: mon-
stratur in uicinis hortis ædicula diuo Marco sacra, a
principe & patribus ueteri instituto quotannis sta-
to die adiri solita. Hic quum ab Gymnopodum
uno quæsiuissem, ecquid esset quod locus uinea di-
ceretur, quum nulla circumiecta essent uineta? insu-
lam esse ab urbe respondit, ad quinque milia passu-
um, quas uineolas hodie uocant, ibique diuum Ber-
nardinum præfuisse aliquandiu editui nomine, un-
de postea translata in urbem religione turri nomen
relinuisset, uisitur in ædis uestibulo Lodouici Sici-
liæ regis sepulchrum, corpore ex Hierosolymis in
urbe pro sanctiore quodam deportato, uerum co-
gnito errore, placuit purpureo pallio eius arcem e-
ditore loco sitam operiri. Ab Francisci ara deflexa
uia præter Opium Bocolorum hospitium, inflexosq;
uicos ad altera itur Trinitatis recta, ubi Anastasiæ
corpus, a Valeresio Valeresij cognominis Bizantio
delatum. Ex area quæ uestibulo ædis præceter sub-
licius pons ad Cælestinam mitit ædem, ubi chorus
ingens uirginum annosum templum cum effigie
uirginis miraculis multis illustrata: Celsique prin-
cipis marmoreo sepulchro, hic quoque locus, quia
in ora itagno alluitur, post Trinitatis fanum, gemi-
nos que puteos Pium Io. Zachariæ hospitium me-
dio ferme uico cum tenui sacello occurrit, publicu
hinc nauale uisitur, cuius moenia procul uenienti ua-
stè se pandunt immensum opus, ac ita longè lateq;
excurrens, ut xx. circiter stadia circuitu pateat, undi-
que ualide munitum: sed intus si quis omnia collu-
stret, haud facile expediet, nauale an armamenta-
rium potius sit dicendum, si quidem præter ingen-
tem trirremium numerum in pontibus stantium ad
omnem occasionem paratarum, præter alia nauigia,
& multa & uaria quicquid uim tormetorum maxi-
mam arcuū, sagittarum, telorumq; omnis generis,
quorum amplissima sunt conclauia referta, si quis
anchorarum, uelorum, funium, remorum, omnisq;
nauticæ rei stupèdum inspexerit apparatus, fatea-
tur necesse est nullum esse tam arduum bellum, nul-
lum tam diturnum, siue terrestre, siue maritimu,
ad quod instruendum id nauale non abunde esset
arma suffecturum, sed ab ipsa rei magnitudine effi-
caciis exprimenda, quoniam id uerbis præstari nõ

potest, consulto abstineo. Sub ipsis naualis mœni-
bus in Martini pontificis aream transcenditur, an-
nosæ templo facies id subeuntibus ad læuam paulo
eminètiore loco uetus est sepulchrum, tribus fami-
lijs olim commune, sed tam angustum, ut ne exte-
sa quidem cadauera possit capere: unde quum forte
locum spectarem, subijt animu reputatio illa, quæ
fuisse olim ciuitatis parsimonia, in qua plures fami-
liæ quinque pedum, & quadrantis possedissent tu-
mulum: intus sub delubro basis cū harpis duabus
ueteri opere incisis, ostenditur, nobiliore quidem
opificio, quàm materiæ, certum hodie statuarijs. &
pictoribus figurandi mostri exemplar. Dextero in-
de templo ad naualis itur ianuam, Maripetri prin-
cipatu, marmoreo opere munitam. Eminentissimus
pons transcenditur, riuo impositus, per quem tri-
mes in apertum protrahuntur: hinc præter naualis
moenia in sagittarium itur stadium, unde per Tana-
dis campum ad hospitium duob. apostolis sacrum
ducit uia: uetusta hic omnia tam me hercule, quàm
in Danielis uirginio, quod ad læuam hinc digressis
collapsa penè fronte occurrit, templum senescenti
facie infirmum, restudine & fornicibus fultum, in
eius uestibulo marinæ beluæ portentose magnitudi-
nis ossa, duæ hic uirgines Io. martyris sacrarium
nobis referant, corpus penè integri, & ut ex illis
didici Byzantio delatum. Ad hæc uel que loca decur-
runt naualis moenia. Aduersam insulã obtrinet, quæ
inter sanctimoniales urbis peculiari appellatione,
uirgines dicuntur: in æde nihil præter uetustatem
occurrit obseruatione dignum, uirginu ipsam nõ
sturno incendio nuper deflagauit, atque biennio
minus sumptuose instaurat: hinc subito pons lon-
gissimus in Oliuolensem transmittit insulam, ubi
patriarchica nunc sedes, ubi & diui Petri fanum, ma-
gni Opitergini opus: uetustas in eo nobilis, sed reru
apparatus longè nobilior, aurea testudo aræ maxi-
mæ incubans, pauimentum testellatum, columnæ
& multæ & magnæ, sed omnes peregrini lapidis.
Herbidus campus ad riuum procurrens, turrisq; in
eo candidi lapidis paucis ante annis ad fastigiu fer-
mè perducta: insula omnium extrema ad ortu, nunc
quinta a quibusdã uallis dicitur: olim ut planè con-
stat, Oliuolensis: ab oliuis in ea confitis, ut quidam
memorie prodiderunt nominata: post longissimum
pontem, cuius proximè facta est mentio læuo calle,
per que alium publicium pontem ad Annã transcen-
ditur: sedet ea in insula, quæ omnium regionis huius
maximè est australis, uirgines hic quoque plurimæ,
hinc rectis aggeribus profecti dominici limina ex-
cipiunt, frequens in eo Prædicatorum conuentus:
rectissima inde uia læuo templo ad Antonium du-
cit, per aperta ligneo uno ponte superato, eundem:
in diui eadè uirginis imago miraculis insignis, & ad
arã maximã uictoris Pifani ueneræ classis Genuesi
bello imperatoris, ex Pario marmore sepulchrũ no-
bilissimu, tẽplo opus incubat, atque idem recès: ad
pium usum paucis annis clarissimo opere constru-
ctum inter recentia urbis ædificia, præcipua admi-
ratione cõspicuum, citra ligneam sacellum ad tem-
pus religionis gratia erectum, uestigijs retro ob-
seruatis, læuum occurrit nauale cū publica illa arce
ueteris, quàm nauem in pontibus adhuc stante: inde
per Dominici callem in ora pientissimum illud om-
nium qui in urbe sunt domicilium, ubi ex abiecti-
ijs certus puellaru asseruatur numerus, quæ ab in-
eunte çtate optimis artibus instituuntur, sed in pri-
mis morum habetur ratio, tam seuera adhibetur di-
sciplina, ut nõ modò non compellandi cuiusquam
alterius sexus, aut alloquendi, sed ne uiuendi qui-
dem ulla relinquatur occasio: ubi uerò per ætatem
adoleuere, & iam uiro maturæ esse cõperunt, publi-
co çre honesto matrimonio locantur. Incubat à frõte
aquis, aduersa ripa ducarium atrium ad pium usum
nuperimè

nuperimè absolutum, ex eo ad supinum itur pon-
tem, qui aquis à superiore publici naualis parte cor-
riuatis incubat, ex aduerso ad meridiem Antonia-
na insula definit ulterius procedere: publica ligno-
na cõclauia circa pontem ad opportuniore ciui-
tatis usus comparata: reliqua ora usq; ad pontem
regionis confinium (eum palearem uulgo uocant)
quinq; peragratur pontibus iam hinc ordine refe-
rèdis, à primi pontis transcensu Blasiana excipit a-
ra in tenui æde quæ aræ introrsum præiacet: Græ-
ci per quàm pauci nuper hic sacris operabantur. O-
nerariarũ nauu uis ingens proximæ hæret ripæ: to-
ta ora nauæ profestatione tutissima utitur circa pon-
tè qui proximus se offert: citra ultraq; publica hor-
rea: mox & publici furni, ubi ad nauales usus panis
uis ingens conficitur: inde domus, quæ Dei optimi
maximi dicitur, occurrit: mox ligneus pons, unde
ad Cælestinam introrsum nauigatur, ædem, occur-
rit: fundamenta tenentibus dextrum Christi regis
sepulchrum cū uirginio: pons inde lapideus à pro-
xima pietatis domo nũcupatus, occurrit: huc pue-
ri furto concepti abijciuntur, abiecti que diligenti cu-
ra & studio aluntur: subiectus huic ponti riuus In-
flinam uario inflexu spaciatur: hinc ad Braganã
eadem diuerticulum ducit. Est & à medijs retrò fun-
damentis huc deflexus breui angiportu: est res ipsa
iam æuo confecta, utpote iam inde à Langobardi-
co tumultu condita: ingens area templo accubat,
ubi mihi de loci nomine diligenti sciscitanti, senes
quidam, ut ex eorum sermone aduertit, non omni-
no deliri, memorabant accepisse se à maioribus pri-
scos illos Venetos, qui ab initio urbè tenuerè, mer-
catum Braganã appellasse: & quia olim eo loco fre-
quens mercatus celebraretur, datum ob id loco no-
men: fuerunt postea qui mihi dicerent, illic olim pi-
scosa fuisse loca, atq; idcirco quia piscationem ue-
terem Braganã dixissent, à re ipsa nomen locum ac-
cepisse non desunt qui Braganã; Ioannis cogno-
mento Eleemosinarij patriam fuisse memorent, at-
que à diui sacratio nomen uicinie datum: alij à Pa-
rauinis quos patria à Barbaris eiectos primos om-
nium eam urbis partem tenuisse constat, torcular
Bragolarium dici aiunt: sed cur in insulas sit nomè
translatum non expediunt: angiportus mali uadi
per quem à Pietatis ara in Braganã diuertitur,
proximi in quilibet narrabant mihi, existimare se ue-
rissimum esse illud quod maioru relatu uulgo per-
crebuisse, eo olim loco reos capitali supplicio affi-
ci solitos, atque in argumentu fabulæ adducebant,
in felix ibi uadum esse, affirmantes uidisse sæpius se
illuc uiros subito congressu contrucidatos: alios ue-
ro aut lapsu pedis, aut diuerso casu periclitatos: per
hunc ipsum uicum obliqua semita Baleia domo ad
dexteram relicta in oram breuis est reditus: sequuntur
duo inde pontes, hic aquis Zachariæ uirginium
à tergo alluentibus incubans: ille riuo qui eiusdem
diui lapideum pontem à fronte irrigat, nouissimus
omnium qui à uenali palea, quæ nunc ad Georgij fa-
num uenditur, nomen habet: atque hic regionis fi-
nis: sed huc nõ est uenire, ut reliquu regionis pera-
grari possit: quin retrò per Rafianum uicu in proxi-
mam uenire oportet aream, ad læuam uiculus bre-
uis ad communem Iacobi & Philippi aram ducit,
templum ipsum aquis dirimentibus diui Marci ter-
go penè hæret auersa aræ parte: à fronte Ioannis
cognomento noui, limina: sed illa ipsa ueteri non
nona facie, ad dexteram eodem uestigio stantis, Za-
chariæ uirginium, uetus & ipsum opus: sed nunc pro-
ximo loco fanum ornatisimo apparatus erectum,
nulli que nouorum operum sumptuositate & ædi-
ficij ratione posthabendum: ad ueterem aram Gre-
gorij, Zachariæ, Theodori, Sabine, Pancratij, Nerei,
& Arcilei corpora, uno condita sunt sacrario. Diui
atrium egressis ad dexteram in cõspectu se procul

templum offert: in eo præter æuum nihil hodie mi-
ramur: in aduersa insula sedet Mauricius, unde per
breuem uicum ad geminos pontes est aditus: dex-
tero relicto per eum qui à fronte occurrit, in subie-
iectum angiportum & uicinum pontem, dextera
ad Antoninum Particiatiæ familiæ, opus uetustum
transcenditur: ubi & Sabæ sacrarium: fundamenta
sacræ ædi propinqua, ac paululum incurua in Bra-
golanam retrahunt aræ: sed de loco plura fortassis
quàm oportuit. Si læua à ponte procul ire pergas,
de quo nupam pauci nuper hic sacris operabantur. O-
& in Foro iulianum uicum uenies: ultra quas ad oc-
casum aduersa insula Laurentianum uirginium cū
æde ei quam proximo loco Antonino sacram ostē-
dimus æquali. id quo que Particiatorum opus fuis-
se memorant anno conditæ urbis circiter cccc. ex-
tractum, utranque insulam ueteres Geminas dixe-
re, per pontes nouissimè dictos ad Diui ædem re-
trò patet reditus: dextero riuo post geminum pon-
tem septentrionem uersus, fundamentis itur: lapi-
deus pons ad Diuum & uirgines ducit: hinc lon-
gissimis patientioribus que uicis ad pontem ueni-
tur, qui in longum transmittit callem: hinc dextera
ad Lateranum ducit, locum penè sacris destitutum:
recta ad Mariam Formosam uastus campus atq; her-
bidus blandè uenientes excipit: ad meridiem tem-
plum attollitur Magni Opitergini monumentum.
Delubrum in eo porphyritici lapidis cum subiecta
columna, nobili materia, sed opere nobiliori: duo-
bus hinc pontibus semitis que penè rectis ad Mari-
næ aram uenitur, ibi diuæ corpus Byzantio dela-
tum: per eius aream & lapideum potem sit reditus
ad Miraculorum ædem, unde scribendæ regionis
sumperamus initium: auersam inde uiam, quæ in
fronte diuæ est, ingressus ad leonis fanum inflexis
uicis unoq; ponte transcendens Lium uulgos cor-
rupto nomine uocant, opus per se uetus, sed magna
nuper ex parte instauratum: & hæc sacrarum ædiu,
quæ in Oliuolensi sunt regione, nouissima, ac penè
confinium ipsum à tergo introrsum Capfarium ha-
bet uicum, qui usque ad pontes regionem ea parra
claudentes, bifariam extenditur.

De uia & ultima regione.

Reliquum erat ut de nobilissima urbis regione
diceremus, quæ eadem est & diui Marci in xiiij. di-
uisa insulas, sacras çdes decem & octo: eius forma
ad occasum resupinata, basim duabus insulis affine
nec relictilineam habet: Duro dorso & Paulinæ re-
gioni est à lateribus & à fronte inferta: eius defici-
ptio à Canaregij sinibus sumer exordium. lapideus
ibi pons Germanici emporij tergo hærens: mox &
inflexus uicus, qui in anguis speciem intortus, an-
guinus dicitur: sed illi ipsi ambitus hinc inde den-
sissimis sunt officinis referti, in quibus omnis urbi-
cus purpureæ texturæ apparatus, non sine specta-
trium admiratione, conspicitur: incredibilis opificu
manus in auro & serico uarij coloris explicando
est occupata. ad læuam sinuosus callis ad pontem
ducit, per quem ad Leonè Oliuolensis regionis tran-
scenditur: ad dexteram Germanicu se offert empo-
rium, locus Alto riuo imminet: plurimi hic Germa-
ni sanguinis, conductis ad id circa atrium cubicu-
lis, negociantur: ingens inde reipublicæ uectigal,
quicquid mercium ex urbe in Germaniam & cir-
cunietas oras deuehit, hinc propemodũ depromi-
tur: quicquid rursus inde affertur, hic negociatoru
oculis subijciuntur: plura semper nauigia ad mercium
uecturam, quæ sita subiectis hærent ripis: ab empo-
rio in apertum egressis Riualtinus pòs dexter oc-
currit: ad læuam frequentissima urbis uia ad aureã
usq; ædem, & ipsa admodum sinuosa decurrit, tota
intercapedo, quæ quatuor penè continet stadia, de-
sissimis dextra læuaque aromatarijs alijs que omni
MM M m fariant


fariam tabernis officinisque promiscue seruet in-
 reiectis: in his omnis urbicae peregrinaeque mercis
 copia uenalis exponitur, adeo ut quae omnia in a-
 perum deferuntur, inter blanda urbis ornamenta
 id soleat magnorum hospitium oculis subijci specta-
 culum. Per eam aliquanto progressis Bartholomei
 uestibulum fano accubans, ad dexteram se offert:
 & saluatoris aedes cum Isidori corpore conuentu
 celebri, opus testudineum praecipua religione praedi-
 tum: nec multo post contractiore fronte, & Iulia-
 nus, qui a latere Spatharium habet nicum: A quarium
 uero a tergo: Mercaria uia a fronte pergit in au-
 rea aedis aream procedere, sed ad ora unde digres-
 si fuimus, est redeundum, ut ordine dicantur quae
 hinc sequuntur. Quicquid igitur a ponte omnium
 maximo, qui id est & Rioualtus, secus aquas pera-
 grari potest, totum aggeribus est suffultum, quibus
 haerent mercatorie exotici Italicique uini naues ita
 inter se frequentia stipatae, ut mutuis sit inter illas
 transensus. In fronte tabernae plurimae oleariae, uini
 apothecae: hic baiulorum & omnium ferè qui sor-
 didum faciunt in ciuitate quaestum, semper turba inges-
 dit in extremis aggeribus, augustinus uicus in Lucæ aream
 ducit: hinc a tergo aeriarius uicus, per quem ad Saluato-
 ris aedem retro pater accessus: a fronte angiportus, qui
 ligneo ponte in sagittarium calle mittit, haud procul
 ab area diuerticulum ad diui aram: unde in apertum
 reuerfis perstringendum Lucæ diuerticulum: & mox
 Paterniani uestibulum: hoc cum aede ad laeuam re-
 licto duplici angiportu, sublicio ponte dirempto,
 ad Benedicte uetustam itur aedem: diui tholus cum
 praecipua introrsus area ad ripam usque, qua in
 aduersam trajicitur insulam, post diuerticulum re-
 cta procedit uia ad Angeli fanum. noua hic turris: ue-
 tus quae ibi fuerat, subita ruina non sine plurimum
 pernicie noctu repente corruisse dicitur: quin &
 tertio ab hinc anno item noctu è caelo tacta adeo
 omnibus penè lateribus concussa est, ut res sit in pro-
 digium uersa: sed latera subito instaurata. Heremi-
 tanorum atrium cum angusto Protomartyris templo ab
 Angelo digressum lapideo excipit ponte, frequens
 hic conuentus, templumque facellis plurimis, &
 panimento ornatum: in fronte caemiterium: mox
 & uicus cum bubulis stabulis, & lacte omnifariam
 uenali. Hinc flexus ad Rochi & Sufannae aram: huc
 his paucis annis Rochianum collegium concesser-
 at, ac pluribus aedificijs solo aequatis, quae ad hoc
 ipsum coemerat, nouum sibi conclauem cum diui e-
 de erigere adortus est: sublato inde ueteri Iupana-
 ri, ingentem explicauerat ad aedificandum aream:
 quum repente mutato consilio cum ipsis sacris ac
 diui corpore ex Gallia nuper delato, & quod pro
 tempore in Geminiani fano religio se fuerat asserua-
 tum, in uetustissimum sanum ultra riuum commi-
 grauit: nouissimè hinc cum omni cerimonia profectum
 eum circa Minorum aedem locum instaurauit, ubi prima
 fuerat diuo iacta fundamenta: est id hodie, quan-
 quam recens ex quinque celeberrimis urbis colle-
 gijs unum: illis igitur abeuntibus locus est iterum
 profanatus: sed non multo post in sacrum usum re-
 stitutus, traductusque eò frequens uirginum caetus:
 aedes cum uirginio tumultuario penè opere extru-
 cta, Rochi & Sufannae sacra relinquunt: hoc com-
 mune sanum: ad laeuam hi qui ad Samuelem ire per-
 gunt: praecipua illi area cum traiectu omnium ferè
 me qui in urbe sunt, frequentissimo. Iam hinc atque
 aliquanto retrò usque ad Trinitatis sanum citra ul-
 traque riuum, clarissima spectantur urbis aedificia:
 inde eisdem uestigijs ad Stephani aream redeun-
 dum: cymba qui uolet ad proximam Viralis ripam
 euehitur: exiguum id templum: hinc publicam cari-
 tatem spectans, inde uiritem proromartyris cam-
 pum, mox ex diui conspectu cymba ablatus, post
 appulsum ad Mauritiu per tenuè ibi angiportum:

parum abest quin ille Heremitanæ aræ a tergo ac-
 cubet, tenui riuo discernitur campus, qui diuo pre-
 iacet, ad lapideos mittit pontes: post illos Iubanicæ
 uirginis uetusta occurrunt limina cum turri praemul-
 ta uetustate iam collapsa: in aede columnæ pleræque
 & peregrini lapides uetustissimum loci arguunt
 apparatus, campus a fronte ad Gregorij traiectum
 excurrit: secus Iubanicæ testea per inflexos calles ad
 Angelum leua, dextra ad Fantini irur aram: hic Vir-
 ginis imago multa religione, assiduisque miraculis
 illustrata: frons aedis nitida, candidoque saxo nuper
 instaurata: duplici inde uia in diui Marci itur aræ:
 leua per Sagittarium uicum, dextera potibus duo-
 bus in ulterioris conspectu Mosis sanum cum accu-
 ui turre: hic quoque uirginis icon, & ipsa miracu-
 lis multis insignis: tenusque fabrorum collegium:
 sed huiusmodi collegia regionatim omnibus ferè
 me templis reperiuntur: rectè hinc ad aedificulam uir-
 ginis ducit: omnia ibi tenuia: uiculus ex huius co-
 spectu in Geminiani fert uestibulum: id in aureae
 aedis aream cum ipso templo decurrit: duae deinde
 porticus, dextra laeuaque usque ferè ad auream a-
 edem longè lateque spaciantem amplexantur aræ:
 imae utrinque partes publica locantur, & cum his
 laeuam porticus superiora domicilia: dextera uero a
 diui Marci procuratoribus inhabitantur, a Gemi-
 niani uestibulo illa profecta per pontes & in aeriari-
 um uicum & alia ignobilia a tergo loca peruia est:
 ipsa cum area usque in mercariam excurrit uiam:
 rum publica quaedam sine porticu aedificia ad Bas-
 si usque uestibulum protendantur, quae Spatharium
 uicum & Aquarium post se propinquo loco habet,
 sed illa superius dicta procuratoria porticus, & ipsa
 spaciantis aræ aemula pergeret ad auream usque
 aedem procurare, uel potius in forum ipsum, cui
 magis contra responderet, nisi superbissimae turris oc-
 currit: comprimere: est omnium illa quae in urbe
 sunt eminentissima, adeoque altis fundamentis ni-
 xa, ut penè plus operis latere credatur, quam ad au-
 ras extet: summus apex adeo sublimis, ut fulgor
 auri quo illitus est, ad ducenta stadia ex alto nau-
 gantibus uelut saluberrimum quoddam occurrat
 sidus, sanctiora conclauia, in quibus pecuniae & a-
 lia quoquo modo diui Marci procuratoribus admi-
 nistranda, diligenter asseruantur: festina facie turri
 accubant peruij fornices, a summa porticu ad pium
 diui Marci transmittunt hospitium: in aditu magni
 conclauem, ubi publico decreto his annis literarium
 est Gymnasium constitutum: hinc postea egressis
 ad meridiem explicatur area, quae & ipsa duabus
 cohibetur porticibus: forensi ad ortum, ad occiden-
 tem solum tabernaria. Haec a fronte paniceas taber-
 nulas habet, intrus superiore parte meritoria hospita-
 ria, infra cauponulæ multae cum fallariolis popinis.
 In summa porticu ianua ingens, quae ad numariam
 ducit officinam: hic assidue uis ingens auri & arge-
 ti cuditur, opificum ingens numerus: mox hinc al-
 terum haeret macellum cum piscario foro & taber-
 nis plerisque fallariolis numariae officinae conti-
 guis. post piscarium forum sequitur & caeparium:
 terram nouam eam loci intercapedinem ueteres di-
 xere. Aedificia illi imposta, ubi nunc publica sunt
 horrea, olim carceris usum praebuere. constat ibi
 Genueses Clodiae captos in uinculis olim habi-
 tos ripa a ueteribus cloacis, quae hodie non sunt, us-
 que ad Palearium pontem, tum cymbae plurimae,
 tum maiora nauigia partim oneraria, partim ad ue-
 ctiores excipiendos parata, die noctuque haerent:
 medio tractu introrsum in Marciana area, qua ad
 meridiem excurrit, geminae columnae praestanti
 forma prominēt: mira in illis spectatur proceritas,
 in hoc epistyllo diui Marci simulachrum ea forma
 qua alatum imitatur leonem: in illo Theodori mar-
 tyris intenta hasta draconi incubatis: in utriusque
 numinis

numinis tutela ciuitas ad hunc diem mansit, in mar-
 tyris olim, nunc in diui Marci est: in ipso interco-
 luntio fontes capitali afficiuntur supplicio. Reliquum
 est, ut de ducario ipso & aurea eade dicatur, quorum
 inges reru apparatus, si a nobis accuratius explicetur,
 tertium explebit libellum, nec adhuc re plenè profes-
 cuti erimus: sed breuitate uerboru perstringam, ut ea
 solum memorentur, quae praecipua uisa fuerint ad-
 miratione digna. Tribus ducarii ipsum pater lateri-
 bus, ad Aquilonè aureae aedi accubet, qua Austru &
 Zephyru spectat, crassioribus subnixu columnis, lo-
 gissimas explicat porticus: quaru haec publico pre-
 teta est carceri, illa infistoribus magna sui parte de-
 feruit, utroque latere eminentior porticus, his duabus
 imposita, duplici columnaru serie suffulta, totaque in
 fori usum assumitur: amplissima conclauia porticibus
 incubant, quoru hoc quod occidui est lateris publi-
 cae Bibliothecae fuerat destinatum: illud meridiane
 orae comitium habet, ubi totius ordinis suffragio ma-
 gistratus creatur: duplex hic armamentarium, utrunque
 comitio contiguu, publicis armis refertu, sub quo-
 rum altero xl. iuri, ciuiles audiunt causas: reliquum
 latus, quod hodie ob noua instauracione est penè di-
 midiatu, sub ueteri structura uetustissima Nicolai
 aediculari habet: & tribunal, pro quo publici aduoca-
 tores causas audiunt: supra ueteri instaurato fenestras
 habetur: reliquu ubi uetus fuit principu sedes, quae
 medio Ferrariensis belli tempore deflagrauit: materia
 quide nobili, sed operè adhuc nobiliori, ab imo ad
 fastigiu est nuper instauratu, aureae aedis forma, quae
 eade est & diui Marci, crucis uideretur: mihi figura ex-
 primere: quae admodu fuit in historijs a me demon-
 stratu, & ut ab imis partibus superbū apparatu scri-
 bere incipiam: pauimentu habet partim tessellato di-
 stinctu opere, partim marmoreis tabulis, alijsque: no
 parui precij lapidibus munitu, in quibus (uix aliquis
 credat) semipedales spectantur carchedonij, ad aram
 maximam columnae duae alabastritae lapidis, plures
 ad haec circa aram maximam, & columnae & tabulae ex
 Porphyrite & Laconico marmore: facies repli ad di-
 midium ferè tabulis cōpacta est marmoreis: quic-
 quid inde ad fastigiu tollitur, purpurissimo fulget
 auro: altissimae testudines Graecanici operis, diuoru
 habent simulacra, quae moesta praesentia no plus ue-
 nerationis spectantibus incutiunt, quae horrois: uesti-
 bulu cum exteriore facie eode opere & materia praedi-
 tu, sed eo superbiore aspectu, quo marmoreae col-
 umnae multiplici serie, & a fronte & a lateribus om-
 nia conuallat: in ipsis lateru fastigijs, crebrisque pin-
 naculis, marmoreae diuoru statuæ generis colluderi-
 bus ordine impositae: in uestibuli supercilio quatuor
 aenei equi alacri statui prominēt, quod spectaculu
 non parum affert ornamentu opulētissimo alioqui
 templo: plumbeae regulae aede, foru & curia operiunt:
 diui Marci corpus occultiore cōditu est sacratio, ac
 omnino paucis noto: ad aram maximam gemmata tabu-
 la inter publicos spectatur thesauros. Haec ibidem
 semper illi sanctiore asseruantur loco: frequens hic
 clerus cum antistite quae Primicerion uocat. Et hec de
 situ & illustribus locis urbis, nunc pauca in uniuersum
 dicā. Omnium sacraru aediu, quae tota urbe sunt, aut
 quadrato lapide, aut tessellato opere, tabulisque mar-
 moreis substrata sunt pauimenta: omnes circa aram
 maximam, & in uestibus peregrini habet lapidis col-
 umnas, pleræque aureas testudines, circa aras aureae
 tabulae, quas pallas uulgò nominat: plebanicæ aedes
 quae singulae singulis sunt insulis sitae, suu quaelibet
 antistite est sortita, plebanu hunc uocat, famulatum
 habet & cleru, a quo canonico ritu sacra transiguntur,
 eaque ad organoru catum: hoc in Virginijs ipsis,
 hoc in caeteris aedibus sacris collegiū habetibus, ita
 ut sine rubore affirmare possis, hanc unam urbem in to-
 to orbe uerè sacrificulam hodie nominari posse & de-
 bere, atque sacrorum cultu cerimoniaque solenni nulli

earum quae in terris sunt possibenda: tota ad haec
 quacunq; pedibus peragratur lateribus munita, pri-
 uatae aedes domesticum puteos habent, quae quis
 incubant, tipas ad nauale usum, atria, porticus, uesti-
 bula, colonis Dalmatici Histriciae lapidis fulta, sed
 intus haec magis quae foris spectantur: ex eade materia
 coenacula, fenestrae, partesque aedium eminentiores,
 nulla ferè est reces domus, quae non aurata habeat
 cubacula: nec procul aberat, quin iam aedes pro te-
 ctorio essent auru habiturae, nisi luxuria in dies ua-
 lidiu incumbenti, legibus itum esset obuia: idem
 in muliebri cultu splendor, qui & ipse paucis annis
 saepius est coercitus: nulla inualecente luxuria, fuit
 tam mediocri fortunae femina, quae non in auro co-
 spiceretur: nulla quae non aureos torques immensi
 poderis collo induceret, utrunque lege, ut dixi, ademi-
 ptu, quo factu est, ut iam omnis deliciaru impetus
 in gemarum & unionum ostentacione incuberit.
 Quum igitur ornatiores in publicu exeunt, quicquid
 a medio sursum est, gemis & grandioribus splendet
 margaritis: uiroru cultus in urbe ciuiliu, quae foris: a
 pueris, uestibus ad pedes demissis uritur, atque ipsis
 plurimum nigris: uiolaceus color satis frequens, sed
 cocceus adhuc frequentior: aequalis utpote in libera
 ciuitate habitus: permissum cuique, colore, amictu,
 ueste, qua uolet uti: quo fit, ut nullum inter ordines
 primo aspectu appareat discrimen: capillus uulgò
 flauus ac fluidus, ita ut adhuc iuuenes plerique, calui
 fiat, color caducus, statura magis procera quae breuis,
 tacitus incessus ac curiosus, sermo grauis & demis-
 sus: & quae plus gratiae sibi ueridicet, si aliqua sit ex par-
 te adulteratus: patricioru studia, aut in repub. admi-
 nistrada, aut in negociacione sita: philosophia non-
 nulli attingunt, quidam etiam & eloquentiae studia, ac fa-
 cilibus in utroque profectus, quo apparet totius getis in-
 genia, non minus ad liberaliu artiu cultu capessendu,
 quae ad id quod curat, natura comparata: medius ordo
 mercaturae & opificijs uacat, uulgus remigia explet:
 uictus omnibus magis nitidus, quam sumptuosus: parsi-
 monia & lege & natura quae sita, in caeteris moderata.

M. ANTO. SABEL. DE SITV VE-
 netarū urbis, Liber tertius.

 Itus urbis, uia, tepla, arae, riuu, potes, om-
 niaque aedificia publica & priuata, & cum
 his ciuiu cultus & mores, sic habet: nunc
 de suburbanis dicā locis, quae narratio
 eo erit, ut spero, iucundior, quo & magis uaria, mai-
 oreque uetustate referta: caeterum litoris natura, rara a-
 lioqui uisa, ac nefcio an usquam alibi terraru mirabi-
 lius operata, gratia afferet non mediocrem, restduae
 huic instituti operis lucubrationi. Habet, ut breui-
 ter dicā, Veneta litoru ora, quae ab ostio Padis maxi-
 me in Aquilonè uerso inritu sumes, ad Gradatas us-
 que aquas, quae Aquileiae in fluctu preiacent, litore
 plurifariam abrupto, percurrit: marinos fluctus in placi-
 dissimi stagni specie coceptos, qui aestu pelagi in ua-
 da adacti, passimque fluminibus, occurrentes, nouum
 quoddam exhibet naturae certamen: nunc terra sibi ge-
 quid id est, nunc aquis uedicatib. & quod magis ad-
 huc mirari possis: sed & in terram amoenissimam littus
 ppetui certaminis arbiter: quin auctior potius hinc
 pluribus, fluuio ru ostijs maris aestu in stagna transmi-
 tetes, inde admisso procul a se terram distinet, & ipsum
 totu penè cultu, & ut intra se caetera colatur, ab om-
 ni maris iniuria suo obiectu defendit, quo fit ut ali-
 bi uineta, horri, alibi salinae, piscationes, tepla, turres,
 aedificia publica & priuata, effusa toto stagno exi-
 stant. Et quae aquae omnia intra littus obtineant, im-
 perat tamè aquis humanus cultus: sed quatuordecimque
 alternatis naturae id spacium est quod obiectu lito-
 rum diximus his finibus contineri, Longobardicis
 temporibus fuit praefixis Venetis ex regione qua lon-
 ge lateque in terra Italia ad id tempus habuerat, reli-
 quum:

quum: fuerant antiquæ Venetiæ fines, quod in historijs môstrauimus, Abdus, Alpes, Padus, & Adriatici litoris ora Aquileiam usq; sed Barbaricis armis ex omni cõninentis ora Veneti depulsi, ex federe, hos ut dixi, sunt fines sortiti: id tori suburbanæ regionis damus, cuius explicatio, ut magis sit perspicua, eam in X. partes & quasi regiones diuidemus, quas in fronte ipsa fluuio ostia præscribunt, intralitus ad intermos suos in stagna exitus ipsi amnium meatus. Dabit itaque Eridanus fluuio, ut poëta ait, rex, institutæ narrationi exordiu: is Boreali suo ostio, cum Athesi, qui Tridentinis montibus ortus Veronæq; infulus in Adriæ euoluitur, primâ continetur regione. Plinius hunc Padi fluuii carbonarias nominauit fossas, quas hodie fornaces dicunt: suspicari libet, aut antiquâ ostiorum ratione omnino mutaram, aut Pliniû non omnia uidisse: quû non Padi, sed Athesis ostiû recetes accolæ fossiones uocet. extrema regionis ora inculta, utpote ab urbe ad cccc. fermè distans stadia: nec circa litus omnino palustris, sed dâ uirgulta solû fructuq; & arbores ad modû raræ uelut: intra Lauretû, à litore tria milia passuum, Vitalis Phaledri principis opus, ut plures annales habet Adrianorum clade insignit. Adriæ his locis à Venetis ingenti prælio uicti, opes, celebratè omnè in perpetuû amiserunt. Peruia præter oppidû ex Athesi in Padû nauigatio, extremo riuo secus Athesim turris cognomè noua, sed facie peruerusta. Suprà uastæ paludes, & in his antiq; ædis uestigia, quæ diuo Andree fuit olim sacra, nûc profana omnia. Inde ad caput aggeris nihil memoria dignû. fedet locus extrema Athesim ripa, ubi fluuialis agger sumit initiu, ita ut hinc, nò aliunde nomè loco factû suspicari possis. Extrema regionis linea à Pado producta, per paludes à tergo in extremos oppidi fines decurrit, centû quadraginta stadia mari procul relicta: nullibi regio latius patet: nobilior quæ sequitur fossionibus & Brûdulo, quæ Athesim & Bacchilionis scissionses faciunt cõprehensa inculturn: qua fossiones spectat litus eadèq; penè facies, quæ & primæ regionis: nihil ea parte memoria dignû præter Georgij ædem Athesinæ ripæ accubantem, palustriq; uastitate interiecta in eadè ripa Lazari sanum, qua ex Athesi Bebianæ rectis aquis nauigatur, fedet Bebianæ turris fluuio, q postea ad Brundulum emittit contigua: omnia suprà infraq; paludibus modicisq; paluis infesta. hinc nanq; Athesim aquarû impatiens, sese in eas non uno loco exonerat: inde Bacchilionis scissio, quâ audio ab locorum accolis Brentonè uocari, cuncta inundatione complent, locaq; obiter inaccessa faciunt toto hoc palustris fermè tractu, qui longissimè mari recedit: præter Bebianas molas infra Athesinam corruario nem & Brëtonis confluentè sitas, nihil quod opus sit cognoscere, reperio. Circa litus quâ Clodiam spectat, uincta passim & horti terram obtinent. proximum Veneti portû Clodiaco bello Genuésibus interceptis occlusere, his litoribus pertinacissimè illi duorû populorû conatus pluribus hese mensibus, hostibus in apertû abire nolentibus, terram Venetis & mare illis pertinaciter inhibentibus: sed illa in historijs latius. Sequitur regio humano cultu omniû de quibus dicere orsi sumus, memoratissima, Brundulio & Bacchilionis ostio interiecta in hac Clodia sita, quærente me quadoq; à proximis locorum accolis, cõpèrtum me haberet un de Brundulû id ostiû dicere: negabat se habere quid respondere possent: sed quû ex illis cognouissem Brentonè uocari partè illam Bacchilionis, quæ Athesim aquis cõgressa id ostiû faceret, non absurda est uisa coniectatio. Brundulum existimare à recentioribus dictû, quod ueteres Brëtolû dixissent: nomè à Brëtone fluuio, ut manifestè apparet, ductû: sed id nò ita tradimus, ut nò liberâ alijs de ea re cõiecturâ relinquamus. In frõte

A portui obuersa Michaëlis ædes, atq; inibi turris uestigia, quæ Genuésibus bello Venetis tormetis cõculat repete cõcidit, nec sine hostiû clade. Chinarius Tau risinus auctor est Perrû Aurû cû quo Ligusticæ uires circa Clodiâ conciderunt, improuisa huius turris ruina oppressum: nec procul inde introrsum in stagno Blasij sanû: nûc uestigia uix extat. Clodiaco bello Veneti hoc quoq; loco internas Liguri aquas ualio obstruxere, adhibita nauium statione, nullo circa Clodiâ loco magis utriq; est laboratû. Quicquid soli inter mare & paludes à Brûdulo ad oppidû patet, miro hominû studio colitur. Olitorij, horti interiectis uitis, frugiferisq; arboribus, lógè lateq; insula obtinet: uliginosum solû, accolarû ingenio magis quâ locorû natura ferax: foueis aggeribusq; arcent aquarû alluionè: cæterû incredibilis inde uis omniû olerû, omniûq; hortensiu herbarû Venetias cõuehitur, adeo ut in urbererû omnium alio qui ob assidua negocia opulētissima, nulla firuberior annonæ calæ palustris calamo ac cæmētitiæ quædam sparsim omnibus prædijs uisuntur, quæ ibidè operantiû arguit sedulitatè. Clodia undiq; in aquis alluitur: auctores quidâ eâ ab Arestanis & Siciliensibus, qui Hunicis teporibus in stagna ex cõrinitis ora profugerat, conditâ solitari prodidere, quod in historijs apertè diximus: sed ueterû scriptorû pleriq; qui tepora illa pluribus ætatibus præcessere, Fossæ Clodiæ meminert: bifarâ olim culta, & circa litus, quâ parâ nominauere Clodiâ: ea Genuésibus bello intercedit, & hic ubi hodie urbs duorû miliu passû circui tu sedet, incolumis: peruius utriq; usus fuit ponte stadiorum quatuor aquis imposito. cuius uestigia nunc quoq; medijs uisuntur aquis. Tam freques olim utrobique cultus, ut Ierardus Roseus publicus Clodienis scriba, homo spectatè dignus, qui longissimi mos mecû de locorû ratione trahere solebat sermone, in municipalibus monumētis legisse se affirmaret, utraq; Clodia ceteri olim solita hominû omnis promiscuè sexus & ætatis capita quindecim milia, quû hodie v. non amplius censeantur. ambitû illam undiq; canales, nauigabilisq; riuus mediam intersecat: ædes in ea sacræ x. & in his Virginis una, cû antilitè & clero. Extra ad meridiè Francisci sanû post Genuense bellû in stauratû, & Io. Baptistæ alterum stad. quatuor ab urbe: circa portû, qui a uera parte est, quæ Bacchilio amnis facit, turris aquis incubas, eam Lupæ ab initio nominatâ certè costat: sed causam non reperio, multis uelut canalibus, & quasi occultioribus semitis circûiecta oppido nauiganè stagna, & in his salinè interiecta: nec procul his memorabilis fossa illa, quâ paucissimis horis Frânciscus Carrarius irrequieto opere, ut Clodiæ laborantibus subueniret, Ligustico bello effudit: stagna supra hæc loca late discurrunt creberrimis uallis (sic enim spatia quædam arundineo uallo septa Veneti uocant) ad piscationes quæstra: medio fermè tractu turris Nasariola à proximis Nasarioli aquis scinditur, ut dixi, circa conchas Bacchilio, qui supra Vicentiâ ad geminas uillas ort; perq; Patauini agrû lapsus, paludibus immergitur: inde post scissionem altera ex parte in Athesim. Miror Plinium ex Patauinis agris tantû fluere dixisse. Ea pars quæ dextera Athesim uersus abiit, supra eam turrim iterû scinditur in partes duas, quarû hanc Nasariolû uocat, illâ Brentonem: his planè locis recentioris Venetiæ fines maxime acclinat, adeo, ut nusquâ ferè suburbana regio minus pateat. Panditur quarta regio à Bacchilionis ostio ad Medoaci portû: omnia intra litus aquæ sibi uendicat, nec præter uetustæ ædis ruinas, quæ scopulo Bacchilionis alueo propinquo circa portus uisuntur (Diuo Marco sacrâ fuisse memorat) & salinarum turrim: quod unû Clodiaco bello præsidiu totis stagnis Veneto est retentû, nihil relatu dignû occurrit: est turris ipsa non multû infra Bacchilionis inflexum,

inflexû, qua regionis fines præcipue cõtrahi docuimus. Litus ipsum in stagna obuertur, facies dico interior, passim humano splendescit cultu, cuius quæ ratio Clodiaco perq; similis: uici plures ordine, olim oppida Philistina, nûc corrupto nomine Palestinâ uocat: duæ adhuc sacræ ædes, & cû his paucissima ædificia: ipsa Genuésibus bello intercedit, olim frequenter habitata, & quò Veneti annuû mittere magistratû solebat: Corregium, Pastina, Albiola, quæ & ipsa Ligusticis teporibus coli desijt: hæc loca præci Veneti è continentis ora deieci, ab initio tenuere: ubi Albiola fuit, sola nûc ædes uisitur, atq; ea præcipi apostolorû sacra, Medoaci, seu ut alij scribunt, Methoaci portus, à nostris Mathemauci dicitur: huc licet Medoacus fluat, adiuuat tamen aquarû uim nò mediocriter Siochus, ex Patauino & ipse agro stagnis infusus: sed Medoaco cõgressus ad litus nomè non perfert: ex eo æstimare quum est, factum esse in Patauinis finibus non ignobili oppido nomen, quod indotû uulgus Sacci plebè nominat, quû Siochi potius sit dicendû. Hic est portus ille, què uictor Ligur post Clodiæ expugnatione ualida classe infedit: què nò multo post metu, ne à tergo circûueniretur, trepidè reliquit: hoc quoq; litus illud, unde aliquot antè ætatibus soluerat moles illa uerius q; raris Gallicis armis instructa, qua soluta rã insignis est ab hoste clades accepta, ut proximis aquis, quæ ad modû suo dices loco, nomè dederit, oris Medoacus ipse in Alpib. ad decimû fermè lapidè à Tridento ignobili lacu. Plinius duos Medoacos celebrat, quorum hic Edronè, cuius proximè memini, faciat: ille circa Fossam Clodiâ celebri portu Adriæ in fundat. Hinc putò esse, quod duplicè etiam Brëthâ recetiores fecere: nouâ quidem unâ, ueterè alterâ, & ab urbe magis Aurâ sequitur, quæ uerissimè omnium, quas diximus, suburbana appellari potest, quippe quæ ut bem ipsam aliqua ex parte contingat: duo ea in ora portus perscribunt, Medoaci proximè regionis cõfiniû, & qui Venetus dicitur, uetustissimus Medoaci alueus is uidetur mihi esse, què hodie Brëthâ uocat. Strabo auctor grauisissimus, à mari, inquit (quò de Patauio interim loqueretur) sursum habet nauigationè fluuii p paludes C. C. & L. à magno portu stadis: portus ipse eodè quo fluuius nomine Medoacus uocatur, quib. uerbis nemo nò apertè intelligit Medoaci eû esse, què hodie Brëthâ uocat: quo magis miror ausos esse ex recetiorib. quosdâ, fluuiû ipsum Timau appellare. Virgiliano credo carmine adducti, quo Timaus Patauio proximus uidetur significari: sed quem admodû in libris de Aquileiæ uetustate docuimus, in Carnorû ora ultra Aquileiâ scater Timauus (sic enim proximi accolæ eius fontes appellat) sic ædes sacra fontibus propinqua, à Timauo cognominata est. Plinius, & in Atinate, inquit, campo fluuius merfus, post xx. milia passuum exit: & in Aquileiâ Timauus, nec debet quæpiâ Martialis carmè diuersum trahere, qui Euganeû uocat Timauû, quado idè alibi eû Aquileiæ fecerit accolâ. Et tu Ledæo, inquit, felix Aquileia Timauo. hoc credo fuit, quod quâ duplicè Timauû celebrare sunt ausi: sed de Patauino graue nullum habent autorem, præter Martiale & Lucanû, quorû uterq; ad Virgilianû carmen allusit: id si quis altius rimetur, aliud quidè diuersum à Timauo demõstrari intelliget. sed de Medoaco hætenus, qui proximo etiâ oppido nomen dedit, præci Veneti id cõdidere, ac rã frequenter olim cultû, ut Ducaria illic sedes quadoq; fuerit, anno inde ab urbe cõdita circiter septingentesimo, in cædio prius, inde maris alluione intercedit: est nûc reces aliud, nec multû loco distans, undiq; aquis & opere munitû, cû annuo magistratu, & itrorum cõtra litus. Popilia ab his qui post Tradonici principis cædè Ducariû occuparunt, nò quia ipsi parricidij auctores essent, sed quum ultores potius uideri uoluissent: hi priusquâ in æquû descenderet, pacti dicuntur,

A ut eâ insulâ acciperet incolendâ. Quidâ annales habent relegatione eâ fuisse, nò pactione: desijt & ipsa Genuésibus bello habitari, nûc præter eadè unâ sacrâ & mercenariû tuguriû, omni alio qui cultu deserta est: hæc cõtra Medoaci, à tergo autè Leonardi sanum portui propinquû, respiciunt: canalè orphanum, sic à memorabili Gallorû cæde, ut credere par est, nominatû, mediq; amplectuntur: mox eodè quo Medoaci litore almi Spiritus ædes, cõuentus freques, perspicuus, & penè reces apparatus, religio inges, sed quâ initiatorû uita, q pia hospitalitas etiân maiorè faciat: pari penè spacio Clemens, Petri Gatilosi opus, & ara, & piû hospitii arq; cõtiguû: à tergo in ora Lazaretû uetus, in specie parui oppidi cõmunitû. Huc ab initio qui pestilentia in urbe lagueare occiperent, ad cõtagia rollèda deserti cõsueuere: nûc altero ad hunc usum publicè quæsto, nò nisi morbo defuncti eo deferuntur, quos utiq; placuit nò prius urbem ingredi, q nò morbi tantû, sed cæli quoq; grauioris omnè excullam arbitrarètur offensam: multa in orbè utrobq; cubicula, supellex, & quæ in tali discrimine desiderari possunt, publicè parata: quo præsidio ciuitas pestilentib. annis supra q dici possit, leuatur contagione: inibi Lazari sanû, discretoq; cõnobio elephaticorû cõetus: suburbanus portus regionis cõfiniû: & in Oscio geminæ turres utriq; aquis incubatæ, rã hæc, q illa præsidio tenent: lumina inde noctu nauarû cursum ex alto dirigit: in trosforum citeriore ripa Nicolai cognomèto Litorei ædes, eâ Dominicus Cõtaren? princeps statuisse dicitur: cõuentus multa religione, uisuntur adhuc his locis uestigia muri Clodienis bello ad subitos hostiû incurfus arcendos, mira, ut in historijs tradidimus, celeritate cõfecti: inde ad Georgij arâ, quæ cõtra comitij sita est: nihil circa aluè relatu dignû, eius loci in urbanarû rerû relatione meminimus: à Georgio ad Gratiarû arâ retrò aquæ ad duo stadia nauigatur: ara Virginis sacra est, cõuentus & religio multa, ædificiorû apparatus inges, hortiq; amensissimi circûiecti: hinc præter Iudaicâ nauigarib. Angeli sese offert Virginiû, & ipsum Cõtarenî iâ dicti opus: pari inde intercapedine, Georgij cognomèto Alganî solenis cõuetus: autor loci & religionis Petrus Iustinianus, post Alganû, officina leuca, qua graui machina cymbæ ex stagno in Medoaci seu Brëthâ transfuehuntur: ad læuâ supra amnis deflexû, locis min? stagno obnoxij Hilarij turris, nec pcul inde Curanella, & in finib. supra ignobile cõfluentè, quæ Curania dicitur, ubi cû Patauinis ob finiu ambiguitatè est quadoq; armis disceptatû. & hæc de quinta regione: sextâ quæ urbi aduersâ parte cõtigua est, suburbanus portus, què uet? Medoaci fluuius effecit, & Silis ostia cõtinet: ostia ipsa trinos port? uulgo nominat: nulla regio incolatu frequentior, & ut ab litore (quò in cæteris referedis adhuc fecimus) sumat exordiu: Geminarû turri altera penè in frõte tollit, de eius usu in pxima regione. tota collit, medioq; ferè tractu Erasmi portus ignobilis, ac citra ultraq; raræ pdijs ipsi casæ interiectæ: intra à litore Lazaretû nouum usus tristis, sed frõs loci lætissima: omnia hic maiore sumptu q in ueteri illo cõparata, interior, & magis alueo propinqua Andree sanû: Certosinus cõuetus nescias maior ne sit loci religio, an amœnitas: uisitur hic Vtari Iustinianî ex Pario marmore sepulchrû, affabrè cælatû replû, ab imo hodie in stauratû, nobiliorû lapidû apparatus penè incredibili: subiecta est oculû, ut Ducaria illic sedes quadoq; fuerit, tãta inibi eiusmodi lapidû copia in præsentè usum quæsitâ, ut uix dimidiû Italiae rãtun de habere crederet: & quod magis omnino miret aliquis, uariis in illis & numerosis color: Laconici hic lapidis æmulus, ille Sina dicit, aut Thasij: alij Numidicum, alij Augusteum imitat: nònulli etiâ Ophitè & alia pleraq; genera à ueterib. lógè celebrata: & ne exotica mare nã arbitret quisq; indigenas lapides eos esse cõstitit.

air: circaq; Alpes quaillæ in Italiã respunatur, temere à locorū incolis recētissimè reptos: quo subijt anmū portuissè Ro. ueteres ex pximo sibi querere, si omnia uidissent: q̄ laboriose alio qui, quia pcul Italia ab ijs in ornāda urbe fuerunt accersita: sed sunt illi fortasse molē, & in peregrino lapide secuti, q̄ Alpes ex eis que uidimus cōiectare potui, prestare nequiverūt. Vicinior aliq̄uāto urbi Helena, & ipsa suo cōuētū celebris. Christophori fanū urbi uicinissimū: quippe quod ad D. nec amplius passus ab urbe distet, tantū dē ad Michaēlem Murianū: is festa fronte præteruictos excipit, utrobiq; frequēs cōuētus: Murianū inde uicis, sed qui ædificiorū magnificētia & amplitudine, urbs pcul spectatib. appeat, lōgitudine ad mille passus patet, uirarijs officinis præcipue illustratur: præclarū inuentū, primò ostēdit uirum posse crystalli cādorē mētiri: mox ut p̄cia sunt hominū ingenia, & ad aliquid inuētis addēdū nō inertia, in mille uarios colores, innumerasq; formas cœperūt materiã in flectere: hinc calices, phialę, cāthartia, lebetes, cadi, cādēlabra, omnis generis abimalia, cornua, segmēta, monilia: hinc oēs humanæ delicię, hinc quicquid potest mortaliū oculos oblectare, & quod uix uita ausa esset sperare: nullū est preciosū lapidis genus, quod nō sit uiraria industria imitata: suaue hominis & naturæ certamē. Quid qđ & murina hinc tibi uasa sunt? nisi p̄ sensu sit precium: age uerò qui primo uenit in mētem breui pila includere omnia florū genera, quib. uernātia uestiuntur prata: at qui omnū gētū hęc oculis maritima subiecere negotia: ut q̄ nemo alioqui credibilis tracta putasset, iā nio usu uilescere ceperunt, nec in una domo aut familia nouitū hæsit inuētū, magna ex parte uicis huiusmodi feruet officinis. Ædes in eo sacræ duodecim, & in his plebanicę duę, duo Virginea, cōuētusq; unus: Alimo profugi locū cōdidere, p̄uasum/que uulgò est, quod quidã etiã annales habēt, à portarū nomib. q̄ Altini fuisent Murianū, & alia illi circūiecta loca mox ordine referēda nomē accepisse. Hinc soluetibus, intra mille passus Iacobi fanum cognomēto palustris, celebri cōuentu occurrit, atq; deinde medio stagno alterū cariōsa facie olim Nicolao sacrū, profanū hodie, omniq; cultu desertū: Maiorbiū iij, & xxx. à Muriano stadia, & ut paribus aufoicijis cōditū, ita lōgitudine & forma penē pari: ædes in eo sacræ septē: Buranū ad D. passus dextrum se offert in Carnorū orā nauigatibus: quatuor hic tēpla, & ex his plebanicū unū, celebri conuētū alterū: sed Torcellū quod mediū ab his q̄ in Carnos tēdūt, cursum eremigat lōgē omnū celeberrimū: etenim præter q̄ quod magnitudine sua nulli est eorū quæ diximus posthabēdū, pōtifficiã etiã nūc habet sedē, p̄ Paulū Altinatē pōtifficē eō trāslatā: quo fermē tēpore cū omni sacrorū cerimonia, Medoacū Patavinus migravit antistes: sedis utrobiq; figēdæ Seuerinus Ro. pōt. factus est autor: cōstat primariū Torcellū uicū à Cōstantino Heraclij imperatoris filio, q̄ ubi locus frequētius inhabitari cepisset, eō fortē appulisset, Cōstatiacū appellatū post pōtifficiã ædē: quinque aliæ ibi sacræ, & his cū uirginio una: supra hæc loca ad cōtinētis orā latē sunt ditur stagnū: suntq; circa flumina & riuorū ora in stagnū rūpentia loca insignia, cōuerso ordine dicēda: Ciconia, Teflata, Seuerin fanū, Martini fanū cognomēto Strarētis, Margaria uicis, Iuliani fanū, & in stagno Secūdi fanū cum Virgino urbi ad octo stadia pximū, regioq; omnū suburbanaū nobilissimā, sic habet. Septimā præscribit trini portus, & Plauis fluminis ostiū: miror tam celebris hodie fluminis nomē apud ueteres autores nusquā, quod scīã, celebrari, nisi hūc suspicari liceat eū esse quē Plinius Anaxiū in Venetis appellat: quāquā idē autor eū circa Aquileiã statuit, quod præsentī opiniononi repugnat: sed quocunq; est nomine uocādus, in Alpib. oritur, mediūq; inter Feltrū, Bellunūq; lapsus, uorticoso gurgite p̄ confragosā ual-

les agit, nec prius mitescit, q̄ in apertos euasit cāpos: quāquam sic quoq; citatiore cursu inter trinos portus & Liquentiã, ad mare defertur: in ora regionis, accolarū domicilia per q̄ pauca, atq; idē ferē cul tus qui & aliarū, sed ea potissimū parte qua trinos portus spectat: intra uerò circa Silis aluē Adriani uirginū, cōtra Torcellū sitū, mox circa riuū quē maiorē accolæ appellāt, uetusta turris cū tēplo magna ex parte diruto, omnia circūiecta loca situ & domorum ruinis squalēt, manifesto argumēto frequētissimū olim cultus: sed Gallicis Pānonicisq; tēporibus, prisca Venetis inde bellorum iniuria depulsis, loca incolis desijisse. Hac quoq; parte stagna latē regionē obtinent, pascuis aliqua ex parte interiectis à turri, cuius pximē meminimus, fossa stadiorū xl. humano opere ad Plauē usq; citrò ultròq; frequēs nauigatur, & in fluminis ripa turris, que caliginis nūcupatur, & pauca circa illā ædificia: hinc secūdo aluē in octauā trajicit regionē. Eā duo grādia flumina Plauis & Liquentia amplectuntur: oritur Liquentia in Carnorū finibus, haud lōgē à Pulcinico trib. uberrimis fontibus, qui, ut in Carnorū chorographia scripsim⁹, ex Bellunēsī agro subterraneo meatu fluere creduntur: sed locorū accolæ quib. id p̄uasum est, argumēto nullo euidētiori id probāt. Hęc regio ut minus aquis infesta, eo humano cultui habilior: sed sic quoq; parū læta occurrit frōte, præter rara in litore domicilia, cætera solitudinis plena, prata paludesq; uastæ obiacēt litori: nec solū ipsum ullis uestitur arboribus, quod ipsum adhuc magis insigne facit desilissimū nem⁹ mari medio regionis tractu accubās: uel ex alto Hadriã nauigatibus cōspiciū Galeolā à triremis forma uocāt: interius aq̄e à flumine ad flumē nauigatur: canalis duorū sibi occurrentiū leborū capax: in frōte circa flumen meritorū hospitū, in cuius cōspectu ruinae ingētes & grādia ædificiorum uestigia, quæ à uepniū & hederarū cōplexu, per sese magis suā magnitudine, q̄ humano auxilio adhuc indicāt: lesulū nūc uocāt, sed Aquiliū olim circa illa loca fuit, ab his q̄ Lōgobardicis tēporib. in Heraclea ob nimia frequētia recipi nequiverūt, cōditū, & ipsum prisca Venetorū opus: Opitergio à Rothari Lōgobardorum rege euerſo, populariter inde cū magno antistite in stagna est cōcessum: ibi que in Heraclij imperatoris gratiã, urbem quā cōdiderāt, Heraclea nominarūt: unde p̄fuga multitudo eodē tēpore exclusa, Aquiliū ædificare coacta est: utriq; Gallico tumultu quū ea quoq; parte Venetæ opes ab hoste premerent in Riuū altū & Medoacū est mi gratū: sic utraq; ciuitas desolata. Scio ego Heracleã quādoq; instaurari cōtigisse, ac mutato nomine, No uā ciuitatē nuncupatā, sed hodie ne uestigia quidē ulla, præterq; sacræ unius ædis extāt: cætera nauigatio oblōga fossa pri⁹ humano opere facta: mox spaciōso aluēo Largonē à rei argumēto uocāt: habet nauigatio stadia supra cxi. in tanta locorum uastitate Culicina turris Largopi incubat, & in Liquentię ripa meritorū hospitū, & uix parua eides Margaritę sacra. Nonā regionē Liquentiæ & Limenis ostia cōstituit: orit̄ quādo de Liquentia abūdē diximus, & ipse Limen in Carnorū ora, mox mediū portū Gruariū interfecās, cui loco nomē etiã dedisse uideri potest, Cōcordiamq; præstringēs, circa Crapulas mari infunditur præter piscatorias casās secus mare, nihil memoria dignū: & in Liquentiæ flexu Abrianū hospitū: mox stagna paludib. interiecta Crapulas usq; eā urbē Cōcordia p̄fugi cōdidere, sub id tēpus quo Attyla Hunnorū rex, Aquileiã euerſit, pcedēte deinde tēpore subita Barbarorū manus ex Illyrio p̄fecta sedē populata est Tradonici principatu, hodie in frequētissimē colitur: restat tamē pontifficiã ædē ac cū clero: uisuntur passim circūiectis stagnis ueterū ædificiorū uestigia, perspicuū ueteris fortunę argumētū, & ad Limenis in stagna exitū meritorū hospitū: sed id ad decimā regionē attinet, quæ recentioris

rioris Venetiæ nouissimā fuit: eā Limē iã dīctus, & Grad⁹ insula (alij Gradatas uocāt) aquas cōstituit: sed i hac referēda nō portuū, nō fluuioū, q̄ utiq; nō pauci sunt numero, sed dicēdarū rerū ratio habēda: quū nudū litus nil habeat præter rara piscatorū domicilia, intraq; paludes, aut pascua modicis interiecta canalibus, quib. internæ frequētatur aquæ: portus igitur & ostia in hūc modū habēt. Post Limenis ostiū, Ligonanæ portus siue Basiliq; Tiliauenti ostiū. Plinius duplex Tiliauentū nominat: sed unū agnoscat q̄ in Alpib. oritur: ut in Carnorū Chorographia scripsimus, Maurū mōtē uocāt, in quo fontē habet: post Tiliauentū ostiū Lignani portus nobilissimus, quē Stela fluminis efficit: oritur in Carnorum cāpis, magna q; ex parte palustris aquarū corruatio/nib. cōstat: Alis fluminis ostiū, Amphoræ ostiū, Natiſsæ ostiū, qui Aquileiã interfecat, Plinius Natiſonē uocat, sed Natiſon in eodē terræ tractu, ut in uetustatē Aquileiæ ostēdimus, diuersus agnoscat: Gradus regionis cōfiniū: eā Aquileiã Hūnicis armis eieēt, tenuere, quod omnis sacrorū pōpa cū patriarchica migravit sede. ea res grauiū discordiarū materia inter utriusq; ecclesię antistites extitit: sed Gradēsis illa procedēte tēpore Venetias est trāslata, fortuna loci uarijs casib. cōcussa: utpote Aquileiēsi ecclesiæ unde fluxerat inuisa, & ob uicinitatē magis iniuriæ obnoxia, nec uicina inde arma tātū, sed & Barbara sæpius Veneti arcuerunt: uerū nos nō adhuc scribēda uenimus. Colitur hodie, p̄ ueteri fortuna, omnino infrequētē: superest religio adhuc aliqua, ob q̄ dem in ea uirgini sacrā: his olim finib. se tenuit Venetorū fortuna Hunnicis, Lōgobardicisq; armis ex ea terrā quā bellica uirtute prisca Veneti suā multis antē ætatib. fecerāt, depulsa: cuius oræ ut magis perspicue pateat mēsurā, operæ precii est cognoscere, quantū inter se distēt ipsa fluuioū ostia, atq; retrò litore remēso à Gradatis aquis ad Natiſsæ ostiū, stadia xl. ad Lignani portū, cxi. ad Tiliauenti ostiū, xl. ad Basiliquas plus duplo: ad Limenis ostiū xl. ad Liquentię ostiū tātū dē: ad Plauim iij, & xl. supra c. ad trinos portus ciiij. inde ad Venetum portū xl. ad Medoaci portū vj, & xc. ad Clodiã portū, cxx. inde Brū dulū duo & xxx. ad fossiones vj, & l. hinc ad primū Padi ostiū, alterū oræ cōfiniū, tātū dē: quæ ratio colligit ad mille & lviij. stadia: quæ si quis ad passuū numerum redigar, cxxx. milia passuū & amplius aliquid, omnem luburbanā orā patere cōstabit, quo magis miror Blondum Forliuēsem in sua Italia à Laureto gradū, lxxx. nec amplius milia passuū collegisse: sed nos hæc ab ijs, qui quotidie citrò ultròq; orā ipsam nauigāt, diligētē explorata tradimus. Amplitudo uaria in frōte circa Padū & caput aggeris, qua lōgil simē à mari fines recedunt, ad cxi. patet stadia: inde paulatim se coarctās ad Cōclias & Bacchilionis inflexum, linea acclinat: scādūt inde rursus pari penē fastigio supra Curaniam turrim: sic toto tractu gaudent amplitudinem uariare, hæc felix illa ora, in qua Ro. inclināt imperio suū ultro fortuna cōdidit caput, que hodie terra mariq; omnib. gentib. frequētū cultū celebratur: cuius imperium modicis, ut cetera, principijs ortū, ab Abdua in Pāphiliū & Syriū usq; mare est hodie propagatū: eorūq; meliorib. ufa fatis, quod libertas in qua urbs nata est, semper genti incolumis māsit, perpetuoq; duratura, si res humanæ hæ essent, quæ hominum consilijis perpetuò stare possent: si qui dem nullus unquam populus, quod bona aliorum uenia sit dīctum, sanctioribus uixit institutis, nulli gentium sic iura æquata. Accedit ad hæc regionis situs, qui est, ut neque maris sit fluctibus obnoxius, unde maior aliquis timeri possit incursus, neque ullis terrarū conatibus: sed incerta locorū natura, & quasi diuina prouidētia, inter duo elementa suspensa, quorū neutri fas sit eam sibi ex toto uendicare, quæ alternantis naturæ ratio & cœ

lum ipsum salubris efficit, & accolarū ocia ab omni humana tuetur iniuria.

DE SITV VENETÆ VRBIS, FINIS.
M. ANTO. COC. SABEL.
 DE MAGISTRATIBVS LIBER UNICUS.

M. ANTO. SABEL. AVGVSTINO
 Barbadico inclyto Venetiarum
 Principi, Salutem.

Bene ac feliciter tuę urbi euenit, iucūdiſſime Princeps, q̄ his paucis annis i te & fratre tuo uiro omnū qui unq̄ fuerunt, prudētia & pietate summo, sit illa penē idem experta quod de Castore & Polluce uetus est Gręcia fabulata, fuisse deorū munere inter sydera relatos, atq; alterno ortu omnib. esse gentib. q̄ saluberrimos: tam me hercule salutaris, nec minus tuus tuiq; fratris principatus, Veneto nomini cōtigit. Iā enim ille cōtinuū, ubi ex adepta dignitate rēp. adijt, quasi nouū aliquod sydus publicæ fortunę affulsisset, incredibile secū rerū omnū ueritatē & lēctiam traxit. Pax uerò & ocia quæ per manus acceperat, ut sanctius certiusq; manerēt, incredibili moderatione effecit. Veteris pestiferi uestigia adhuc ciuib. residua, difficile dīctū est maiorēne prouidētia sustulerit, an religione, ita ut uerissimē dici possit: nulli unquā principū, qui à prima origine urbis ad id tēpus fuere, felicius q̄ illi rēmp. administrare cōtingit se. Sed quo omnib. optatior fuit illa regiminis forma, eo certē breuior: quippe quæ ne annū quidem implere potuisset. Sed quo minus defuncti desiderium sequeretur, tuus felicissimus principatus, qui illum cōtinuū exceperat, proculdubio effecit. Tentauit tamen inuida fortuna florētissimum ciuitatis statū subito bellorū motu labefactare: sed quæ temerē res aliū de mora est, tā profectō celeriter & maiestate publica incolumi & imperio aucto, ea es sollicitudine liberatus. Cetera cum amplissimis animi uirtutibus, tū felicitate tua tam prosperē fluxere, ut nemo sit qui nō rēmp. ipsam, teq; beatissimū putet, cui præterq̄ quod ex successu illo fratrem ad ministracionis nihil mutātū uides, pleraq; etiã in melius aucta, lōgior tibi uita quā illi cōtigerit: quo factum sit, ut & plurib. p̄desse possis, & urbē ipsam operū magnificētia, omniq; rerū apparatu indies ornatiore inspicias, lōgēq; opulentiore. Sed quū multa & magna cōmoda, ex sapientissima administratione tua, sint ad hūc diē in publicū p̄fecta, haud quāq; minorā illis in futurū expectātur: & in his ducarię bibliothecæ publicatio nobis toties p̄missa, opus omnū que te principē aut inchoari aliquādo, aut cōfici potuerint, maximē inclytū, & unde spes certissima sit tibi immortalitatis expectāda. Sed tātū sper dū te ad id opus accinxeris, perlege, Princeps iucūdisime, libellū hūc quē de Venetis magistratib. tibi inscripsimus: ex eoq; & uetustatē illorū, & originē recognosce, & cū his originū causas. Erit lectio ipsa, ut spero, tibi nō iniucūda: quū p̄pter alia multa, tū quia ex ea perspicuē intelliges in quā moderata, recteq; instituta ciuitate, eminentissimi ordinis cōsensu, summā sis dignitatē adept⁹, gaudebisq; nō aliter recū, q̄ prægradis alicuius nauis rector, q̄ est medio pelago oīa ad opportunos casus uidet rēp̄titiuē disposita, plus tamē fiducia ex ipso trahit nauatarū ministerio, quū singulos in officio esse intelligit. Verū quocunq; nostra hæc lucubrationē animo accipies, ego quasi operæ precii fuerit id facere, rēq; Serenitati tuę nō ingratā exhibuerim, pergā iā hinc aliud maiorū uigiliarū opus cudere, cui si quādoq; extremam manum impoſuero, tuo, inclyte Princeps, unde ritē sumptis exordij, nō alterius nomine, in apertū referā. Vale.

MARCI ANTONII
COCCII SABELLICI
de Venetis magistratibus.



CCERSEBAR ego sæpissimè, quum Veronæ essem ad magistratum præsentiam. Erat tum ibi Sebastianus Bodouarius, & Benedictus Triuisianus, hic urbis præfectus, ille prætor. Administrabantque hi ambo tanto animorū contentu rempublicam in ea urbe, ut cum duo essent, diuersaq; & re & nomine obiret munera, magistratus tamè unus, unumq; munus geri uideretur. Cum ijs igitur longum sæpe antiquarum rerum sermonem & in primis earum gētium, quæ imperio quandoque potiræ essent, non inuitus trahebam. Sed quum res Romanas illis præter modū extollere uideremur, haud ultra id Badouarius passus, amicè quidè nos, ut semper aliàs, intuitus: Ecquid est hoc, inquit Sabellece? Admiraris ne tu ita eā rem, quam Romani tui olim habuere, ut in alijs quæ antea fuerūt, quæque hodie sunt, nihil uera laude dignū reperias? Ego ut Atheniensium rempub. omittā, quam idcirco præclare institutā fuisse arbitror, quia primariū quoddam sapientiæ domicilium ea urbs diuirsimè habita est: ut itè Thebanos & Lacedæmonios, qui ut armorum gloria sunt à Romanis uicti, ita ciuilibus fortasse institutis lōge præcellere. De nobis loquat: Audésne tu, uir amicissimè, affirmare, maiores nostros, qui hanc rempub. tam accuratè fundatam nobis reliquerunt, minus cordis, quàm ueteres illos tuos Quirites habuisse? cognosce quæso prius, quæ sit nostræ ciuitatis forma, quæ regiminis ratio: ac tū si uidebitur uetera illa, & in primis quæ Romanorum fuisse, quod spontè facis, non solum suspicito, sed ut illi Tarpeium Iouem, uenerare. Ad ea uehementer ego cupere me dixi ex ipso, aut alio cognoscere, & quæ ea esset Venetæ ciuitatis institutio, quæ adhuc utpote peregrinus homo, nō satis perspicuè renerem, ac si per oclum liceret, ut pergeret rem breuiter narrare, rogare cecepi: quādo quidem nō mihi solum, sed ut pro eis quoque qui aderant, desponderem, id futurum omnibus esset gratissimū. Tum ille: Ego, quia uacat, inquit, & uos, ut dicis, cognoscere id cupitis, istuc tibi & alijs libes, Sabellece, præstabo. Sed quia non omnes, ut sapiēs poëta inquit, omnia possumus, Triuisiani nostri ad id operam requiro, qui si mihi in tanta rerū serie exciderint, ut est urbanarum rerum non ignarus, breui admonitione non patiar me aliquid silentio præterire. Quod quum ille, ut uerecundo erat ingenio, remissione pollicitus esset assensu, tum indicto omnibus silentio, in hunc modum est Badouarius exorsus.

De ciuitatis ordinibus.

Duo, quemadmodum uos planè scire arbitror, sunt hodie nostræ ciuitatis ordines, Patricius, & quem honestiore appellatione popularem dici placuit. Suffragia totiusque rei summa penes eum hodie sunt, qui fortuna, consilio & dignitate semper præstitit. Quod ipsum, non quæ ratione contigerit, sed quàm feliciter sit comparatum, quærendū puto. Hęc est Aristocrata illa, quam diuinus Plato nunquam satis laudatam credidit, qua liberæ ciuitates, amplissimi populi semper floruerunt, ut hodie hic noster: his nāque auspicijs Venetum imperium, quod latè hodie terra mariq; patet, non solum est actum, sed perpetua etiā ordinum concordia, nullos lætuentis fortunæ reformidat impetus. Nulla in muticis harmonia tam sibi ex omni parte responder,

quàm nostræ ciuitatis diligens administratio, quæ cuiusmodi sit, iam hinc, si uacat, cognoscite.

De comitijs siue supræmo concilio.

Comitia quibus omnes urbis magistratus creantur, patricij omnino sunt ordinis: sed ut patricij solum gentis, non ita tamen omnis ætatis: quippe quum ante legitimos annos, nulli permittum sit suffragij causa comitium intrare, forte aut prærogatiua, aut quod omnium supremum est, ætate ad eam dignitatem patet accessus.

De prima eorum qui suffragia ineunt, electione.

Pridie nonas Decembris patricij sanguinis adolescentes, qui octauum supra decimum attigere annum, ad populi aduocatores adducti, ætateque sub graui testimonio confessa (per parentes ipsos, aut propinquorum aliquem id fiat necesse est) quodque ingenuè sit procreatus constare oportet: singuli dare iubentur nomina, quæ mox in urbe coniecta, forte educuntur, ac quo quisque loco primus secundusue exierit, ad alteram accessurū uiam: in ea tot aureæ pilæ conditæ sunt, ut quintum productorum expleant numerum (tot concilio solent quotannis ascribi) reliquæ omnes argentæ: tum uerò qui ex eo numero auream eduxerit, comitijs adijciuntur, ac biennio post, quum ad uicesimum uitæ annum uentum fuerit, liberè suffragari incipiunt, prius uerò lege prohibentur.

De altera suffragantium electione.

Verum ne non semper uirtuti locus ad dignitatem relinqueretur, alia certè uia relicta est ijs, qui forte excluduntur, qua ingressi, eò multo præmatura grauitate redeunt, unde forte fuerant deiecti. Si qui autem inter æquales, ingenio & probitate præstare creduntur, suffragio lecti circa iudicum tribunalia esse iubentur, partimque interim aduocati nuncupantur: atque ita anno circumactō (quo temporis spacio aliquid certè inter assiduas causarum actiones profecisse creduntur) ad suffragia (constet modò ætas) admittuntur. Eorum extrema conditio, qui neque forte, neque prærogatiua ulla adiuti, quinto & uicesimo ætatis anno quasi matura iam ætate comitijs intereunt. Patet & peregrinis hominibus nonnumquam ad hanc dignitatem accessus, si ob recens aliquod suū, aut maiorum in rempub. meritum sint nō ciuitate solum, sed patricia etiā dignitate donati.

De comitorum moderatione.

His rationibus supremum nostræ urbis conflatur concilium, cuius cogendi, principij & primoribus patrum, qui in maximis rebus consultandis illi assident, ius est: octauo quoque die, atque interdum sæpius, ad campani æris signum, in amplissimum cōclauis omnis patricius ordo suffragaturus intiat: locū ipsum, quia omnis eò coëat nobilitas, à re ipsa à re & alijs quibusdam, Sabellece, comitium appellari audio: hic leges sanciantur, urbani peregriniquæ magistratus creantur: hinc imperia, hinc præturæ, hinc denique amplissimum quodque reipublicæ, uelut ex primario quodam fonte, manare solet beneficium. Sed quo maiora ibi negocia tractantur, eo attentius ex ueteri instituto cauetur ne quis in ferendis suffragijs adsit dolus. Mox ubi pullari desijt, quibus non licet illic esse per uiatores exclusis, comitij ostia clauduntur.

De creatorum magistratum ratione.

Hic principe ingentiq; magistratum corona præfidente, scribarum maximus editiore loco pronunciat, qui eo die magistratus sint creati: tū uerò prius quæ inuentur suffragia, ex populi aduocatoribus unus, ac decem uiris qui tū sit collegij caput, in principis uerba iurati, p̄ amplitudine magistratus & potestate

state quam gerunt, nihil cōtra leges patrumq; morè præsentibus comitijs fieri palluros, duos comitij angulos à principis tribunali maximè auersos occupant, quibus omnia tacitis oculis lustrantibus: non minor reuerentia, qui extrema tenent subsellia, incessit, quā eos qui propinquiore loco Duci & magistratibus confederunt.

De prima in comitijs sortitione.

Habet comitium, uelut olim augurale templum à regionibus mundi insignibus locis, quæque uersum ob signata latera, ut quota hæc uel illa sorte ducta sint, inde primū patricij ad urnas uocent: hi quia bini ad suffragia mittuntur, ex geminis urnis argentæ educunt pilas, & cum his aureas, eo uidelicet caractere notatas, quo præsentis die principi, & his qui comitijs præfident, ne qua fraus fieret, inscribi placuit. Tum si quis auream eduxerit, is primo domesticos & agnatos omnes sua sorte præsentis illius diei suffragio priuat: in de iustus ex tertia quadā urna, quæ media inter utraq; est, sortiri: si argenteam eduxerit, in ordinem redactus se tacitum ad subsellia recipit: si forte auream, tū eminentiore loco antè ducarium tribunal locatur: atque ita fit, donec lectorum sit numerus expletus, tum nouem illi, tot enim sunt numero, in aliena uerba iurati, eorum se potissimum rationem habituros, quos publico beneficio maximè dignos iudicant, in proximū conclauis concedunt: at quia alij magistratus alia fortitione creantur, etenim maximi quique, ut nullus ambientibus ad fraudem relinquatur locus, quaterno creantur lectorum ordine. Alij uerò, ut sunt inter se gradu inferiores, ita paucioribus indigent ordinibus: hinc est, ut in maioribus illis quaterni, ut dixi, creentur, cum in alijs longè sint pauciores. Ea igitur fortis ratione, quam in uno ostendimus, ducti, proxima subeunt cōclauis: euenitq; ut quot lectorum ordines ad magistratum creandum in secretū concesserint, tot ex conclauibus ipsis depromantur cōpetitores, interdum etiam ex pluribus unus.

De secunda sortitione.

Huiusmodi ordinibus in sua conclauis abeuntibus, ut quisque maximus est natus, ita primum sortitur locum: mox ubi alij ordine confederunt, pilas sortiuntur pro dignitate magistratum eo die creandorum insignitas: si plures nouem creandi sint, duplicem ducunt: si pauciores, quasdam inanes & sine nota sortiuntur: quo euenire solet, ut in plurimorum creatione nonnulli duos, diuersorum tamen magistratum, dent competitors: in paucioribus creandis è collegio aliqui nullum, quia inanem utique pilam sortiuntur, illud quoque sæpe accidit, ut qui minimus natus est, is in maximo det magistratu competitor: qui uerò longè ætate antecedit, aut postremum, aut nullum: fors enim in eo dominatur. Is igitur, cuius ius erit competitor in primario magistratu legendi, in primum transgressus locū, quæ uult nominat: eū plures è collegio probet necesse est: sex enim ritè probat: si minus, alium nominat, atque deinde alium, donec omnium unus fuerit probatus. Sic reliqui, suum quisque paritate in eo quo debet magistratu, parat competitor: hic euenit (quando in reliquis id quoque seruatur) ut maximorum magistratum ex quaternis conclauibus quaterno ordine depromantur competitors, in minoribus uerò omnino pauciores: quippe qui tot esse possunt, quot ad eorum quemlibet creandum fuerint noueni ordines, sorte ducti.

De suffragiorum ratione.

His in hunc modum per conclauis paratis, competitorum nomina ordine notata, ad conspectum principis, & eorum qui comitijs præfunt, deferuntur: tum eorum si quis reipublicæ, aut ætarius fuerit (nam super ea re diligens adhibetur quæstio) aut

si non sextus adhuc sit actus mensis, ex quo peregrino magistratu abiit: si cognatorum aliquis tum in ea urbe præturam gerat, nulla ipsius ratio habetur in comitijs: reliqui, ut suo quisque depromptus est loco, alta uoce pronunciantur. Domestici & agnati omnes eius, pro quo inuentur suffragia, comitio abesse iubentur: inde pro primo primi magistratus cōpetitore citantur suffragia, mox pro eo qui ex secundo fuerat conclauis depromptus. Sic ordine pro reliquis. Duo ex scribarum numero ad hoc ipsum constituti, suffragia toto comitio duabus colligunt urnis: alba una assensu indice, rubra altera negationis. his undiq; lectis, ad eorum conspectum quibus id negotium est datum ambo reuersi, singulorū suffragia numerantur: ac tum demū ille cui plures ultra dimidiū fuerint suffragati, pro recepto habetur: id fermè in alijs seruatur, nisi quod competitorum, ut docuimus, in illis uariatur numerus.

De ambitus animaduersione.

Hic patrius creatorum magistratum mos, hæc lex est: uerum ne quid in ea re ambitu peccetur, diligenter, ut antea docuimus, magistratus quidā aduertunt, ac priusquam comitia soluantur, attentè cognoscunt, ambiuerintne quempiam is qui præturam magistratumue alium est adeptus: ac si quid in ea re fuerit compertum animaduersione dignum, comitijs adhuc tenentibus, publici aduocatores rem seuerissimè cognoscunt, atque eum ipsum in quem inquisitum sit, reum ambitus agunt. Solutis comitijs nulla intenti criminis habetur amplius ratio.

De consulari, uetustissimo urbis magistratu.

Princeps autem ciuitatis maiore quodam suffragiorum ambitu creatur, de quo præsentis loco dicere, nisi uetustissimi quidam nostræ urbis magistratus occurrerent: qui etsi iam inde ab ipso exordio urbis, aut certè nō dum ciuitatis uiribus firmatis exoleuere: ut ramen planè intelligi possit, quibus auspicijs res Veneta non solum sit orta, sed aucta etiam, ab illis ritè ordiemur. Exordium ipsum uel auspiciatissimum dabit consularis omnium, si Bonitendio scribè, qui de origine urbis scripsit, fidè habemus, ciuitatis nostræ magistratum uetustissimum. Is nascentem urbem consulari potestate adimistratam, uidetur inuere, fuisseque eum magistratum in biennium creatum: sed in re tam ueruita parum liquere potest, quibus illos auspicijs creati contigerit, nec quatenus ea potestas se in ciues extendit. Illud uerò conspectio dignum, ab ea regiminis forma, qua Romanus populus cc. ac quadragesimo circiter suæ conditionis anno, primū libertatem delibasse dicatur, ab eadem illa nostra ciuitas suam inchoauerit infantiam.

De tribunis insularibus.

Fuitque in noua urbe magistratus ille usque ad Attilæ aduentum, quo sanè tempore Hunnicis armis circa litora uagantibus, maior mortalium cōkursus in insulas factus dicitur, coeperuntque omnia in stagnis pascim inhabitari. Decretum est, ut in singulis insulis singuli tribuni crearentur, qui annua potestate suis popularibus ius dicerent, seueraque animaduersione scelera uindicarent. Cætera quæ ad reipublicæ statum attinerent, frequentissimo insulariorum conuentu consultanda reliquere. Quidam anno ab urbe condita circiter sexagesimo, eam regiminis formam aliquanto, uidelicet post Attilæ accessum, receptam affirmant: in eo omnibus conuenire uideo cc. xxx. & amplius annos rempublicā in insulis tribunitia potestate administratam.

De principis creatione.

Verum quia nihilo felicioris magistratus nostræ urbi futurus uidebatur, olim Ro. po. fuisset: coeperat

illi omnia sua discordia turbare: adduxissent; forsatis libertatem ipsam in discrimen, nisi illorum temeritati maturè itum esset obuiam. Nouum in ciuitate principè insulani Heraclienli conuentu creatur, penes quem omne imperij decus, maiestatemque esse uoluerunt. Qui uocandi quotiens uisum esset, concilij ius haberet, crearetque annuos in insulis Tribunos, à quibus ad se esset prouocatio. Paulcius Heraclienlis homo in clytæ ea tempestate iusticie, primus omnium dux declaratus, anno ab urbe condita, ut quidam tradunt, octogesimo secundo, ac ducentesimo: ut alij, supra ducentimum septimo atque nonagesimo.

De ducaria electionis uariatione.

Sed in eo creando haudquaquam hanc suffragandi rationem, quam hodie seruari uidemus, initam contenderim: uerum aliam quandam longè simpliciorum ab initio usurpatam: quippe quum nullus adhuc in tam proba ciuitate esset ambitus, nulla hominum affectatio: cui quamplurimi suffragati fuerant, is ciuitatis princeps declarabatur, tenuitque simplex illa suffragiorum ratio ad Viralis usque; Michaëlis declarationem. Sebastianus cognomero Cianus, qui illi successit, undecim uirorum suffragio, quos quatuor & triginta ad hoc ipsum sorte creati suffragio legerat, dux declaratus dicitur: is supremo cuius regiminis anno autor extitit quatuor uirorum ducarijs comitijs creandorum, qui quadraginta uiros legeret: quorum arbitrio futuri principes crearetur. Aurius Mastropetrus, ac quatuor inde Duces secundum id decretum summam sunt dignitatem adepti. Vnus & quadraginta, Marinum Maurocenū successorem legere. Nouissimè in Laurentij Tepuli creatione, diuersam omnino rationem, ac longè cautiorem initam manifestè constat. Sed qualis ea sit, Triuisianus noster, qui ducarijs comitijs sæpius interfuit, melius nisi illi graue est, uobis explicabit. Ipse interim paululum me colligat ad ea quæ postea dicenda sunt proprius explicanda. Tum ille, quando ita tibi Badouari uisum est debere me laborem hunc omnino tecum fortiri, haud grauius istud tibi & alijs præstabo, ac cum his in hunc modum memini eum exorsum.

De ducarijs comitijs.

Omnium, inquit, primum quum Ducaria instat comitia, quinque uiri suffragio creantur, qui futuro principi quasi nouas qualdam præscribunt leges, eas supremum concilium sciat necesse est, ac quas sciuerit, probet. Si probauerit, tum comitia ijs patricij generis indicuntur, qui tricesimum sint transfressi annum. Hic primò triginta uiri sorte creantur. Ex his nouem sortito remanent. Qui remanere, quadraginta uiros suffragio legunt. Hi uerò ad fortes reuocati duodecim aureas sortuntur pilas: qui eas adepti sunt, quinque & uiginti uiros creat. Horum nouè sorte potiores, quinque & quadraginta priuo suffragio legunt: ex hoc numero undecim auream pilam sortiti, unum & quadraginta uiros creant futuri principis lectores.

De principis electione.

Hi uerò in ea parte curiæ clausi, ubi senatus ferme quotidie habetur, sub primum ingressum tres totius collegij principes, & quasi suffragiorum moderatores creant uiros autoritate præcipua & ætate summos, quos ipsi inter se priores uocant. Tum à diuinis orbi adactique in aliena uerba iurare, habituros se in primis in nouo principe creando, reipublicæ rationem: tribus illis rei gerendæ præfatis pro tribunali sedentibus, alij alia occupat subfella: in de ad suffragium ordine uocati, singuli complicatos libellos manibus habentes, quibus nominatim exprimunt, quem quisque priuo suffragio definet principem: ad illorum trium conspectum eos deferunt, hisque in urnam coniectis, subfella

A repetunt. Hic duo ex collegio uiri nihil ambigunt fidei scribarum munere functi, diligenter perspicunt, quot cuique sint quæstia suffragia, atque illorum nomina in urnam coniecta sorte educuntur, ac quo inde ordine unumquodque fuerit educum, ita primo alterò loco cum suis notatur suffragijs. Sed hæc omnia non tam ad principis creationem attinent, quam ad animorum dispositionem percipiendam. Redactis itaque in ordinem nominibus, ac diligenter in urna quadam confusis: tum pro eo cuius nomen prius fuerit sorte educum, petitur. Ipso interim in proximum cōclauè ablegato priuquam suffragia ineanantur, sit unicuique potestas liberè, quid de eo sentiat, loquendi. Tum si quid fuerit illi obiectum, quapropter appareat non expedire reipublicæ principem creatum iri: ex secretiore loco in medium accersitur quato accuratius potest, obiecta diluit crimina: ubi uerò id præstitit, in secretum se recipit, ac quotiens aliquid obijcitur, uelut reus in medium producitur: tum nouissimè pro eo petitur, pilas certis characteribus inscriptas, nequa fraus inesse possit, in duas urnas assensus, ac negationis indices, singuli demittunt, numeranturque diligenter. Si quinque & uiginti suffragatorum fuerint repertæ, princeps is est pro quo quæstia erunt suffragia: si pauciores, pro eo petitur, cuius nomen fuerat secundo loco sorte ductum: si huic quatenon omnia constabunt, ad tertium uenitur: inde ad quartum & alios, donec noua principis declaratio sequatur. At non eo inficias posse euenire, ut eum numerum quem dixi, suffragia non expleant: quod quia accidere potest, satis habet qui suffragiorum dimidium transgressus, aut primus si paria fuerint suffragia, aut propius ad præscriptum numerum accesserit. Hæc sunt quæ de principis creatione habui: nunc prætor noster pergat si placet, institutam sequi narrationem. Quem ille excipies, diligenter, inquit, Triuisianus hæc, ut cætera: uerum ad reliquos magistratus, haud prius transeundum censeo, quam illud admonero: quæadmodum ab initio non eam, qua nunc utimur, adhibitam creando principi formam, ita ne hunc quidem quo hodie dignitas illa instruitur, apparatus, fuisse cōtenderim. Nam præter capitis insigne, & alia pauca, quæ cum ea dignitate nata uideri possunt, argenteæ tubæ, umbella, puluini, auratus ensis: alia insignia, quæ solenni pompa illum præcedunt, omnino recentiora esse constat. Ea potestas satis quidem ampla, sed publicæ libertati minimè formidolosa.

De consiliarijs & supremo collegio.

Assident hodie illi sex grandiores natu ex primoribus patrum, qui ex senis regionibus urbis (Sexteria uulgo appellant) ex singulis singuli creatur: octimestre id munus: uerum quia non omnes uno tempore leguntur, si unus creandus sit, duos competitores dat supremum concilium: tertium suo nomine senatus, atque ex tribus competitoribus in hunc modum diuerse comparatis, is collegio ascribitur, qui in comitijs fuerit suffragio probatus. Sæpe euenire solet, quod uix quisquam futurum sperasset, ut is quem senatus dedit, superior in suffragijs reperitur. Hi quia in consulendo & decernendo frequentes principi assistunt, ab re ipsa consiliarij sunt nominati: estque is magistratus non recens, sed non multo post ducariam potestatem natus: quippe qui Dominici cognomento Moncarij principatu, qui post Theodatum & Gallam magisterio equitum successit, in repub. esse cepit. Constat enim ob præceptis ingenium, duos illi annuos consiliarios datos, quos uicq; Tribunos ab initio dictos reperio: his absentibus nulli principi publicè curare licet negocium, non audire, non decernere, non publicas literas resignare: si quatuor

eorum coierint, uel eo absente negocium omnere: atque transigunt.

De eiusdem collegij potestate.

Sex illi in quibusdam cum principe decernunt, si quod decernunt æquo & bono decretum sit, ratum habetur: & hæc in priuatis ferme causis, si quis hinc prouocare uolet, ad publicos aduocatores prouocet necesse est. Sed de aduocatoria potestate paulò post. Cæterum pleraque publica autoritate transigunt, quæ omnia tū demum rata haberi solent, si senatus ea prius sciuerit, & quæ sciuerit, probauerit: alioquin, neque sancire illis quicquam, neque rescindere est permissum.

De magistro militum.

Et quia in militaris magistratij mentionem nuper incidimus, operè precium est referre priusquam ad alios transeamus, quæ magistratus illius creati causa nostra olim maioribus fuisse. Orleo principe cognomento Verfo, à suis popularibus Heraclie cælo, fit is alter à Paulutio nostræ urbis princeps, uel ut plures aiunt, ab eo tertius: quum de noui ducis creatione uariari cœpissent sententiæ, placuit in aliquot annos eum magistratū à republica tolli, atque eius loco alium interim surrogari. Communi igitur consensu Dominicus Leo, magister militum annua potestate est declaratus: cui nihil præter nomē ex ducaria dignitate est ademptum. Sed anno quinto ab eo nondum acto Fabriciano, qui tum eo honore fungebatur, excæcato: cum miro ducis desiderio teneretur ciuitas, magistratus ille à republica est sublatus.

De publicis aduocatoribus.

Dixi de magistro militum, nunc de publicis aduocatoribus dicam, qui tres numero eiusdem creatur suffragijs, quibus & principis consiliarij: uetus magistratus, & ut quidam existimant Aurius principis institutus. Tribunicia Romanorum potestati in eo similis, quod magis intercessione pollet, quam potestate, aut iudicatione: tuereturque seuerissimè ciuitatis iura, atque ob id sanctissimo cuique interesse licet concilio, reum capere sine ducarij collegij permissu prohibetur: nec capere ultra triduum retinere, nisi quæstionis habendæ gratia id fecerit, atque id ipsum quadraginta uirorum permissu. Cæterum causas & urbanas & peregrinas reorum prouocatione, aut patrum decreto ad se delatas, ad quadraginta uiros, quorum de criminibus est iudicare, agunt, aut si libitum fuerit ad ducarium collegium, quin & ad senatum sæpius: nonnunquam etiam & supremum ad discussionem rei sibi concilium deponunt, cui reum uelut uniuerso ordini iudicandam permittunt. Nullum sanctius in urbe concilium sine unius saltem eius collegij interuētu transigitur, ne decemuirale quidem, quod iure habetur omnium grauisimum.

De quadraginta uirali iudicio.

At locus admonet, ut de quadraginta uirali iudicio dicamus, in cuius mentionem proximo loco incidimus. Patet his non forte aut suffragio, sed gradu ad eam dignitatem accessus, ut non multo post dicitur. Tres ipsi inter se præfatos in duos menses uicinosque dies suffragio creant: quos uulgo uocant quadraginta uirorum capita: præfatis illi non solum in ijs quæ priua potestate transiguntur, sed si quando circa principem, consiliarij infrequentes coiere, rebus intersunt gerendis. Horum præterea supplemento consuevit ducarium collegium expleri. Eorum ab initio fuit tam ciuiles causas, quam crimina iudicare, intererantque cognoscendis & iudicandis rebus princeps quique illi ueteri instituto assident: mox uerò alijs reipub. curis aueris Marco Cornario principe ducarij collegij loco duo in inferioribus consiliarij (de his quoque suo loco dicitur) inter-

esse cœperunt. Cum ijs igitur & duobus illis concilij capitibus, quadraginta uiri de parricidijs, furto, alijsque criminibus, iudicant, tã integras hi causas, quam prouocatione ad se delatas cognoscunt. Cognitas non libello, sed suffragio iudicant, eas agunt, aut publici aduocatores, aut maris continentisue oræ Syndici: sic enim prouinciæ recognitores uocant, assunt interdum & hi qui prouocantur, quorum quidam per se, alij per cautari patronos rem ritè agunt: adfunt & ij à quibus fuerat prouocatum, quibus absentibus, nisi ipsi ita euenire uelint, nihil mutari potest: tū causa citrò ultroque iactata, aut quadraginta uirali suffragio probatur, quod fuerat alibi iudicatum, aut certe rescinditur: suffragandi ratio in ijs ab ea quæ in comitijs seruatur, aliquanto diuersa. Tribus uiribus non duabus suffragia leguntur, harum una damnat, absoluit altera, tertia neutrum præstat: huius suffragia eorum sunt, quibus causa nondum perspecta est, quo accedit, ut quoties tot ambigua reperitur, ut satis sint ad remotionem iudicij, iterum causa agatur necesse est, atque ita sit, ut sæpe tertio priusquam ullum sequatur iudicium, eandem causam agi contingat: tum uerò nulla amplius ambiguitatis habetur ratio: huc quoque triplicis uirum usum in iudicijs maiores nostri à Ro. qui in tabellis id factitarunt, ut pleraque alia, accepisse uideri possunt. De eius magistratus ordine dicerem, nisi uiderem eos qui aliqua de uetustate urbis scripserunt, omnino diuersa tradere.

De quadraginta uirali ciuiliu causarum iudicio.

Parem iudicium numerum Foscarum principatu ciuiliu causarum cognitio in nostra est ciuitate adepta: hi octonis comitijs creati tres & ipsi collegij præfatos, siue capita in idem remptus, quod & illi de quibus proxime locuti sumus, sorte leguntur: inde alios atque alios subfortiti octo menses ciuiles iudicant causas, quibus exactis gradu per eam dignitatem ad aliam factio sine sorte, sine suffragio ullo: iudicandorum criminum munus aduocant, alteriusque quadraginta uiratus esse incipiunt. Horum igitur (de ciuilibus loquor) tam urbanas, quam peregrinas causas iudicare est. Sed quæ trecentorum aureorum nummum summam excedant, ueteribus nouisue auditoribus eas pro collegio agentibus, his si ab externis magistratibus: illis uerò si ab urbanis sit prouocatum, tertia ad summum actione pari suffragiorum ratione, qua & in criminibus iudicatur: ac fieri solet, ut ipsis inter se sententia dissidentibus, si res ad exitum aliter perducere nequeat, ex altero quadraginta uiratu huic iudices adhibeantur.

De inferioribus consiliarijs.

Illud quoque silentio non præteribo, esse consiliarios quosdam, quos inferiores uulgo appellant: non tã à dignitate, quam à loco ubi causas audire solent, ita nominatos. Hic xl. uirilibus causis, quæ ad criminum cognitionem spectant: cum collegij præfatis primo cognoscendis: mox etiã iudicandis præfident: sunt hi qui aut maiores nuper consiliarij fuerunt, aut ceteri non multo post futuri sunt.

De Decemuiris.

Seuerissimus autem omnium nostræ ciuitatis magistratu decemuiratus meritò habetur, & ut uiuorum numero ei qui olim Romæ fuit, ita terribili potestate penè par. Sed quo celebriores illi, quia legulatores, hoc nostri salubriores, qui latas mira seueritate tuerentur. Verèque annuus magistratus, uterque sine prouocatione, sed breuis ille citroque in perniciem uersus, hic ut ab initio semper reip. salutaris. Mitta illos, de nostris loquar. Qui, ut cæteri magistratus, maioribus comitijs creati, omnes imperij partes attentissima cura perspicunt: maiestatis crimina, Cnædica fecerunt assident: mox uerò alijs reipub. curis aueris Marco Cornario principe ducarij collegij loco duo in inferioribus consiliarij (de his quoque suo loco dicitur) inter-

pro collegio aliquis existat, oportet: qui rei causam quoquo modo agat. Quicquid ab iis iudicatum fuerit, pro uocatione caret, ipsorum est non alterius, si quid statuerint mutare: si id tale est, ut postea mutari possit, poterunt & illi qui anno circumacto eorum loco surrogati fuerint: hi quoque tres collegij principes, quot mensibus sibi in orbem legunt, quorum ius est octauo quoque die, ac saepius ita facto opus sit, concilium uocare, quoscumque ex primoribus collegijs uisum fuerit, concilio adhibere, iure adhibuerint: principes & consiliarij adfunt, omnino oportet. Illud sane in eo magistratu formidabile, quod illius iudicia nullis extant literarum monumentis, ut quod semel iudicatum sit, nulla queat potestas rescindere. Costat iam inde à Petri Gradonici principatu magistratum ipsum in ciuitate institutum.

De Senatu siue Rogatorum concilio.

Nec senatus illius què Quirites tui, Sabellicè, habuerunt, nostrum Rogatorum conciliū, ratione caret, ac nescio an æquum sit dicere, hoc in plerisque sanctius, quàm illud institutum. De huius origine nihil habeo, quod omnino affirmem: non delunt qui quadraginta Viratui æquale faciant, satis constat ab initio sexaginta creatos. Laurentio deinde Celfo reipublicam administrante, quinque & uiginti ob Creteium defectionem ascriptos: mox ob pacem cum Pannonum rege sanciedam totidem. Ioan. Delphini ducatu: dein ob Patauium bellum, ac postea alia atque alia de causa idem saepius factitarum: quo ad res in morem transijt, ut quotannis uiginti supplementi nomine Senatui adijcerentur. Steno autem duce quadraginta dari cœperunt. Nouissimè Francisci Folcari principatu priori numero uiginti adhibitis par numerus supplementi nomine est Senatui datus: ut iam inde præter alios magistratus, qui curiam cum illis ingrediuntur, centum & uiginti Rogatorum numerum expleant. Notum est uobis, credo, quid de hoc nomine uulgus teneat: idè id nomen ab initio factū, quia per uiatores olim maiores nostri rogarentur, ut in curiam ad cōsultandum de reip. uenirent: nec ignoro Sabellicè quid tu in hac sententiam quado que scripseris, est is magistratus non perpetuus, ut apud Romanos, sed annuus, nec una domo, aut familia, plus duobus huic ordini in supplementum ascribuntur, alioqui tres adhiberi possunt. Omnia reipublicæ negocia ardua & eximia horum decreto sanciantur, pax, bellum, induciæ, fœdera, priuilegia, prærogatiuæ: ex ipso Senatu uelut ex primario quodam reipub. fonte manant. Maiora negocia perpetuo filètio sanciantur. Capitale est, si quis uolens secretum ullum curiæ retexerit, eius bona publicantur, nullum iusturadum, nulla religio tanti habetur, quæ perpetuum id rumpere debeat silentium. Si quis in eo offenderit, decem uiri causam cognoscunt: cognitā inexorabili animaduersione, lege uindicant. Sunt & alia huius ordinis decreta, sed non ita silentio cōsecrata, si senatus cogendus est, uiatores circa senatorum aedes missi, id nunciant, si pauciores septuaginta conuerint, nihil decerni potest, sed duplo frequentiores ferme semper adesse consueuerunt.

De moderatione eorum que in senatu aguntur.

Præsignitur quàm patres in curiam uocentur, hi quorum in senatu sententiam dicere ius est (cæteri enim suffragio in alienam eunt sententiam) inter se comparant, quid eo die potissimum sit ad patres referendum: si omnibus conuenerit quid maxime referri oporteat, scribarum unus totius collegij nomen pronunciat, quid sit illud, quapropter in curiam sint patres uocati: appellantque id ipsum inter se partem: si uerò prius quàm res delata sit, in senatum partem inter illos conuenerit, quotquot fuerint, aut principes, aut aliorum sententiæ, ordine notatæ ad

patres in cōsultatione deferuntur. Tum uerò cuiuslibet senatorum, licet prius quàm suffragia in eatur aduersus unam uel plures earum dicere, perspicueque ostendere: cur è re publica non sit facere id quod in cōsultationem sit allatum, aut docebit quid in eo mutari placeat: nec ij qui sententiam dicunt resellere ea quæ obiecta sunt, prohibentur. Sic sententijs citrò utroque iactatis, alterutrius auctores ex tota curia legunt duabus urnis suffragia. Sequuntur hos scribæ cum totidem urnis assensus & negationis indicibus, sic quot prius dicte fuerint in senatu sententiæ ad unam omnes suo indigent suffragio. At ea quæ omnium maxime probata fuerit, quod ex ipso suffragiorum colligitur numero, pro recepta habetur, senatusque cōsultum dicitur.

De maioribus sapientibus, & his qui in senatu sententiam dicunt.

Et quia docui non omnium esse magistratuū sententiam dicere, create ignoret quisquam senatus ipse suo suffragio sex sibi uiros, eos autem sapientes maiores uocant, nunc concilij præfectos. Quinque uiri ad hæc, qui & ipsi bellorū, siue continentis oræ sapientes dicuntur. Atque ordinum totidem aliquot ætate iuniores: hi mane circa tertiam diei horam principi pro collegio sequentes adfunt, tū peregrinis literis, alijsque publicis negocijs inspectis, in medium cōsultant, quid potissimum opus sit factū, ac si inter illos cōuenerit, quid decerni oporteat, senatu accersunt. Si uariabunt sententiæ, suam cuique, ut docuimus, licet frequentè curia celebrare, præter eos, quos ordinum sapientes uocant: illis quæ ad rem maritimam attinent, curare fas est: de quæ his patres rogare sententiam, supra hæc nil iuris est illis permissum.

De diui Marci procuratoribus.

In his magistratibus omne ferme reipub. pōdus refidet, horum cōsilio tota imperij agitur mole: accedunt ad hos alij plerique, quorum administratio, etsi non ad eò onerosa, nihilo tamen est illis dignatione inferior. Sed omnium maxime diui Marci procuratores dignitate pollent, & auctoritate. Sicut hi quidem hodie nouè numero, quibz ab initio unum tantum fuisse: quippe cui templi cura decreta esset. Verum post amplissimū Ciani principis legatum, quum ille duplici curæ impar esse crederetur, alter est suffragio creatus, ut hic sacris thesauris, ille recetioris legati procuratori præficeret. Mox uerò ob legatorum multitudinē, Rainerio Zeno principe tertius est collegio ascriptus: sicque comparatum, ut hic citra Riuum altum, ille ultra legata procuraret, atque in hunc modum tres numero esse cœperunt: inde eodem Zeno adhuc rem publicam administrante, quartus est additus, ac illi quoque sacris thesauris præerat collega datus: inde Ioan. Superantij ducatu, quum alia atque alia his essent negocia suborta, duo illis sunt adhibiti: nouissimè Folcario principe tres alij collegio ascripti, quod hodie numerus tenet: sunt patricij ordinis omnes, & antea sæ uitæ laudibus, & ætate principes: quippe quorum nemo, nisi maximus natus, eam ferme dignitatem adipiscatur: comitijs & ij creatur, estque magistratus ipse eo dignior, quo & diuturnior: honor semel adeptus, cum uita finitur. Creatur ad hæc ex eo ferme ordine ciuitatis princeps. Tres horum augustissimi urbis nostræ templi & sacrorum qui in eo sunt, thesaurorū curā habent. Tres alij legata trium regionum citra Riuum altum cognoscunt. Hæredes ipsos testatoris uoluntatem sequi, si opus sit, potestate compellunt: suæ fidei cre dita ritè disponunt. Reliquis ultra aquas totidem regionibus idem procurant. Cui dederint, nullius est cognoscere, publicas eades incolunt. Post principem & eos in quibus publica residet maiestas, reliquos magistratus ueteri instituto præcedunt. Sunt

his

his scribæ, quorum opera ad hæc omnia ritè transigenda ueruntur.

De scribarum præfecto.

At quando in scribarum mentionem incidimus, non ab re fuerit referre, quàm honoratum locū scribarū maximus in curia sibi ueteri instituto uedicet. Sed et is post eos qui in senatu sententiā dicunt, maioribusque comitijs, ut cæteri urbis magistratus creatur. Verum diuersa cōditiōne, ut quū illi annui sint, aut aliquanto breuiores: ille honor non nisi cū uita hominis finiatur. Sunt & alij scribæ Sapientum collegijs tributū, qui & ipsi curiā ingrediuntur: sed horum dignitas omnino inferior.

De tribus petitionum iudicibus.

Sequuntur plerique alij magistratuū ordines, quorum munus quoniam penè totū foris umbra cōsumitur, operæ precium est cognoscere duplici causarum nostram ciuitatē uti foro, Ducario & Riualtino: est & patriarchicum tertium, in quo sacrarum rerum causæ aguntur: sed de hoc nihil in præsentia attinet dicere. Reliquorum ducarium, quod & diui Marci dici potest, nobis curia egressis primo occurrit: in eo plures iudicum ordines, atque omnium primū, qui petitionū dicuntur. Sunt hi tres numero in sexdecim menses comitijs creati. Magistratus omnino uetus, ut pote iam inde à Iacobi Tepuli ducatu institutus, atque ad id primo inductus, ut urbanas peregrinasque hominum querelas, petitiones, quas ad id tempus princeps pro collegio audire cōsueuerat, cognosceret, infraque centum libras priua potestate iudicaret. supra uerò absque Ducis ducarijque collegij auctoritate nihil permissum: inde Francisci Danduli principatu recentiore decreto datum, ut in summa decuplo maiore ius dicerent, ac ciuibz sibi cauere postulantibus, reum ambigæ fidei fisteret, pignora caperent, captaque hæc uenalia subijcerent.

De quinque uiris ordinum.

Excidit mihi magistratus in nostra urbe nō ignobilis, Sapientes, qui ordinum dicuntur, quibus negocium datur triremes ad mercaturam orandi, nauigationum rationem, rerumque omnium maritimarum habere, ac pro potestate omnia mature expedire: adhibentur supremo collegio, neque quum senatus habetur, curia excluduntur: quin & sententiæ in senatu dicendæ in his quæ ad eorum munus attinent, ius habent.

De quinque uiris continentis oræ.

In hunc modū rei maritimæ maiores nostri cautum uoluerunt: nec ubi imperij fines intra continentem propagari cœperunt, eam reipub. partē suo magistratu carere uoluerunt: sed Taurisio adepto concessum quinque uiri creati sunt, qui sollicita attentione prospicerent, quæ ad illustrem urbem nuper imperio quæsitam uiribus protegenda attinerent. Diuque ob id primum Taurisij sapientes. Mox uerò sub imperij longius propagatis, continentis oræ dici cœperunt.

De examinatum iudicibus.

Sunt præterea tres examinatum iudices Rainerio Dādulo principe creati. Hi ex eo quod ipsorum sit testium peregrinū proficentium, aut uita quoquo modo periclitantium (modo cuiuspiam interfit) dicta cognoscere, cognitaque sanctiore loco asseruare, nomen traxere. Coemptiones ad hæc uenditionesque an ritè sunt diligenter prospiciunt, ac cognitas, si quid dolo malo actum sit, potestate retractant. De pignoribus eadem cognitio: de quæ supremis uoluntatibus, si testamento non appareant: & hæc utroque foro, mane in Ducario, uespero Riualtino transigunt.

De peregrinis iudicibus.

Verum enim uerò ne tantum ciuibz cōsultum uideretur, Aureo principe peregrini, & ipsi suum in

nostra urbe tribunal habere cœperunt. Tres iudices eorum causas audiunt, tam si inter eos, quàm si cum ciuiū aliquo rei aliquid uertatur. Hi quoque æquo & bono iudicant: si quid inter locatore & inquilinū de pensione aut locationibus cōtrouersiæ oriatur, eorū est cognitio. De nauis etiam nauigiorum omnium præter quàm triremium ius dicunt.

De mobilium iudicibus.

Proximo his loco tres mobilium iudices ciuium causas audiunt. Sed quæ selibræ auri non excedant, olim in summa triplo maiore lege iudicantur: ac solum (unde nomen magistratuū datum) in mobilibus testamento legatis, quod iudiciū Francisci Danduli ducatu à peregrinis iudicibus fuerat ad hos translatum: mox uerò Celfo principe, ad selibræ auri eorum iudicatio est retracta: hi quoque, ut plerique alij, nunc æquo & bono, nunc lege iudicant.

De curiæ iudicibus.

Et quia negociorum uarietas efficit, ut ij penes quos essent iudicia in suspitionem uenire possent, si litigator aut reus, eorum quæpiam necessitudine attingeret: si quis eorum iudicatione decidat, tres Laurentij Tepuli regimine instituti dicuntur, qui sorte ducti, illius loco ius dicerent.

De procuratorum iudicibus.

Oportuit ad hæc quando procuratoria dignitas amplissima est, lætèque eius patet administratio, ut essent tres iudices, ad quos causas illi agerent, quibus aliquid rei cum collegio, aut collegij aliquo esset: ut si quando legata exigerentur, aut remittenda quoquo modo essent: id iure nō eorum arbitrio factum putaretur, æquo & bono super ea re ab initio iudicatum ferret. Verum quia in tres uelut terniones procuratorum numerum diuisum ostendimus, ita sanè inter eos est comparatum, ut ternionum singuli in ordinè cū iudicibus in foro pro tribunali biduo causas audiant. Creduntur tres illi iudices Laurentio Tepulo Duce creati, quibus procedere tempore est permissum, ut prædiorum causas, & quæ inter uiros & uxores discordiæ aut litis subortæ essent, cognoscerent, de quæ ritè iudicarent.

De iudicibus propriarijs.

Parum fuisse alijs ciuitatis ordinibus consuluisse, nisi imbecillioris etiam sexus & fortunæ cautum majores nostri uoluisse: & in primis nubentibus unde urbium propagationes pendent, earum dos quasi peculiare quoddam habetur prædium: ne huiusmodi possessione sexus ille in nostra ciuitate iniuria fraudaretur. Placuit magistratum in urbe esse, cuius æquitate & aua subnixæ mulieres ex patris ædibus dotem exigerent, aut si ita fors tulisset, aliunde repererent. Dotalia ad hæc prædicia, tam urbana, quàm externa & eorum fines, solenni scripto recipiunt: horum etiam testamentis cauere est, ne quid aut incuria, aut fraude eorum quos id præstare oportuit, in his periclitetur. Tutores pupillis, furiosis curatores quærere: eorum bonis qui intestati decessere, ac creditoribus, si quæ extant cauere. De furtis ad hæc & leuioribus homicidijs, alijsque eius generis sceleribus, cum præfectis uigilum iudicare. Vitale Phalerio Duce is magistratus dicitur institutus: ut princeps multis alioquin districtis curis huiusmodi nouorum iudicum munere ueteri onere aliqua ex parte leuaretur. Multa extant argumeta, quibus datur intelligi hos iudices inter agendum principi pro collegio assidere solitos: etenim hoc quoque tempore solenni pompa dextrū illius claudunt latus: multaque illis princeps ipse, uelut ex antiquo instituto munera aliunde allata, solet impartire.

De ueteribus auditoribus.

Et ne ullus gratiæ ambitionisue locus in iudicibus relinqueretur, Andree Danduli principatu, tres auditores maiores nostri instituere: ad quos à iudicibus

NNN tribunal

tribunali liceret ciuibus pronocare: hi causas ab initio audire ceperunt, de quibus in urbe, aut maritima ora quæ à Gradatis aquis ad caput aggeris protēditur, fuisset iudicatum: mox & peregrinas propagatis imperij finibus aliquandiu recepere: uerum nouis auditoribus creatis, ueterem cognitionem retinere. Si igitur ab his, qui prouocant, aliquid affertur quod parum recte iudicatum uideatur, recepta causa, si triginta aureorum nummum summam non excederit, quod Trono Duce est eis decreto permiffum, cum antea infra minorem summam ea se potestas teneret: de ea re arbitrio iudicant, rescissa aut probata, quæcumq; de ea re lata esset sententia. Si maioris summæ causa deferatur, ad trecentos usq; aureos ipsi causam ageribus pro frumētario collegio de ea iudicatur: si autē maior xl. Virali iudicio rem cognoscendam subijciunt, auditoribus ipsis causam ageribus, tertia ad summam actione xl. uiri ciuiles de ea suffragio iudicant.

De nouis auditoribus.

Patrem huic auditorum numerum terra, marique propagatum imperium Steno duce excogitare coegit, ut essent qui externorum magistratu iudicia cognosceret, exirentq; ob hoc ipsum quotannis ad statum prouinciarum cognoscendum. Et quia nimis longa esset ea cognitio, ita comparatum est, ut tres illi tota continentis ora ab Abdua ad Phanaticū finem perlustrarent: duoq; extra ordinē in Senatu lecti, maritimam oram insulis inuiseret. Hi prouincialium & insularum causas audiunt, de quibus dico: sit quoquo modo à magistratibus iudicatum, ac si quid est in quo leges uideantur offensa, id recipiunt, ac ubi Venetias uenerit xl. Virali iudicio, modò huic, modò illi, ut ratio susceptæ causæ exigat, cognoscendum subijciunt.

De præfectis frumentarijs.

Fuit, quis non uidet, hoc admodum salutare iudicium, & prouocatione omnibus leges æquasse. Sed sapientes illi uiri, qui nostram republicam instituerunt, optimos pictores imitati, quibus non satis est caput & humeros imaginis alicuius recte effinxisse, nisi singula operis lineamenta sibi inuicem respondeant: parum cantum ciuitati existimant, si re frumentaria sæpius laborandū esset, quod ne aliquando accidere posset, duos Io. Dádulo principe negotio præfere: unus recentissimè est collegio additus, qui summo studio curaret, ne ciuitas quandoque caritate annonæ premeretur, quod ut tutius præstari posset, ingens uis auri in hunc usum cõflata est, ac ita institutum, ut quum remitti annona in ciuitate cõpisset, cõfessum ex publicis horreis uulgus subleuaretur, quamquam id fermè semper præstatur, ut nisi in summa tritici ubertate aliquanto uilius, quam priuata, publica ueneat annona.

De triumuiris frumentarijs.

Et quia nunquam ciuium cõmodis satis consultum putarunt, ut maiore undiq; studio tritici conuectaretur, procedente tẽpore triumuii creati sunt, qui certam frumentatoribus pecuniam in singulos modios constituerent: ita ut hodie pluribus aureorum nummum milibus negotiorum stare soleat reip. frumentatio: sed quancumq; constet, bene tamen uerit, quando sanè uilius in ea urbe, quæ medijs est aquis sita, ueneat annona, quam ubi summo studio coluntur agri.

De filici recuperatoribus siue Catauerijs.

Ingens, ut uidetis, fuit illorum qui hæc instituerunt prudentia studiumq; in ciuitatem, cui ex omni parte consultum uoluerit. Sed quum omnium ordinum cõmodis studeret, publica illis utilitas nullo modo excidit, quin tres filici recuperatores creauerit (eos uulgò Catauerios appellat) q diligenti cura cognoscerent, quæ quisq; ex publico sibi bona dolo malo

uendicasset, ac ubi aliquid tale satis exploratum haberent, iure cum eo agerent, essetq; eis libera tã pecuniæ, quam prædiorum aestio, cuiusmodi sunt illorum bona, qui intestati decedunt, si nemo interim extet, ad quæ lege agnationis bona ipsa sint prouentura: uetigaliū ad hæc fraudè uendicat. Cognoscebant ab initio de ijs quæ xx. aureorum nummum summam non excederet, de quibus altera partium absente esset iudicatum: nunc quoq; de decem aureorum summa illorum iudicatio est.

De triumuiris publicis.

Ne ulli ad hæc libelli, pactiones que sceneratoriarum inter diuites fierent & inopes, qua auarissimus ille ordo, sepe ingressus in miseros ciues ad libitū grassari solet, triumuiros creati placuit, qui ea cognoscerent, cognitaq; lege uendicarent: in hærefeose quoq; accersitos, illorum potestas intenditur, iudicant & infra uiginti libras. Horum quoq; est curare ne publicæ uitæ, uici, canales, areæ, aliquo priuato occupentur ædificia.

De sex uiris nocturnis.

Quemadmodū magistratus, de quo proximè diximus, cum ædilitia Romanorum potestate, nescio quid cõmune habet, ita hic qui sequitur cū præfectis uigilum. Sex uiri sunt ex singulis urbis regionibus singuli creati, quos idcirco ab initio nocturnos appellatos existimo, quia custodiendæ noctu urbis ab incēdijs alijsq; scariorum incurfibus, negotium sortiti essent: nunc in differenter diurna nocturnaq; flagitia infestatur: suntq; sex uigilum præfecti illis attributi, quorum tres circa Ducarium forū assidue excubant, in Riualto reliqui: hi arma cõtra edictum habentibus, adimunt, in omnes questionem exercent, præterquam in maiestatis reos: publicorū aduocatorum ea cognitio est, iudicium habent in neminem: quicquid illi questione acquiesuerit, Princeps nonnunquã, etiam propriarij iudices pro causarum cõditione pro collegio uindicant. Cœpit is magistratus Marini Mauroceni principatu in urbe esse: duoq; ab initio instituti: ut hic citra Riualtū, ille ultra potestatem exereret: mox uerò Rainerio Zeno rempublicam administrante, quatuor additis, sex numero esse cœperunt.

De solenni collegio.

Causarum multitudo ingens, quæ grauis alioqui principi & ijs qui pro collegio illi assident, esse cœperat: patres olim admonuit, ut præter Ducarium collegium recens aliud illi excogitarent, id solenne dixerunt, conficiturq; hodie ex tribus cõsiliarijs, ex aduocatore uno, tribusq; præfectis annonæ, ac paucioribus alijs magistratibus, ita ut xliij. numero ad summum cõeant: rerum prouocationes à Riualtinis iudicibus, qui cõputationibus & calculis præfunt, ad hos perferuntur: de testamētorum breuiarijs, ut in cæteris, suffragio iudicant.

De Ducarijs scribis & Castaldis.

Sunt, ut quæ iudicata fuerint ritè transgātū, duo ex populari ordine scribæ, qui idem principis dicuntur, quia ab eo priua potestate legi soleant: hi sanè sunt plebani, siue alterius ecclesiæ antistites, quibus id negotij est, ut quicquid per principem olim, nunc per ordinarios iudices sit iudicatum, ritè exequantur: suntq; ad hoc ipsam iam inde ab initio ministri duo creati, eos Castaldos à nostris appellari audio, quorum opera in transgēdis rebus scribæ utuntur: ac si quis in eo quod illi egerint, prouocatum uolet ad auditores, ob id tres numero creatos uelle debet, hi quid in eo fieri uelint, pronūciat. Si hinc quoque prouocandū sit, ad publicos aduocatores oportet, rem xl. uirali iudicādam collegio deferunt. Cæterum, si qua de executionis ratione suborta olim esset dubitatio, Ducarij scribæ eam cognoscebant. Deinde sub ipsam throni principis creatione duo protoca

protocastaldos creati placuit, qui rem autoritate componerent: postea Marcello Duce tertius est collegio adhibitus.

De præfectis carceris.

Et quia foro egressis, carcer, qui illi subiectus est, primò occurrit, non ab re erit, quando hinc in Riualtinum forum sit trāsitus faciendus, priusquam loco digrediamur, de præfectis carceris pauca referre. Sunt hi duo, quos princeps priua potestate creat, utriusque est suæ custodiæ traditos, diligenter asseruare: eorum iniussu nulli ad eos qui in uinculis iacent, patet accessus, nec cuiquam exire illis incisijs permiffum: demum publicæ custodiæ cura horum tota est.

De Triumuiris armamentarijs.

Reliquum est ut de Triumuiris armamentarijs breuiter dicamus, quorū est nauales socios & remiges cõscribere: triremes, cetheas, aliq; publica nauigia armis & cõmmeatu instituire, & breui omnia ad usum nauigium tã ad negociationē, quam ad bellum paratarum, maturè prouidere.

De annonæ præfectis.

Sunt ad caput salinum duumuii iam inde à Thomæ Mocenici ducatu constituti, qui annonæ dicuntur: horum est salitarum carniū, casei, & aliorū quorundam esculētorum, ac quicquid eiusmodi rerum mari conuehitur, curā habere: ea primo appēdunt, inde quæ diligētī attētionē appēta, aut rectè estimata sunt, ad Triumuiros ternariacos transmittunt.

De Triumuiris maritimi uectigalis.

Contiguo fermè loco sedet maritimi uectigalis (id uulgò doanā uocant) præfecti, iam inde à Thomæ Mocenici principatu anno ab urbe cõdita circiter millesimo creati, tres illi numero, quorum oculis omnia quæ publicis triremibus, alijs que nauium generib. in urbem aduehūtur, cognoscēda subijciuntur: nec nisi uectigalibus solutis permittitur cuiquæ res inde in tabernas, aut aliò è nauibus transferre.

De uectigalium præfectis.

Riualtini magistratus, de quibus hinc nobis dicendum est, multi quidem & uarij, & ut imperio & potestate inferiores, ita fortasse publico usui non minus quam illi, de quibus diximus, necessarij occurrunt: omnium primus magistratus sanè rectè, uerore, Foscaro principe institutus: sed in quo omnis uectigaliū & tributorū ratio sita est. Triumuii comitijs creati, negotiū locandorū uectigaliū habent, tributaq; à ciuibus exigendi: pecunias inde exactas, aut quæstoribus urbanis distribuendas tradunt, aut in alios reipublicæ, patrum decreto, dispartiant utus.

De Quinq; uiris uinarijs.

At quia in uectigalium mentionem incidimus, octo, ne quis ignoret, primaria sunt urbis nostræ uectigalia, quorum singula singulos sortita sunt magistratus, qui exactas porrorijs pecunias, ad quæstores deferunt. Estque ut omnium maximum, ita fortassis antiquissimū uini uectigal, cuius gratia Quinq; uiri creantur, qui diligenter cognoscunt quicquid exotici uini mari terraq; urbi importet, quantum inde aliò deuehatur, ne fraus uectigali fiat, potestate cauent: si quem de fraude deprehenderit, pecunia & merce, lege puniunt.

De Quatuor uiris aduecticijs.

Est & aliud uectigal, introituum mensam uulgò appellat. Quatuor uiri res peregrè aduectas cognoscunt, appēdunt, metiuntur, negotiorum fraudes puniunt, pecunias exactas quæstoribus numerandas procurant. Tres ab initio fuere, atque anno millesimo fermè ab urbe condita Mocenici Ducatu, cum ijs magistratibus, de quib. proximè dicemus, instituti: uerum procedente tempore, quartus collegio est adhibitus.

De Triumuiris exacticijs.

Id iuris Triumuii habent in his quæ urbe à negociatoribus & exteris exiguntur. Horum mensa exituum nominatur, fuitque is magistratus cum eo de quo proximo loco diximus, ex ueterib. quibusdam alijs Mocenici principatu institutus: nihil in utroque præter nomen mutatum.

De Quatuor uiris misiticijs.

Tertia ab his Misiticia mensa est, ubi Quatuor uiri eorum quæ emuntur, uendantur, cognoscunt precia, ac secundum ea portoria ritè exigunt.

De Quatuor uiris ternariacis.

Olei ad hæc, casei, salitarum carniū, aluminis, lignorum ad ædificia quæstorum, lanarum, metallorumque diligens circa mercatorias tabernas recognitio Quatuor uirorum est. Cauet hi ne inopia rei alicuius in urbe laboretur: ut igitur maturè uenalia ciuibus proponatur, & in his quæ proponuntur, ne aliquo modo uectigali fraus fiat, diligenti cura prospiciunt. Magistratus uetus & iam inde à Io. Dádulo ducaria administratione, ut creditur, institutus; uariatusq; pro tempore numerus.

De Quatuor uiris lanarijs.

Lanij quoque suum recognoscunt magistratum, ac eorum si quis contra ciuitatis institutum uendiderit, appenderitue aliquid, à Quatuor uiris ad hoc ipsum creatis, pecunia multa: uectigal ab his exactum publicani huic magistratui, magistratus ipse quæstoribus urbanis dinumerant: fuit olim id munus cum eo coniunctum, quod uetus hodie iusticia dicitur, sed curis crescentib. ex uno duos magistratus fieri contigit.

De Duumuiris aurifollijs.

Habent aurifolia, quæ passim nostra urbe cundū tur, suum uectigal. ingēs trisficum numerus effecit, ut peculiarem & ipsi haberet magistratum: Duumuii ius dicunt, opera inspiciunt, ac ne quid adulteretur, aut fraude fiat, cognoscunt: uectigales pecunias hinc exactas in publicum redigunt.

De Quatuor uiris salinarijs.

Quamquam urbs nostra marinis undiq; alluatur sitibus, habet tamen ingens salis uectigal, quado non omnibus neq; ubiq; id fas sit constare. Sed Clodice alijs que remotioribus locis, in quibus publicæ sunt salinæ institutæ. Veditur in urbe publicè duobus locis, ac quicquid inde pecuniarum exigitur, quæstores urbani in ætarium deferunt: locat hodie sex uiri salinarij (olim quatuor fuere) per urbes & loca, quæ Veneto parenti imperio salis uectigalia, & in urbe publica circa Riualtum prædia. Horum quoque est maris litora aggeribus munire, quod opus ad coërcendos maris impetus institutum, quotannis ad dena exposcit aureorum nummum milia.

De Quinq; uiris pacalibus.

Sequuntur reliqui magistratus, quorum Quinq; uiri pacales Iacobi Tepuli tẽporibus preclarè à maioribus instituti mihi uidentur. Hi conuicia, & alias iniurias, quibus priuatae aluntur inimicitia cognoscunt, ac de fontibus lege iudicat. Si multa delinquentibus irrogata non fuerit maturè peroluta, admiffum facinus quilibet impunè uindicat.

De ueteris iusticiæ ædilibus.

Sebastiano cognomēto Ciano rempublicam administrante Triumuii instituti dicuntur, quum hodie quatuor creentur, qui ueteris iusticiæ nominantur. Hi fabrorum contra cuiuslibet precium operæ æqua æstimatione metiuntur: rerum uenalium pondera, si iniqua deprehenderit, lege puniunt: obsonijs, frugibus, oleis, & lignis uenalibus precium ascribunt.

De noue iusticiæ ædilibus.

Fuit quorum proximè meminimus olim munus, NNNn 2 quod

quod nunc tres nouæ iusticiæ ædiles obeunt. Molitoribus hi (quod Rainerio Zeno Principe est institutum) & caponibus non solum ius dicunt, sed etiam si quid deliquerint, lege uindicant.

De Triumuiris hospitalibus, siue ueteris calculi.

Sunt præter hos, de quibus diximus Triumuiros, qui ueteris calculi dicuntur. Accipiunt hi summos principes aut legatos publico nomine, lautissimèq; hospitio habent. Ecquando Athenienses, quando Lacedæmonij, quado Romani ipsi magistratum ad publicam hospitalitatem colendam habuerunt: quid aliud est perpetuum magistratum ad hoc creatum in aliqua esse ciuitate, quam hospitalis munificentiæ publicæq; charitatis signum in urbe omnibus gentibus præfigere: habent ad hæc illi aulae ornatisima, stragula purpurea, aliamq; preciosam suppellectilem ad ædes instruendas. Horum, quoq; est publica prædica quoquo modo fraude occupata asserere: rationes ad hæc, magistratum omnium maritimæ oræ libello ab eis accepto recognoscere.

De Triumuiris nouarum rationum.

Est pari numero, autoritate fortasse minori, magistratus qui pecuniam & alia oratoribus ad externos principes & populos iturus, necessaria subministrat, Triumuiros noui calculi dicuntur. Hi uero non solum abeunt instruunt, sed post reditum etiam expensæ ab eis pecuniæ libellum exigunt, principum munera illis ademptam publicam redigunt: nec tam precium in eo quæritur, quam ne qui quâ plus quam publicum hominem deceat, regu alicui, aut principum spe munerum sese insinuare auideat: obsoniorum publicanos, si pecuniam singulis pensionibus non dissoluerint, certa pecunia prius multatos, ad eam quâ publicam debeant dissoluentem cogunt: fuit totum ferme id munus eius olim magistratus, cuius proximo loco mentio facta est, ita ut uerè dici possit, qui duo nunc sunt, olim unum fuisse.

De Duumuiris farinarijs.

Est & in Riuaaltina ripa locus undiq; iam inde à Ciani principatu munitus, ubi farinae uis ingens populo uenalis proponitur. Hic ne frumentatorum auaritia quadoq; annona laboretur, duæ assidue tabernæ patent, in quibus farina uilius, quam in priuatis publico nomine uenditur. Præsident Duumuiros qui emporij clauas asseruat, quiq; artētissima cura prospiciunt, ne quis in mensuris, aut in corrupta annona uendentium fraude, accipiat iniuriam.

De Consulibus negociatorijs.

Et quia nullius rei secundum libertatem, nostra ciuitas ab initio studiosior fuit, quam negociationis, qua ratum Dei benignitate ad hunc diem profecit, ut omnium Christiani nominis urbium merito nostra opulētissima habeatur: ut igitur in maximo orbis emporio, ijs cautum esset, qui negocij causa eò nauigarent, tres ab initio (quartus Foscarij principatu est collegio adiectus) iudices maiores nostri instituere: eos cōsules hodie, ut ab initio appellat, in eo foro ius dicunt, in cuius portu omnia urbis trāsfiguntur negocia: hi sine libello iudicant, quæ iudicantur duo, uelut cōsulum ministri (massarios uulgò appellant) quadraginta uirali suffragio ad id lecti, iudicata exequuntur.

De Triumuiris extraordinarijs.

Cæterum ne pro pecunijs uerba creditoribus darentur, Triumuiros creati placuit, qui publicorum nauigiorum ad peregrinam mercaturam exeuntium, modum & numerum teneret: inde post reditum eam cum nauicis instrumētis recognita, in publicum redigeret, exigerentq; ab ijs uectigal, qui publicis nauibus usi essent: mox & triremium locadatum eis negocium datu, quod Petri Gradonici principatu creditur institutum, ut publicis tantum triremibus nauigaretur: sed hæc aliorum spectat, quam ad ea que

polliciti eramus. Nulli igitur prius ex urbe soluere licet, quam ex singulorum magistratu, ad quos uectigalium exactioes spectant, chirographo exploratum habuerint, an hi qui nauigaturi sunt, publice aut priuatum pecuniam debeant: quod si ita esse cōstitit, haud prius illis soluere permittit, quam creditoribus, ita placere cognouerint: ac ne post reditum quid naues mercibus exonerare, nisi chirographo idem magistratu cōstitit. Horum præterea fuisse tradunt Marianos ludos, qui Genuensi bello celebrari desierunt, publico sumpto instruere.

De Triumuiris decem officiorum.

Vtiliter quidem & is de quo dicam, magistratus, Thomæ Mocenici felici administratione fuit à maioribus nostris institutus, Triumuiros decem officiorum dicuntur ij ab omnibus magistratibus, qui urbanis uectigalibus præfunt: exacto pensionum tempore, libros cum eorum nominibus, qui nauili aut uectigalis nomine reipub. pecuniâ debent, accipiunt. Debitores prius pecunia multatos ad publicum æs soluendum potestate cogunt.

De prouisoribus urbanis.

Sunt & alij Triumuiros Petri Gradonici auspicijs creati, quorum prospicere est ne naues illegitima magnitudine texantur, aut nimis onerose stipetur: cognoscunt ad hæc qui ciuitate donati sunt, quibus in urbe utantur priuilegijs: illud quoq; ardentè perspicunt, ut mos patrius ac nauigandi lex indifferenter ab omnibus ciuitatis seruetur ordinibus: cursores ad ea quæ toto orbe fiant, maturè cognoscenda publico nomine instruunt: fuit is magistratus quando que ob repub. sublatas, mox uerò utpote necessarius restitutus. Magistratum ipsum ob id aiunt ab initio creatum, ut ij quibus id negocium esset datum, recognoscerent quantum alieni æris publico nomine deberetur, nimios sumptus cohiberet, ne uectigalia quoquo modo fraudarentur, fraudemq; potestate uindicaret. Est præterea à magistratibus plerisq; ad hoc prouocatio: uiasq; publicas sternendi cura recētissimè ad eosdem deuoluta est.

De Supra consulibus.

Admonuit præterea miserorum ciuium fortuna eos qui nostram ciuitatem instruere, nullam esse tam humilem ciuium conditionem, cui non aliquod in libera ciuitate pateret præsidium. Hoc igitur effecit, ut magistratus in urbe crearetur, qui in pignoribus, alijsq; rebus alienâs eis caueret, qui sceneratorum inexplebili auaritia ad ossa usque, ut aiunt, consumpti essent: idq; præstaret, quod ultimè omnium erat præsidium, ne in rerum etiam uenditione circumscriberetur: ceterum ne & illos qui alieno ære ultra modum laborare cepissent, facto à creditoribus impetu, cum omnibus fortunis darentur præcipites: sed essent potius ad quos illi confugeret, postularentq; sibi tempus ad se alieno ære exonerandum, quod pro oberatorum conditione longius breuiusq; impetrari solet. Si quis perditis rebus ob eam causam solū uerterit, publica fide ab eo magistratu in certum tempus accepta, in urbem, si uelit, tunc uenire permittit, ubi illi per ocium licet cum creditoribus agere de maturatione conflati æris solutione: quibus in sententia adductis, aut si non omnibus, præcipua saltem eorum parte, in ciuitate tunc esse potest. Si autem id minus consecutus fuerit, confestim exeunte præstita fidei tempore, iterū solum uertit: sed raro id accidit, ipse etiam iudicibus inopiam subleuatis, quorum fauor pro laborantibus natura stare consuevit. Multa ac diuersa fuerunt ab initio magistratus huius munera, quæ nunc publici prouisores obeunt: nec quatuor, ut hodie, sed tres usq; ad Foscarij principis tempora, collegium expleuere.

De Quæstorum præfectis.

Omnibus, ut dixi, ueteres urbis nostræ moderatores

tiores cōsultum uoluerunt: sed ante omnia reip. cui ne non ubiq; & semper cautum uideretur, nullam eius partem magistratu præsidio nudâ reliquere. Parum enim illi cautum putarunt, si non ea fide à prouinciarum Quæstoribus publicæ pecuniæ, qua & ab urbanis magistratibus ministrarentur: quod ne accideret, Triumuiros, quos fisci procuratores dixere, creatum iri placuit, quibus urbium & prouinciarum continentis oræ Quæstores administratæ pecuniæ ratione redderet: horum quoq; ius est tam publicas pecunias, quam prædia ab iniuste occupantibus uendicare.

De Triumuiris argentarijs.

Ingens ad hæc pondus argenti facti infectiq; materiam præbuit Triumuiros in ciuitate creatorum, qui quum id uenderetur, fundereturue, adessent, de que eius uena & precio iudicaret: est que id munus perpetuum. Sunt & qui argenti aliunde in urbem aduecti, uectigal exigunt, Triumuiros ad hoc ipsum creati.

De Triumuiris aurei panni.

Luxuria nostri seculi, que ita perditè incubuit, ut scurrè principū & præcones plus contexti auri hodie conterant, quam olim summi reges, negocium dedit opificibus nostræ urbis amplissimam aureæ texturæ. Sed quum passim Veneta urbe aurum pro lana in texti cepisset, necesse fuit ut tam preciosum opificium suum haberet magistratum, essentq; tres uiri, qui diligenter inspicerent aureæ purpuræque texturæ rationem, & operū precia, ne qua fraus inde negociatores sequerent. Si qua adulterata offenderint, pannos uel magni precij rescindunt.

De Duumuiris lignarijs.

Vt preciosis rebus, ita & ijs quæ uiliora sunt non inutiliter nouum olim magistratu ueteres inuenere: quanquam ne uile quidem dici potest, quod humanæ uitæ maximum præstat adiumentum. Duumuiros hodie sunt, olim unus fuit Christophoro Mauro principe creatus, publica pecunia ligna ad domesticum usum quæsit mercantur, aut ex publicis nemoribus accerunt, ac utrolibet modo comparata, quum hyeme mare est minus tractabile, ne eorum inopia in urbe laboretur, diligenter prospiciunt. Distribuant, quum opus est, illa pauperibus, à quibus sine aliquo maiore incommodo debitam postea exigunt pecuniam.

De regionum præfectis.

Est urbs nostra, quod alio loco, ni fallor, doctimus, in sex regiones diuisa, quibus singulis singuli Io. Superatio principe, præfisse ceperunt: habent hi negocium cum uigilum præfectis: die noctuq; uiderent ne qua parte urbis reipub. aliquod adeat incommodum. Horum quoq; munus est, famulos & ancillas conditione quæsitas, domesticam conscribere, si cariorum licentiam cohibere, lenonum & meretricum flagitia seuerâ uindicare animaduersione.

De Triumuiris soluentium.

Fuerunt maiores nostri rerum omnium urbanarum uehementer studiosi, sed mercaturæ (quod ex multis datur intelligi) sanè studio sissimi: nam præter cætera, quæ non minus utiliter quam prudenter circa negocia domi forisq; statuerent, illud certè non est silentio prætereundum, quod lege prohibitu est ijs qui ad mercaturam ex urbe profecturi sunt, prius nostris litoribus soluere, quam à Triumuiris Rainerij (ut quidam aiunt) Zeni principatu creatis: quiq; Soluentium, siue ut uulgò aiunt, Leuantium dicuntur chirographum impetrarint: inspicitur ab illis nauium magnitudinem, quid mercium earum quælibet ferre possit: scrutantur ad hæc an arma metallane, aut quid aliud contra legem sit nauibus impositum, an legitime sint naues armis & uiris instructæ: in quibus, si quid præter ciuitatis institutum offenderint, potestate corrigunt.

De Triumuiris emporiacis.

Est contra Riuaaltinum forum, Germanicè emporium, hic negociorum uis ingens frequenti hominum commercio transigitur. Theutonici sanguinis negociatores locum circumquaq; cubiculis porticibusq; uallatū habitant. Triumuiros, quibus & loci & ordinis regimen est datum, inquilinorum singula singulis comparant cubilia: eorum quæ inueniuntur, aut asportantur uectigal exigunt: habet & rerum gerendarum arbitros, quos quadraginta uiri priuo suffragio legunt: eorum opera in uendundis emundisq; rebz utuntur negociatores.

De Triumuiris præfitorum.

Grauisissimi ueterum bellorum sumptus in causa fuere, ut res publica aliquando coacta fuerit à priuatis aurū mutuari ea conditione, ut quod appensum esset, integra illis sorte maneret, acciperentque ipsi interim pro ea summa quorannis ex publico pecuniam: ut essent igitur qui certis pensionibus id creditoribus repræsenterent, quiq; æs alienum ex fide publica, quū op' esset, dissoluerent, Triumuiros Vitale Michaële (ut quidam aiunt) principe instituti fuerunt, qui ritè id præstarent.

De Quæstoribus urbanis.

Duo ad hos Quæstores urbani creantur, ad quos omnes publicæ pecuniæ à reliquis magistratibus deferuntur, quas illi principis supremæ collegij iussu, aut etiam senatus decreto in uarios reip. distribuunt usus: ab omni alioquin dispensatione, quoniam non impunè fieret, pertinacissimè abstinent.

De quatuor uiris monetarijs.

Necessum fuit in tā pecuniosa ciuitate, illud quod que prouidere, ut ex puris metallorū uenis, nihilq; adulteratis publicæ cuderentur pecuniæ: quod ut fieret, placuit duumuiros creati, qui nummaria officina præfissent, quorum arbitrio & autoritate, tam æs quam argentū rectè signandum curaretur: inde ubi officinæ esset illatum, nummusq; ferri cepisset, attentissima appensione examinaretur. Suspiciari libet antiquissimum hunc esse magistratum, & iam inde à Petri Badoarij principatu institutum, quo reipub. publicam administrante argentea pecunia Berengarij Cæsaris (ut aiunt) munere in urbe nostra signari ceperit: pari fama à maioribus accepimus, Io. Dandolo principe aureum nummum primò à maioribus nostris percussum: ac tum quoq; credibile est nouæ officinæ reliquos duos præfessos, qui cudendū aurum appenderent, fuisse in ciuitate institutos.

De aquarum curatoribus.

Nec eorum ratum quæ in urbe essent, ueteres illi memores fuisse uidentur, quum si quid extra erat, quod ad urbis usum pertinere credidissent, diligenti assertione uendicandum putauerunt. Triumuiros idcirco instituere, qui fluuiorum cursus procul auerterent, ne assidua illi exaggeratione urbem in salo alioquin positam, uel magno annorū circuitu continentem redderent.

De Quinq; uiris decimarijs.

Sunt, ut ad res urbanas redeam, Quinq; uiri decimarij, quos sapientes uocant: eorum quidem est à ceterijs, olitoribus, salarijs, & alijs qui sordidum in nostra ciuitate faciunt questum, tributum pro lucrū magnitudine exigere: æquū sanè uideri eos aliqua uelut pensionem reipublicam iuuare, in qua tā queæstuo se, tutoq; negociarentur.

De supremis calculatoribus.

Ne præterea ullus cui quæ peccandi relinquere iocus, Io. Mocenici ducaria administratione Triumuiros in ciuitate sunt creati, ad quos magistratu quorundam qui publicè administrat pecuniam, libri deferrentur, quos illi attentè perspicunt, an ex fide sine omnia ab illis pernotata: ac si quid offendit minus

perspicue positum, ad discussionem uocant ipsos librorum autores.

De Triumuiris caducarijs.

Ciuum auaritia, aut quorundam potius inopia causam prebuit, ut tributis haud suo tempore solutis, Christophori Mauri ducaria administratione tres sint suffragio creati, qui multa illis irrogata, capris, uenditisq; pignoribus, ciues ad tributum soluendum compellerent.

De Sex uiris exactoribus.

Verum ne deessent qui illorum iussa tempestiue exequerentur, sex numero exactores singuli in singulas regiones Marcello duce sunt eis attributi, qui & pignora caperet, capta riteq; hausta subiecta illorum arbitrio uenderentur.

De Decem uiris censorijs.

In eo quoq; qui ciuitatem nostram instituere, Romanos imitati uidentur, quod magistratum in urbe esse uoluerunt, qui singulorum ciuium opes certo temporis interuallo censerent. Verum quia in tributis soluendis, quae nos decimas nominamus, plerique rebus aucti, ea quae post proximam censum quaesire, ad leuandum tributum onus occultare contendit, Decemuirum Vendramino principe creati fuere, qui recognoscendi census ius habent: ac si quem nacti fuerint plura possidere, quam ceteri uoluerit, pecunia mulctant, & ad tributum restitutionem compellunt.

De collegio ciuili.

Inter nouos urbis magistratus, qui plerique numero Foscaro Principe instituti dicuntur, ciuile collegium non est silentio praeterendum. Constat ad Principem curis exonerandum non inutiliter eum magistratum excogitatum: sexq; ab initio creati, qui infra libram auri causas audirent, sed quum paucis annis uehementer eorum iudicum numerus auctus esset, eo recentio uiginti in eo collegio sunt retenti, atq; hi ferme omnes ex aliquo magistratu huic ascripti, qui hodie de summa triplo quam antea maiore iudicant.

De diui Marci Syndicis.

Non pigeat quando iam ferme ad calcem nostrae enarrationis uenimus, paucissimos subijcere magistratus, atq; eos ipsos promiscue: primoque ad eos quos circa Ducarium forum per incuriam praeterierat, Syndicos reuertar, qui xl. uirali suffragio creati, tam ciuium, quam peregrinorum querelas audiunt. Si qua in eos iniuria scribarum, siue notariorum ordinibus sit profecta, eam arbitrio uindicant.

De Riualtini Syndicis.

Pari numero atq; eodem suffragio in Riualtino foro sunt, qui idem negocium quod & illi de quibus proximo loco diximus, procurant: atq; a loco in quo id munus praestant, Riualtini sunt nuncupati.

De nexorum aduocato.

Fuit eodem Foscaro rempublicam administrante, ne in ciuitate optime alioquin instituta, ijs qui in uinculis iacerent, praesidium deesset, aduocatus unus institutus, qui salarium ex pub. acciperet, atque nexorum causas, & ad patres & circa magistratum tribunalia, tueretur: postea antiquatus Nicolai Marcelli ducatu restitutus est.

De duodecim sapientibus.

Petri Mocenici principatu cum repub. cum Othomanno Turcorum imperatore adhuc in armis esset, placuit nouum Sex uirorum collegium institui, cui uectigalium gubernatores cum paucis alijs, ita ut duodecim numero sint, ascriberentur, haberentque illi negocium uectigalia ipsa augendi, noua conscribendi tributa, aliaq; huiusmodi ad pecuniam maturè expediendam procurandi.

De Duumuiris punctatoribus.

Supereff, ut de Duumuiris punctatoribus dica-

mus, cuius magistratus instituendi aliorum desidia in causa fuit: ut igitur omnia maturè in utroq; foro transigerentur, Foscaro Duce duo instituti sunt: ut alter suum munus in altero exerceret foro, iudicesq; ad tribunal caularum hora inuitarent: quod nisi illi cum scribis & alijs, qui in alterutro foro minora obeunt munera, tempestiue affuerint, pecunia mulctant.

De aduocatorum numero.

Quando autem ad id uenimus, ut iam in calce nostri sermonis de ijs qui in foro sunt, loqueremur, non grauabor breuiter referre, quoniam modo aduocati qui in forensi turba & strepitu, & rerum turbatione maxime pollent, sex ab initio fuerint constituti, qui in duos diuisi terminos, causas circa tribunalia utroq; foro agerent: uerum caularum multitudinem cum imperio aucta, Mauro duce auctus est numerus, decemq; esse coeperunt. Nouissime Marcelli principatu, qui non multo post illi successit, sexdecim constituti, qui circa curias, tribunalia, & reliqua magistratuum collegia, causas tam publicas, quam priuatas agunt. Duo praeter hos Mauro Principe creati, qui in Riualtino foro tantum causas agunt, cum reliqui utrobique id praestent.

De armorum prouisoribus.

Digrediar nunc tandem a foro ad arma: non semper bonum ciuè togatum esse oportet. Orto nobis grauisimo cum Othomanno Turcorum imperatore bello, quo, ut scitis, post multos annos, multumque cruorem terra marique, defuncti fumus: Mauro Principe Duumuirum creati fuerunt, qui arma & omnia ad belli rationem necessaria maturè expedirent. Is magistratus ne pacata quidem ciuitate antiquari potuit, quin recentioribus bellis, & auctoritatem & negocium Duumuirum ipsi retinuerunt.

De tribus publici naualis praefectis.

Eram iam sine facturus, nisi Triuianus noster me tacita uoce publici naualis admonuisset, nos locum uulgò Arcinarium uocamus: hic biennio, Triumuirum nauali fabricae assidue praesunt. Octauo quoque die publico decreto opificibus qui circiter mille quotidie ibi operantur, integrè dissolunt mercedem. De magnitudine & apparatu loci dicere, nisi res omnino amplior esset, quam ut breui sermone completi possim: nunc de altero magistratu dicam, qui intra eandem munitiones suam habet negocium.

De Triumuiris Cannabarijs.

Est namque in ipsis naualis parte locus, in quo imensum cannabis pondus in nauticos funes torquedus absumitur: huic operi, quod sanè perpetuum est, Triumuirum praesunt: ab initio duo fuere, ab eo negotio quod curant Cannabarij iure nuncupantur. Compellunt hi ad id opus assiduam suam praesentia & adhortatione mercenarijs opifices: confectos funes reponendos curant, operarijs emeritam dissolunt pecuniam. Hec quam breuius potui de nostrae ciuitatis magistratibus. Scio ego fuisse olim & alios in nostra urbe magistratus, qui quonia aut prorsus sublatis sunt, aut alijs omnino annexi, superuacuum duxi de illis referre: sunt & hodie alij quidam ignobiles ac paucissimis annis, partim ad tributa exigenda, partim ad ea quae exacta essent recognoscenda, instituti. Sed illi ipsi in digni sunt, de quibus nos longiorem trahere uelimus sermonem, aut uos audire. iam satis superque ex ijs quae diximus, cognoscere potestis, quae sit hodie nostrae ciuitatis administranda forma: atque ex ea ipsa quales fuerint maiores nostri, qui rempub. ipsam tam praecclare fundatam nobis reliquere. Finem fecerat Badouarius, cum omnibus qui aderant eius sermonem probantibus confessus ille, quia iam dies inclinabat solutus est.

LIBRI DE VENETIS


magistratibus finis.

MARCI

MARCI ANTONII COCCII SABELLICI, DE PRAETORIS OFFICIO LIBER VNVS.

MARCVS ANTONIVS COCCIUS

SABELLICVS, MAGNIFICO VIRO ANTONIO Cornario, philosophiae studijs eminentissimmo, Vicentiae pratori Salutem.




Rasagium fuit illud credo, uir clarissime, quod septimo ab hinc anno ex ueteri Carnorū ora Venetias appulsus, librum de praetoris officio proxima apud me foetura natum, tibi in primis cognoscendum tradidi: accepisti tu quidem uernam librum per humane, ut soles, amplitudinemque tui nominis & splendorem formidantem, crepundijs etiam adhibitis molliter pertractasti: tum uero lineamenta corporis non aspernatus, cetera, si rectè memini, probare perseuerasti: unum ni fallor, in eo uisus es mihi desiderare, ut quando membra locorum fortassis natura nonnihil remacruissent, plusculum haberent aliquid & carnis & sanguinis. Tuo itaque sapientissimo iudicio non aliter quam coelesti quodam oraculo monitus, coepi mecum continuo considerare, qua potissimum ratione ea resarciri posset calamitas: constituitque duobus in primis opus esse, tempore & diligentia, quorum neutrum, sine altero id satis praestare posset: fuit itaque ille diu in tenebris, eratque adhuc diutius futurus, nisi ultro per hos dies forte bibliothecam recognoscenti, squalida, bone Deus, sed sic quoque haud inamabili se mihi fronte obtulisset: cum ego nonnihil intuitus, quia non adeo multa me in illo offenderant, quasi ex durissimo ergastulo in catastram traduxi, ubi uel natura uel mangonica potius industria ita breui profecit, ut dignus non multo post sit mihi uisus, quem libertate donarem: sed quum iam manumissus liberalique cultu esset in medium processurus, non uidebam cui honestius tutiusque commedari posset quam tibi uir clarissime, per quem ornari melioreque fieri contigisset: sed duriusculè fortasse adhuc tecum egimus translatione magis longa, quam necessaria uis: nunc omen illud magis quam consilium fuisse dicam, quod nostra haec lucubratio ad te primum sit delata, cuius erat nomine aliquando in apertum referenda: quae si tibi cultior pleniorque quam antea uidebitur, tuae auctoritati ascribito: illud uero à tua amplitudine studiosissime contendo, ne eo consilio existimes haec à nobis praepcepta tibi missa, quod te illis aliquo modo indigere arbitraremur: essem ego uerè stultus, si uir in philosophiae studijs eminentissimo, quippe qui Venetam academiam multa nominis celebritate plures annos rexerit, ciuili administrationis praepcepta proponere auderem: qui id potius feci, ut qui haec legeris, sentiesque istam administrationis formam, tuo sapientissimo consilio institutam, his quae breuiter hoc libello continentur ex omni parte respondere: uberiorem tuorum studiorum uoluptatem percipias, simul ut & alij, qui non ita saperent, si quando in hanc forte lectionem inciderrint, per te haberent, quibus in praetorio munere obeundo praepceptis uterentur: reliquum est, ut Vicetinos meos, quod constanti omnium praedicatione facis, quam commendatissimos habebas: eaque animi prudentia & moderatione tractes, quae tua sit sapientia & mansuetudine maxime digna: ex omnibus uis officijs, immo beneficijs, quae & multa & magna in me contulisti, erit illud certè mihi longe gratissimum. Vale.

NNN

MAR

MARCI ANTONII

COCCII SABELLICI
de Praetoris officio, li/
ber unus.DE PRAETORII MVNE/
ris origine.

PRAETORIS dignitas & amplitudo quanta ab initio fuerit, non solum nomē quod ex eo, ut Varro tradidit, est factū, quia iure & exercitu is magistratus praeret, sed Lucilij quoque carmen testatur: ergo inquit praetorum est praere. Caeterum ipsa originis ratio, ueterem arguit muneris huius dignitatem: uulgato namque consulari honore quem Romana plebes per summam contentione optinatum factioni extorserat, fenatus contra miro studio adnixus obtinuit, ut unicus magistratus ex suo ordine crearetur, penes quem & publici & priuati iuris esset potestas. Huic curulis sella data, trabea, caeteraque; ferē ornamenta, quibus consularis dignitas intrueretur: numerus fasciū diminutus, ut lex lictores illū non duodecim, ut consules, praerent: quanquam Emilio Paulo Hiberiam ex praetura sortito, publico decreto duodecim datos scribar. Plutarchus, Pompeius Festus praetores eosdē olim fuisse suspicatur, qui & consules fuere: Liuius haud obscure demonstrat eos qui publicos olim ductaret exercitus, a maioribus praetores appellatos: quo factum sit, ut & praetorium imperatoris tabernaculum sit dictum, & cohortis praetoria, & castrensis portae, ac nonnulla huiusmodi alia hinc, non aliunde, nomen sint sortita.

De praetorii muneris incrementis.

Verum quia ab initio inter ciues ius tantum dicere sit solitus, idcirco urbanus dictus est: procedente uero tempore cum peregrinorum multitudo ingens, petendi iuris causa, in urbem afflueret, neque praetor unus causarum turbae par esse uideretur, alter ab eo praetor creatus est, qui ab ipsa dicendi iuris ratione peregrinus est nominatus: superante de mum multitudine eō usque eorum numerus est actus, ut duo de uiginti quandoque fuisse tradantur: etenim Sicilia, Sardinia, & Hispania prouincijs factis, toridem ferme quot prouincijs essent, creati cepti sunt. Cornelius Sylla quatuor numero adiecit, per quos de sicarijs & parricidis questio haberetur. C. Caesar duos, qui rei frumentariae praesent: Augustus & Claudius princeps numerum uariasse dicuntur. haec & pleraque alia, ij qui de urbis magistratibus scripsere, non inscite tradiderunt: Liuius autem grauisimum tantum praetorum numerum nullū lo, quod sciam, loco retulit: nec plures apud illū ferē creati solitos reperio, quam prouinciarum numerus postularer, duobus duntaxat numero adiectis, quorum hic urbanam iuris dictionem, ille peregrinā haberet: sed inter omnes constat, tam eos qui Romae essent, quam qui in prouincias proficiscerentur sortiti, dicendi iuris ab initio potestatem habuisse: si quidem qui foris rempub. administrabat, aut per se, aut, quod saepe euenisse crediderim, si maiore aliqua belli cura occupati fuissent, id munus per legatos obire consueuerunt. scio ego eos qui hoc munere postea functi sint, a nonnullis non praetores, sed praesides uocatos: nos uero, licet haec quae breuiter tracturi sumus, ad omnes qui ius ubique dicant, æque attinere sciamus, rationem tamen loci in quo haec scribimus, secuti, de praetoris officio libellum

inscribendum diximus: sed iam ad praercepta trāseamus, de quibus ipse magistratus electione, quanquam id liberi populi, aut principis sit officium, primo loco differamus.

De electione praetoris.

Qui magistratus huius electionem habituri sunt, si prouincia, & ei quem eligant consultum uolunt (utrique enim uelle debent) si reipublicae, cuius in primis ratio habenda est, ingenium & gratiam in competitoribus spectabunt. nam qui diuitias & nobilitatem sequuntur, superbiam & auaritiam comites futuro praetori destinant: nunquam enim satis expletur habendi sitis, sed ita sanē euenit, ut quanto plura quis habeat, eo maiore habēdi, ut Satyrus ait, laboret cupiditate: quod ipsum non solum prouinciae, sed reipublicae quoque perniciosum esse consueuit. M. Crafsi exitus id olim declarauit. Est praeterea, quis non uidet? in stulto & insolēti ingenio domestica nobilitas nil aliud, quam intolerabilis superbiae materia, qua nihil in ijs qui rempublicam gerunt esse potest odiosius: uerum non ita haec dici mus, ut tutius obscuro loco natis quam nobilibus prouinciam committi existimemus, quo nihil dici posset ineptius, sed si alterū in suffragijs secururi simus, ignobilem uirtutem citius probemus quam furiosam nobilitatem, magis continentem pauperatatem, quam rapacissimas diuitias: nemo alioqui non planē uidet domesticum splendorem, preciosamque supellectilem ad magistratus existimationē augendam, haud mediocriter spectare. Redeo nunc ad ea quae in primis in ipsa electione aduertenda diximus: si igitur pacata erit prouincia, quia totū ferē praetoris officium in iuris dictione atque forensi umbra uersabitur, iure prudentem & moderatum, ferocissimo cuique praetuleris: seuerum & grauem uiolento ac pertinaci. gaudet praetoris comitate forum non minus, quam martio uigore militia, nulla est uirtus quae magis ualeat ad conciliandam forensis turbae auram, quam praetoris comitas, comitas dico, quae non omnino grauitate careat, aetas quoque diligenter spectanda est: ut enim iuuentae temeritas, ita senij perpetua est comes prudentia. Sed ne hoc ipsum quoque ita afferimus, ut omnino negemus posse fieri ut aliquis sit idem senex & stultus: contra iuuenis & prudens. Verum enim uero aliquid uisibile putandum est illos Quirites, quibus lege cautum est, ne ante certum tempus consulatus aliudue imperium cuiquam demandaretur: certe aliquid censabant esse oportere in eo qui reipublicae praesit, quod res nulla praeter aetatem ipsam praestare possit. Sed res ipsa non ita semper habet: haud enim minus natura interdum ipsa hominis peccatam aetas. Marcus Marcellus quum iam sexagenarius esset, ultra modum pugnantem cupiditate laborasse dicitur: quippe cuius colloquia, studium, consilia, atque ipsa nocturna, ut Plutarchus tradidit, insomnia, eō spectarent, ut iusta acie cum hoste confingere liceret. quod iuuenile studium ut in homine parum ob ingrauescentē aetatem ad pugnam idoneo, temeritatis uicio caruisse, nemo quidem dixerit, sed ultima eius expeditio id facile declarauit, quae non illi solum, sed collegae quoque ipsius perniciosa fuit: quanquam rerum gestarū gloria id uicium in eo homine merito celauit, quod in M. Crafsio, cuius paulo ante mentionē feci, & C. Flaminio qui rempublicam ad Trasimenum praecipitauit, euenire non potuit. Contra Scipio ille qui Maior Africanus cognominatus est, quum per aetatem adhuc non liceret rempublicam capere, Hispaniam tamē extra sortem adeptus eo consilio, prudentia & maturitate prouinciam administrauit, ut breui tempore Carthaginenses quatuor eorū imperatoribus, quatuorque exerciti-

tibus suis fugatis quae, ex utriusque Hispaniae possessione deiecerit. huius adhuc penē adolefcētis est uox illa notissima, malle se ciuē unū seruare, quam mille hostes perdere: non immeritō igitur eius indolem miratus Hasdrubal, suspicatus dicitur, quantum periculi non patriae solum, sed uniuersae quoque, Africae ab eo uiro immineret: uerum haec eō tendit, ut neque semper hanc aetatem temeritatis damnemus, neque illam omnino absoluamus: habebit itaque horum quae diximus, rationem, qui magistratum aut suffragio, aut priuata potestate creaturi sunt: & ut rem omnem breuiter colligam, pleno erit functus officio, qui quantum in se fuerit dabit operā, ut huic prouincia demandetur, qui huiusmodi uirtutibus sit praeditus, quae ad id munus obeundū maximē uidebuntur necessariae: gratiam omnino abesse uolumus, quae, ut in omni publico negotio periculosa est, ita in hoc periculo sissima, sed iam de primo ipsius praetoris officio dicamus.

De prouinciae optatione.

Praetoris designatione uulgata, is qui populi senatusue, aut principis beneficio prouincia adeptus est, si prudentis uiri officio uti uolet, haud cōtinuō purpuram, ut sic loquar, & fasces arripier, oblatam dico dignitatem non temerē adibit, sed quum ijs unde honor oblatum est, gratias egerit, postulat sibi tempus dari ad deliberandum, sit nec ne Prouinciā aditurus, quod si se reipub. suae esse cognouerit id facere, paratum se esse dicat eorum uti beneficio: interim uero secum reputet, quantum oneris sibi ex futura Prouinciā administratione immineat, consideretque diligenter terrae situm, graui ne sit caelo, an salubri: consideret mores & ingenia incolarum, quae interdum magis noxia sunt, quam caelum: quae si nesciat, ex aliquo interim qui eorum non ignarus sit, discere curabit: consideret terrae statum pacatus ne sit an bello obnoxius: sed haec his praecipiantur, quorum magis interest, quam reipublicae Prouinciā capessere. Cum itaque haec omnia diligenter secum prospexerit, tum seipsum metiri incipiat, ingenium, mores, doctrinam, corporis firmitatem, ac si se parem futuro muneri cognouerit, atque talē ut quātū hominis prudentia praestari possit, pulchre sit Prouinciam obiturus: quando non solum nobis nati sumus, ut praclare à Platone scribitur, sed patria ipsa nostri ortus partem sibi uendicat, partem amici: rectius is (quis non uidet) in luce hominum, atque in ea humanae uitae parte uersabitur, in qua multis utilis esse possit, sibi quae & suis splendorem comparare, quam publica cura solutus in priuato ocio senescere: praclare quidē id fecerit. Sed illud quod dicam adhuc praclare, si se oblato muneri non idoneum senserit (nam qui melius se uno cognoscere id possit, est nemo) delatam sibi dignitatem repudiabit, excusabitque: interim aliquid quapropter appareat magis, non potuisse alieno uti beneficio quam noluisse. Veneti ut prudentissimi in gerenda republica, ita in illa adeunda uerecundissimi hunc morem publicē priuatimque in ijs seruare solent. Quia quod parum ciuiliiter, contraque morem patrium facere putaretur, qui in huiusmodi deliberationem non certum sibi tempus depoposceret: confuleret itaque non sibi solum, sed reipublicae quoque atque illorum etiam aestimationi, per quos electio facta est. Non enim damnare uidebitur alienum de se iudicium, qui Venetum hunc morem diligenter seruauerit: est enim ut uerecundiae plenus, ita & necessarius.

De electu praetoriae familiae.

Si igitur Prouinciā receperit, illud omnium primum curabit designatus praetor, ut eorum quos ex praetoria, ut dicitur, cohorte esse uolet, mores & uitam diligenter teneat: nec quenquam (si fieri potest)

sibi comitem destinet, qui non sit idem & notissimus, sitque talis quem neque quaestus ullus, neque priuatum cōmodum ab officio possit auertere, cui ob spectatam fidem, negotia & multa & magna turro committi queant: uellem ego omnes si fieri possent, innocentissimos esse: sin minus, ab his quorum opera in administranda Prouincia praetor uisus est, peccandi uoluntas ut absit omnino oportere dixerim: sint dico ita instituti, ut si per occasionem delinquere possint, nolint: possunt oculi, frōs, uerba, nos fallere, longa cōsuetudo uix potest. Sint itaque multa prius familiaritate noti, quibus dignitatē suā commiserit praetor: uerum quia nemo est, ut uulgō dicitur, qui omnino uicio careat, satis eos probos duxerit, quos neque superbia, neque auaritia laborare senserit: quarum altera humanitati, altera abstinentiae inimica est. Necessitudo & gratia in hoc quoque parū ualere debent: ille necessitudinibus longē alios anteire putetur, qui sua prudentia, humanitate & innocentia praetoriam dignitatem maximē & tueri & augere poterit, & quia potest, uelit.

De praetoriae familiae cultu.

Perspiciet mores suorum, ut diximus praetor, sed nec cultum ipsum omnino neglexerit, qui non tam superbus & sumptuosus, quam nitidus & decēs esse debet, & breui talis qui magis gratiam cōciliet quam inuidiam. Hoc quoque de domestica suppellectile praecipendum puto: nemo amat quae in alijs suspicit & miratur: ut ignis, semper summa petit inuidia, quāquam si quid eiusmodi est, ut inuidia carere possit. Nam non omnino negauerim aliquid esse, quod in alio miremur & amemus: luxuriam tamen unquam mulantem nullus unquam ualde amare potuit.

De comitatus moderatione.

Quū ita omnia diligenter prouiderit, atque in Prouinciā proficisci parat, nō imprudenter fecerit, si ex cognatis & necessarijs quoque officij gratia eū sequi uolent, aut nullū aut quā paucissimos secū ire permiserit, ne immodicus ille comitatus sit grauis ijs qui ueniētē in Prouinciā praetore, aut publico, aut priuato sumptu excipere consueuerit: in hoc quoque Venetorum modestia satis quidem spectata est, quippe qui uno aut altero ad summum ex omni necessariorū numero admissio: caeterum his contenti quorum ministerio Prouinciā administrare constituerunt, minimē grauem suam accessum cuiquam esse patiuntur.

De Praetoris officio in prima congratulatione.

Adita uero Prouincia, quia primores ciuitatū, & omnes ferē qui in luce hominū uersantur, studio se ueniētē illi se obuiam effundunt: tum primo congressu inter ipsas congratulationes, quam maximē poterit uultu, uerbis, gestu, circūfusam turbā in accipitem comitatus suae ac seneritatis opinionem adducet: habeant ab initio quod simul ament in eo & reuereantur: ubi uero progredi urbem uersus ceperit, atque aliquis, ut assolet, ex principib. ciuitatis proximis adequitauerit, non grauib. imō, p. negotio non paruo habebit eum ad se uocare: quem si aut fama prius, aut ipso alloquio (nam ut aera tinnit, ita homines sermone noscuntur) prudentem rerumque humanarū non imperitum nouerit, tum ex illo per speciem mutui sermonis, nō pauca de ratione & statu Prouinciā, de quibus ciuitatis morib. intelliget, quod ipsum si ad futuram administrationem nō multum conferet, haud quidē aliquid non prodesse poterit.

De prima concione Praetoris.

Sed quū urbē ingressus fuerit, atque in praetorio sine in foro p. concione steterit, sceptrū & reliqua dignitatis insignia sumpturus, nō ab re fuerit de modo suae futurae administrationis aliquid differere, quo animo, quo consilio, qua denique ratione sit Prouinciā administraturus, seque nil antiquius habiturū, quā ut patrius mos, leges, instituta, atque oīa seruentur, quibus

bus prouinciae & ciuitatū regimē & moderatio, ad eam diē stetit, recte iudicata, prudenter decreta, ac caetera facta dictaq; optimi cuiusq; uel eorum in primis quos ipsis prouincialibus quae charissimos fuisse senserit, tum laudabit maxime, tum eorū se multū futurum declarabit, proderit, quis nō uidet? huiusmodi cōcio non solū ad conciliandā benignitatis & iustitiae famā, sed ad eloquentiē quoq; opinionē, quam hi qui in foro uersantur, in magistratibus non solū laudant, sed longē etiā suspiciunt & reuerentur: nec immeritō nulla re magis cohibetur forensis temeritas, quae penē tota in garrulitate uersatur, quam tempestiua praetoris facundia.

De domestica admonitione.

Missa demū concione, quū se in praetoriū receperit, continuō domesticos quasi secretiori adhibeat cōcōni, & qua parte puincia cuiusq; opera uti uolet, demonstrabit: inibi coniugē (si coniugē habebit) liberos & reliquā familiā monebit, ea ratione prouinciā sibi demandatā, ut illi nō solū praesit, sed pro sit etiam: ac quantū in se fuerit, omniū cōmodis cōsularur, uelle se monereq; proinde, ne quis eorū putet in prouinciā à se ductū, ut imperiū in quenquā exerceat, sed potius, ut suae sit uoluntatis minister. Tu itaq; cōiunx non solum non peregrinaberis per prouincię oppida & cōuentus, sed ne in uulgus qui dem extēris, nisi factorū causa: nec si quid uideris in prouincia quod tuos deleat oculos, delectasse plaussisse dixeris: ne in suspitionē uenias uoluisse te dono & gratia consequi, quod aperte concupueris. Afferatur tibi munera fortassis non pauca, illa meo iniussu non modō non attigeris, sed ne respexeris quidē: illustrium uirorū ignobiliūq; matronas, quę officij causa ad te uenerint, benigne liberaliterq; atque uno uultu omnes accipito: nullius aduersos ru mores admiseris. De fama huius uel illius minimē laborato, neq; ornatus corporis is sit, qui nobis inuidiam parare possit. Deniq; me praetore te eā geras, quam in priuata fortuna gerere consueuisti.

De monitione liberorum.

Liberi autē tui flexus à te cōtinentiam & sanctitatem discant, mares non gladiatorū ludū, non cōuentum immoderatorū iuuenum, non truales tabernae frequētent, non thermas occasione (ut fit) lauādi, non ganeas & cauponulas, ubi eos uenenum potius quam merum potare putauerim: sed sapientiē aut dicendi magistrōs studiose colant, illorū lateri haereant, aut si aetate prouecti id facere erubescunt, auaritia & uenationes exerceant, forum nunq; nisi festis diebus nostriq; aut deducendi, aut reducendi gratia ingrediant. Ambitiosas affectationes fugiat, ne alterutris partium eo obsequio haberi incipiat.

De monitione legati.

Legatus noster iura ac leges intueatur, has mihi sibiq; omniū ciuiliū actionū duces destinet, hoc ipsum praetorij praefectus sibi statuendū sciat. Reliqui apparitores non obliuiscantur se nostrae uoluntatis ministros à me ductos non prouincię praesides, quorum quisq; eo magis gratia, fide & auctoritate penes nos ualebit, quo maiore fide, studio, & innocentia erit praeditus. Ceteri uerō nisi in officio perstiterint, cum neruis & carcerem eis futuram denuncio.

De apparatu bellico.

Hac salubri usus admonitione, si prouincia suspitione belli laborauerit, de praesidijs, cōmeatu, & urbium munitione cogitare incipiet: haec partim per se, partim per uiros fidelissimos, atq; eosdem impigros quam celerrimē poterit, obeunda curabit. Speculas praeterea opportunis locis statuet, exploratores ad praesentendos futuros hostium motus destinet, & breui omnia impigre prouisa uolet, quę ad commissę prouincię salutem attinere uidebuntur.

De iuris dicendi ratione.

Secundū hęc quae diximus ad forensia officia animimum adijciet, atq; omniū primū curabit illud, ut in dicēdo iure sit summa seueritas, eam dico quam neq; gratia ulla, neq; odiū uariare possit: huic summa grauitas adhibenda est, quae non gratiē solū, sed suspitioni etiam resistat, facilitatē quoq; ad hęc requiro in audiendo, in decernendo lenitatē, diligentiam in disputando, ac satisfaciendo: esset, quis non uideret ipsa seueritatis facies dura & nimis aspera, nisi quibusdā humanitatis mitigetur cōdimentis. Xenophō ille Socraticus, quum optimi imperij effigiē exprimeret, tanquā praecipuas uirtutes in eo qui alijs praesit, grauitatē cum comitate cōiunxit, quod prudētissimus philosophus non fecisset, nisi illorū neutri sine altero recte administrationis officii imple posse credidisset. Erit itaq; praetoris iurisdictio grauis & seuera, sed q̄ his uirtutibus, nō careat, quibus sublati nullū humanitatis officii constare potest.

Qualis esse debeat praetoris uultus, quum ius dicit.

Quid? quod iudicis inadulabile oris habitū uulgo danari uideo, & quasi pro execrabili haberi, quare Chrypsippū aliquid uidisse putādū est, qui iustitiā in illis libris, quos *ἠπὶ τῶν ἰουδαιῶν*, id est de honesto & uoluptate scripsit, neq; humili neq; atroci aspectu, sed reuerēda quadā tristitiā dignitate, non obscuris uerborū coloribus figurauit, quo filo illius si mulacrum consummatissimo opere expressum hodie in Hunniensī foro uisitur.

De iracundia frenanda.

Iracundiā quoq; cum ab omni praetoria actione, tum in primis à tribunali ipso abesse oportere arbitror, quippe quae recti iudicij uerū tricariū dici potest: nihil est enim quod magis à suo officio hominem dimoueat, q̄ is affectus qui unus uerē à Stoicis dictus est, non trahere mentē hominis, sed praecipitare. Intēpestiuas igitur cauidicorum interpellationes, odiosam dicacitatē, alterna iurgia, amarissimas exprobrationes, indigna forensiū linguarū cōiucia, cōstanti seueriq; oris habitu, honestius quā iracundia aliqua obiurgatione castigabit, in obiurgationē uel iustissimam reclamabunt fortasse temerarij rabulā, in eam uultus moderationem, nisi stultus aliquis & temerarius reclamabit nemo.

De matura causarum cognitione.

Iudicium nullū aut decretum temerē interposuerit, nec per legatū, nisi causa perspicue cognita interponi patietur, in quo non gratia, non merum, nō emolumentum ullum, non hominis cuiuspiā dignitatem, non suā, non alienā opinionē, sed iura, leges & aequitatē respiciet: has duces quoad usq; uolet, sequetur, uelle autē debet semper, quanquā non negauerim posse fieri praua quaedā callidatq; iuris interpretatione, ut cum iure agi uideatur, tum aperta agatur iniuria: unde illud, Summum ius summa iniuria: huic fraudi, praetoris doctrina & prudētia occurrat necesse est, ne cum se ius sequi credat, prauā & inhumanā, ut sic dicā, oratoris alicuius persuasione sequatur. Si eruditus fuerit iuris, sciētiā dico peritus, à recto iudicio, si uolet, nō recedet, nec eum trāserit sum (ut dicitur) traxerit quispiā. Verum si is erit qui per iuris incitiā facile decipi possit, quia quid sit reatum non omnino intelligat, tum legatū, (ita enim à maioribus appellatū exiitimo, quae nunc uicarium appellari uideo), irētidē moneat, ne quid temerē agat: quin diligenter potius matureq; perspicat, ubi lateat ueritas, lateat enim non unquam nō tam sua natura quam argumentantium calliditate.

De callida iuris interpretatione euitanda.

Marcus Cato cōsuevit Carneadem Academicū Romā ab Atheniensibus missum, ad Oropi causam orandam nullo pacto in curiam admittendum: quoniam illo uiro argumētante, intelligi non posset ubi lateret

lateret ueritas, nec immeritō: nam multis uiris doctis audientibus in uestibulo curiae ad ostendendā & ingenij & eloquentiae facultatem, acri disputatione ostendat nullam esse iustitiā: quod si uir ille sapientissimus ueritus est uniuersum Senatū unius acuta dissertatione posse decipi, quid mirū si uel sapientis etiam praetoris mentem à frequenti oratorum cōtu quandoq; circūueniri posse suspicemur. Maturabit igitur, non praecipitabit iudicium suum praetor, nihil temerē decerner. In cūctis nō ab re fuerit asidētis legati opinionē sciscitari: nescio etiā an tutius fuerit honestiusq; illi multa delegare, in quibus acri denūciatione demōstret praetor, uelle, iubeatq; se iuris & equitatis inoffensam formulā seruari.

De moderata animaduersione.

Eundem penē tenorem in puniendo seruandum crediderim, quē in dicendo iure oportere diximus: nisi quod iracundiam non modō frenari, sed excuti etiam atq; longissimē ab eo ablegari oportere arbitramur, qui supplicium de aliquo sumpturus sit: nūquam enim iratus, ut praeclearē à Marco Tullio dicitur, qui ad iudicandum scelus accedit, mediocritatē illam seruabit, quae inter nimium & parum est: quā Peripateticūre laudat: sed quo pacto hanc in aliquo reperire possint, ipsi uideant, qui iracundiam perpetuam dant homini comitem, qua nihil moderationi magis contrarium esse potest. Sint itaq; legum similes, qui ad puniendum accedunt: quae ad ultionem non iracundia, sed aequitate ducuntur: memineritq; simul duas omnino esse, ut Platoni placuit, puniendorum scelerum rationes: aut ut is in quem animaduertitur, corrigatur ac melior fiat: aut ut exemplo caeteris sit, qui fontem malē affectū cōspiciat, praemetu reddatur meliores: cuius animaduersionis genus Graeci *ἠμωσιαν*, id est poenam appellant: quidam uerō in quibus est Anneus Seneca, tertiam addunt causam, ut sublati malis ceteri tutiores fiant, quum itaq; prodesse uelitis qui ad puniendū accedit, ira omnino eum carere decebit, qui affectus omnis officij imparitissimus est. Sit itaq; uultus praetoris in ipsa animaduersione, quali sapientē esse oportere ex persona sua Plurarchus ostendit, is enim ut Gellianus ille Taurus dixerit, quum seruū nequā ac cōtumacē flagris admouisset, essetq; ab eo increpitus quod ira ductus aduersus quam multa disputasset in eo libro quē *ἠπὶ ἀσπυδιῶν*, id est de non irascēdo scripserat, plurimis se plagis multaret, cui ille leniter & uultu minimē turbato: Nunquid ego quū tu uapulas irasci tibi uideo? ex uultu ne meo, an ex uoce, an ex colore, an ex uerbis correptū esse me ira intelligis? mihi quidem ut opinor, neq; oculi truces sunt, neq; os turbidū, neq; immaniter clamor, neq; in spumam ruboremue efferresco, neq; pendenda dico, neq; poenitenda, neq; omnino trepido, aut gestio: quae omnia signa sunt eius qui ira affectus sit, talis inquam sit, necesse est puniētis uultus, sed non satis id erit, nisi animus quoq; hoc affectu sit liber. Plato in contumacem seruū animaduertens, Pulsaſsem te, inquit, nisi iratus essem. putauit uir ille ueritatis amicus, nullo pacto ab irato animo modum in ultione teneri posse.

De seueritate in animaduersione seruanda.

Sed quum hoc disputo, iramq; omnem ad huiusmodi praetoria actione excludo, seueritatem tamen non modō non tollendam, sed adhibendam quoq; cenſeo: quanquam nescio quonam modo qui facilius cohereat ciuilibus actionibus, quam his de quibus loquor, ut in illis comitatis cōdimēto gaudeat, in his uerō tota in rigorē iustitiā exeat: sed non uideo qua ratione qui piā humanitatis obliuisci possit. Difficile est enim ut Pyrrho ille Helienſis dixisse traditur, penitus hominē exuere: ego ut dicā quod sentio, non hominē sed immaniſsimā belluam iudi

cabo, qui alieni supplicij cupiditate teneatur: quicq; inter amarissimos gemitus & profunda eorum qui torquentur suspiria, non saltem animo moueatur.

De quaestione.

Debet, fateor, quaestionantis uultus clementiae obliuionem praese ferre quadiu sit in reum agendus: ne si mitior interea appareat, misericordiae fiducia adductus perferat negare, quod alioquin longioris cruciatus metu fuisset dicturus: uerū spectanda est causa, quapropter ille adhibitus sit quaestioni, spectanda uita, mores, ingenium, & in primis corporis firmitas, quae omnia non obscure demonstrant, quantum cuiq; instandum sit: ar reperti sunt, qui cruciatorū fletu & eiulatu non minori uoluptate afficiantur, quam suauissimo aliquo tibiarum cantu. Hos ego uerius tortores quā praetores appellandos contenderim: uendicet itaq; in hac quoq; praetorij muneris parte sibi locū humanitas, qua sublata, nō est cur quispiā uerē homo dici possit. Summa autē omniū hęc est, ut nullā putemus esse praetoris actionem, ad quam humanitati & clementiae non pateat accessus. Sed iam nimis longo fortassis sermone hęc quę ad forum attinent executi sumus: nunc ad domesticū institutum redeamus, & pauca quae adhuc de praetoris officio dicenda sunt, breuiter absoluaui.

De humanitate domi seruanda.

Quemadmodū seueritas in forenſi luce primariū inter praetorias uirtutes sibi locum uēdicat, & merito, est enim perpetua iustitię comes: ita humanitas quum in praetorium uentū est, sit illa quae caeteris dominetur affectibus, hęc faciliē ad praetoris cōspicū omnibus parat accessum: pateant ostia & aures querelis omniū, tādū quicq; dicat, quādiu dicerē uoluerit, dūmodo is sit qui per se sciat dicēdi modū inuenire: nullius inopia, aut solitudo foribus illis excludatur, omnia plena sint mansuetudinis & humanitatis, nemo illinc tristis abeat, quod eorū qui alijs praesint propriū est curare, ut Titus ille Vespasiani filius, qui per manū à patre traditum orbis imperiū mansuetissimē administrauit, dicere solebat: cuius rei aded studiosus fuit, ut omniū cōsensu humani generis delicias appellatū quidē scripserint, sint apparitores & domestici omnes tales, qui domi credantur habere unde facilitatem, mansuetudinem, & modestiam dicant.

De moderatione domesticorum.

Sed quia parum erit praetore eum esse quē diximus, nisi his quoq; uirtutibus qui illi & publicē & priuatim apparent, sint praediti: idcirco identidem admonēdi sunt, ne quid auarē, superbē, arrogatēue faciant, tantoq; impensius si quid deliquerint puniendi sunt, & in suo officio continendi, quanto eorū natura ex dignitatis insolentia pronior in hęc uicia esse solet. nulli conuiciū faciant, nullā humilitatē cōtemnant, à nullo precium aut munera accipiant, tam diuiti quam pauperi ad praetorem aditum parrefaciant, sciantque se ministros esse, & non qui in quempiam per se exercere habeant imperium.

Quid cuiq; credendum sit.

Eorū cuiq; tantū credendū est, quantū eorū fides postulat, ut quisque optimus fuerit repertus, ita dignissimus iudicabitur cui multa & magna credantur negotia: sed ut hos publicē priuateq; administrationi rectē admiserit, ita eos qui à flagitio non abstinent, quā rectissimē arueris. Cato ille qui Vticēnsis cognominatus est, quum in Cyprum prouinciā quaestor uenisset, repudiato suorum ministerio, multa per sese obijisse dicitur, quae illis haud tutō committi posse arbitrabatur, sapienter Hercules, haud enim rectē alienam famam ei credideris, qui suam facile contempserit. Sunt itaque identidem admonēdi, ne quid domesticorum consiliorum in uulgus referant, in quo uicio penē asidui sunt omnes qui

qui in illustrium uirorum aedibus uersantur. Est enim, ut Salyrus ait, lingua mali pars maxima serui: sunt iraq; nō minis solum, sed uerberibus etiam & uinculis (si opus sit) coercendi. domestica quidem disciplina magis quam nostra silentium imponet. Catonis illius maioris serui sapius rogati quid domi ferret: semper se nescire respondisse dicuntur.

De annulo praetoris.

Nec annulum quoq; his recte commiseris. unus Scriba sit illius custos: scribē digito & tutius & honestius quam serui aut apparitoris alicuius spectabitur: quanquam ne huic quidem nisi cum opus est, tradendum dixerim: debet enim annulus non alienae metis, sed illius solū cuius imperiū est, esse testis.

De prouincialium assentione uitanda.

Vitanda ad haec prouincialium studia & assentiones: quibus admisis nihil esse potest ijs qui rei publicae praesunt, perniciosius: frons ut diximus, oculi, uultus per sepe mentiuntur, oratio uero sapissimē. Huiusmodi hominibus aures haudquaquam prebende sunt: eorum adlatio, aut non audienda, aut si audieris, leuis existimada. non pauci reperti sunt, ac quotidie reperiuntur, qui uanis huiusmodi opinionibus inflati in turpissimos prolabantur errores: nec tum uelim eos aperte damnari, aut eum ignominia repelli: sed immoto uultu, aut paulū ex portrecto labello, oculoq; penē risum significante auidiri: ita inquam ut quum multa in gratiam fuerint locuti, nullam sciant se fecisse fidem. nihil profectō est, quo magis id uitium frigescat, quam si se leuitatis damnari sentiat, metietur se ipsum praetor: nec se ut sapiēs Salyrus ait, extra quae ferit: haud enim difficile erit, quum omnem suae administrationis rationē diligenter reputauerit, iure ne laudē iudicare.

De delatoribus audiendis.

Pari acrimonia & seueritate delatores audiēdos dicerem: nisi quōd ij reipublice causa serius accipiēdi sunt, deferuntur nonnunquam ea quae etsi uana iudicari possunt, ab illis tamen qui publicam gerūt personā, ne sui muneris uideantur obliuati quali pro ueris sunt recipienda: quōd si ea quae delata fuerint talia sint unde periculum prouinciae, aut ciuitatum alicui, aut maiestati imminere possit, matura inquisitione cognoscenda sunt: leuia uerō & quae cognoscere uelle, nullum sit operae precipium, omnino dissimulanda.

Quae familiaritates recipiendae sunt.

Hos uero in familiarium numero habere non dedignabitur: nam non pauci haberi cupiēt a quibus nihil praeter gratiam & beneuolentiam spectari cognouerit, cognoscere aut id poterit ex eorum uita, moribus & fortuna: nec quenquam temere admitterit, immō uero nullum nisi qui tam se prouincia abeuntem amaturus sit, quam ab initio fuerat pollicitus: multi fordidi homines sui cōmodi causa sub primam administrationem magistratum studiofissimi uideri cupiunt, fataguntq; omni officio illis gratificari, quod simulatum studiū mox cum ipso regiminis processu turpiter senescit.

De muneribus non omnino capiendis.

Munera quae speciem quādā aucupij habere creduntur, aut nulla, aut quam paucissima accipiet, ea

scilicet, quae omnino suspitione carebunt: siquidem donantis uoluntate & studio cognito, facile & ipsa datorum munerum deprahenditur ratio. Verum parum fuerit suas manus ab huiusmodi illecebris cōtinere, nisi uxor, liberi, ministri quoq; id fecerint: atq; ab omni munere non minus quam a candemā ferro abstineat: sordescat necesse est omne fermē iucrum huic qui ex prouincia uult incolumē famam reportare: quae nullo alio uicio facilius periclitatur, quam auariciae suspitione. simul quoq; illud meminerit, quod praeclearē à Platone scriptū accepimus, oportere eos qui reipublicae praesunt, sic ciuium utilitatem tueri, ut quicquid agunt, commodorū suorum obliuati, ad ea referant: sapienter quidem: nemo enim & sui & alieni commodi aequē studiosus fuit unquam. obliuiscatur opus est omnis domestici e molumenti, qui suae famae uult consulere. C. Gracchum gloriari solitum accepimus, sacculos quos pecuniae plenos in prouinciam detulisset, se domum uacuos reportasse.

De factionibus compescendis.

Ciuiles discordias, superba odiosaq; factionum nomina, quae magnas saepe ciuitates euerterunt, aut imperij maiestate tollit: aut si ita sint ut inueterata odia tam citō tolli non possint, non ab re fuerit praetorio edicto, seueraq; animaduersione ad tempus consopire: mira, quis nescit, opus erit prudentia ad hoc ipsum quod dicimus consequendum: sed maiore quadam cautēdum est, ne quandoq; commissa prouincia fame aut peste laboret: dixissem, ne labore incipiat, nisi alterum praestare diuinum sit potius quam humanum. satis uero consuluisse uidebitur, qui alterutram pestem si non illico orta, non tamen adhuc grassantē cōsilio & diligerē opprobrat.

De prouinciae lustratione, & ultima satisfactione.

Nec interim grauabitur intra annum munus semel ac sapius, si opus sit oppida, municipia, & conuentus prouinciae circuire: nec magno ad hoc utetur comitatu, ne aut ob nimium sumptum sit ciuitatibus eius accessus grauis, aut nimis formidabilis, quod non modō non iucundus esset, sed odiosus etiam, oderunt enim quem metuntur, ut est apud Ennium, quin potius, sint omnia humanitatis plena, nullus reror nisi malis pretendatur: quod uel ipsum seueritatis & iustitiae nomen praestare poterit: reliqua moderationis plena esse oportet, intelligant omnes eum ut custodem, non ut tyrannum: ut hospitem, non ut exploratorem, & publica & priuata recta subire. Cato ille senior, cuius nuper mentionem feci, cū Sardiniae praetor urbes adiret, sine theda adijisse dicitur, publico uno ministro sequente, qui ueste ferebat & thurribulum, quo rem diuinā faceret: sed quum aliqui ob seueram animaduersionem esset omnibus formidolosus, eius tamen accessus ut modestiae erat & continentiae plenus, ita omnibus iucundissimus: demum circumacto anno ante quam prouincia decedat, & se & suos omni alieni aeris onere exoluet, uoletq; & publicē & priuatim omnibus satisfactū. Quū itaq; haec omnia praestiterit, optimi praetoris functus erit officio, eximiaque ex ipsa prouincia laudem omni quidem triumphi praestantiorē meritō reportabit.

MARCI ANTONII

COCCII SABELLICI,

De scribarum officio

Dialogus.

CALPHVRNVS.



VIS te huc ad nos Deus apulit Sabellice? SABELLICI VS. Ne queras Calphurni, quis Deus, sed quae causa potius. CALPH. Istuc igitur ipsum quaerimus. SABEL. Ut Pomponium uiderem, quem audio ad nos incolumem ex Sarmatia redijisse. CALPH. Redijt certē: sed ut omnino huc tardē, nam Pomponius iam dudū Ariminum uersus nauigat. SABEL. Inaspicard ergo huc aecessimus. CALPH. Imō si me audis aut ipicatisimē: nam etsi Pomponij conueniundi non datur facultas, quod non uereor quin tibi iucundissimum fuisset, superest tamen aliquid in quo uel bi duum te hic mecum oblectare possis. SABEL. Tu uerō dic si placet quid hoc ipsum sit: cupio enim desiderium hoc abeuntis uiri aliqua ratione leuatum iri. CALPH. Dicam Marce: proximis his diebus sacerdos quidam homo meo iudicio mathematicae disciplinae non ignarus, tabulam cū terrae & aequoris figuratōne in curia suspendit, ad quam inspicendam magnū literatorū hominū per aliquot dies audio factum esse concursum. Cupio itaque uehemēter te nouo huic spectaculo adhibere, atque aliqua ad geographiae rationem attinentia tecum diligenter considerare: ne graueris igitur hoc biduum nobiscum hic esse, quando ne mora quidem ipsa inutilis futura sit. SABEL. Ego Calphurni & cupio & opto, tabellam istam uidere, etsi per ocium uacat, ut ad locum me continuo ducas uehemēter te rogo. CALPH. Mihi satis quidem uacat, quando ita tibi cordi esse uideo, atque nunc si ita libet, eamus: sed ecce uideo M. Aurelium solum in curiae uestibulo deambulantem: conueniamus si placet, hominē: nam qui eō commodius nos ad locum trahere possit, est nemo. SABEL. Cur non? si sic est. CALPH. Salue Mecenas. AVREL. Quid tam ociose hodie Calphurnius nostra haec terit limina? quod nisi festis diebus faceret nunquam. CALPH. Ut cum hoc nostro Sabellico hanc uestram tabulam, uelut illam Phidiae Mineruam in arce locatam uiderem. AVREL. Etsi hicille Sabellicus, de quo tu aliam ad me non pauca? CALPH. Ille quidē. AVREL. Gaudeo plurimū cōtigisse mihi te uidere, etsi quid Sabellice (nā ita tua postulari uirtus) in me est, quod conducere tibi posse pures, gratissimum mihi feceris si nostra opera quandoque uri uoles. SABEL. Meritō te Mecenate omnes nostri saeculi poetae uocant Aureli: sed quod ad istam tuā liberalitatem attinet, cumulatissimū ego à te officium accepisse putabo, si post hac me in tuorum numero habueris. AVREL. Quid habuero, imō libens faxim, ut te in meis familiarissimis esse breui omnes intelligant. Sed quid uobis Calphurni cum nostra tabula? CALPH. Cupiebamus, ut dixi, uehemēter eam per ocium cōsiderare, ad quod ipsum tua opera nobis opus est: nam neque omnibus, ut audio, neque semper uidere uolentibus ad eam patet accessus. AVREL. Sic certē est, ut ais, uelut nūc, quum proximo loco senatus habetur: sed quid ista opus est festinatione? Vos poetae quia ociosi & quodammodo feriat uiuitis, nullam temporis iacturam plus quo aestimare debetis. CALPH. Quasi uerō nos qui Musarum sacra colimus, desides & inertes iure habeamur. AVREL. Non ita inquam, ut poetas desides uocem id uolo uideri à me dictum: absit à

me, ut nomē illud quod semper summa ueneratione colui, ulla uerborum incessam petulantia: sed ut praeg laboriosa hac & uere curiosa uita quam nos scribae agimus, uestram istam (quia sibi tantum deseruiat) nostro iure ociosam appellemus. CALPH. Sunt ne ita tot & tanta scribarum officia Aureli, quanta uos praedicare soletis? nam ut libere dicam quod sentio, omnino res ipsa neque ingenio, neque doctrina, neque industria magnopere indigere uideatur. AVREL. Falleris profectō, & quam onerosum sit hoc munus omnino ignoras Calphurni. CALPH. Quale sit istud ipsum, aut quam magnū non intelligo: etsi per ocium potes, id nobis demonstrare, parati sumus, ut pro nostro Sabellico spondeam, id libenter audire. AVREL. Et uacat (nisi quid interim acciderit) & libet uobiscum aliquantisper esse, atque de huiusmodi munere aliqua differere, postquam uos ita uelle uideo: sed ne pedibus stando, longiore fortassis sermone, quam expectatis defatigemini, concedamus, si placet, in eam porticū, quae regione est. CALPH. Tuum est optare locum, in quo uelis esse Mecenas: quod autem ad nostram operam attinet, nos ubiq; parati sumus te libere audire. AVREL. Scio id ego & gaudeo uehemēter: sed ecce ab ijs qui locum tenebant nobis uenientibus ultrō ceditur. Vt amur eorum humanitate, dum ipsa interim de re diceret, incipiam. Coniecerant omnes qui propēderat in Aurelium oculos, qui ubi illum sedisse apparuit, de re non parua differturum: tum uirille, ut non inhabilis erat ad dicendum, in hunc fermē modum est de scribarum officio dicere exorsus.

De officij partitione.

Scio ego, uiri optimi, nec ut puto fallor, à uobis fando aliquando auditum, Platonicas partitiones, non solum omnem disputandi legem constituisse, sed lucem etiam maximam his rebus attulisse, quae nullo sermone illustrari posse uidebantur. Diuini igitur hominis doctrinam secuti nos quoque partitione utemur, ne quid à nobis obscure, aut parum perspicue dici uideatur. Primum itaque neque unū esse scribarum ordinem dicimus, neque idem omnium munus: quāquam non ita diuersos esse dicimus, ut quasi alias uirtutes in alijs, & non omnes in singulis, si fieri possit, esse uelimus. Pulchrū est, quis nescit? in omni humanae uitae gradu excellere, atq; longē alijs praestare, quōd haud quidem fieri potest, nisi hic qui omnium maximus uideri uelit, idem sit & optimus. Ausim itaque ab eo qui egregius scriba & uideri & uere dici uelit, cumulatissimam, ut ita loquar, uirtutem requirere: sed quia tum nostra defidia, tum uitae ipsius breuitate fieri non potest, ut plenum quidquam ab homine proficiatur, de his quae in primis necessaria sunt, & sine quibus nullo pacto officium, de quo loquor, constare potest, breuiter differam. Verum antequam de his dicere incipiam, pauca de ueteri huius ordinis institutione & apparatu, altius nobis reperenda sunt: & ut diuina humanis preferantur, quod in omnibus censo fieri oportere, ab ijs qui rerum sacrarū curā sortiti sunt, proficiatur hic sermo.

De ueteri scribarum officio circa sacra.

Horum autem institutio quā sit uetus, uel ex hoc quod dicam, intelligi potest. Aegyptij, qui mortalium antiquissimi perhibentur, rerum sacrarum scribis fermē semper usi sunt, quod & Syri Iudaei, qui, ut Strabo tradidit, ab illis originē traxere, fecisse dicuntur: id diuinā humanaeque literae testatur. Graeci, qui fortassis hunc morem, ut literas aliunde aduectas susceperunt, inter primos ciuitatis ordines hunc ipsum retulerunt. Hos autem uiros innocentissimos ab initio fuisse, atque eosdem sapientissimos

credere equū est: quippe qui nō tantū sacrarum pecuniarū luntima fide rationes administrabāt, sed & rerum diuinarū doctrinā, cerimoniarumq; ritū percallebāt, ut si qua sacra institūda, si quāue mutāda essent, non ministros solū, sed autores quoq; se eorū sacerdotibus pōtificibusq; exhiberet: oportuit hos quoq; ueterū factorū & reporum in illis cōtētorum non mediocrē sciētiā habere, quom eorū ministerio multis his addi cōstueissent, multa subtrahi, interdum nō pauca immutari. quid quod si Herodoto credimus, nōnulli in hoc ordine reperti sunt, qui nō uulgaria quēdā de situ orbis, uel in primis de Nilio ortu, de quo & Gręci & Latini scriptores nihil affirmant, disputare sunt ausi: sed quid aliena ac minus nota lectamur? Quęro an quatuor illi spectatę fidei & sanctitatis uiri, qui Euangeliū scripsere, plenē scribarum functi sint officio: quid diui Pauli epistolę, quid reliquorū, an aliud munus quā hoc ipsum de quo loquor prę se ferūt? quę quātū & diuinę & humanę sapiētię cōtineant, uel ex hoc iudicari potest, quod pro mortaliū cōsensu, inter diuinas lectiōnes quotidie referātur, & ut tacēā reliquos, quid preperis illius aquilę Apocalypseos libri, an aliud quicquam q̄ secretarij optimi sapiētissimiq; officia cōtinent? nōne cōlestis mēs illa quasi domiciliū Trinitatis scrutata, uelut per manū traxerit hominē ad ueri Dei cognitionē, ab ipso diuini uerbi principio exorsa, secretissima mysteria miro præconio reuēxit? Diligētis scribę est, quis nescit? salutiferi principis cōsiliū gētibus significare: scribę optimi tam publicāda dicere, q̄ tegēda cęlare. Cæterum summi pontifices diuina opera imitati, nōne & ipsi quoq; iam inde ā primis ecclesię incunabulis hunc ordinē penes se esse uoluerunt? per quē omnia quę ad ornamentū religionis attinerent memorię mandaretur: eos ego esse puto, quos nunc uulgō protonotarios appellat: sed plura fortassis quā oportuit de his diximus. Venio nunc ad eos qui hęc terrena curant, in quib. quāto earum rerū status corruptior est, ac proinde facilior lapsu, eo maiore innocentia, industria, & doctrina opus est, ne quid per insciā, aut ignauiam, aut fraudem, offendatur.

De necessarijs uirtutibus scribę.

Oportet itaq; eos qui in hac humanę uitę parte, & quasi in mediā hominum luce uersantur, amplissimiq; alicuius principis, aut liberi populi, aut magistratus nascentes excipiunt curas, exceptas fideliter aut tegūt, aut trāsfigunt, præter cętera singulari doctrina, spectata fide, amēno liberaliq; ingenio & industria & prouidētia nō modica esse p̄ditos. Nā ut de doctrina loquar, quo nā modo hic honoratus scriba publicis rebus par esse poterit, nisi sit idem & literatissimus, ac plures, si fieri potest, percalleat linguas? Enimuerō nō uideo qua ratione hici dē (q̄ in hoc Senatu frequēter usu euenire solet) aut Gręco aut magis ignoto sermōne notatas literas sit recitaturus, qui tantum Latine sciat, atq; illud ipsum, quod deterius sit, fortassis non rectē teneat. Quid quod interdū aut orādum, aut respondendū, aut disputadū est peregrino sermōne? quod ab ijs qui nostratē hunc tantū sortiti sunt, minimē præstari poterit: quid de nostratibus literis loquamur, quarum si quis imperitus sit, multo honestius se curiæ præconem q̄ scribam destinabit: sed ut est perdita quorūdam audacia, reperti sunt nō pauci ac quotidie reperitū, qui sine literis in amplissimas aulas migrare sunt ausi, quorū imperitia penē prius nota fuit, q̄ facies. sed quid mirū? nullū certē uitiū facilius deprehenditur, quā arrogās ignorātia. Redeo ad id, de quo dicere instituerā. Non uideo in quā qua ratione quispiā huiusmodi muneribus, de quib. antē diximus, sine multiplici doctrina par futurus esse possit, & ut cętera omittā, horū certē est Senatuscōsulta, principū edicta, magistratū decreta, dictare, quę

quoniam suasionē, autoritate, equo rectoq; non carent, quis eā rectē nauabit operā, nisi idē orator sit, iurisq; & æquitatis nō imperitus? quid q̄ idem de quo loquor, si sit quem esse oportet, nōnunquam in magnarū rerū consultatione, aut in senatu, aut apud principē magistratū me suam rogatus non ineptē dicit sententiā: ead; fortasse affert, quę ijs quorum ea est consultatio, quāquā ē repub. essent, nō succurrebant: id haud facillē præstabit, nisi qui uaria sit lectiōne imbutus, qui antiquorū principū, populorumq; cōsilia, exempla, stratagemata, iussa, decreta, atq; ipsos deniq; horū omnium euentus cognouerit? Onesicritus, Callisthenes, & Anaxarchus, & reliqui sapientię professores, qui ex Græcia Alexandrum Macedonem ad ipsum fermē solis ortū secuti sunt, si quis rectē opinetur, Scribarum munere potius quā philosophorū penes illū defunctos, arbitrabitur: quippe qui nō solū illius gesta, sed omnia memoratu digna scrutati suis scriptis eternitati cōsecrarunt: quæro an ad Brachmanas & Gymnosophistas uisendos Onesicritus cuius paulo antē mentionem feci, mitti potuisset, nisi (quod fecit) de rerū natura ipse quoq; primo congressu scitē sapienterq; disserere potuisset: quo factū est, ut non magis imperatoris fama, quā legatī sapiētia adducti, duo ex arenoso illo Gymnasio Onesicritum secuti, non cæci cæcum, ut dicitur, sed sapientes potius sapientem, in Macedonum castra uenerint. Quotidie præterea uidemus eruditos nostri ordinis uiros, amplissimas legationes apud summos principes potentissimosq; reges cum dignitate obire: quod ab imperito homine, quia eruditione, ac proinde prudentia, expectari non potest.

De fide scribę & taciturnitate.

Necessaria est, ut planē ostendimus, eruditio futuro scribę, sine qua uix magis illi officii consistere poterit, quā materia ulla sine forma. Nunc autē de fide, quę non minus in eo requiritur, quā doctrina, breuiter dicā: quid enim uirtus ipsa, de qua proxime uerba fecimus, quid prudentia, quid deniq; cęterę uirtutes sine fide ualebunt? & omne quidē scribę officium sine illa imperfectū & manū esse oportet: ac tā secreta creditibus, q̄ secretario perniciosum. Est quis nō uidet? Scribę quasi cor & mēs curię: quippe qui & nascētes patrum curas sentiat, & nasas uelut sanctissimū sacrariū custodiat: quo factū est, ut non uno in loco hic idē secretarij nomē obtineat: cui eo maior fides cōstare debet, quo maiora sibi negocia uelut credi, omnes multa & magna sibi credi uolūt: sed quo opinionis huius cōsequendę studiosiores sumus, eo maiore taciturnitate præditū esse debemus, ne leuitatē admittamus, quod, ut aliquādo cōsequeremur, multū diuq; nobis elaborādum duximus. Sed nihil sapienti uiro tā facile est, q̄ linguam frænare, ut stulto difficile. Debet præterea hic idem meminisse fidē, ut M. T. placet, dictā ab eo quod omnino fieri debeat, quod promittitur: qui secreta principis, senatus, alicuiusue magistratus sibi credi uoluit, debet silentiū quod promisit præstare, ne in hoc ipso peccet, in quo maximē probari uoluit: & breui in hac luce & simplicitate delectabitur, hęc scilicet in maximis minimisq; reb. intuebitur, qua qui præditus fuerit, secretarij nomē uerē est adeptus: sed adhuc de ea fide loquimur, quā alio nomine fidū silentiū appellare possumus. Verūm si aliqua interim aut scribēda, aut recitanda, aut interpretanda sunt, fraus omnis ab esse debet, quę fidei inimica est, atq; non mediocriter cauendum, ne quid plus minusue aut scribēdo tribuatur cuiq; aut eximatur, quam illi qui ea mandant uoluerit, quod inepti quidā & temerarij longē secus faciunt, qui partim negligentia eorū quę mandantur, partim temeraria arrogantiā quod ea quę nondum audiuerit, quasi fidei uisus tenere arbitrantur, sepe ea dictant aut scribunt, quibus

bus nihil magis contrariū diuersumq; esse possit ab eorū mente, quorū iussa erant secuturi. In eo quoq; turpiter falluntur quidā, fidē & innocentia publicis in rebus sanctissimē custoditam, in priuatis uiolat, quasi uerō nō sit idem semper peccare, & plus à recto recedat is qui magistratū, quā qui priuatum hominem prodiderit, aut alia fides publicis, alia priuatis rebus adhibēda sit: sed hoc sciāt qui huic uirtuti student, quiq; à fraude quā longissimē abesse uolunt, oportere fidem homini in cunctis consistere, atq; in omni humanę uitę actu primum ei locum tribui debere: quod qui ita esse statuerit, nūquam ab hoc, de quo loquor, officio aberrabit.

De scribę ingenio & urbanitate.

Non fides parū & doctrina, ut satis abundē monstratū est, ad nostri ordinis officii consummandum attinet: ac nescio an ea duo cæteris exclusis id possint efficere, nō æquū est credere, sed p̄culdubio ingenio quoque opus est: hoc qui caret, nihil omnino feliciter tētabit. Hinc illud M. T. nihil inuita Minerua, atq; ita esse manifestū apparet. nā ne ab instituto sermōne recedamus, qua alia ratione hic ordo sibi aut gratia conciliabit, aut quib. charus iucundusue esse poterit, nisi liberali quādā urbanitate, māfuerit, facilitate, atq; reliquis huiusmodi uirtutibus quę ad concilianda hominū studia non parū ualere creduntur, polleat? sit doctus licet, sit spectatę fidei uester scriba, nisi his artib. se illis insinuarit, quibus gratificandū putat, rectē licet dicat, faciātq; omnia, omnino tamen ingratus fuerit: nihil enim odiosus aulica rusticitate: declinabit parū ab hoc uicio, cuius scripta genio nō carebūt: appello hoc loco genium gratiā quādā, quę in ijs quę scribuntur etiā solet elucere, nec posse aperte dicere, quid sit illud quod in simili figura atq; materia alia lectio magno pere delectet, alia tēdio afficiat: sed ut uideo plurimib. placere perspicuitas est, quę præcipuā gratiā affert orationi. Claro itaque & perspicuo sermone uertur ingeniosus scriba, oīa quę aut dictabit, aut scribet, nō significare, sed effingere, ac propemodū percipit tēte cęlare uideatur: sed de scribendi ratione paulō pōst dicemus. Nunc redeo ad illud, de quo agere instituerā. Ineptus quidē, ne dicā ridiculus erit ille, qui quum necesse fuerit, neq; ingenij facilitate, neq; urbanitate ulla queat eorū mētes uersare, quibus charissimus esse cupiat, & quod ad hoc ipsum attinet, nō uideo quo pacto multorū sibi gratiā conciliare possit hic qui nec benignē quēquā appellare solet, nec appellatus officiole respondere. Dij boni nesciunt dura & inepta quorundā ingenia, quid ualeat humanitas: appello humanitatē facilitatē illā in homine siue potius comitatem, nō dico erga eos quibus omnino parēdum (nulla enim inuita actio uirtus dicēda est) sed in illos qui humili loco & fortuna cōstituti immēsum se putant accipere beneficium, si in suis negocijs trāsfigendis ab aliquo nostri ordinis recto, ut dicitur, oculo inspiciantur: quid si ope, consilio, cōmendatione, aut hortatione aliqua iuuetur? Hęc omnia nisi ab eo qui sit facili & amēno ingenio præditus, præstari ferē nō cōsueuerunt. Verūm hęc minora sunt, illa autē quę sequuntur omnino nō parua: multa prudētē dicta, acutē respōsa, memoria teneat, & quasi ad manū habeat hic idē necesse est, ut quum opus sit sese quasi clypeū mole fuis magistratū interpellatorib. objiciat, eorūmq; sophismata, prauas tergiversationes, licētiosa dicta, liberius responsa, moderata dicacitate, etsi opus sit acri etiam disceptatione eludat: sit autem dicacitas ipsa non illiberalis, sed urbana atque ab omni scurrilitate aliena: turpe est enim pro ingenioso ridiculum, pro urbano scurram, se effingere.

De scribę industria & prudentia.

Sunt hęc, quis nō uidet? ut necessaria, ita & utilia

quę diximus: sed industria quoq; his addēda est, eā alio nomine quādo propinquius illū non inuenio, diligentiam non minabo: eius autē qui fuerit expers, quid deceat, uerū scribat, aut nunq; aut omnino serō intelliget: ac si quid interim rectē dicit, aut faciet, quoniam id ipsum casu potiusq; aut cōsilio, aut diligeria profectū creditur, uix ulla secū uideatur ferre posse gratiā: q̄ autē uirtutis huius studiosus fuerit, nihil nō suo tēpore efficiet: maturabit negocia, non præcipitabit, eritq; in oēs sui muneris partes semper intētus, illudq; præcipuē curabit, ut si q̄ dictāda scribēdaue fuerint, mentē eius cuius facit iussa, quasi in tabella quadā figuratā, & uerborū p̄prietate & feti tētis exprimat: à qua uirtute remotissimi sunt illi qui inertia & stupore quodā p̄sisi, oīa potius scribunt q̄ quę scribēda fuerāt: sed hęc nō minus prudentiæ sunt, q̄ industrię, de qua quia locus ipse postulat pauca subiiciā. Efficit enim illa, ut nō incerta p̄ certis habeamus, quod qui faciūt, in turpissimos sepe labūt errores, suntq; nō sibi solū, sed illis quoq; quorū nomine scripserunt q̄ perniciosissimi. Beneficio itaq; memorię ad hoc ipsum in primis opus est; ea ut M. T. præclare demōstrat, maximē exercitatio ne augetur. Cauebit ille qui munere hoc fungit nō sibi solū, sed ijs quoq; quib. aut rescripta, aut senatusconsulta, aut priuilegia, aut quid aliud simile dictauerit, ne quid plus minusue scribāt, q̄ is cui parēdum est, mādauerat. Et quia nunquā satis cauillē nō cuit, nō grauibitur ipse epistolarū magister, is dico qui epistolas dictabit, diligētē inspiciere, ne qd aut barbarē, aut confusē, aut præposterē scripserint, qui dictata excipiūt, quod ipsum nō magis eis qui fecerūt uicio uertitur, q̄ qui corrigere debuerūt. Et quia nemo tam sepe perspicuitatis fuit admonitus, quin idē adhuc sit sæpius admonēdus, huius si mihi credit uirtutis amator erit, hic qui omnib. placere studet: nec est quicq; quod nostros homines magis alienat à gratia eorū quib. in primis placere cupiunt, q̄ obscurus dicēdi stylus, uerbūq; parū uisitata, quod omnino ualde difficile est, ut incolumi elegātia perspicuitas nobis cōstare possit, quando quidē hoc ipsum quibusdā literarū profus ignaris, sepius præstari oporteat. Scio ego nostras literas hoc nomine tanquā uiciosas ab ineruditis quandoq; malē acceptas, quales fuerūt illę, in quib. pro beneficij p̄satione, hostimentū erat: sed tu hoc nō ignoras Sabelle. Audio enim te quū Hunnij nostrę literę recitaretur publicē, ad eius uerbi interpretationē accersitū: subdurus quis nescit tū multis sum fortasse uisus, tibi uerō cui hęc nota sunt, nō modō nō durus, sed olorina, ut dicitur, pluma mollior. At mē Hercule sic est, prauo hominum iudicio cogimur relicta scribēdi lege in doctis aurib. placere: sed quid cogimur dixi? cogitur fortassis alij, ego quod ad me attinet, nunquā huiusmodi rumorib. adduci potui, ut imperitorū studiū securus, parū elegās uideri passus sim: at sic ego probō rectē scribēdi sciētiā, ut ueritatis rationē in primis habendā cęseā: malo enim simplicē ignorantia, q̄ uicio sam eruditionē: & breui is sciat se prudenter ac rectē agere, q̄ ueritati in primis consultū uolet: nec illud quidē ab officio de quo loquor alienū existimo diligētē cōsiderare, sed atōne animo an percito & irato sint ij qui nos aliquid scribere uoluerit: & quia nullus est affectus qui longius à ratione recedat, quā ira, quę uerē dicta est una omnium affectuū nō trahere mentē hominis, sed præcipitare, prudētis est, ut dixi, officii, mandatiū irā & asperitate uerbis mitigare, atq; ea scribere quę ille quē cōmotū cernimus pacato animo iussisset: inhæreat præterea principis magistratusue lateri, aut nō procul ablit diligēs scriba, ut si quid accidat, contumō uocatus adesse possit: sigillū autē siue annullū, aut illico ubi eo usus est, restituat, aut secū nō pigeat gestare: omnino nō rectē multis creditur, quod uix

uni aut alteri ad summum credi solet: non parum suae estimationi confulit, qui omnem peccandi materiam suis aufert. Restant adhuc non pauca, quae de huiusmodi ordinis officio dici poterant, quae quam ex ijs quae diximus, facile intelligi potest, quam onerosum & arduum sit hoc, non autem leue & igna-

uum, quemadmodum tu Calphurni existimabas: eam ego materiam adhuc copiosius tractaturus, sed uideo magistratum apparitores senatorum cymbas ad ripam accersere: & ecce ipsi quoque pro deunt. Valere uiri optimi, & quando aliquid oculi nostri eritis, huc ad nos reuolite.

DIALOGI DE OFFICIO SCRIBAE FINIS.

M. ANTO. SABELLICVS MAGNIFICO
ET PRAESTANTI VIRO MARCO ANTO-
nio Mauroceno Patritio Veneto, equiti
splendidissimo Salutem.



VERVNT ad hunc diem non pauci Maurocene uir clarissime, qui te celebri doctorum hominum coetu circulisque frequentioribus, quibus si quando per ocium datur opportunè admodum insereris, saepius praedicatam audiueres: post duo praecleara naturae munera quod homo, & quod proximum illi est, in libera esse ciuitate natus, nihil maius te habere, quo nomine Deo optimo maximo gratulari oporteat, quam quod hac potissimum tempestate nasci contigerit, qua paucorum hominum industria, Romanam linguam, quae diu inculta ac penè extincta in tenebris iacuit, ab omni sordida barbarie seruatâ uideres: mirarique proinde te ac uehementer probare recentiorum hominum ingenia, quae si non ea sint, ut cum ueteribus illis quae eruditissimo olim seculo floruerunt, merito conferri possint: at certè (dicis) ob id laudibus efferenda, quod Romanum decus uetusto uindicare seruitio sint adorta, rem multis aetatibus aut hominum ignauia neglectam, aut desperatione minimè tentatam. haec quum ad me per plures detulissent, uisus sum mihi nihil ineptè facere, si nostram hanc de Latinae linguae reparatione ueluti *ἡ ἀρετὴ τῶν ἀνθρώπων* quanda *ἡ ἀρετὴ τῶν ἀνθρώπων* tibi uiro clarissimo cognoscendam traderem, ut quando praesens studiorum successus, ita tibi cordi esset, & hac breui lucubratione cognosceres quid eorum cuiusque pro quo tam inepte loqui desinimus, debere oporteat: cui sermone, ut aliquanto maior inesset autoritas, omnem de re ipsa disputationem Benedicto Prunulo Liniacensi, & Baptistae Guarini filio, uiris ut plane nosti, multa autoritate & eruditione dedimus: quod interim uisa fuerit, aut nimis indulgenter recepta, aut uerecundius accusata, illorum moribus ascribito, uterque enim quod credo te non ignorare. probo sane est mitius ingenio, magisque ad defendendum quam accusandum comparato: quippe qui uehementer cupiat suam cuiusque famam quasi honestissimi laboris praemium integram consistare: sed nostro ne an illorum potius nomine haec lectio tibi magis placitura sit, incertum habeo: illud pene persuasum mihi est fore, ut si reliqua magnopere sordescant, tot tamen uirorum illustrium memoria, per quos paucis annis Latinam linguam quasi postliminio recepimus, animum non inuicta tangens nomenclatura nobis id praestet, ut si quando haec uir clarissime legere inceperis, cetera, quod mihi uehementer erit gratum, non inuitus perlegas. Vale.

MARCVS ANTONIVS SABELLICVS

ANTO. MORETO BRIXIENSI SALVTEM.



IBRVM de Latinae linguae reparatione, quae toties efflagitasti, mihi tandem, Morete uir humanissime: nec aliud fuit in mora, quam consilium. sciebam ego in celebri emporio homini negotioso uix tantum oculi dari, ut tres de situ urbis libros, unumque de praetoris officio, quos tibi cognoscendos tradidi, tam breui perlegeres: sed tu contentus credo illorum indicibus, ut es in eos, qui sacra colunt, literarum egregie officiosus ad hanc anhelabas lectionem, quae illustrium uirorum laudem contineret: uerum meminisse oportet hos inter se libros cognatos esse, ac tua opera uelut implumes pullos ex eodem nido deuolasse. Quare magnopere abs te peto ne patiaris illis, quod & Aegypti filijs euenire: sed aut per te rogo uiuant omnes, aut nox una opprimat.

MARCI

MARCI ANTONII
SABELLICI DIALOGVS,
qui & Latinae linguae repara-
tio inscribitur.

SAVARISIVS.



IC certè res habet, ut tu praedictare soles Sabellice, aut unæ sunt hodie in toto orbe Venetiae, aut nulla urbs alia, quam splendore & opulentia huic praefere possis. Nunquam huc accessi (accedo autem sepius) quin ipsa ciuitatis facies mihi maior solito occurrat, ac quodammodo admirabilior. Quod cum plerique alij sibi euenire aiunt, tum Iuliarum hic nostræ, quem uix hodie à prima luce ad tertiam diei horam à germanico emporio, dum omnia mercaria uia per ocium cupit explorare, ad publicij pontis bibliopolas traduxi, ubi quia neque horratione neque conuicio inde auelli potuit, librorum indicibus haerentem, à me relicto ad multam diem, quod uix unquam enecturum putassem, quæ foro me ad priuatum hospitium recipere eodem penè uestigio stantè, sed adhuc magis occupatum offendit. SABEL. Habet id urbis genius Sauarum, augetque non parum amplitudinem & formam ipsam incredibilis rerum omnium apparatus, cuius tam magnitudo quam uarietas nouum semper aliquod primum intructibus obijcit spectaculum: sed dicat Iuliarum, qui hodie (ut ais) refertissimam excussit bibliothecam, an in tanta nouorum scriptorum copia, quanta paucis annis in his studijs emerit, aut locupletior quam antea sibi latina lingua, aut emendatior facta uideatur. IULIAR. Sunt non pauci (ut dicis) Sabellice qui alia atque alia uia Romanas literas nuper rimè iuuere: nam praeterquam quod omnia ferè emendatiora occurrunt, non desunt qui quotidie aliquid noui in communem usum proferant: quæ, etsi non sunt talia ut iacturam illam quam nostrae litterae Gothica tempestate fecere, omnino refarciant, leuant tamè inopia & egestatem, quam dira illa calamitas latino nomini attulit. Quod malè ita uolenter omnia inuaserat, ut à clade illa longè uetustissima aegre ad hos annos respirare sit datum. Aliquid igitur effecerunt nostrorum temporum uiri, per quos si non rem ipsam, umbram tamen & uerum latinam titis adhuc nomen retinemus: siquidè horum ductu & auspicijs Romanus sermo omnem exiit squalorem, omnè barbarie, quibus sordibus diu fuerat immerfus. Soleo idcirco me beatissimum putare, ac naturæ gratias agere, quod hac potissimum tempestate nasci contigerit: qua si non linguam ipsam florentem, ut olim, aut qualem aetas illa aurea, qua tot uirum summi unà claruere, posteritati tradidit, meliorem tamen ac quodammodo omni ex parte instauratam uidemus. SAVARISIVS. Refertâ potius Iuliarum, in stauratâ ne dixeris: quod neque tu, neque aequalium ququam, & ut audacius dicam, ne mortalium quidem ullus uidebit, unquam sunt, quis non uidet, humana omnia in lapsum prona, sed quae in melius mutantè difficillima. IULIAR. Rectè quidè ista Sauarum, sed quo nomine successus hic literarum appellandus sit, quum maius ocium nostri erimus, licebit cognoscere: nunc illud abs te uehementer cupio audire, immò dicere potius Sabellice, quod et huic quoque Sauarum erit non ingratum, quid cuique eorum quae recentissimis temporibus latinam linguam iuuere debeamus, siquidem alij alia in publicum usum conuolare, quæ si quis equa, ut dici solet, lance expeditisse uolet, haud omnino similia, sed alia alijs praepondere fateatur necesse est. uerum qui haec te uno melius diligentius aestimare possit, est nemo, quippe qui & ab similitate omni & ambitione longè abes,

nec facis (ut plerique) qui penè prius oderunt quae legenda traduntur, quam uiderint: quin omnium indifferenter laus aequè ac tua est tibi cordi: quo fit ut nullius iudicio, ut p. Sauarum despondeat, sumus libentius acquiescitur. SABEL. Callidè me hercule (ut solet Iuliarum) blando que uerborum ambitu in sinuatus experiri uoluit, possit me in ridiculum aliquod facinus impellere, ut fabulosum illud Phrygij Aesopi animum imitatus, leoni sua praemia decerneret, scilicet, ut quum multos uno tempore in me concitasset, tum fortè malè multatū uideret. IULIAR. Quid multatū ais? an Aristarchus & Aristophanes, qui non solum aliena scripta attentissima examinarunt cura, sed quosdam etiā poetarum numero exemerunt: aut Marcus Tullius, aut Fabius, qui nihil diuersum apud nos fecisse uideri possunt, risu digni aut odio sunt habiti? SABEL. Immo ob id ipsum fortassis Graeci illi quorum mentione fecisti, plerisque sui temporis poetas silentio praeterire, ne maior ab illis postea maneret inuidia: quae, nostros quoque in quibusdam fecisse, ex eorum scriptis facile intelligi potest. At mihi id nullo modo contingere possit, quado eorum de quibus futurum est iudicium, plerique adhuc sint supstiti. Elegatèr quidè & accuratè Cicero ut cetera multorum scripta in suo expedit oratore: sed in duorum sui seculi Grammaticorum altercatione, dum eorum alterius declinaret inuidiam, iudicium in iocū uertit. Nec Fabius min? prouidet, qui scriptores suorum temporum famam iubet expectare: quod quum ita sit, non est cur nostram uiam de ea re sententiam expectetis. At possum, quonia tanto studio id requiritis, & uacat (ut dicis) audire, gratissimum nobis de hoc ipso sermone referre, quæ duo uiri illustres hoc anno multis praesentibus in uestibulo curiae habuere. Erat tū fortè Venetij Baptistae Guarini, homo (ut scitis) multi nominis, ueterque (ni fallor) ciuis. uenerat is cum Alphonso Herculis Estensis filio, qui à patre officij gratia fuerat ad Aug. Barbaricum principem & senatum missus. Ita igitur accidit, ut eo tempore quasi de industria plerique docti uiri patricij ordinis unum in locum conuissent, & in his Hermolaus Barbarus, Hieronymus Donatus, M. Dandulus, Sebastianus Priuolus, Nicolaus Lipananus, qui non multo post in Romanam curiam coefferat: Daniel Rainerius, & alij non pauci praeter philosophiae studia humanarum etiam literarum uehementer cupidi. Aderat & Benedictus Prunulus homo impense doctus, qui trigesimo & amplius ab hinc anno publice in hac urbe est professus. Tunc uiri tum fortè in uestibulum curiae conuenerant, alij alia credo de causa, eratque iam coeptus haberi sermo de his qui recentri seculo aliquid in commune latinæ linguae usum edidissent, quum illis & ipse diuersum negotium secutus superueniret, erantque in eandem sententiam breuiter & accuratè disputata sunt, audire uultis, ut diligentius potero subijciam: hic ego ab uniuerso coetu familiariter uultu acceptus, quia de re literaria sermone haberi non dubium erat, placuit his quae diceretur interesse. Primas igitur ad dicendum Prunulus sortitus erat partes. Unde uerò sermo esset ortus, non libuit requirere: satis habui, quod illi tum primum instituto opportunè affuissem. Si igitur ea quae tunc uir ille ornatissime ac disertissime de Romanae linguae reparatione est locutus, quaeque postea eo petente à Baptista Guarini filio, in eandem sententiam breuiter & accuratè disputata sunt, audire uultis, ut diligentius potero subijciam: nā quid ipse de ea re sententiam, neque uos (ut dixi) requirere oportet, neque expectare. IULIARIVS. Iauerò istud ipsum quale sit uehementer cupimus cognoscere Sabellice, quum ob eorum qui illa disseruerunt praecipuam auctoritatem, tū quia nisi tu probasses, nullis adduci precibus potuisses, ut relatu digna iudicares: perge igitur si placet, & quod tatorum hominum sit iudicium fac precor intelligamus: nā quod ad nos a tunc nerat libet ista ex te audire parati sumus, quam si illos ipsos, qui de ea re disseruerunt, audiremus.

OOOO SABELL

Incipiam ego, quando ita placet amicorum opti-
mi, ac primum omnium illud dicam, quod me ma-
ximè in Prunulo delectauit, usum fuisse uirum illi,
ut natura est non infaceta, faciliq; ad omnia excogi-
tanda ingenio, translatione in dicendo ualde rei ac-
commodata: quippe qui in hunc fermè modum sit
exorsus, ut diceret, uideri sibi ea quæ Romani Seno-
nico dicuntur bello passî, similitum quandam ha-
buisse exitum huic, quem literæ post longissimum
annorum circuitum fuissent sortitæ. Disiectis in-
quit ad Allium flumē Romanis legionibus, in præ-
ceps omnia abiere, non dux ullus, nō imperium a-
desse, non arma, non circa urbem præsidia, quæ sæ-
uissimi hostis impetū distinerent: quin repente om-
nibus solutis, nihil ex tanto nuper imperio, præter
umbram nominis ac collem unū cum modico præ-
sidio superfuit: pauci seniorū q ab superbo & irato
auctore sunt in rostris reperti, ferro occubere, cete-
ri sine imperio, sine nomine disiecti, procul patria, p-
cul penatib. uagi, deuij, extorres, sine cultu, sine ho-
spitio errare. Sæuire interim Galli, testa incedere, pa-
rietes disturbare, nihil sanctum, nihil intactū relin-
quere, minari Romano nomini excidium ac simul
intentare: mutari idcirco rerum omnium facies, ni-
hil ex tam potenti nuper populo nisi nomen super-
esse. Barbari omnia publica, omnia priuata, præter
arcem, possidere. Deploratam uulgò crederes rem
Romanam, nullam temp. nullū imperium in ea ur-
be amplius futurum. In stare dira barbaries, Capito-
liumq; cū arce totis uiribus oppugnare, fuissetq; de-
mum uoti compos, nisi paucorum uirtute res pro-
pmodum perditæ, non solum suo retentæ essent
uestigio, sed in pristinum etiam statum restitute, his-
tum malis Roma defuncta est, sed longè fœdior cla-
des, longeq; atrocior, quæ rem Ro. Gethicis tempo-
ribus postea adorta est: ibi tum publicæ & priuatæ
fortunæ periclitatæ dicuntur: hic cæteris amissis ser-
mo quoq; quod nihil Deus immortalis homini uti-
lius dedit, ad in teritū perductus: maior itaq; recens
caus atq; tâto lugubrior, quâto plures gentes quâ
uetus ille attigit: enim uerò unius rû populi fortuna
Iapla est: his uerò diris rēporibus quicquid Roma-
nis ipsi cū Italia erat & multis gētibus cōmune: fu-
it populus ille ferocissimus, pluribus olim gētibus
infectus: multis perniciosus: at sermo omnibus uti-
lis & iucundus, atq; ob id longè charissimus. utrai-
gitur ruina maior: hæc quæ tot gentium bona, tam
nobile cōmercium, tantâ eruditione, tantâ humani-
ratē, miserabili modo obruit, an illa qua res temerè
quæsitæ, temerè perituræ cōsiderant? Nec uereor ne
parū consideratè id bonū dixerim, quod innumeris
populis, urbibus, terris, & sentientibus & dolenti-
bus fuerit penè ademptum. Video quibus coram
& ubi habeatur hic sermo: neq; enim nunc impessa
nacta sumus. Quâquam (per deum) nō uideo quid
aliud bonum dici possit, si hoc unum dici non po-
test, quod tanta & tam longa iniuria adimere non
potuit: quod uerò non potuerit, felix exitus haud
dubie demonstrat: sed sublatis nobilissimæ rei in-
strumentis, defuetudo secuta est, defuetudinem ob-
liuio, quæ propemodū causa fuit, ut diuino munere
perpetuò careremus: sic sanè res habet, ut ubi semel
inclinare cœperint, facilius dilabantur quàm ab ini-
tio coalescere contigerit. Ademerat Romanæ urbi
multum splendoris & dignitatis imperij sedes By-
zantium translata: secuta inde clades multæ aliæ,
post alias Gethæ, Hunni, Longobardi pluribus lo-
cis Italiam fœda populatione uastarunt: sed primæ
illæ gentes diræ nimis, Romanoq; nomini infestæ,
quippe quæ omnis diuini & humani iuris oblitæ,
superbè & crudeliter uictoriam exercuerunt, non ho-
minum cæde, non templis, non sacro ullo loco aut
profano, infandæ manus abstinerunt: omnia diui-

na & humana Barbara profanauit temeritas: sed
hæc quia in gremio fortunæ sita, minus forasse lu-
gubria: illa clades multo maior, illa & dolore & la-
mentatione dignior, quod urbs capta non solum ci-
uibus est exhausta, publicis priuatisque honori-
bus deformata, sed diuino etiam literarum thesau-
ro, qua una re in columi, cætera suo stare uestigio ui-
deri potuissent: bibliothecis publicis & priuatis stā-
ma uel rapina consumptis, nihil spei reliquum po-
steris fecere. proh dolor, quor labores, curæ, uigiliæ,
quot rerum monumenta paucis diebus ne dicam
horis interiere? sed quàm dira sit tum clades acce-
pta, ipsum postea tempus declarauit: remissit tempe-
stas illa, est sero, remissit tamen. Victi Italii finibus
barbari cessere: sermonis fœditas, quæ passim ino-
luerat, non celsit, recepit aliqua ex parte Roma suū
cultum & nitorem, loquendi proprietatem non re-
cepit: & breui ubi semel fœda illa barbaries se illius
ruinis insinuaui, nulla ueri sermonis cura, nullum
prioris linguæ desiderium in seferit quenquam. Au-
xit id malum longa ætas, quæ non solum negligē-
tiam peperit, sed diuini etiam muneris memoriam
dira obliuione immerferat. iam enim (si uera loqui
uolumus) nemo post funestissima illa tempora ad
annum hinc circiter quinquagesimum Romana lo-
cutus lingua uideri potuit: aut si quis extitit qui po-
tuerit id præstare, non magis est inter suos auditus,
quàm si ignoto aliquo sermone fuisset locutus. Ex-
tendit se igitur calamitas illa ad hæc usq; tempora:
sed nunc qui primi omnium illam diu sepultam su-
scitare adorti sint, inde per quos sit in meliorem sta-
tum restituta, breuiter dicam: nec quantum in me-
erit sua quisquam fraudabitur laude: quod si forte
cuiquam aut plus quàm æquum sit, tribuere uide-
bor, aut adimere, meminere me dicere quæ sentio:
sed quæ oraculi loco minimè sint habenda, immo-
dè ne talia quidem, ut non multo ueriora adhuc di-
ci possint, præsertim ab ijs qui ad sunt, qui de hu-
iusmodi re firmiore iudicio, sententiaque minus
ambigua dillere potuissent: uerum quia me pri-
mas sermonis huius partes ferre uoluitis, dicam
breuiter quæ sentio: uos ita nostra accipite, quasi
cuique uestrum integrum relinquitur diuersa fen-
tire, si libeat, ac quæ senserit liberè tueri: sed iam sa-
tis superq; exploratum habetis, quò ad dicendum
consilio uenerimus: nunc ad ea quæ dicere institue-
ram, reuertar.

Continuatio.

Perierant (ut apertè ostendimus) diuq; sine no-
mine, sine cultu, sine spe ulla melioris fortunæ Ro-
manæ literæ, in occulto fuerat, quū in cisalpina Gal-
lia, quod uix quisquā futurū putasset, rare admodū,
nec satis certæ reparandæ rei scintille, uelut ex dēsis
quibusdam repositisq; emicuerit tenebris: etenim
neq; assertore uno opus fuit, neq; uno uindice, ut tā
perniciosa pestis Italij finibus pelleretur. est in Ber-
gomatico agro uicus obscuri olim nominis, nunc cla-
rus, suoq; partu illustris, Barzizam uulgò nominat:
hic Gasparinus grammaticus ac rhetor sua tempe-
state illustris, qui in hac urbe, ut audio, mox Patarij,
inde Mediolani multa nominis celebritate literas
docuit, magis felici consilio, quàm quod tantæ cla-
dis resarciendæ spes ulla præterderetur, primus
omnium, ut audio, ad ueteris eloquentiæ umbram
(nam ex re tam nobili nil tum præter id unum su-
pererat) oculos retorfit: quum mille & amplius an-
nos, ex quo Gethica illa tempestas terram Italiam
inuaserat, semper omnia in peius abijissent: credo ex
fiducia fretus, quod in tres diuinos illos M. T. ad
Quintum fratrem libros, quum diutissimè non ex-
tuisissent, primus incidere: quos situ & uetusta-
te consumptos, diligenti cura & studio emenda-
re adortus, tantum intentiore lectione profecit,
ut

ut opus non solum desideratum, sed deploratum e-
tiam in publicum exhiberit: multosque ad elo-
quentiæ cultum exemplo & exhortatione excita-
rit. Fabius Quintilianus tum primū & ipse in tran-
alpina Gallia repertus: per quæ autem reperiri con-
tigit, suo loco dicitur: huius opera non nihil ue-
teri creditur squalore deterfus: scripsisse dicitur Cō-
mentarios in uaria Ciceronis opera, sed qui nulli ho-
die extant: epistolæ ad hæc & orationes plerq; ad-
duntur, liber præterea de ratione scribendi unus:
quid de ipsius figura & proprietate dicēdi suspicari
possimus, ipsa tempora admonent. oportuit quis
non uideret in firma, ut semper aliās, tam audacis co-
natus fuisse principia: sed quæ ad modum sæpe eue-
nire solet, ut quæ uel modicis orta sunt intijis, ma-
iora in dies accipiant incrementa: ita accidit ut iam
inde multis alijs quidem post alios ad id consilium
iuuadum prodeuntibus, breui res eò processerit, ut
non minus iam spei adesset, quàm ab initio animi
fuerat: sed omnium qui sub id tempus extiterunt, Le-
onardus Aretinus præcipua dignus laude occurrit,
uir philosophiæ studijs & eloquentia clarus, nec in
historia minus celebris: pleriq; Romani pontifices
circa Constantiaci conuentus tempora illius opera
secretiorib. negocijs usi dicuntur: nouissimè a Flo-
rentinis publico decreto accessit, in eorū urbe esse
perseuerat: studiorum monumenta uaria feruntur,
quæ ex Græco Latina fecit, manifestè arguunt,
quàm facilis natura illa fuerit, diuersisq; rebus ac-
commodata: grauis nunc & defus, ut in Basilio illo,
nescio quo antistite, & in Xenophontis tyranno:
nunc candidus ac fufus, ut in Æmylio, Catone, Ser-
torio, & alijs quos ex Plutarcho acceperat, ut nulla
sit in illo uirtus, quam in hoc aliquo modo deside-
res: uelles tamen Ciceroni nihil addidisse: nam in fi-
gura alioqui perstitit. Age uerò quàm diligenter &
accuratè Platoniam illam dicendi facultatē in Gor-
gia & Phædone expressit, quàm eruditè in econo-
micis, politicis, ethicisq; libris Aristotelis grauitatē
& acumen: sed hæc minora uideri possunt. Facile est
in alieno libro esse disertū, sed in suo difficile. ei-
usdem sunt quatuor Gethicæ historiae libri, nam Cō-
mentarij primi belli Punici ad Polybium meritò re-
feruntur: eiusdem & epistolæ quàm plurimæ in or-
dinem digestæ: huius etiam duodecim historiarum
libri, quibus Florentinorum est gesta complexus:
de his (nā cætera eius opuscula consulto prætereo)
si in uniuersum iudicare uelimus, possumus de eo
dicere, quod & de Thimagine Fabius, intermissam
scribendæ historiae industriam, eum noua laude re-
parasse, multæ præterea uariæq; in illo uiro dicendi
uirtutes, quas si quis alius inspiciat, adhuc tamen
aliquid in elocutione requirat: sed id tēporum po-
tius quàm hominis uiciū: nec magis in eo accusan-
dum, quàm in Poggio, qui eadem floruit tēpestate:
fuit quoq; Tuscus natione, mediq; Florentia na-
tus, facundo ingenio, & supra omnes quos nostra no-
uit ætas, faceto: quippe qui libellū de ea re lepidis-
simum reliquit, opus ipsum uulgò legitur, est que in
multorum delicijs: dicuntur & orationes extare, &
epistolæ ad amicos quàm plurimæ, & de Indiæ situ
liber unus. Diodorus quem Latinū fecit, uulgò le-
gitur: alia quæ ex Græcis nostra reddidit, ad manus
non peruenere. sed ut breuiter dicam, omnia illius
uenientia potius & copia probatur, quàm elegātia.
hinc certamina illa perpetuèq; altercationes aduer-
sus Laurentianas censuras ei luborq; sed utcumque
eius scripta accipienda sunt, dignus certè laude, uel
in primis quòd quem elegantiorē sequeretur, aut
cuius exemplo scriberet, præter eum cum quo aper-
tas exercuit similitates, ea ætate habuit neminè: sed
quantuscumq; fuit, se propria uirtute effecit: uerum
non magis ea quæ scripsit ad Latina studia suscitanda,
quàm in ijs quos ueteri iniuria amiseramus, con-

quirendis, hominis studiū & industria profuit. con-
stans fama est Fabium Quintilianū alterum Latinæ
linguæ lumen, sub tempus Constantiaci conuētus,
ab eo ex Gallia Romā deportatum, què ignotum,
squalidum, tetroq; pedore carceris consumptum, in
apertum retulit: attulit ea res illi multum nominis
& celebritatis: quanquam iam antea inter illustres
Italiae uiros, primas sibi partes uēdicabat. Fuit inde
Roma nouissimis tēporibus, & ipse publico decre-
to accessit, Florentiam concessit, ubi iam grandis
nata uita cū morte cōmutauit. Horum igitur primi
illi in meliora studia conatus, non nihil sanè profue-
runt: pleriq; enim partim exemplo, partim æmula-
tione in spem maximā adducti, non solum illorum
trium uirtutem imitadi, sed si paululum anniti uel-
lent, superandi etiam incredibili studio animum ad
eloquentiæ cultum erexere, & in his Guarinum pater
tuus Baptista fuisse mihi uideretur: Mapheus Vegius
Laudēsis, Paulus Vergerius Iustinopolitanus: profa-
hic, ille metro sua ætate clari: uidimus Vegianū car-
men uelut appendicem quandam Virgilio annexū:
nescio quid etiam illius cuius uideri uoluit & multus
redolens, sed ad Genium illum castissimum nō ac-
cedit. Vergerij libellus de ingenuis morib. passim
legitur, maiori penè elegantia, quàm in hominem
eius ætatis cadere debuisset: suauis quidem nec in-
terim ociosus, grauissimisq; resperus sententijs, ut-
pote qui philosophiæ prius operam dederit, quàm
ad scribendum uenisset. fuit is Chrysolore Constā-
tinopolitani auditor, cuius & Franciscus Barbarus
auus tuus Hermolæ, cuius accuratissimas oratio-
nes & epistolæ dum lego, dum suauissimum eum
librum quem de re uxoria scripsit, non possum non
multum hominis eruditione admirari: prosequeretur
eum maiori laude, imò uero iudicio, nihil uereretur, ne
suspectus esse inciperet, ut in Veneti nominis uiros
celebrandos nimium propensus: non igitur magis
de eo ipso homine meam expectate sententiā, quā
si quis quærat quid de Leonardi Iustiniani eius æ-
qualis, summiq; oratoris eruditione & ingenio sen-
tiam: elegantissimæ eius orationes, Cymon Plutar-
chi & Lucullus, quos ille ex Græcis Romanos fecit,
ut alia eius ingenij monumenta præterea, facile de-
clarant, quid ille in communem linguæ usum affer-
re potuisset, si non ad rythmos animum adiecisset.
quanquam in eo quoq; genere, non mediocrè con-
secutus est laudem. Caroli Aretini horum ætatibus
interiecti, nihil ad hunc diē legimus, eius musa ideò
fortasse clara, quia Philelphi studijs præcipuè in-
festa: dicitur & ipse Græca tractasse studia. ut meritò
suspiciari possis, hunc quoque ex Chrysolore officii-
na depromptum, nam Guarinum patrem tuum Ba-
pista quantuscumq; fuit, ab eo factum nemo est qui
dubitet: is unus quantus in utraque lingua extite-
rit, ut de eo dicam quæ & de Hocrate Fabius, eius di-
scipuli facile declarant. Strabonis Europa, quam il-
le nostram sua industria fecit, & quæ in Platonis ui-
tam, & Aristotelis est ingeniose commentus, & ex
Plutarcho quædam in Latinum uersa uulgò legun-
tur, dicuntur & orationes ab eo nonnullæ & episto-
læ quàm plurimæ relictæ, quas neque uidi, nec sum
cū aliquo locutus, qui se eas legisse dicat: sed ex ijs
quæ uidere potuimus, coniectura assequor, quid il-
la quoq; lectio præstare potuisset: & quod omnium
operum illius maximè gratum fuit, Catullū muni-
cipem suum situ & squalore confectum, lucemq; ex
diurnis tenebris reformidantem, ita absterfit, ut
sine maiore rubore in publicum exire non dubita-
rit. Profuit itaq; ille eximia eruditione multis: sed
morum sanctitate optimoq; uiuendi instituto non
paucis: quam uirtutem multi & in Victorino Fel-
tensi eius æquali æquè mirari dicuntur, adeò ut
nihil dubitare possis uerissima esse, quæ de ambo-
rum institutione uulgò feruntur: utrunq; ab ineun-

te adoleſcētia nescio quo Rauennate, uiro integerrimo dicēdi magistro uſum, ſi qdē haud parui reſert, qualem à teneris quifq; annis ſit præceptorem fortitus. ut mores igitur, ita ſtudia penē paria, par etiā & ætas uicinis inter ſe p̄pin quifq; urbibus nati, propinquioribus profefſi: Feltri hic, ille Veronæ genitus: hic Mātuzæ docuit, ille Ferrariæ: uterq; ſuo principi charus, ſua felix uterq; familia, felix uitæ exitus: alterius tamen fama aliquanto maior, quanto uidelicet Feltro maior eſt Verona. Sed quantum hi duo laudis docendo meruere, tantum fortaiſis Florentiſis Blondus eorum æqualis ſcribendo meritus uideri poteſt, quippe qui plura, ut ſciſis, in hitoria ſcripſit, quā recentiorum quifquam circumferuntur eius decades, quæ ab Romani imperij inclinatione, ad eam qua ſcripſit uſq; ætatem, pleniffimā continent hitoriam: eidem urbem Romam inſtaturatam, eidem triumphantem debemus: addo & Italiam illuſtratam. quæ omnia, ut liberè dicam quæ ſentio, meliore fide tradidit, quā euenit: ut pote iſ qui nonnulla quibus ea perquirenda dederat, temere credi derit: nam per ſe omnia uidere potuiſſe abſurdum eſt credere, quom neque ex auctore uno, ſed penē innumeris, atq; illis ipſis ambiguis & uariantibus multa querenda eſſent. nec ipſa dicendi figura multum ei fauoris conciliat: nā præterq; quod ubiq; ferè lutulentus fluit, dū neruorū robori ſtudet, præpinguē nimis & obefum ſe reddidit, ademitq; nimia corpulētia uenulſtatē hitoria, ſine qua prædeſe quidem poteſt, delectare uerò minimè: ſed hæc ille accurata narratione rerumq; uarietate cōpenſat. Florentini Lapi, Antonij Tudertini & aliorum quorundam ſcripta aliquid certè commodi latinis ſtudijs artulerunt: ſed ad id quod amiſſum erat reparandū, nō magis utilia, quā quæ nō paucis antè annis Franciſcus Petrarcha, & Ioannes Bocacius ſcripſere: uterq; alioqui clarus: hic myſtica hitoria, ille rhythmis eminēs: ſuſtinuerūt itaq; pleriq; graſſantis barbariæ imperiū, propullare tamē non potuerunt: uindicarunt ſeruiſio quidē Ciceronem, Fabium, Catullū, ſed hoc ſacra ueſtalesq; curru in turū deſerre fuit: docuere rhetorice, alij aliquāto accuratius docuere & grammaticen: & hoc eſt in Quirinalem per hoſtium ſtationes cum ſacris tranſire: nonnulli latinam edidere hitoriam, aut græcam in latinum uertere, neq; id aliud quā Gallos ex arce umbone de turbare: erant nihilominus hoſtes intra mœnia, capitolij obſidere, ſinitimos ſolicitare, eorū ſigna longè lateq; nagari. Camillo duce opus erat, qui Barbarum acie uictum non ſolum urbe, ſed Italiae etiam ſinibus eiſceret. Cui igitur ſummus ille honor contigit: huic uidelicet, à quo patrium ſermonem maxime uindicari oportuit. Romanus fuerat Furius nō externus, qui Barbaros urbe expulſit: Romanus & hic qui barbarum ſermonē proſuſ ſuſtulit. Struxerat Furius ille intra urbem legiones, quas in hoſtem direxit: ſtruxit & Laurentius Vallentiſis accuratiſſimos elegantiſſi libros in ſecū & horridā barbariē. uicit dux ipſe primo intra mœnia, mox quod reliquū hoſtium fuit ad unū foris conſecit: eodem nō alio ſucceſſu. hic quoq; Romæ primò, mox reliqua Italia inueteratū malum oppreſſit: reſtituit ille patriæ adempra ſigna, hic ademptū ſermonē: uterq; dignus qui pater patriæ nominetur. Sed eo alter dignior, quod plus cerrè fuit, ſermonem, quo nihil ab ipſa natura eſt homini utilius datum, quā urbem ciuibus reſtituiſſe ſuis: nec imitatus eſt hic de quo loquor malos medicos, qui cum alios rectè curare ſoleant, ſe ipſos nequeūt: tradidit ille elegantiarum præcepta Romanæ linguæ neruos: ſed nihilo accuratius tradidit, quā ſeruauit. legire (ſi placet) Herodorum, quem ille ciuitate donauit: citētur ex Elyſijs (ut poetæ dicunt) campis ipſius manes, deturq; latinè ſcire, num negabit ſua eſſe illa quæ uideat, an

potius cætera agnoſcens, & in primis eximium candorem tantum mirabitur muſas: quibus opus inſcriperat, ſonice deſiſſe loqui: cæterum omnia meliora: an aliud de Thucydide & Homeri Iliade prædicari poteſt? ſed in eo ſcribendi genere non pauca accidere potuerūt, quæ illū duriorē redderēt. Age modo, & ſi uacat, illa cognofcite quæ p̄prio fonte manarūt: epiftolas, orationes, dialogos, & alia pleraq; quæ nō ita omnibus uulgata ſunt, an eſt eo homine quicquam purius? ſunt qui in his quoq; eum duruſculum exiſtimēt: ſed eruditio illa, ni fallor, eſt: flo ruerunt cum eo Romæ & reliqua Italia uiri multi illuſtres, atq; aliquāto in ſcribēdo emēdiores: quod idcirco fortaiſe illis contigit, quia ad manus, ut dicitur, habuerunt, quem potiſſimum imitarentur: aut quod euenire potuit, in eiſ ſcripta incidērūt: quanq̄ id quoque eſſe potuit in cauſa, ut ubi illi priſtinam ſcribendi formā uulgò repudiari uiderunt, ac p̄ barbaris haberi, qui nō omnia exactè & accuratè dicerēt, ipſi etiam quifq; p̄ ſe ad id animū intenderūt, ut nihil in emēdatū, nihil temerè in apertū refererēt: uerū ſic quoq; uſi ſunt hi de quibus loquor aliqua ſuſpicionē digni: quanquam eorū ſcripta aliquid habebant, quod non omnino Romanum dici poſſit: uſque adeò tenaciter hærent, quæ à teneris didicimus: ita inquam, ut ubi ſemel recepta ſit, ne meliora quidem, ſi aliquo modo contraria uideantur, amplius admittant: ſed omniū qui tūc fuerunt, duo clariffimi poetæ extiterunt, Franciſcus Philephus, & Antonius Panormita, uterq; ſuo principi charus: hic Alphonſo regi, ille Philippo Mediolanenti: ſed alter eo fortè maior, quia non minus orator quā poeta, græcèq; & latinè doctus, nec à ſtudijs philoſophiæ abhorrens, quod apertè eius opera declarant. Sfortiadem, ſatyras, epigrammata, & alia quæ carmine complexuſ eſt, uarijs iudicijs excipit uideo. Nā ego non tantū in hoc genere mihi tribuo, ut quod alij ſentiāt nō liberè aduertam, probāt multi in eo facilitatē, copiā, incunditatē, quidā torrens morē nūc tumidū nimis, nūc nimis humilē aridūq; fluctu arbitrant. uidimus epiftolas, dialogos, orationes, & alia multa partim latina, partim quæ ipſe ex græco uerterat: præter orationes, quæ penē lx. numero ſeruntur, ad centum & amplius ſcripſit uolumina, de quibus ſi exijs quæ extant licet iudicare, dicam quod & multi, fuiſſe in eo uiro facultatem dicendi eximiam, naturamq; omnibus eloquentiæ partibus accommodatam, ſed iudicium in quibusdam deſuiſſe, requiras quæ iure in eo, quod & in Anneo Seneca Fabius, oportuiſſe eum ſuo ingenio alie no iudicio dicere: quicquid enim natura illa uoluit, effecit. Dulcis, candidus, quidā torrens morē, ſed laſciu carminis amator, atque ob id probis uiris minimè legendus: nec Pius pontifex mihi excidit, Æneas antea nominatus, poeta quidem magnus, ſed orator adhuc maior: quem etiam ſi inter nouos hitoricos reponas, cui cedere debeat, haud facile reperias: extant (ut orationes, epiftolas, aliaq; eius monumenta præteream) geographia, quæ Aſia inſcribitur, & in Blōdi hitorias epitome: quod, præter aliquid elegantia, in eo requiras, nil certè eſt, ſi quis huic beatiffima dicēdi copia comparādus eſt, eſt in elocutione aliquanto maiori, unus omnium meo iudicio Baptiſta Albertus Florentini generis meritò conferri poteſt: nullus, quod ſciam, noſtra tempeſtate mathematicas artes elegantius tractauit, eius de architectura opus id præcipuè arguit, extant & alia eius monumenta, quæ ſi quis accuratius pergat ſcrutari, tantum in elocutione ei tribuet, quantum latinorum, qui noſtra memoria fuerunt, fortaiſe nemini. Eminentiffimi quanquam diuerſo genere Beſſario Nicenus antiſtes, & Georgius Trapezuntius, uterq; Graij ſanguinis: hic Platonis oppugnator, ille deſenſor: ſed alter (ut fertur)

& ut

& ut res ipſa declarat) in philoſophia maior, in elocutione alter: ut pote qui de ratione dicēdi non nunquam ſcripſerit, rhetorice quæ docuerit. Nec Gregorius Tiſernas nihil meritus eſt, qui Aphricā Strabonis & Aſiam noſtris ſtudijs adiecit, cognofcitur & eius carmen tam pium, quā elegans. Nicolaus uerò Perotus Sipontinus antiſtes poſt Laurētium, quem uelut Homericum illū Achillem ſemper excipientem duxi, omnium quos diximus Latinæ elegantia longè ſtudioſiſſimus meritò habetur. Nihil ipſius Polybio candidius, nihil minus elaboratum, quū elaboratiſſima alioqui omnia appareant. Quid igitur epiftolis, quæ illius nomine conſeruntur, grauius nollem eum in aperta conſuetudine & ſimulacres indigniſſimas perſona quam ſuſtinebat, tā apertè deſciuiſſe: ars grammatica, quam in communem uſum edidit (quod paucis eius generis ſcriptoribus ſolet accidere) uulgò, ut uideo, probatur: ſunt qui Commentarios eius quos Cornucopiæ inſcripſit, ſe uidiſſe dicant, rem adhuc indigeſtam, ſed quæ plurimum alioqui habeat eruditionis. Porcelij poetæ elegiæ, & ipſi amorū indices, niſi materia laudi obſtaret, omnino plus gratiæ erant habituri: ſunt qui heroicum carmen, & epigrammata ſe uidiſſe dicant: leporem eo probant cuncti, eruditionem & grauitatem adimunt. Quæ duo Mario quoque Philephi filio deſuiſſe, cum cætera illius ſcripta, tum eius Bucolicum carmen manifeſtè declarat: fuit alioqui promptus ingenio, memoriaque capaciſſima: quippe qui ueſtigio ſtans uno centū ordine dictantibus, conſeſſim cuique ſuam, eo quo acceperat ordine, complexam carmine redderet materia: fuit ad hæc rotato ſermone, ut pote Graij ſanguinis matre natus Chryſoloræ filia: plura frōte polliceri, quā reſeſſu præſtare. Vix ex eo quicquam docto homine dignum, uideri poteſt profectum, omnia præcipitata potius quā edita. Cultior accuratiorq; Omnibus Leoniceus: quanquam poeta ille, hic hitor: at ſi utriusque ſcripta conferas, cōpoſitius hunc ſoluta, quā illum frænata procedere oratione dixeris. Bernardum Juſtinianum patritium ueſtrum, qui illius orationes uidere, uerborum pōdus, & ſententias mirati: in ter recentium oratorum principes reponendum autumant. Eius libri de origine urbis huius nondum in lucē uenerunt: ſed ut in ſumma ſint expectatione, ea que nouimus faciunt. Dixi nolle me Venetorum ingenia cēſere, ne ambitioſe uidear id facere: ſed nescio quonam modo undiq; illorum uirtutes ſeſe nobis ingerūt, quæ ſi omnino declinarem, tā me Hercule accuſandus eſſem, quā ille qui nobiliſſimā aliquam imaginē gaudeat procul ſpectare, intentiusq; miretur longius uidentem, eādem uerò oculis admotam nō aduertat. Nam, ut de alijs fileam, quis eſt tam ſtupidus ingenij, aut ab humana rum literarum ſtudijs tam alienus, qui in Petro Barroio Patruino antiſtite, eodemq; Veneto, utrunq; dicendi genus non ſuſpiciat & miretur: incidi quādoq; in eius carmen, nihil grauius uidi unquā, nihil magis pium, magisq; religioſiſſimum accommodatum: cupio uehementer uidere opus ab eo de optimo genere moriendi nuperrime abſolutum, in quo audio omnia diuina ab eo diſpoſita: ſed ad externos redeo, offerdq; ſe mihi ultrò Theodorus Gaza, de quo prope modū dici poteſt, quod & Apollonius ille de Cicerone olim dixiſſe fertur, ademptam ab illo Græcis eloquentiæ laudem, nunc contra Graij ſanguinis hominem Latinis ademiffe: nihil eo uiro cultius, nihil caſtius: nec uerore ne ambitione id à nobis dictum uideri poſſit. fuit ille Græcus (ut dixi) uerum quum eius Theophrastum lego, quem Latinum fecit, aut Ariſtoteles libros, qui de animalium natura inſcribuntur, admirari non deſino, ac dubitare, utrum incredibilem illam uerborum proprietate noſtri Græcis acceperint, an ille à noſtris po-

rius. Grandem nouamq; præterea laudem cōſecuti mihi uidentur, eſt in alienis rebus interpretandis, ſtudijs tamen grauioribus, Marſilius Ficinus Florētiæ, qui omnia Platonis opera in Latinum uertit, & Hermolaus hic ueſter, qui Themiftium & Ariſtoteles opera Latinis adiecit, præſtiterunt meo iudicio, quod poſt inclinatam eloquentiam nemo, oſtenduntq; hi nō rem: ſed eos qui eiufmodi opera antea in Latinum uertere, in cauſa fuiſſe, quod qui ad noſtram uſq; ætatem philoſophati ſunt, parū Romanæ ſint locuti, ſed hic noſter (nec amor me fallit) maior elegantia obſeruator, quanquā in illo quoque nihil ſit, quod uel delicatiſſimum oſtendere poſſit lectorem. Quid, quod & diuinæ literæ in dies (ut uideo) magis excoluntur. Quid enim in hoc præclaro ſtudioſorum ſucceſſu Pici Heptaplo uidim⁹ aut cultius, aut elegantius? nemo meo iudicio poſt Laſtantium & Hieronymum melius in eo ſcribendi genere Latinam cuſtodiuit elegantiam: tranſeo altiſſimā eruditionem, quæ perſpicuè demonſtrat uera eſſe, quæ ad nos de eius ſtudioſiſſima iam pridē fama deſeruntur, contigiffe illi adhuc unum, quod & recentiorū nemini, ut Græca & Chaldeæ ſtudia Romanæ iūxerit. Subijciam adhuc quofdam quorum ſcripta iam pridē leguntur, occurruntq; in primis Pōponius Sabellici noſtri præceptor, & Platina, uterque (ni fallor) Laurentij Vallentiſis auditor: Pōponij pauca omnino extant, ſed illa ipſa accuratiſſimè cōſcripta nouimus, quæ de legibus, ſacerdotijs & magiſtratibus ad M. Pantagatum ſcripſit: quanquam & de arte grāmatica edidit præcepta, omnia mira ueſtigate redolentia, arguuntq; planè hominis ſtudiū, quod in recognoſcenda ueſtigate præcipuè fuit occupatum. Platinae hitoria, & quæ de honeſta uoluptate ſcripſit, omnibus nota ſunt: extat & elegantiſſimū libellus, qui eius nomine circūfertur. Eſt & ipſe ueſtigateſſimus amator egregius, ſed adhuc plus gratiæ habiturus, ſi quædam in uſum non recepſſet: aliquid certè mihi in eodem genere laudis mereri uidentur Io. Calaber, cui eſt Simonetæ cognomen, & Donatus Acciaiolus Florētiæ natus: hic præter Plutarchi quædam in latinum uerſa geſtorum Caroli, qui Italiam Longobardicis armis diutiſſimè preſſam barbaris uictis in antiquam libertatem reſtituit, breuis auctor: Franciſci Sfortiæ prolixior ille, hic quantuſcunq; eſt, ſuus eſt non alterius: cultior ille, ſed qui Philephi lima ſit non nihil, ut crediſſe, adiuuus. Exciderat mihi Campanus antiſtes, quem ſiue elegantiam, ſiue dicen di acumen requiras, ſiue candorem potius, aut uenulſtatē rectius, ueſtigateſſi ſcriptorib; potius, q̄ recentibus annumeres. Nec Galeotus Narnienſis nihil præſtitit: ſi quæ ſcripſerit, omnino ſtare contigiffet. Extant tamen adhuc aliqua, ut de homine opuſculum, & alia quæ dā parū nota, in quibus uideo nonnullos uerborū proprietatē deſiderare. Cætera neq; in ſulla neq; parū perſpicua dixeris. Angeli Sabini Turrenſis Belgicum carmen nō legimus, ſed quia in pōſticiſſiſſa bibliotheca reſpoſitū auit, cogimur nondū uſum probare, eſt nō deſunt, qui ſe legiſſe dicant damnatq; apertè opus, ut parum elaboratum: maior in commentando aucto ritas. Nec Coriolanus Cipicus parum uno eſt libro notus, quo ille Petri Mocenici, qui poſtea princeps fuit, geſta eſt complexus: uix ex Dalmatica illa oratione olim dixiſſe fertur, ademptam tempeſtate expectaſſet: redundat breui illa hitoria multis quidem uirtutibus, & quod me potiſſimum delectauit, nihil eſt quod in illius elocutione requiras, nec eſt, ut ad Palladium nigrum, per quem proximis annis Romanæ in ea terra literæ in antiquum ſunt ſtatum reſtitutæ, eius ſtudia referas: eſt enim Coriolanus iam grandis natu, quippe quē diu ante illius in Dalmatiam acceſſum profeciſſe oportet. In Pontani uiri clariffimi carmen nunquam incidi,

ſed

sed multum ei ab omnibus tribui uideo in eo genere, estque in historia (ut audio) nihilo minor, quam sumor est, eleganti iam pridē stylo texere. Titi Strotij poemata præter famam ipsa pontificis bibliotheca, in quam reponi meruerunt, præcipue commendat: coniecimus quandoque in eam lectionem ocu- los, placuitque maxime: elegia nihilo his inferior, ac nescio an maior etiam habendus Amylianus Cimbriacus, cuius elegiæ & epigrammata sparsim leguntur: multus in eo uiro lepor, sed maior adhuc grauitas: probatur à multis qui carmen uiderunt eius Asteris, sic enim audio ab eo Rhodiacum bellum in scribi, pariq; laude extollunt encomiasticum ex eadem officina nuper ad Federicum imperatorem de- promptum. Nec Cynthius Cemetensis Cimbriaco minor: ac nescio an maiorem etiã laudem in utroq; genere carminis adeptus. Baptistæ Mantuani uiri Carmelitana religione carmē, nequeo satis admira- ri ob incredibiles uirtutes: scripsit ad hunc diem nō pauca, & de uita Virginis, de oratoris & poetæ lau- dibus, de contemptu mortis, quod si exijs quæ ad nos delata sunt, licet de hominis ingenio in uniuersum iudicare, quem illi in hoc genere dicere præferas hodie habemus ferme neminem. Multum ingenij & in M. Octauio Phanensi, multum in Forti- uenfi Fauisto: uerum uterque amator cantator & ob id minus quam ille de quo loquor celebrandi: quid Cosmicus? nunquid sine piaculo illius multa præteriri potest silentio? quæ totam Italiam in sui expectationem erexit: sed quia ex illa officina nihil deproptum uidi, ne quid temerè dicā, alij uerius de eo ferent testimonium. non magis de eo dicam quam de Callimacho qui adest, ne in gratiã uidear aliquid hic fari: audio tamen elegias quas secum ex Sarmatia attulit à plerisq; incredibili fauore excep- tras, & cum his Attylæ uiram ab eo nuper editam præludium credo id fuisse Callimache, eius historię quam te iam pridē animo meditari audio. Subijciat his aliquis haud immeritò Io. Tortellium Aretinũ, & Iouinianum Parthenopeum: iuuerunt illi indu- stria uterq; sua, nec multum inter se diuersa, uerbo- rum utriusq; linguæ copiã. Scio præter hos esse ad- huc quã plurimos ingenio & doctrina illustres, qui alia atq; alia ad dicendũ uia ingressi, nomē aliquod & famam ex suo labore & industria tulere: sed quia idcirco ad hanc narrationem accessimus, ut per quos potissimum Latina lingua nobis restituta sit expo- neremus, hi mihi digni uisi sunt, quibus ob uariam operam ipsi rei nauatam quicquid hoc est per quod Romanus sermo suum ueterem splendorem recepit, acceptum referemus: præterij sciens multos qui di- uersã omnino meditatione ad hoc ipsum efficien- dum usi, non minus (ut arbitror) ac nescio an etiam plus aliquid quam illi, quorum mentionem feci, La- tinis studijs profuisse uideri possunt: uerum quia il- lorum quasi glossemata quædam poetarum car- minibus coherencia, quorum lectione ob ætatem iam ingrauescentem, consulo abstineo, non habeo quid de his dicere possim: sed ad sunt hic pleriq; qui id commodissime præstabant: uel duo in primis, qui si forte absent ob iudicium, excellentemq; in his studijs doctrinam, potissimum ad id munus requi- rendi essent. Ab illis igitur quæ adhuc de Romanæ linguæ reparatione dicenda restat quærite: nã quid à me in ea materia amplius expectare possitis, est cer- tē nihil. Accuratissimam Prunuli dissertationem in- credibilis est assensus securus, laudare omnes in il- lo, imò mirari potius nō minus tot uariarum rerum memoriam, quam constans & acre iudicium: sed quomodo dicendi sine fecisset deiecitq; oēs in Ba- ptistam Guarini silium oculos, nemo non erat qui non aperte intelligeret, aut eum unum provinciam illam aditurum, aut alium ex his qui aderant nemi- nem: tum Prunulus iterum orsus, Ego inquit Ba-

ptista uir clarissime non magis Oedipus sum quam Terentianus ille Dauus: uerum ab initio diuinare li- buit, fore ut nos duo hanc feruidam cœnaremus: ol- lam: quandoquidem ad primam rei mentionem om- nes in nos ambos ut Græci olim Achille & alijs ducibus ad Troiam cessantibus, in duos Aiaces ocu- los defixissent: at quia nostrum quod in multis esset iudicium audire, non est dubium quin iam & tuũ in his quæ restant cupidissime expectent: tu uerò quando (non illis modò) qui id tantopere cupiunt audire, sed rem mihi etiã facturus sis gratissimam, si quæ de nouo hoc scribendi genere ad quod mul- ti nostra tempestate omne suum studium adiecere, sentias ordine differueris. Da operam quæ fo ne tor eruditorum hominum expectationē frustratus uideare: nec est cur aliquid pares excusare quũ ne mo- ram quidē in te ullam (ut uideo) sint laturi. Assen- tientibus cunctis hortantibusq; ne grauatē id præ- staret, tum ille Prunulus familiariter respiciens, Ef- fecisti, inquit, hodie uir doctissime, quod ne iniqui quidem fecisset lanista, ut prius Hoplomachus in are- nam compuleris, quam ad pugnam satis idoneũ eo gnoueris. Oportuit (ut credo) prius quaerere, an is omnino essem qui rectum de tot uiris illustribus in- diciũ ferre possem, quam uobis tam graue onus im- poneretur: sed quasi omnia adestent, prouinciã nō- dum etiã decretam me obire uoluisti, satis quidem amice, sed imperiosè nimis: uerũ idcirco credo, quia tutius sit peregrinum hominem quã ciuem ad offi- cium minimè uoluntarium compellere: sed memi- neris nos in libera ciuitate esse, ubi æquo uiuunt iu- re: possemq; ego quasi lege Papiã, cuiũ numero ex- clusus, istud ipsum munus detrectare: uerum quia non te solum, sed quicumque assunt ita uelle in reli- go, ne uestra magis causa uoluisse uidear quam non potuisse, dabo operam ut quam breuissimè cogno- scaris, quæ nostra sit de nouo horũ instituto senten- tia, qui diuersa quadam (ut dicis) scribendi ratio- ne, nouum quoddam dogma induxerunt.

Bapti. Guarini dissertatio.

Primum itaq; omnium illud quaerendũ arbitror, uiri amicissimi, de quo inter doctos queri solere uideo, fuerint operæ precium id facere, ut in ueteres poetas quod pleriq; præstitisse gloriantur, Cōmen- tarios ullos haberemus. Nec delunt qui id non solũ non laudēt, sed uituperēt maxime, negentq; in tanta librorũ copia quantã paucis annis miranda hæc, suc- cinctaq; imprimendorũ librorum ratio peperit, cu- riosiore ulla cōmētatione studiosis hominib. opus fuisse: quippe qui per se omnia, si paululũ adniti uo- luissent, rectius explorassent: unde eo maior esset, p- fectus secutus, quo maiore fide & studio uerũ mō- numēta euoluere solemus, quã recentiorũ. est præ- terea quis nō uidet longè purior, & ob id fortè sua- uior gustu aqua ex uiuis fontibus quam riuis huius- stas: adijciunt & illud tardiora fieri ingenia ea lectio- ne, quum nihil per se interim curent inuestigare, ni- hil comminisci, nihil deniq; libero ingenio dignum moliri: credi ad hæc seruire quiddã alienis semper præceptis parere, nihil nisi quæ prius monstrata sunt aggredi audere: esseque ob id nulli qui maiore ani- mo profectum conceperit eiusmodi Cōmētarios attingendos: oriri in super adolescentibus in dæ ac pueris maiore omnino cladē, quod multi cōmenta- riorum fiducia freti, sine literis, sine iudicio, ad litera- riam professionē temerè accedūt: tum uerò perdi- ta quadam audacia poetas ipsos eorumq; interpre- tes quos utiq; nō intelligunt, in uerterēs, deprauan- tesq; omnia confundunt: etenim quũ aliquid scire uideri uolunt, nemini parcunt, ne illis quidē p quos proficere deberent: imbuuntq; miseros adolescen- tes multis ineptijs: quod omnĩ pessimũ est, cogit etiã falsis opinionib. (ut aliquid docuisse uideatur)

assentire,

assentire, ac scriptores ipsos prius odisse, quam per ætatem possint intelligere. hæc illi: quibus si qui- temerè accedat, haud omnino uana afferri uidebun- tur: sed res longè aliter habet: nam & ab initio neq; ea quæ nunc, fuit librorum copia, nec omnibus in hac ubertate bibliothecæ sibi parandæ est concessa facultas: sed detur & hoc ipsum, nō omnibus idem est animi uigor, non eadem in conquirendis rebus industria, in conseruandis diligentia, in mutadis iu- dicium, quod nisi recentiorum industria hac quoq; parte fuisset perditis reb. opitulata, in obscuro ad- huc essent illi per quos Romanã linguam uindicare oportuit. Satis enim lateret, si à nullo aut à q̄ paucis simis intelligeretur. quod uerò multos aut ob eam rem supra q̄ præstare possint audere: utinã semper eo statum res humanę fuisset, ut nō plures reperiri ef- sent, qui uideri mallet, q̄ esse docti: fuit itaq; perne- cessarium Ro. literas hac quoq; ratione fuscari: fru- stra enim ueteres scriptores postliminio receptos uidissemus, nisi & ciuitatis iura recepissent, quod si- ne eiusmodi patrocinio aut nunquã, aut serò contig- gisset. Verum quũ multi sint quib. hoc nomine de- bere uelimus, cui plus oporteat q̄ Domitio Veronē- si meo municipi, haud facile reperio: quippe cui quæadmodum Prunulus modo Laurētianis studijs emendatissimã hanc loquēdi rationē, ita præcipuam poetarum ueterumq; scriptorũ enarratione, audeo ascibere: nã præter q̄ quod multiplices & uarios e- didit cōmentarios in Valerũ Martiale, Papiniũ syl- uas, Iuuenalē, Sappho, Propertiu, inibi & in Siliũ I- talicũ & in Ciceronis ad Atticum epistolas, ut pote iam paratos, ut ipse in quadã restatur epistola, edere maturabat: cœperat ad hæc Paulaniã in Latinũ uer- tere, quum immatura est morte præuētus, & quod omnium maximè nostris studijs calamitosum fuit, quartũ obseruationũ librũ habebat in manib. quod opus eius interceptũ in occulto adhuc est: uidimus earum obseruationũ quiddã illius scriptis quasi flo- sculos inspersas, quas ille ideo indice nobiles fecer- at, ut in maiore suscepti operis expectationē studio- sos erigeret: sed quo maior fuit expectatio illa, eo certè lugubrior frustratio desiderijq; defuncti ma- ius. multũ sanè in eo homine amissum: nihil erat tã arduum & difficile, quod de se natura illa nō spõte polliceri posset: sed est certe nec fallor tacita quædã factorum inuidia, quæ potiora semper ex humanis decerpit: perijt ille admodum iuuenis, cui si longior uita cōtigisset, multo emendatiore hodie Latinam linguam haberemus: nec eo inficias habuisse eũ ab initio quorum uestigijs insisteret: nã quod ad ipsos in Valerium Martialem Cōmentarios attinet, mul- tum diuq; Sipontinus antistes, & Pomponius, qui omnium primus id opus Romę interpretatus dicitur, in ea lectione, ut audio, euigilarant, dicarantq; non pauca: cōscripserat & Angelus Sabinus quem ille Fidentinum appellat, aliquot annos antè in Iu- uenalem quæstiones quasdã accuratissime: sed hic nosser, ut natura erat facili promptoq; ad commini- scendum ingenio, non solum quæ ex illis accepisse uideri potuit est secutus, uerum per se multa etiam addidit, atq; ea ipsa cognitu utilissima: nec me fu- git esse omnino aliqua in eius scriptis quæ præcipi- rata potius uideri possint q̄ edita: sed simulas & e- mulatio duo acres stimuli illum ad eorum quæ scri- bebantur immaturã compulerunt editionem: fuerunt præter hos & alij multi qui in Iuuenalis saryras scri- pserunt, quorum omnium uideri mihi præcipua me- moria dignus Georgius Merula Alexandrinus, quod ex eius scriptis facile colligi potest, rerũ obseruator diligentissimus: nihil ex illa eruitur officina, quod non idem sit & maxime elaboratum, iureq; nō mi- nus diligentiam in homine laudes, quam naturam: extant & alia eius monumēta, obseruationes quæ- dam, epistolæ nec ad eò multæ, quæ eodē quo dixi

nomine ualde probantur: docuit ille ditu publicè in hac urbe: nunc constans fama est animum ad histo- riam adiecisse, in cuius uidendæ expectationē iam multos frequentia literarum ad amicos erexit. Age uerò num & Paulus Piscinensis cognomento Mar- sus, parum præstitisse uideatur? qui tam significanter omnes Romanos ritus in fastorum enarratione ex- plicauit, quid in poetices apparatus dici potest, quod ille legentium oculis non subiecerit? ut ausim pro- pmodum affirmare, plus illius lectionem quã Na- lonis, cuius se interpretē exhibuit, ad eruditionem conferre. mira in homine dicendi facultas, atque eo maiore admiratione digna, quo natura illa ad car- mē multo, quam ad pedestrem orationē fuit prom- ptior: nullus nostra tempestate extemporaliõr poë- ta, illius carmen est fastis insertum: ex eo datur in- telligi quantus in poetica futurus fuisset, si tēpera- re uoluisset ingenio: præstitit itaq; is in communē usum omnino aliquid, sed multo plura eius cōter- ranetis Petrus Marcius Cesensis, is non ad poetas so- lum explicandos, sed ad oratores quoq; & philoso- phos studium adiecit: extat eius in Silium Italicum Cōmentarij multa eruditione referti: sed longè uti- liora quę in Ciceronis opera conscripserit: eloquēs ut Pomponij auditorē agnoscas, & quod plus est pro- periodum philosophus: sed quãruscunq; in philo- sophia est, eum Argyropoli contubernium effecit: acutior in poetis explicandis, cultiorq; meo iudicio Antonius Volscus, & ipse Pōponij auditor diligens in Nafonis heroidibus: sed in Propertio diligentiõr: pari penè laude nominandi sunt Cyllenius & Par- tenius Veronēsis, Catulli hic, ille Tibulli interpre- ses: sed alter ciuica ut sic dicã corona penè dignus, qui ciuē seruauit suũ, seruauit enim quem multis nodis uinctũ soluerat: sunt qui Philippũ Beroaldum Bo- noniensem, & ipsum in Propertium Cōmētarios elegantissime conscriptos, aut iam edidisse dicant, aut non multo post etiam editurum: sed de his quę nō dum uidimus, quid dicam nihil habeo: nec exci- dit mihi Florētia academiæ decus maximum Chri- stophorus Landinus, cuius dicendi copia uulgò (ut uideo) probatur: accusatur tamen in quibusdam ut parum diligens, tan quam planè constet ea illum nō præstare, quæ aut incuria, aut consulto præterit, uel les ad hæc beatissimam illam dicendi facultatē ad maiorem usum comparatã, quam ut imperitę mul- titudini seruire uoluisset T. Liuium & Plinium duo Latinæ linguæ lumina, non sine piaculi suspicione omnibus uulgauit: sed tantum abest, ut sit in altero id quod maximè optabat consecutus, ut nemo ob- scurè præ se ferat, duriorē esse Plinium iam Tuscũ factum, quam antea Romanus fuisset: Pataviũ ui- debit quo animo sit laturum, ut Patauinitas illa quam Pollio in Liuiõ deprehenderat, quantum in eo uiro fuerit, uix extet amplius: nos Veronenses non dubitamus eum uirum nobis uendicare: nihil adhuc in eo amissum: sed habuit fortassis ille pa- trij sermonis rationem: longè lateq; propagatum in eo modo putauit, rectè quidem, nam multa & magna patriæ debemus: sed meo iudicio rectius se patriam, omneque Tuscum nomen proprio labore & industria nobilitare potuisset: potuisset quidem, nam est ea natura uerius: nihil ad omnes eloquen- tiæ partes tractãdas aptius. Fontius & ipse non pa- rum in Persio meruit: sed illius orationes maiore quodam fauore excipiuntur. Statio Achillē, Franci- scus Maturantius tractabiliorē reddidit, Papiniana illa duritate cãdido sermone emollita, sed in Verri- nis actionibus explicandis maiorem, utilioremq; se præstitit, quanquam materiam diligentius q̄ artem tractauerit: uelles & poetice uacasse: nihil eius musa cultius: at Vberinus ille Crescentinas, qui familia- res Ciceronis epistolas diligenti enarratione fami- liarissimas reddidit, non minus meo iudicio me- retur,

retur, quàm qui peregrè pfecturis uaticù officiose comparer: nulla lectio est in qua teneriora ingenia facilius coalescant, sed multa prius in eo opere ignoratione rerù obscura, multæ dicendi uirtutes parù intellectæ: quæ res in causa fuit, ut qui omnia altius scrutari solent, diu nõ temerè eam lectionem adierint: at nunc cõmunis facta, & in qua adolecentes uelut in primo studiorum limine paulisper immorati mirum in modum proficiant: at hercle Olierius Agerianus, quanquam omniboni Leonici Commètaris adiutus, multa in Valerium Maximum, ea que eleganter commètus est: sed neuter omnia uidit. Io. Britannicus Brisianus & ipse in Achillem Papinij, & in Persium Commentarios elegantissimè conscriptos edidit: magna est & de Antonio Phansè in sex Factorù libros expectatio: et si poëta hic idem optimus Epigamatumq; & Elegiarum scriptor elegantissimus. Sunt adhuc non pauci, quos de industria in hunc locum distuli, nõ quia ipsorum meminimus, sint aut ingenio, aut eruditione inferiores: quin potius tales, ut in alterutro ordine reponas, honestissimum sibi locum uendicent: occurruntq; primo ex tribus celeberrimis Italiae gymnasijs tres uiri clarissimi, quos tãquam hominum flores nõ erit absurdum extra ordinem nominare, & ut ab Roma incipiam, ubi Latine literæ & natæ sunt, & coaluerunt, Sulpitius Verulanus quem grandem mihi ab initio fama obtulit: sed maior omnino uisus, ubi illius artem perlegi ita erudite omnia ac tam graui ter disposita, ut adempto indice nihil in toto opere esse dicas, quod in nostra tempora rejicere possis: sed ex aliqua potius ueterum officina depromptum, quid eius carmen? quid alia studiorum monumeta? quæ eiusmodi certè sunt, ut nihil in illis desideres, nihil adimere possis: tale profecto ac nescio an maiorem etiam Florentia nunc habet, quæ Politianù studiosi appellant: sciris credo quæ sit, de quo loquor, clarus Laurètij Medicei cõtributio, ingenio tamè & doctrina clarior: multi qui de uiri mecù antea de eo sermonem habuerunt, constantiq; prædicatione effecere, ut priusquam hominem uidissem uehemèter amarem: uerum ubi eius sylvæ ad me sunt delatæ prædicare non destiti: tulle tãdem nostra sæcula uiros hedera (ut Satyrus ait) dignos & imagine macra: etenim si uirtutes eius carminis attèdas, non est (nisi me opinio fallit) quem ex ijs qui hodie illustres habètur illi præferre possis, quid eius miscellania? an est illis quicquam limatius, exquisitius? planè ea lucubratiõ demonstrat, quãtum uir ille & Græcè & Latine profecerit, quã acri in recognoscenda ueritate sit iudicio. Age nunc & Parauium reuersus, quid Calphurnio copiosus? quidue eruditius? an eius carmen mediocri uideretur nobis laude dignum? Franciscus Niger æqua est laude pefandus: ac nescio an propter ea que scripsit, etiam aliquãto maiore, difficile est iudicare maiore orator sit, an poëta: quod si ingenij ratio habèda est, quem horum Cornelio Virelio præferre possis, non facile perspicio. una uel breui meditatione, qua in Georgiù Merulam est inuectus, haud dubiè ostendit, quid ab eo expectari possit, modo uelit sto macho temperare. Sequuntur pleriq; alij Io. Ariminenfis, Cipicus Coriolani filius, duo Cynthij: Ancomitanus hic, ille Cenotensis Iosephus Vicentinus, Palladius Niger, Io. Marosticanus Cãtalic⁹, Lepidus Pyeri⁹ & alij multi q in cõmunè usum afsidue aliqd cudere dicuntur. Sed eos quia uereor ne noster hic sermo nimis longus uideatur, consulo prætereò: quãquam multi etiam eorum quos in ordinem redegei, nihil ad hunc diem edidere: aut quia oeiù illis defuit, aut quod sua præcipitare noluerunt. Expe-

ctada tamè à tãta indole ardua & sublimia sunt: & quæ uulgò leguntur, quos consulo Prunulum suppressisse suspicari liber: sed de his ille dicere uoluit, qui aliquid aut præcipiendo, aut eleganter tradendo, Latinum sermonem locupletiore emendatioremq; reddidere, quòd tantum abest, ut quidam quorum scripta leguntur, effecerint, ut nullius rei uisi sint minorem habuisse, quàm proprietatis & elegantie rationem, fuisseq; ob id latius, aut nihil eos scribere, aut ea quæ tradenda erant accuratius edere: nam quum multa habeant illorum scripta cognitione digna, non pauci ad ea temere cognoscenda accurrunt, acciditq; illis, quòd & pueris à matre deceptis, qui cum aridam ficum ab ea oblatam cupidissimè uorant, ceperuntq; antidorum in ea inclusum sentire, oderunt illã atq; irati satagunt simul omnia reddere: haud multum dissimili euentu, qui in illorum res incidunt si sint bonarum literarum studio si, non possunt non subirati ab ea lectione abscedere: quasi doleant ita comparatum, ut in ea sine periculo uersari non possint. Est alioqui (quis nescit) illorù industria non parù probanda: suntq; & ipsi digni, qui tam bonam segetem melius colere uoluissent, aut si uoluntas non defuit, saltem potuissent. Hi sunt igitur (nam de reliquis qui ad nostrum nõ faciunt institutum, nihil attinet dicere) qui Romanam linguã mille circiter & amplius annos, indigno pressam uertitio in antiquam libertatem uindicarunt, omniq; barbarie prorsus sublata, sum Roma, ceteraq; Italia recepit sermonem. Digni quorù nomina nullam sentiant obliuionis iniuriam. Etenim Romanã linguã multi condidere, multasque hominum ætates illius ceperunt incrementa, nunc pauci admodum paucioribus annis eam restituerunt. Satius penè fuisset nunquam ex Græcia literas ad nos delatas, nõquam historicos, poëtas, oratores, habuisse, si tot claris ingenijs, tot fecundis laboribus iniuria temporum carituri fueramus: minus enim desideratur ea, quorù usus ad sensum nõ peruenit. Multæ gètes literas nõ norunt, atq; ob id ne desiderat quidè. At terra Italia, quæ id diuinum munus non solum seferat, sed alijs etiam gentibus ingenti gloria nominis dederat: cui nihil ex tanto imperio quantum olim habuit, nihil præter literarum decus reliquum fortuna fecerat: qua maiore clade affici potuisset? aut in quem maiorem luctum incidere? aut magis perpetuè? quàm si hoc quoq; cultu, & uera laude fuisset demum spoliata. Debet itaq; illis omnis posteritas, laudabunt felicissimos labores, memoriã eternitati consecrabunt. Nam si clarissimæ quaedam ciuitates ac populi, statuas, tumulos, trophæa, aliosque æternos honores decreuere ijs qui aut de libertate, aut de sinibus fortiter dimicando pro patria ocubuerunt: quantò honestius æquiusq; ijs debetur præmia, qui amplissimũ decus tot urbibus, tot populis, tot gentibus, restitueret? sed qui post nos erunt, uidebunt quid illis præstare uelint: nos certè qui hæc uidimus, qui alterutram rei fortunam penè experisumus, nisi ingrati esse uolumus, summa ope niti oportet, ut de communibus studijs tam bene meritos, qui ex humanis decessere, pia memoria, uiuos omni officio humanitatis profecuti uideamur. Hæc Guarini filius, qui cum sine fecisset, cunctis eius sermonem probantibus, ceteris ille ornatissimus solutus est. Habetis, reor, uiri amicissimi, quæ de Latine linguæ instauratione tanto opere audire optabatis, quæ omnia eo uobis certiora uideri debet, quo maiore sunt autoritate & iudicio præditi illi, à quibus hæc accepimus, & à pluribus doctis tum quoq; laudata: uerum illa ipsa qualia sint, quum per oquũ licebit, melius uos ipsi pensabit.

MARCI ANTONII COCCII SABELLICI, FAMILIARIVM EPL

STOLARVM, LIBRI DVODECIM,

MARCVS ANTONIVS COCCIVS

SABELLICVS, MARCO ANTONIO

Mauroceno, Equiti aurato clarissi-

mo S. P. D.



Via tam sæpe nostra legis, requirisq; sæpius legenda, tu tibi imputes necesse est Maurocene uir clarissime, quod multo sum tibi molestior, quàm aut tu fortasse uelles, aut ego deberem. Efflagitabas nec sine conuicio, ut quando septem illas Enneades, quæ tertio ab hinc anno in publicum exiuerunt, toties legisses, tres alias recentiore fœtura apud me ortas aliquando ederem. Ego etsi istud uehementer cupiebam, & Enneades illæ, quæ domi sunt, iam in scheda teneri non possunt, licet sororibus inuidentes, quæ nunc late euagari dicuntur, incredibilis tamen hominum inconstantia, ne perfidia dicam, qua hodie uiuitur in causa est, cur nulli adhuc sim ausus eas credere, ne parum castigato, ut priores illæ apparatu in lucem prodirent. Nunc quando editio illa maturanda est, ne non semper sit aliquid mearum nugarum quod meritò ridere possis, en duodecim Familiarium epistolarum libri tuo nomine temerè prodeunt in apertum, qui etsi humiliore matre (materia dico obscuriore) orti sunt, quam sorores, possintq; uerius hybridæ quàm uernæ dici, gestiunt tamen Enneadum illarum fratres uocari, quippe qui si ingenuitate uincuntur, festiuo uultu & urbanitate cum sororibus certent. Sed quid studij & fauoris mereantur, ipsi uiderint, qui cum periculo euagari maluerunt, quàm tuto domi esse. Ego quod ad me attinet, neq; officio, neq; gratia unquam adduci potuissim, ut uilissima hæc mancipia non magis quàm monstrum aut ostentum aliquod domi natum paterer in publicum exire. Nisi Carsius olim à manu nunc literarum ludimagister, omnibus nostræ bibliothecæ angulis nuper excussis, hoc quicquid est in unũ collegisset, redegissetq; in libellorum formam, quos situ & squalore absterfos, nec probante me, nec contra (ut uerum fatear) tendente librariæ officinæ intulit. Vnde nunc demũ egressi, audi quam digna sine mercede autoris legendi, si Lectorem inuenerint. Quicquid in hisri debetur, erit id iure meum, qui ineptè hæc scripsi, ineptius publicauit: contra si quid quod placeat habebunt (quanquam non uideo quid in illis placere possit) nonnihil Carsij debetur industriae, sed multo plus tuæ autoritati, quæ nisi aliquando intercessisset, nunquam in manus hominum uenire essent ausi.

Vale.

PPPp

MAR

MARCI ANTONII SABELLICI FAMILIARIVM EPISTOLARVM, liber primus.

MARCVS ANTONIVS POM- PONIO S.



VIDISSEM te libenter dū fui Romę, nisi urgentibus de fratre nuncijs, cuius uita ob grauilissimum morbum in maximo esse discrimine dicebatur, penę preceptis istinc abijsse. Nunc si rectę uales, gaudeo & gratulor. Ego longis festis itineribus nuper Venetias ueni, et hinc lassitudinis plenus, non tamen mei Pōponij immemor. Antonius Vicetinus, qui nostras tibi attulit literas, omnino est in meis familiaribus. Pergratum mihi feceris, si in noua conditione quęrenda tua uiri uolet opera, libenter, ut soles, ei accommodaris, et si in subleuanda eius inopia non tam officium nobis, quàm pietas spectanda est. Erit spero tibi; carus, nisi istinc casu (ut urbanissimus ait pōeta) nō ratione uiuif. Vale.

M. Antonius Catalucio fratri.

Viuis tu? uiuunt alij domesticij? an ad unum perijtis omnes? iam annus est, & ego uestras literas suspirare non desino. Non possum non uehementer suspicari, ne postquam a uobis discersi aliquid acciderit, quod tu me latere uelis, ne absens luctu & merore conficiar. Sed id certę torquere est tam diu sollicitum & anxium habere. Nunc si potes, fac ex tuis literis intelligam, quid istinc agatur, liceat & mihi cognoscere, in quo res uestre statu sint hodie. Quotidie ex urbe proficiscuntur, qui uestras ad me literas ferre potuerunt. Nos Dei benignitate hic satis foeliciter agimus, sed quo minus successu hoc perfruemur, tuę & aliorum, qui mihi charissimi estis, salutis cura & sollicitudo facit. Vale.

M. Antonius Vmbroni.

Audio te lenta febre pluribus diebus confistatum, quod non potui non ægrę ferre. Sperabam fore, ut si Opitergini isti nullam tecum mercedem parati essent, paucis diebus te maiore spe quęstus, honestioreq; conditione aliud traderem. Eratq; quę hęc scripsimus iam res propemodum ex sententia confecta. Tu uerō scribe ad me an tibi integrum sit, quum uoles istinc abire. Nam si, quod nolim, fidem obtrinxisti tuam, aut per aduersam ualitudinē minus uenire potes, non est cur alienum commodum uana expectatione frustremur. Vale.

M. Antonius Pomponio.

Ego, quod ab ineunte adolescentia feci, te unice colo & obseruo, augeturq; magis indies uetus hoc meum in te studium, augetur amor, obseruatiã, pietas, & breui nihil est te unice mihi charius, cui quicquid sumus in his studijs non minus libeter quàm gratę refero acceptum. Sed hęc ed tendunt, ut neq; consuetudinis nostrę intermissio ulla, neq; noua hęc fortunę blandimēta, quod in amplo & illustri loco simus constituti tibi suspecta sint. Errant (meo iudicio) qui hominem cum fortuna mutari existimant, quibus tatum abest ut aliquo modo accedat, ut quo maiores nostris rebus accessiones sunt, eo sim in ueteres amicos propensior. Sed quum multi hodie sint, quos uehementer amo, quem tibi in amore preferam est nemo. Spero equidem fore ut me ralem in te omni tempore experiaris, qualem ex ijs, qui tibi operam dederunt fortasse neminem. Vterer longioris silentij excusatione, nisi certo scire te non ignorare quantum negocij in Veneta historia textę-

da sustineam. Accedit hęc publicum profitendi munus, id quantum secum celebritatis affert, tantum nec minus æmulationis & inuidiæ. Sed quicunq; fuerunt ab initio aduersariorum conatus, ita eos constantia fregimus, ut iam aperre sue pudeat leuitatis. Cætera ex Marosticano, qui has tibi attulit literas facile cognosces. Vale.

M. Antonius Aemiliano.

Literas, quas ad me dedisti tā cupidē legi uir humanissimę, ut quum æquę omnia delectarent, sola in illis sim breuitate offensus. Incredibile est quantum ex ea lectione cœperim uoluptatem. Omnia in illis officij & humanitatis plena. Scribere ad me hoc tēpore opportunius potuisset nemo, cum propter alia multa, tum quia cognoscere cupiebā perstare ne Aemilianus adhuc in ueteris amicitie officio. Etenim cum te & re uxoria & liberis auctum audiuissem, futurū arbitrabar ut maioribus necessitudinibus districtus, remissius iam ueteres amicos coleres. Quod ut uideo, non solum non accidit, sed rei domesticę (quod pauci faciunt) simul & ocio literarum & amicis studes. Tu uerō perge eum amare, qui & animi gratitudine & officio nulli amicum cessit unquam. Quod uerecundē a me petis, ut tuę laudis rationem in scribēda historia habere uelim, te etiam tacente tuę eximia uirtutes id a me factis postulabant. Sed uide quęro ne nimio tuo in me studio aut amore potius deceptus tantum mihi tribuas, quantum ipse nec tribuendum puto nec postulo. Sed ut cunq; que sit, arripio uatis omen, ac uelut Delphico quodam fretus oraculo, iam hinc melius sperare ausus, cętera alacri studio exequar. Qui si uerē sum, quem tu prædicas, & ego esse cupio, ut quā plurimos scribendo ab obliuionis iniuria uindicare possim: dabo operā, ut aliquando planē sentias, nihil tua laude fuisse mihi charius. Ad quod ipsum, si cætera defuerint, uoluntatem scio mihi non defuturam. Vale.

M. Anto. Carolo Mattheo.

Longa opus esset epistola, si cur tam diu ad te nō scripserim, uelim literis demonstrare. Sed quia haud tam pauca sunt, ut breuiter scribi possint, in aliud tempus silentij huius exultationem rejicio. Nunc sic habeto, me tui tuorumq; omnium memoriam sumi ma cum beneuolentia tenere, fouereq; ueterem nostram amicitiam perpetua constantia & pietate, speroq; ita fore, ut quandoq; non solū mutuis, sed multis etiā & claris officijs eam refarciamus & illustremus: sed de his haftenus. Nunc mi Carole illud ab re etiam atq; etiā contendo, ut si me amas, si dignū putas quem in numero tuorum habeas, continuo des operam, ut hęc literę, quas ad te dedi domum perferantur. Vix credas quā sim sollicitus, & in quanto sim merore constitutus, dum neq; nunciū, neq; literas iam annum & amplius a meis impetro. Non possum non uehementer suspicari aliquid accidisse, de quo illi me cælare cupiant, quasi minus sit diutius dolere, quàm semel. Feceris igitur rem mihi gratissimam, si per literas illis significaueris, immō obstreperis, quod tam inhumanē faciant, qui tum demum nostri memores sunt & uideri uolunt, quū huc uelut ad uiuaria currunt, omnia si liceat adempturi. Quod si id minus impetrare poteris, tu quicquid de meorum statu compertū habueris, ad me per genitoris tui manes rogatus scribe. Literas tuas Antonius Taruissinus, qui nostras tibi attulit huc perferet. Est enim mihi amicissimus, ac non multo post Venetias uerturus. Perpetuo me officio deuinxeris, si tātam occasionem non pretermiseris. Vale.

M. Anto. Antonio Cariso.

Ego iam pridem tuas expecto literas, sed nullæ ad me perferuntur. Quid nos suspicari oporteat, per te facile potes intelligere. Tu, rogo quicquid id est, mihi

mihi significa. Nos hic Dei benignitate & celebritate nominis & multorum gratia floremus. Viuis in hac hominum luce, floreq; Italiae literarij ocij cōpotes: sed ueltrarum rerum ignoratio facit, ut minor ex præsentis successu fructus a me percipiatur. Age quæso, etsi fieri potest sollicitudinem hanc nostrā exime. Scripsissem ad te plura, nisi tabellarius iam nauim conscensurus literas conuicio flagitaret. Vale.

M. Anto. Flamini.

Tam scuis mecum legibus Flamini? ergo nisi uerbosam Sabellicus dedisset epistolam, indicta causa damnari potuisset? Quid potuit dixi. Quū in aperitum trahas præiudicium, quid enim aliud uenerū ocium sibi uult? quid meliora studia tam acerbè exprobrata? quā ut penē prius desidię damnares, quā reum destinasses. Sed heus tu, ignoras nos in libera esse ciuitate? ubi plus æquitas & iura ualent quā uis ulla, quā uanę istę criminatiōnes. Quid si calumnię tecum agam? trahamq; te in forum hoc seuerissimum? non si Cicero tibi adsit, indemnatus ab eas. Conferamus si placet causas, utraq; dico alteri. Quæ sunt ocia hæc, quæ mihi tā inuidiose obijcis? Quæ studiōrum commoda? nam quod ad locū artinet ubi flumina? ubi fontes? ubi nemora? ubi loca, quibus Musæ ad sint uocata? Sed finge hæc omnia dari, quod ocium? quæ quies in tāta mortalium frequentia, in tam negociosa ciuitate peregrino potest homini contingere? ubi uicus? ubi arca? ubi templum in quo non strepitus? non concursus? non coluctatio sit ingens, & ocium quærentibus permolesta? Sed domi agas inquis, hic uiuas uni Apollini, ut Sophocleus ille Tiresias, deditur. Facio id quidem, ut libentius domi sim quā foris: sed audi tu, quid hic quoque offendant confestim: ubi secretum respicio, res Venetæ ultrō sese offerunt, quæ ritē uolunt & rectē scribi. Contra Plinius appellat, qui in manibus est, uultq; & ipse intelligi. Vult Catullus, poscit & Anneus Lucanus aliquid sibi dari. Quis locus quæro, quod tempus in tanto curarum æstu ad scribendum relinquitur? quæ mens tot urgentibus negocijs sibi satis potest constare? I nunc, & Sabellicū ut desidem, stupidum, inertem argue, criminibus obrue, quia ad Flaminiū non scribit: Flaminiū dico, qui in summo ocio & uoluptate constitutus, iam toto triennio unās ad me literas dedit. Nec est cur Romana ocia dissimules, nihil istinc libentius cōceditur, quā ocium, nihil uilius quā tempus expeditur. Quid quod ne officia quidem, si quæ sunt, ab honesta meditatione animum auertunt? Quod stibadium ista mularum uectatione mollius? Quis salientis aquæ riuus modulata unguarū pulsatione dulcior? Quid stationes illæ longissimæ in magnorum antilitū arrijs, porticibus, uestibulis? nōne uel desidem & iacentem animum ad excogitandum aliquid & scribendum excitare queunt? Cur Cæsar in Alpium transcursu scripsit, si Flaminiū si letin media urbe? aut cur Sabellicus tot alioqui distictus curis longissimas scribat epistolas, si tu in longo ocio tam breues? sed audis fortasse quæ nobis? quid mi? Homericū illud ignoras? ubi tibi in longis? Sed quid artinet tam uerbosa uti epistola? uis me sepe ad te dare literas, fac ut tuas sepius accipiam. Erit certē mihi non iniucundū dulcissimæ consuetudinis nostrę fructum longa absentia intermissum mutuo scribendi officio refarcire. Quæ de Pomponio scribis inuitus audio, scribo ad eum non pauca, sed de memoria nihil. Vale.

M. Anto. Carolo suo.

Etsi nihil erat quod ad te scriberem, quum has tamen ad domesticos darem literas, non potui non meo instituto aliquid ad te literarum dare. Erit igitur omnium, quæ a me in præsentia scribi possunt, summa hæc, ut scias Dei benignitate nobis bene esse, ac uehementer cupere dari nobis occasionem a liquam mittendi istuc munuscula quædam peregrinarum rerum, matris tuę feminæ optimæ com parata. Tabellarij, qui quotidie ultrō citroque cursitant, ne rogari quidem sinunt se, adeo omnia auersantur onera. Cæteri si qui sunt, aut nobis sunt omnino ignoti, aut ingenuē ob locorum distantiam laborem reculant. Expecto occasionem aliquam dari, nullam certē prætermittiturus: Vale & Camillam tuam saluta. Cura obsecro, ut hæc literæ nostræ quā primum domum perferantur.

M. Anto. Hermolao.

Audio te nostras in Plinium obseruationes lectasse, esseq; omnino aliquid, quod tua ista Minerua non probet, nec quid sit in illis, quod præter cætera offenderit, satis compertum habeo. Tantum affirmare possum, si tibi displiceo, cui semper placere uolui, iam nos nihil esse, omnia nostra uana esse, & indigna quæ in apertum referantur. Verū suspicari libet idcirco aliqua minus probari, quia nullo maiori præsidio firmata, in medium processerint. Putabam ego, quia auctorum nomina, quorum uitor testimonijs, rebus subieceram, satis me legentibus fecisse. Sed longē aliter, ut uides, accidit. At bene habet, quod nulla adhuc ignorantia notari sumus, experiri itaq; libuit an fidem tibi nostram; & strenuitatem probare possimus. Cæterum quia nō erat, cur tibi maioribus rebus occupato molestiores esse uellemus: satis habui tribuno isti, qui tibi afider, totius strategematis rationem explicare. Exijs literis, quæ ad illum dedi poteris cognoscere, si minus ne omnino nugari, an aliquid laboriosa ista lubricatione uiderimus. Vale.

M. Anto. Bembo Tribuno.

Literas, quas ad me iam peregrę profectum dedisti, senex quidam satis liberali facie, cætera parum mihi notus, post multos dies reddidit. Legi eas cupidissimē, in quibus me sola breuitas offendit: ut semper. Quod *γυμνασιάρχης* iste, imō *ἀρχηγός* ut ais, *ἡγεὶ βασιλεύς* ex nostris in Plinium annotationibus quædam non probet, uehementer miror, mirarerq; adhuc magis, nisi penē per suatum haberem, uoluisse eum; quod imperatoris sit optimi, per te tanquā tribunitia in castris potestare præditum cognoscere quā idoneus essem miles, qua arte? quibus uiribus uter? quibus armis accinctus in apertum prodeam? Putabam autorum citatione, tanquā digitum ad fontem intendissem, satis præstitisse, sed nihil, ut uideo, est adsum, de integro omnia peruntur: sed *παρὰ τὸν* nō ignoramus, tentari hoc est, non consuli. Verū ne non omnia tuā causa uelim, non grauabor ut hæc aut illa succurrerit obseruatio, eius rationem explicare. Nam logam rerum seriem percurrere, ut nimis longum, ita superuacuum duxi. Iam ex ijs, quæ subijciam planē poteris cognoscere cuiusmodi sint reliqua. Quod partes nostras ultrō tuendas susceperis, amice facis. Utinam tam foeliciter nostra tuearis, quā ingeniose sunt a nobis conquisita. Vale.

M. Anto. Fragellano.

Quid me nunc desidię, nunc ignauię accusas? an quātum hic negocij sustineam ignoras? Quid a me contendis, quod per curas & labores est tibi semel denegatum? Quid si me pedibus uinctum, iacentēque celerare iubeas? ignauius ego? an tu parum tenu pestius? qui hunc uelis tibi ocium & tempus impartire, cui ne respirare quidem datur a perpetuis laboribus? tanquam muledo difficilis sit frigida & amœna Zenonis laxa ociose tētere, in nemorosiss hortis Rhetici uini siccare pocula. At quē ubi te pulchrę curauentis pomeridiano cātu misis uacare, quā

in negotio sissima ciuitate negotiū sustinere graui-
 fimus, per C. Plinij salebras & obscuras ambages
 numerosum agmē ductare. Desine (si pudor est) no-
 bis hoc nomine obstrepere, ac tantisper uiuē ocio
 isto contentus, donec per literas eorum, qui te non
 minus absentem amant quam praesentem, fueris
 Venetias accersitus. Liris tuis uehementer dele-
 ctor, sed uolo eas conuicio carere. Tu itaque scribe
 ad me sepius, sed tu meas non admodum fre-
 quentes expecta, quae si quae fuerint, breues erunt
 & tumultuosae, ac certē tales, ut magis ui expressas,
 quam uultū datas suspicari possis. Vale.

M. Anto. Hermolao.

Stultē ne magis faciam an improbē, quōd toties
 tibi molestus sum, alij Hermolae uiderim: ego quē
 ad me attiner, neutrum intelligo. Sed quod tecum
 tam impudenter ago, tua facit humanitas, tua in-
 dulgentia, comitas, modestia, accedit & usus, qui
 te a quibuslibet uisitationibus uis. Videbis scio nouum & audax
 facinus, etsi Vatiniāno (ut aiunt) odio dignum, ride-
 bis tamen. Mirro ad te fordidum uernam, in quem
 nuper natus cum fortē Veronae incidisses, omnia
 in eo auerfatus, pro monstro in solitudinem aspor-
 tandum censuisti. Incredibile est quātum tua apud
 me semper ualuit auctoritas. Amant, fouent, alunt
 (tū dicunt philosophi) muta etiam animalia quae
 procreant, etsi foeda interdum & informia, amant
 nihilominus, ac quodāmodo mirantur, in quo non
 magis natura, ut arbitror, ualeat quā propria per-
 suasio. Sed ego nihil hęc secutus, quin omnia potius
 ad tuum sapientissimum referens iudiciū (etsi dif-
 ficile est humanitatem exuere) in durissimum ta-
 men conieci ergastulum, eo consilio, ut in squalore
 illo & pedore consensceret. Sed cum nuper serui-
 tia recognoscerem, obtulit sese mihi ille squalidus,
 bone Deus, abiectus, horridus, ac sic quoque, quod
 uix credat aliquis, non illiberali facie, sed indole &
 aspectu aliquanto quā ante amabiliore. Tetigit
 continuō animum patrius affectus, mox quē pieta-
 te uictus experiri constitui, an cura aliqua & indu-
 stria fieri posset, ut sine maiore accusatione in me-
 dium traduceretur. Sed audi quid indulgentior e-
 ducatio profecerit, non modō id breui consecuti su-
 mus, ut inter atrienses seruos meritō haberemus,
 sed dignus quoque uisus est, quem manu missum in
 forensē pateremur lucem exire: atque ita factum,
 ut tumidulus & suarum inepiarum & ueteris for-
 tunae immemor, tota uagetur urbe. Sunt non pauci
 (credo quia meus sit libertus) qui eum minus fami-
 liari uultu intueantur. Ille praesenti conditione læ-
 tus, uagatur tamen, nec inuidorum formidat oc-
 cursum: sit ne plus gratiae posthac an inuidiae laturus
 incertū habeo. Illud uerē affirmare possum tua
 in primis causa datam a me operam, ut quā casti-
 gatissimus ueniret in tuorū ciuium manus. Quod
 si quid in eo ornando aut inscitia, aut incuria est om-
 missum, id maioribus curis, quas hic sustineo, uel
 humanis affectibus dabo, qui nihil minus patiun-
 tur, quā parētes natorum uicia cognoscere. Vale.

Hermolaus Barbarus M. Anto. S.

Salue mi Sabellice cum Iuuenali meo, quae me
 committere lingua, nosti quae sequuntur. Ego ue-
 rō annotationes tuas in Plinium dānare nullo mo-
 do possum, nec si possim uolo: neutrum enim mo-
 destia & candore meo facerem. Subiratur porro
 sum tū *Λαυνοίφατος*: qui tam petulantem aduersus te
 calumnia, immō aduersus me confinxit, non po-
 tui non dolere ineptissimum & tam parum uerifi-
 mile mendaciū. At non respondi tunc, ne si te, quod
 necesse erat, laudassem, quia errata illa in Plinij co-
 dicibus comperisses, mihi ipsi uiderer blandiri, qui
 multō plura in eodem auctore deprauata pristinae

in corruptaeque lectioni restitui. Vale.

M. Anto. Carrea.

Mirabar ego iam antea quid esset, quōd ad me
 nunquam scriberes, nunc ut scias te scribendo ali-
 quid consecutum, mirari desino, fateor quae abs te
 omnia accepisse, quum uideo te nostri memoriam
 cum beneuolentia tenere. Ceterum quod mihi de
 publica conditione & studiorum successu tam fami-
 liariter gratularis, tuum in me amorem, ueterem-
 que beneuolentiam agnosco. Sed tu quid illud a
 me petis? Quid tibi cum Beronibus rei est? aut cur
 potius in tanta obscurarum rerum serie te mihi in
 calce offers? Quid si tuus iste litanicus sciat quingena-
 ros circiter Plinij locos a primo operis libro ad uir-
 cessimum, qui nunc est in manibus, se cum multis
 corrupte mendoseque ad hunc diem lectitasse. Lo-
 cos dico, qui historię fide incolumi stare non queāt:
 nam in nominum deprauatione tam crebra casti-
 gatio adhibenda fuit, ut obseruationum non tan-
 tum plenae centurię, sed cohortes & legiones scri-
 bi potuerint. Sed quā uera sint hęc, quae a nobis
 insigniter obseruata sunt, dabo operam ut ipse &
 alij aliquando intelligant. Quod ad Plinianos be-
 rones attinet, curabo diligenter ut in duabus ob-
 seruationum Centurijs graphicē locus iste a me tibi
 repraesentetur, pensabis quae breuem moram cum
 rerum emolumento. Vale.

M. Anto. Bonifacio suo.

Sic certē est, nisi Fabium quandoque reum uir-
 dissemus, tuo Bembe carituri eramus patrocinio.
 Quod si nulla maior causa quapropter in forum de-
 scenderes, quā hęc una dari potuit, iam iam ac-
 culatorum ipsum minus odisse iuuat, minus quae in-
 uisam Aetnam habemus, *οὐδ' ἀκρίβουσι τὸν σικελιώτην ἠρέμα
 μὴ ἀδίκου, καὶ ἰδίοντα κλάσει*. Sic illa cadentem uidit E-
 rycem, sic uictorem stupuit Alcidem. Sed tu uide
 quid isto tuo tyrocinio profeceris. omnis bonorū
 turba, quae ab initio cum Fabio uellem mutauerat,
 fueratque ob id ipsum plures annos in sordibus &
 squalore, nunc ueteri sollicitudine soluta tibi plau-
 dit, te celebrat, colit, miratur, patronumque salu-
 rat. Verum ne auspiciatissima hęc tuarum actionum
 iniria, recens fori usus aliquando remorari possit,
 collegimus, quod ad nos attinet, tibi quā breui-
 simē omnes forensium rerum rationem, ut si quan-
 do in hoc orbis emporio esse uelis, Venetarum re-
 rum non imperitus omnia cōmodius transigas. Lu-
 cubrationem illam nostram Hermolao uiro sum-
 mo cognoscendam dedimus, ex eo si nostris uacare
 potes nugis, tibi lectionem quaerito. Vale.

M. Anto. Catalucio fratri.

Etsi quod ad te scriberem nihil erat, malui ta-
 men meas literas superuacuas esse, quā nullas,
 quanquam non uideo an superuacuum dici possit,
 quod non sine negligentiae suspitione praetermit-
 ti potuit. Quid quod ita te uelle certo scio, & ipse
 coram tibi recepi fore ut nullam scribendi occasio-
 nem praetermitterem. Summa igitur nostrarum li-
 terarum hęc erit. Nos hic, quemadmodum Stepha-
 nio tuus, immō noster ad te scripsit, Dei benignita-
 te feliciter & honeste agere. Cupimus & optamus
 uobis quoque bene esse, de quorum salute nō pos-
 sumus non solliciti esse, quando post nostrum a uo-
 bis digressum nihil abs te literarum acceperimus,
 quas ego & filius tuus iam ultra modum exopta-
 mus. Rectē facies si aliquando utrumque hac mole-
 stia & sollicitudine leuabis. Nos, quod ad illius in-
 stitutionem attinet, enixē damus operam, ut breui
 in optimum euadat adolefcētem, in eum dico, quē
 tu optas, qui eum genuisti, & ego pro familiae no-
 strae dignitate esse cupio. Quantum ad hunc diem
 profecerit,

profecerit, ex ipsius literis poteris facile perspiciere.
 Breui post nostrum huc appulsum, grammaticae
 praecipis instructum ad poetice molli quodam,
 facili quē ductu admisi: delectatus quē sum non me-
 diocriter eius tyrocinio, in quo reminisci (ut Plato
 ait) non discere mihi uisus est. Cepi proinde multo
 maiora de eo sperare, quā ab initio optare ausus
 essem. Ipse uelut per molles gradus ducentem se-
 cutus, usque ad eadē ad hunc diem profecit, ut neque
 me discipuli, neque illum praepreptoris poeniteat.
 Verum quāquā hęc non parua sint, omnino ma-
 iora speranda sunt. Volui omnium primum, ut emen-
 datissimo scribendi stylo assuesceret, quod ipsum,
 ut caetera, est facile consecutus. Etenim praeter ar-
 gumentum eorum, quae scribuntur, cuius puer nō-
 dum est capax, caetera quae scribit illius sunt non no-
 stra. Iubeo proinde uos bene sperare: & nos, qui ue-
 stri sumus cupientissimi, absentes diligere & ama-
 re. Sed ecce nescio quonam modo, dū quaero quid
 scribam, legem epistolae sum transegressus. Vale.

M. Anto. Carolo suo.

Quum plus ocij nactus fuero, plura ad te scri-
 bam: nunc breui sic habeo. Post meum Venetias
 reditum me nunquam desitisse diligenter obser-
 uare, per quem ad uos mitterem damascena illa mu-
 nera, quae nobilissimae foeminae matri tuae, fueram
 pollicitus. Vix credas quantam mihi sollicitudine
 ea res iniecerit, quantum quae pudoris, quasi per me
 steterit quo minus ad hunc diem, sint uobis illa de-
 lata. Nullus hinc ad uos profectus est, qui non meis
 precibus fatigatus abierit: sed qui precibus aut pre-
 cio flesti potuerit, fuit nemo. Expecto, imō ob-
 seruo occasiones omnes, ac si qua posthac oblata
 fuerit, tam libenter arripiam, quā quid diu opta-
 tum libentissimē. Marcum Antonium & Camillū
 saluto: matri tuae optimae Camillaeque coniugi tuae
 amantissimae me etiam atque etiam commenda-
 ra. Cura, si me amas, ut hae nostrae literae domum per-
 ferantur. Vale.

M. Anto. Iosepho.

Gratulor tibi uir amicissime, quod Belunenses,
 ut audio, te publicē inuictoriarint: etsi serō, gratu-
 lor tamen, cupio quae felicitati tibi euenire, quōd
 non paruis iniicijs ceperis publicē profiteri. Video
 factum esse tibi gradum ad ea laudum incrementa,
 quae de te sum mihi semper pollicitus. Vtinam
 tibi in tāto rerum successu tuarum laudum uel spe-
 ctator, uel fautor adessem, nostrum testimonium
 ad te ornandum nullo loco desuisset. Quanquam
 nihil est uirtute ipsa commendabilius, quippe quae
 ita omnibus tuae uirtutibus elucet, ita sese effert,
 ut qui eam in te non exofculetur, Phineo credi pos-
 sit & Oedipode caecior. Sed quod nostrum sit de te
 iudicium, malo ex his intelligi, qui nos quando-
 que in corona & cœtu hominum de ingenijs no-
 stri saeculi differenter audiuerunt: nunc tamen te uo-
 no, habeo, cariorē esse mihi neminem. Da ope-
 ram, ut ego quoque intelligam me mutuo abs te a-
 man. Reliquum est, quod ab humanitate tua non
 mediocriter contendo, ut si me amas, si me tua a-
 micicia dignum iudicas, quantum potes adnitare,
 ut Vrbanus homo mihi amicissimus, qui de me de
 que meis studijs optimē meritus est, sentiat fratris
 sui filium, quem tibi instituendum tradidit, esse ti-
 bi mea commēdatione quā commendatissimū.
 Ex omnibus officijs, quae abs te poterant in me
 proficisci, illud omnium maximum putabo, si ita
 feceris, ut Vrbanus uir optimus intelligat, hanc
 meam commendationem apud te non parui pon-
 deris fuisse. Vale.

M. Anto. Iosepho suo.

Binas a te paucis diebus accepi literas humani-

tatis, officij, beneuolentię plenas. Indignus sim om-
 ni amicitia, omnium odio dignissimus, ni te uir hu-
 manissime, praecipue amarem, quē Deus optimus
εγαυρότερος (ut aiunt) mihi dedit, ne deesset, in quo om-
 nes amicitiae numeros, omnia humanitatis officia
 exerceremus. Tuas Vrbanō nostro literas legēdas
 detuli, qui praesenti mihi tua causa, meaque tibi ab-
 senti egit gratias. Vix credas quanta illum laetitia,
 officiosissimis literis tuis affeceris. Da operam, si
 me amas, ut quae de pueri institutione illi recepim-
 us, cumulate praestes. Quod nostram historiam
 tam cupidē legas, gaudeo uehementer, uoloque &
 opto ita euenire, ut tibi quam maximē placeamus.
 Sed uide ne egregius tuus in me amor, tuo acerrimo
 alioqui obster iudicio. Nam quod ad me atti-
 net tantum abest, ut a te uiro probatissimo proba-
 ri nolim, ut praesenti praedicatione fretus, si mihi
 semper displicissem, iam nunc placere incipiam.
 Superest ut te ad mutuam beneuolentiam, quod
 sponte facis, adhorter, tibi quae persuadeas Sabelli-
 co gratiore te uno esse neminem, quod ipsum i-
 ta esse, efficiam non multō post ut omnes perspi-
 cue intelligant. Laurentius Basileus qui ad te ue-
 nit, dignus meo iudicio est, quem ob ipsius egre-
 gium in utrumque nostrum studium communi in-
 dulgentia & patrocinio foueas, ne postea (quod no-
 lim) amicum, & eruditione non uulgari & bonis
 moribus ornatum, negligentia amissum frustra de-
 sideremus. Quod cum ita sit, tua erit industria &
 diligentiae efficere, ut amicum alioqui periclitantē
 in pristina amicitia retineamus. Vale.

M. Anto. Hunnienfibus.

Recitauit mihi nuper literas uestras Antonius
 Sauorgnans Nicolai equitis filius, quibus illi ne-
 gocium praepreptoris publicē inuictorandi a uobis
 iniunctum cognoui: uerum ea ratione, ut re prius
 communicata, nostro in ea re consilio & opera ute-
 retur. Pergratum mihi fuit uiri Hunnienfies (qui-
 bus ob publica & priuata uestra in me officia, nisi
 omni tempore consultum uelim, meritō ingratus
 haberi possim, ne inhumanus dicam) in his offi-
 cium meum a uobis requiri, in quibus tam longa
 rei experientia, quam fides uestra iuuare possit.
 Consilia cepi continuō circumspicere, meditari-
 que quis esset hic, qui in liberis uestris instituēdis,
 non eruditione (nam id facillimū erat inuentum) sed
 fide, studio, integritate uestri esset Sabellici quā
 similitus. Sed cum mores & studia multorum pe-
 sitassem, Philomusus Pisarenfies unus omnium se
 mihi dignum obtulit, quem ob singularem erudi-
 tionem, uitaque grauitatem uobis in primis pro-
 ponerem: quod ipsum ut libentius facerem, me ho-
 minis celebritas non mediocriter hortata est. Nam
 quemadmodum & ipse mihi praedicare solet, & e-
 go a plerisque spectatae fidei uiris accepi, Pisauri &
 Arimini publicē docuit. Eram igitur ad uos de hoc
 homine scripturus, quum mihi nunciatum est, ma-
 turasse uos alterius praepreptoris designationē, quā
 quum admodum circumspectam & ob id optimam
 arbitrarer, quia ex sapientissima, consultissimaque
 profecta esset ciuitate, superuacuum duxi de ea re
 ad uos amplius scribere. At nunc mihi dicitur eum,
 quem publico decreto acceperatis nondū ad uos
 uenisse, ac quemadmodum ex eius necessarijs ai-
 iunt se quidam didicisse, ne uenturus quidem est
 ad uos amplius. Quod si sic est (nam de ea re nihil
 alioqui, quod uobis affirmare possim, exploratum
 habeo) non ab re fore existimaui, meum uobis cō-
 siliū deferre, cuius summa hęc est, ut si noui praep-
 reptoris habenda sit ratio, requiraturque interim
 a uobis ingenium, eruditio, mores, aetas & breui
 omnia, quae huic constare debent, cui publica iu-
 uenum institutio credenda sit, nobis non defutu-
 rum, a

rum, à quo, nisi brevis consuetudo me fallit, omnia cumulatè expectare possitis. Valere.

M. Anto. Caietano suo.

Solebat Iulius municeps tuus multa mihi de ingenio & humanitate tua familiariter narrare, atque eadem illa tam tempestiuè & accuratè, ut constanti illius prædicatione facile in te sim expertus, quod præclarè à M. Tullio scribitur, esse uirtutem ad eò amabilem, ut eam in his etiam amemus, quos nunquam uidimus: & iam incredibilis quædam tuarum rerum uidendarum animum cupiditas incellerat, cum peropportunè tuæ sunt literæ mihi reditæ, quas cupidissimè legi. Omnia in illis officiose & humanè perscripta, ac uerè digna ea expectatione, in quam nos ille iam antea exererat. Rescripsissem continuò ad te, nisi perpetuo curarum æstu ageremur, quæ usque ad eò me tibi totum uen dicant, ut ad nullum humanioris uitæ officium liceat respicere: egissemque tecum longiore adhuc silentio, nisi literæ, quas ad me proximè dedisti, ob ea, quæ de tuo huc accessu significabas, rescribendi necessitatem imposuissent. Sed omnium, quæ à me tibi de ea re scribi possunt, primum postremisque sit illud, ut in priuata conditione nullam spem reponas, ubique seruitus misera, sed in priuata domo miserima. Poteris si uoles tuis sumptibus hic esse, atque interim profiteri. Nec despero fore, ut procedente tempore, ita quæstu & celebritate proficias, ut nihil huius peniteat consilij. Sed non est cur tam citò speres rem tibi confectum iri, *καὶ τοῦ γὰρ ἀβελήτου μάλιστα ὄψιν πικρὰν ἔστιν ὀφθαλμοῖς*: cætera faciliora. Tu siue ueneris, siue domi eris, illud tibi persuadeas, esse te mihi quam charissimum. Tu quoque fac, quod sponte facis, ut me mutuo ames. Vale.

M. Anto. Benedicte Trinisano.

Quod iam pridem nihil ad te scribo, tu uel potius tui domestici faciunt, à quibus totum ferè biennium nullæ ad me perferuntur literæ. Sed nulla consuetudinis intermissio, nullum silentium tanti erit unquam, ut non animo tecum sim futurus semper. Atque ea parte, qua licet tuo suauissimo perfuar congressu, & tanquam præsens tecum loquar. Et nunc quoque officij admonitus, quanquàm in nostris rebus nihil est, quod à me tibi significari oporteat, non potui tamen non scribere, breuiter que mei amoris, fidei, obseruantia absentem admonere. Sed credo studium meum erga illam tam notum esse, ut nullo recentiori opus sit testimonio. Ego quoties Paulum Trinisianum uideo (uideo autem læpissimè) eum rogare soleo, quid ex nobilissima ista insula literis aut nuncijs afferatur, ille mihi multa de pulchra & sapienti administratione tua, deque tuarum rerum successu familiariter solet narrare. Quæ audire tam mihi gratum est, quam si illa ex tuis literis cognoscerem. Marcus noster Romæ est, quem superiore anno cum adhuc Ferrariæ esset conueni, hortatus que sum uehementer ad studiorum laudem, ad quæ uidebatur mihi satis per se incitatus. De eius successibus optimis scriberè, nisi certo scirem cum ipsius, tum aliorum literis id tibi abundè significari. Saluto Hieronymum meum, Franciscum audio Byzantium nauigasse. Saluto & Georgium, omnes que domesticos. Vale.

M. Anto. Pomponio suo.

Ex omnibus officijs, quæ multa in me & magna contulisti, haud scio an adhuc ullum fuerit incundius, quam quod tam familiariter mihi nuper Bernardinum Gymnopodem commendasti, uirum probum, pium, uerecundum, & quod omnium me maximè in eo delectauit, tui studiosissimū. Sed quantum ex ea re fructum me percepturum putauit, tantum certè, nò minorem cepi, dolorem, quod omnem nouandæ illi operæ facultatem aliena no-

bis ademit iniuria. Mutata enim nauigandi ratione, mutauerunt & uestores consilium, quorum numerus quum non ad eò frequens hoc anno Venetias confluxisset, placuit trierarchis ex duabus triremibus, quæ ueteri instituto in Syriam ornari consueuerat, alteram ob uestorum paucitatem instrui. Verùm ea conditione, ut pro remissa nauigatione, huic, quæ Venetijs federet, pecuniarum summa quædam persolueretur. Ad quod incommodum resarciendum quum hi, qui profecturi dicebantur, maius, quam unquam antea, nauulum uestoribus propoluissent, multis materiam præbuere, dilata in aliud tempus nauigatione, domum abundè, in quibus (ne de alijs dicam) multi Germani & Gallici nominis fuere. Id ipsum hic quoque noster facturus, deterritus dispendij magnitudine, distulit in sequentem annum suam profectiorem, eritque interim Venetijs in celeberrimo hominum sui ordinis conuentu, multis que ut ipse mihi prædicare solet, gratissimus. Ego quoties hominem uideo (uideo enim ferè quotidie) domum, fortunas, me ipsum illi defero tradoque. Præterea quod emendatissimæ bibliothecæ tuæ usum perhumanè mihi detulisti, facis Pomponi clarissime, quod soles, quodque ego ubique prædicare soleo, esse in te præter singularem eruditionem, humanitatem quandam eximiam, atque in his, qui per te profecerint illustrandis studium incredibile. Videbunt itaque alij quo uelint in te esse animo, ego tantum abest, ut tuam in me humanitatem non omni tempore prædicem ac sermone illustrè, ut non solum hoc emporium orbis, in quo iam quartum annum publicè profiteor, sed tota etiam cisalpina Gallia uel Italia potius uniuersa intelligat nihil in Sabellico esse, quod non Pomponio acceptum referri oporteat. Accedunt ad hæc lucubrationes nostræ, quibus si stare contigerit, sentient spero & posteri qua Sabellicus fuerit pietate in præceptorem. Nunc sic habeto, esse me totum tui nominis, cui quo plura & maiora deferam, minus huic meæ pietati satisfactum putabo. Veniet scio ad te literator quidam, qui semper nostræ inuidit laudi, si quod solet, p sepe ciem colloquij, ceperit huc nostrarum rerum cursum la befactare, subiycito ei legèdà hæc epistolę partè, atque ita mihi nebulonem eludito. Expecto tuas literas.

M. Anto. Georgio Merula.

Georgius Merula Alexandrinus, M. Anto. Coccio siue Sabellico. Rerum patriæ commentarios, quos nuperimè perscripsisti carpiam legi, nec enim ocium fuit ad omnem percurrendam historiã, quæ iam in uolumen spaciosum creuit. Placuit maxime diuisio & digestæ materiæ inscriptio. Nam primū descripta regione terminatis à finibus, tum quæ gentes & populi patriam tenuerint, multa supra reperens, exponis, quæ duo in primis seruanda sunt ab ijs, qui ueritati consulere uolūt. Ipse præterea stylus ab historico caractere haud disidet, quoniam non ambitu uerborum, aut figuris oratorijs laboras: sed res ipsæ presse ac perspicuè ex dignitate traduntur. Quod si cætera his respondent quæ in transcurso legimus, non parum tibi patria ipsa debet. Cuius loca ac fines recensens, ueterum res gestas interire non patiaris, & quas receter per incurfiones Barbarorum clades acceperit, tuis istis commentarijs æternitati commendes. Vale.

M. Anto. Dulcio.

Dum quid ad te potissimum scribã requiro, annus est, sed quid Sabellicus ad Dulciũ scribere potest, quod eum scire oporteat? Publica non est cura me expectes, qui studijs deditus ne domestica quidem cuiusmodi sint satis intelligam. De rebus tuis nulli dubium est, quin domesticorum literis quoties fias certior: in meis nihil sanè est, quod amicos cognoscere illorum aut nostra interit, nisi fortè de meo.

meorum ratione studiorũ tibi à me scribi uelis. Hec uerò (nam breue est, quod de his quoque scribam) satagunt, ut semper, feruerè enim non dixerim, quæ nihil decoquant. Hanc cruditatem affert curarum æstus, alit tamen hos perpetuos conatus spes, quæ (ut sapiens ait pœta) homini ab initio adimi non potuit. Cætera tempus conficiat necesse est, tantum habeto esse Sabellicum uirum *καὶ τοῦ γὰρ ἀβελήτου*, id ut uerũ esse sentias, nò multo post faxim. Tu fac, ut tuæ ad me literæ frequentius perferantur.

M. Anto. Luſco suo.

Vellem ego sic omnia nostra florerent, ut quãdo nò solum nobis, sed & patriæ & amicis nati sumus (ut Plato uir summus ait) quàm plurimis pdessem, multorum iuuare consilia, uel eorum in primis, qui sacra colunt literarum, neque studium meum, neque opera deesse cuiquam: uideretque mihi accipere non præstare officium, quum uel autoritate mea, uel gratia ornaretur aliquis. Accedit huic me quoluntati tua diligens cõmendatio, quæ quanti esse debeat apud me momenti, tu qui tui ueteris in me amoris, tuque beneuolentiæ es tibi rectè conscius, potes facillè iudicare. Sed doleo uehementer omnem nobis ad eam pram esse occasionè Laurentij ciuis & necessarj tui uiri, ut ad me scribis, apprimè eruditi, ut & tu petebas & ego uolebam, subleuãdi. Nam quod ad urbis huius conditionem attinet, nò ita est comparatum ut Romæ, ubi regionatim multi profitentur, atque iudem illi publicè in auditorijs, sed duo hic, ut multi, iã inde ab initio publica mercede profitentur, cæteri uicuatim docent. Quod si quæstu non penitendo, fama tamen parum celebri, multi non uulgarè eruditione iuuenes (Veneri credo auri fama & celebritate alleciti) ex Latio, Hetruria, Piceno agro ac reliqua Italia huc aduecti, omnia demum experti & sibi & Musis irati abierunt. Habes credo quid tuus ille municeps possit sperare, fruatur si sapit: Tiburti ista uerberate, sine sollicitudine, sine labore ullo, omnis peregrinatio grauis, præsertim temerè suscepta. Verũ si sic statutum habet, ut experiri uelit fortunã, poterit: sed si constantiam prius sibi comitem destinabit. Tres illi adolescentes, de quibus ad me scribis, fuerunt hic mecum totum biduum, iunisque hinc abeũtes uaticò, utpote pecuniarum in digos. Puto in Picenũ agrũ, aut certè in Hetruriã abiisse, quãquã ne hoc ipsum quidem satis exploratũ habeo. Vale.

M. Anto. Catalu. S.

Si tu cum tota domo uales, bene est: nos hic Dei benignitate ualeamus. Stephanio noster omnè mentem, curã & cogitationem in bonarum artium studia coniecit, cepit que iam effusus, ut ita dixerim, habens studium decurrere: quod certamen tyrunculus reformidabat, uix credas quantum de eius profectu nobis sperare liceat. Sequitur eum Marius, nò tam æquis passibus. Spero omnino fore, ut illum uobis uirum egregium restituam. Tu uerò, quia te huc uenturum scripsisti, caue uenias, ac ne aliũ quidem quantum in te erit patiaris ad me uenire: habete obsecro & uos quandoque aliquando mearum rerum rationem, quæ peregrinatio illa superioris anni tanta lassitudine affectit, ut uix ad hunc diem respirare cõtigerit. Scis credo quid dicam, satis tu & Antonia habetis, si adolefcens non minus est mihi quã uobis charus. Vale.

M. Anto. Fragellano suo.

ὅ μάλιστα πικρὸν ἔστιν ὀφθαλμοῖς. Sic de se Orpheus ille uatum antiquissimus, sic & tu amicorum amicissime, tua fretus eloquentia sperasti fore, ut hæc quandoque mollires præcordia, quæ multis elãcinata curis, quid sit ocium, quid recessus, quid denique laborum remissio iam nihil intelligant. Potuit Orpheus hærentem Argo loco dimouere, poruit faxa, arbores & feras trahere, Cyaneos scopulos, fatales que Pro-

methei laniatus mutare nò potuit, aut certè noluit, non Titij supplicium, nò Tantali desideria: potes tu quidem & debes suauissimis literis tuis, quibus nihil amabilius est, nihil uenustius quam plurimos prouocare: sed uereor ne quum multos flexeris, nihil in Sabellico proficias. Vellem ego is esse cui per ocium liceret tibi obtemperare, aduolarem continuò ad te, fruererque suauissima consuetudine tua, uel una breuis deambulatio nostra posset animum ad hilaritatem reuocare: quod si minus consequeremur, esses tamen Timon Atticus ille penitus: sed absit precor, ut ulla studiorum cura sit tãti, quæ nos in id discrimen adducat, ut dum nimium fama studemus, humanum credamur genus odisse. Amo te absente mi Fragellane, delector que tuo officio plurimum, & breui sic habeto iucundiorè mihi te uno esse neminem: paruissimè tuis amantissimis literis, aduolassem que libenter in istum secessum amœnissimũ, quod me facere iubes: sed historia, quæ in manibus est uult me hic esse. Tu amabo uiue in ista locorum amœnitate, & quod sponte facis, ad me quãdoque scribas. Marium nostrum & alios domesticos tuis officiosissimis literis ad eloquẽtiã cultum adhortare, quod ut facias te etiam atque etiam rogo. Negocium, de quo ad me scribis, curabo diligenter. Vale.

M. Anto. Palmuleio.

Cosinus Laudẽsis, qui has meas tibi attulit literas, etsi nulla maiore est mihi iunctus consuetudine, eruditio tamen & probitas uiri, quæ à multis prædicatur, faciunt, ut tam mihi sit charus, tam dico & iucundus, quàm si ex ijs unus esset, qui diutissimè mecum uixerit. Ipse Vrinum sacris operaturus uenit, nisi fortè oblati istic sacerdotij spes uenientem frustrabitur: faciet humanitas tua rem mihi gratissimam, si & in consequenda dignitate hominem iu uerit, & in ea tuenda fouere perseverabit. Modò is sit qui multorũ, ut dixi, testimonio, nec eo quidem uario aut obscuro mihi prædicatur: erit mihi uehementer gratum, si cum benignè & mansuetè acceptum ita tueberis, ut ille planè intelligat meam hæc commendationè sibi apud te non mediocriter profuisse. Nicolaum nostrum uirum clarissimũ saluto, cui fortunas meas omnes, studium, industriam, officium amicè despondeo tradoque.

M. Anto. Iacobo Maranensij suo.

Si tu cũ Hunnienfi clero uales, benè est: ego quidem ualeo, Cosinus Laudẽsis, qui cum his literis ad te uenit, est doctorum quorundam hominum, qui iure professionis sunt mihi non ignoti, per necessarius. Illorum constanti prædicatione, qui non cessant hominis eruditionem & humanitatem laudare factum est, ut dignus mihi uideatur, quem uel absentem omni officio & humanitate ueri debeat. Is Hunnium uenit spem noui sacerdotij secutus, in quo assequendo tua in primis opera & autoritate nobis opus est. Ex multis & magnis officijs, quæ in me ad huc diè contulisti, erit hoc certè lógè gratissimum, si hominem ipsum ita iuueris, ut non ille solum, sed eius quoque necessarj intelligant, nullius hominis cõmendationem maioris apud te momenti, quàm tui Sabellici esse potuisse. Vale.

M. Anto. Pomponio suo.

Rarè tuæ ad me perferuntur literæ, & quia rarò, ob id fortasse magis iucundæ. uoluptatem (si uera est satyra) commendat rarior usus: sed maius omnino quàm credi possit tuarum me literarum tenet desiderium. Quarũ gratia est & autoritas tanta apud me, ut ne in summa quidem literarum frequentia, satietas ulla aut contemptus timeri possit. Quod & tu sic esse planè iudices, quum nostrum in te amorem, studium, pietatem altius exploraueris. At certè sic est, ut ad te sæpe scripsi, nemo cuiquam

M. Anto. Lipamano Antistiti.

Sitne omnis cunctatio, quae officium remoratur accusacione digna, alij fortasse melius statuent. ego si qua sit, quae huic, cui aliquid debetur lucrifecerit, non solum non accusandam existimo, sed dignam etiam quae ab omnibus lauderetur, modo id tale sit, ut uel inuitus in mora fueris, uel si de industria cunctatior factus sis, officij cumulo aliquid accedat, cōsiliij nō euctus ea estimatio est. Sed quorsum hęc sunt neq; me uoluisse putes in hunc diem differre, quod tertio ab hinc anno tibi coram receperam: nec quia sic accidit iniquo animo fereris, quod à longa expectacione plus omnino sit tibi quaesitum, quam ab initio sperari potuit. Promiseram, ni fallor, de Latinae linguae reparatione librum, nunc tres illi de Venetae urbis situ, de officio praetoris unum adiecimus, ut duplo maius sit foenus quam fors à principio fuerit. Superest igitur ut uel, quia citius non potui, uel quia quod plus datum sit quam tum primum pollicitus essem, longiorem hanc moram, qua te indigna expectacione torsumus, aequo animo feras. Spero e quidem ita futurum ut quandoq; tibi ne expectanti quidem, ex hac rudi officina aliquid de promptis sentias, quod Sabellicum praecipuo in te studio & obseruantia esse non ignores. Sed uolo magis re qua uerbis hanc tibi à me praestari, nunc si quid nostrae agant Musae, cognoscere tibi est curae, breui sic habeto. Exorsum fuisse me superiore anno res omnium gentium ab orbe condito scribere, re scio perdifficilem, nec temere adeundam: adij tamen, Deoque auspice eo usque traximus historiae filum, ut instituti operis sextusdecimus sit hodie in manibus. Sed quae futura sunt, spero adhuc meliora. Vale.

M. Anto. Sanctonimo.

Quod de filij contubernio & institutione sum se mel pollicitus, libens tibi ut bonum decet uirum praesto: sed non est cur eum ante aequinoctium ad me mittas. Satis enim pueri discunt (ut lepidissimus ait poeta) si aetate ualent. Tu interim da operam ut reitrica illa tua sabina, dico disciplina, ita puer ad nos institutus ueniat, ut literarum profectum hinc sibi quaesiuisset, honestioris uitae rudimenta paterna domo secum attulisse uideatur. Vale.

M. Anto. Clario suo.

Recte facis quod ad me saepius scribis, nemo tua scripta libentius legit: sed tuae litterae eiusmodi sunt, ut uere *ἡμῶν ἢ ἀγροδίκαι* sim, nisi libens earum fruerer lectione. Tu uero perge hoc meum desiderium, quod tuus hinc suauissimiq; Loduici digressus reliquit, literarum frequentia leuare. Habent, fateor, tuae litterae *ὑποτίττω* ut sic dicam *ἐφῆμι*, sed Loduici lepidissimi nescio quid maius & quasi *ὑπερθετῆ* *ἡχολόγηται καὶ ἰσχυρὸν ἀπάντηται*, facigitur ut in tanto etiam curarum aestu, idem noster ille quandoque faciat, nec longiores ab eo expecto literas, uel breue epistolium plenissimi uoluminis habeat instar, tantum intelligere fat erit uoluisse eum ad me scribere. At uideo quam improbe faciam, qui ab homine negotiosissimo ociofi officium hominis requiro. Sed mutus amor id sibi dari postulat, cui inhumanum est ne impium dicam, quicquam quod praestari possit, denegare. Summa omnium, quae mihi ex pulcherrima ista peregrinatione exopro, haec est, ut de utriusque ualitudine, communiumq; itinere processu me per literas quam saepissimè certior faciat. Marius bellissimus ualet, tenetq; tui memoriam. Extorsimus impressoribus post multa conuicia estu sero, extorsimus tamē paraphrasin in duodecim Tranquilli Caesares, Plinianascq; obseruationes: sed ita eorum quaedam uel in scitia uel negligentia corrupta, ut factus fuerit domi continere, quam ineptissimae officinē temere inferre. Verum id tale est ut accusari magis possit, quam corrigi, quaquam corrigere etiam

conati sumus. Sedulo curauit, ut indice apposito facile errata deprehendi possent, deprehensaq; in integrum restitui. Vale.

M. Anto. Sanctonimo.

Nisi plurimum uellem tibi debere, nunquam ea, quae Monticulanus noster tuo mihi nomine attulit, passus essem mihi inculcari: cupio enim abs te amari, non coli, sed tu quid me *δουλοφύρον* putas, quin me *φιλιταρον* existimes uolo. Sed uoluisti fortasse mihi gratiam abs te relata, quod nostram in Tranquillu paraphrasin tibi misimus. At ego id munus neq; in quaestum mihi, neq; si misissem in id accipere debuisses. Sed quoquo modo res habet, ingratus essem nisi tantum tibi debere uelim, quantum tua in me humanitas postulat. Quid de uenialibus libris actum sit uideo. Satis habeo quod tu & Philomusus noster in conficiendo mihi negotio omnia experti sitis. Nunc quod reliquum est uelim quod tuo commodo fiat, quamprimum ad me mittas. Attulit adhuc Monticulanus adolefcens optimus, aureos nummos decem, quem dolui hoc potissimum nomine abs te missum, ut de filij contubernio mecum ageret, quando ex eo sermone, quem tecum hic habui, planè intelligere potuisti me non mercede, sed officium securum, filij institutionem recepisse. Verum ne frustra missus uideatur, sic habeto, quod tu ipse dederis id amplissimae apud me mercedis loco futurum. Interim quid factu opus sit, ex Monticulano intelliges. Vale.

M. Anto. Foresio suo.

Debebam ego tibi iam antea cum multis Foresi, nemo est, qui ad hunc diem aliquid in communem usum contulerit, quae tu non ab obliuione iniuriae uindictis uir optime. Fecisti quidem quod eorum qui scribunt nemo, ut non solum tuae consuleres immortalitati, sed ut quamplurimi, immò omnes, qui de uita ab ipso mundi exordio sunt bene meriti, per te uiuerent. Sunt igitur nō pauci, qui etsi certò sciunt eam ad se laudè nihil pertinere, probat tamè diligentia & studiū tuum, uoluntque uel hoc nomine tibi plurimum debere. Ex his ego unus semper & esse & uideri uolui, quippe q in theatri illud uetustatis, quod tu omnium gentium oculis spectandum subiecisti, ingressus, tanto aemulationis studio me ad re cognoscendam uetustatem incendiisti, ut iam pridè ex hac una laude pedens, ab orbe condito omnem sacrarum prophanarumq; reru seriem sim scribere exorsus, cuius instituti operis liber nunc sextusdecimus est in manibus. nec te aut alios, per quos aliquo modo adiuti sumus, merita laudè noscitas fraudabit stylus. Verum haec eò tendunt, ut planè scias nostru officiu tuae industrię nunquā defuisse. Nūc uerò studiū, quod mihi cum multis in te comune fuit, quaeris (ut uideo) in tuum aēs (ut uulgo dicitur) uertere, ac singulari quodam Sabellici officio deuincire, quo ille nisi ingratus sit, plus omnino quam ceteri hominum in tuis epitomis tibi debere uelit. Etenim quod ais statuisse te nomen meum illis inferere, tuis certe mihi quantum uix postulare ausim. Vellem ego is esse, qui tuum istud de me iudicium tueri possem. Verum utcunq; meriti sumus, pergratum mihi est à te uiro integerrimo & qui humanum (ut sic dicam) genus per hanc expendere sis solitus, inter illustres uiros nostram memoriam ad posteros collocari. Nunc uerecundè quidem & cum rubore tibi nostra subiiciam. Varronis uicis, nisi Valerius sit potius dicendus (quia in Valeria sit uia) in Latij finibus ad Anienem mihi patria est: Cocceia domus, Caecia mater, Coccius genitor: Romae Pomporio & Domitio Veronensi dedi operam adolefcens, audiueram tamen non nihil antea Caesarem Veronensem & Porcolium poetam. Scripsi ad quinque milia carminum sub praecceptoribus,

bus, quae omnia adultus aboleui, praeter pauca, quae ex illis non omnino displicuerunt. Scripti inde elegias & in his tredecim in laudem deiparae uirginis, quae iam in publicum exiuerunt, epico carmine munitionem Sontiacam, cladem Sontiacam, incendium Carnicum, originem Hunnij: de inuentoribus artium, singula argumenta singulis libris complexa, atque haec impressa & edita. Extemporale carmen ad Loduicum Sfortiam de Calabria tumultu, Craterem Vicetinum, rerum Venerarum panegyricum carmen, quatuor libris complexum. Sed haec nondum edita. pedestri oratione de uetustate Aquileiae libros sex, rerum Venerarum duos & triginta, de Venetis magistratibus librum unum, de situ Venetae urbis tres, de officio praetoris unum, de latinae linguae reparatione duos, obseruationum duos, Paraphrasin in duodecim Caesares Tranquilli, & haec impressa & edita: quae nondum publicum sortita sunt. tres rerum Venerarum libri, de officio scribae unus, de officio causidici unus, Epistolarum libri circiter quatuor, orationes plurimae, uerum indigestae. Sed haec tu uir clarissime, eo quo uoles ordine referes. Tantum habeto ex multis, quos ad hunc diem scribendo demerui (de uiuis loquor) Sabellico gratiore erga te futurum esse nomen. Vale.

M. Anto. Sebastiano Badoario suo.

Tres libros de uestrae urbis situ apud me proxima fetura natos, nuperque ex eadem officina depromptos, nudos, omniq; ueste detracta tuae tetricae Mineruae cognoscendos dedi. Veritus sum ne si sapientissimo iudicio tuo minus probarentur, improbè uiderer fecisse, qui rem ineptam intemptuuo cultu, apud eum commedatorem reddere conatus essem, quae neque gratia neq; odium ab aequitate & iustitia flexit unquam. Vale.

M. Anto. Leonardo Lauretano suo.

Librum, quem tibi uir clarissime fueram pollicitus emisimus tandem, pro mea in te obseruatiā postulo, ut si eum legere oceperis perlegas, erit certe aliquid in eo, quod te plurimum delectare possit. Nam & Venerarum magistratuum rationem & utrisq; situm continet: utrumque ni fallor, tam accurate executus sum, ut cum fueris in ea lectione uersatus, iure dubitare possis, sit ne maior Venetae urbis fortuna & amplitudo, an cuius equitas & iustitia. Sed haec de his, sapientissimū iudiciū tuū boni cōsular. Vale.

M. Anto. Thome Triuisano.

Felicissimae urbis uestrae situm tribus nuper uo luminibus explicauit, uir praestantissime. Tentauit calamo assequi, quod & pictor penicillo, ut rem tota legentium oculis subijcerem: tu uir clarissime, si uacat, cognosce quae, an quod uolui effecerim. Audacterne nimis à me sit factum, quod tam procul hoc quicquid est ablegauerim, alij uidebunt. Ego lucubrationem ipsam Hieronymo Donato, qui nunc Romae oratoris munere apud Alexandrum pontificem fungitur, eo consilio inscripsi, ut & mei Quiritis, qui locorum distantia rem tantam & ubique celebrè uidere non potuerunt, uelut in tabula quadam (caeterum opere ut spero indelebili) figuratam cernerent. Adieci illis, immò praetuli librum unum de Venetis magistratibus, quem serenissimo principi superiore anno inscripsi, ut omnes gentes planè intelligant uestrae florentissimae reipublicae iustitiam & equitatem haud minore esse, quam ipsius sit urbis fortuna & amplitudo. Vale.

M. Anto. M. Anto. Mauroceno suo.

Vix impetrare potui uir clarissime, ut hi tres nostri libri de uestrae urbis situ ad te uenire uellent, nō quia longa esset uia aut obscura domus, nihil est enim illa clarius: sed quod tua ista Venetae uetustatis non ignota illis erat eruditio, quapropter timidi & quasi restitantes istud sapientiae domiciliū aduēnt,

Sed ut aliqua omnino sit fiducia tua facit humanitas, quae cū iudicij aequitate apud te facit aequilibriū. Vale.

M. Anto. Benedicto Triuisano, Paduae praetori.

Audiu hic pro collegio sapientum de salario & mercede Cretico augenda agitari: philosopharunt is grece & latine, multa celebritate nominis in isto clarissimo gymnasio: ego, qui doctis libet fauere, nihil à meo officio alienū duxi hominem eruditissimū tuae amplitudini cōmendare, ea dico cōmendatione, quae diligentissima esse potest omnibus tuis in me officijs, quae multa & magna esse fateor: hoc certe erit amplissimū, si cum mea causa, tum suo ueteri instituto, humanitas tua bonas artes in hoc homine fuerit complexa. Summa eorum omnium, quae illi in praesentia praestari cupio haec est, ut tuo testimonio (si testimonio opus fuerit) apud eos, quibus rei huius decernendae provincia delata est, dignitate hominis diligentissimè per te ornatam uelisset: erit id mihi uehementer gratum. Vale.

M. Anto. Palladio Nigro.

Recte facis Palladi, quod in nostra amicitia nihil tibi suspectū esse pateris, absit omnis ab illa suspicio, omnis labes, absint omnia, quae re auspiciatissimè (ut spero) inchoata, immò altioribus iam radicibus innixā à perpetuis incrementis possunt remorari. Caeterum haud ego is sum, cui sit, ut est apud Sophocle *ἐὐνοῦς ἄνθρωπος ἀγαθῶν*: te absentē uideo, mirificeq; diligo, nec Palladio est mihi quicquā charius. Redderem tibi nostri silentij rationem, nisi altera ad te & Coriolanum epistola id fecissem, eam puto te iā legisse, & lucubrationes nostras cum illa ad te delatas. Nostras dixi, quū librariorū dicere debuissem, quippe qui sua incuria effecerunt, ut uix nostrae dici possint amplius, tam diuersa facie ab ijs, quas illorū officinae intuleram in apertum emerlere. Sed tu accuratissima lectione cladē illā tā prudēter, quā amicè resarcies, quod in alijs scio non ita euenturū. Si tibi cura est cognoscere, quid nostrae Musae agat, sextusdecimus historiarū à mundi origine nūc in manibus est. Spero quae futura sunt adhuc facilio ra. Accepi uel marifcas & ficos, quas ad me misisti: sed cū tua omnia grata sint & suauia, nihil tamē tuo isto in me amore & studio gratius esse potuit. Vale.

M. Anto. Hieronymo Donato.

Tres de Venetae urbis situ libros, quos proximo hoc biennio cōscripsi, tuo nomine, uir clarissime, in apertum retuli: utinā per opifices licuisset plentiore officio tuā amplitudinē demereri, ut si non citius hi libelli ad te miseri essent, emēdationes tamē, quū serò mittantur, legerentur. Vix dici potest quantum illorū incuria uel ignauia potius uerae lectioni ademerit. At sedulo dedimus operā, ut eā cladē pluribus locis in integrū restituis, resarciremus. Sic quoq; fieri nō potuit, quin deformes quaedam uelut cicatrices extaret, quas nulla res alia prer quā recēs impressio possit abolere. Sed satis habebō si nostrum officij amplitudo tua à consilio, non ab euctu metietur. Quid secutus nostrā hanc lucubrationem tibi potissimum inscripserim, ipse liber in fronte protinus explicabit. Vale, & Sabellicum tuum ama. Venetijs.

M. Anto. Cantabycio suo.

Admonuerunt me littere tuae ueteris nostrae consuetudinis, cuius repetita memoria tam mihi grata fuit, quam quod gratissimum. Cepi ego, quod haud futurum putassem, ex amicitia diu intermissa fructū uberimū. Nā ubi primū tuas legi literas, nō scintille (ut solet) leues & rarę animo profuluerūt, sed ardētissimę facēs, quas nulla posthac restinguere possit obliuio. Nec magis letat sum q; ex literis tuis lepidissimis te nostri memoriam fouere planè perspexi, quā quod ex illis ipsis didici, te multa cū celebritate in urbe clarissima profiteri, precor & opto, ut profelsio ista sit tibi & tuis perpetuo ornamēto.

namento. Tua grammaticæ artis præcepta libenter accepi, multoq; libentius perlegissem, nisi rei cognoscendæ facultas continuo fuisset mihi à librarijs adempta. Præstiti tamen studium quod potui, publica prædicatione effeci, ut prius quam lucubratio illa in apertum referretur, in summa esset expectatione. Quod tam familiariter mihi de nostrarum reru succellu gratularis, agnosco tuum in me ueterem amorem: ceterum quicquid id est (est enim meo iudicio pulchrum & amplum) Deo optimo refero acceptum, utinam is simus, qui ornatisimum hunc locum perpetuo tueri possimus. De studijs nostris breue est quod ad te scribam. Contertus ego post nostrum ex urbe discessum non nihil dialecticæ & mathematicas artes delibasse, omne studium & industriam in Græcarum literarum cognitione collocaui. In quibus iam nono ab hinc anno uariè uersatus, ne eum quem debui profectum sentirem, nostratum literarum amor efficit, quas non minus libenter, quam Cato ille senior aduersus Græcas sum nuper tutatus. Sic quoque omnes ferè illorum poetas cognoscere curæ fuit. Sed tã nostræ quam peregrinæ historiæ tractandæ cupidus, id demum uaria & assidua lectioe sum affecutus, ut Aquileiæ uetustatem scribere exorsus (inde enim rem tantã auspicari libuit) meliore omnino quam putarã euentu sum eo labore defunctus. Sex enim libros, quibus sum id argumentum complexus, in apertum relatos, cum maiore fauore, quam sperare ausus essem, receptos uiderè, blandièrè successu ad maius omnino opus animum adieci. Scripsi que res Venetas ab urbe condita duobus & triginta noluminibus, quibus librum unum de Venetis magistratibus subieci: mox tres alios de eiusdem urbis situ, & ueteri apparatus, unum de Latine lingue reparatione: de prætoris officio unum, Paraphrasim in Tranquillum, duos in Plinium & ceteros Latine lingue autores obseruationum, sunt que hæc ædita & impressa. Sunt præterea quatuor rerum Venetarum libri ex historiæ continuatione, quos nōdum ædidi: unus de officio scribæ, de causidici officio unus, de cōsolatione unus, epistolæ ad hæc quàm plurimæ, & orationes quædam nōdum in ordinem digestæ. Et quod nunc uehementer sollicitum habet sexdecim historiæ in manibus est, quarum seriem ab orbe cōdito ad nostra tempora (superfit modo uita) texere in animo est: in quo genere id me præcipuè delectat, quod nouo, ut arbitror, exemplo tam sacra quam profana in ordinem historiæ rediguntur, bibliacos libros & Iosephum secutus, & in his mores & ritus gæticum, non iniucunda relatione cōplexus, & hæc pedestris meditatio. Sed quid dicam quod sæpe Castor ex Pollice factus carmè respicio, in quo genere quatuordecim elegiæ de laudibus Virginis, pluraque poemata de munitione Sontiacæ, in Turcos unum, de Carnorum incēdio unum, de cede Sontiacæ unum, de Hunni origine unum, de inuentoribus artium unum, quæ omnia nōdum publicum sortita sunt, de laudibus Vicetiæ unum, Encomiasticon ad Lodouicum Sfortiam unum, Consolatorium carmen ad Cipicum Coriolanum. Panegyrici libri rerum Venetarum quatuor, & hæc nondum in apertum relata. Elegiæ ad hæc & epigrammata multa in ordinem redigenda. Sed uideo quam ineprè faciã, qui ad hæc explicanda ueni, quæ sine uanitatis suspicione scribi non possunt. Sed si amicus est, ut Aristoteles ait, *μια φωνη εν αυτη εὐκαιροῦ λόγου*: iam hæc mecum locutus uideri possum. Adde quod quemadmodum sapiēs Sophocles ait, gratia gratiam parit. Ingratè quidem fecissem, si officio prouocatus, hæc tibi per literas perentim denegasssem. Vale.

M. Anto. Sanctonino suo.

Et humanè & gratè facis, quod filij causa mihi &

A domesticis abudè uictum suppeditas. Ego quoque, quando officio pulcherrime certatur, sedulo de operam, ut ille ad te moribus & literis legitimè institutus redeat. Vterer nunc longiore epistola, nisi omnino plus oneris sustinerem, quam ut literis sit agendum. Re ut uideo opus est nō uerbis, quanquã hæc ipsa sunt, quæ totum hoc quod tibi debetur exoluere poterunt & debebunt. Vale.

M. Anto. Sanctonino suo.

Piè magis an humanè adhuc mecum egeris, haud facillè dixerim. Obtulisti quæ & Palestinus sacerdos munera, nunc Xerxis exemplum secutus adiecisti & obsonium. Dedit ille urbem hoc nomine Themistocli Atheniensi: ar urbem dare maius fuit, quam uictulum, quantò scilicet maior est fortuna regia, quam priuata. Ceterum utrum eorum spectes nihil quod non idem amplum esset & eximium dari potuit, & quia hic, qui urbem dedit, diues erat opum: nec Themistocles, cui dabatur, quanquam exul, animo inferior: uerum uicerint illi fortuna & celebritate, ne beneuolentia & gratitudine, dando & accipièdo uincant enixè nobis curandum est. Sed nimum euagati sumus humanè mi Sanctonine, humanè inquam fecisti, quod ad nos uictulum miseris, qui plus habuit lactis, quam sanguinis. Sed noli ita tuos tua liberalitate onerare, ut pōderi succubant. Quid Aurelius tuus, imò nosfer agat, ex Monticula nō optimè intelliges. Tantum habeto esse eum adolecentem optimum, & ad uirtutem (ut Chius Aristodicer solebat) natum. Spero imò cōfido (uiuat modò) fore talem, ut patris & suorum expectationem nihil frustratus uideatur. Vale.

M. Anto. P. Barocio Patuino antistiti.

B Vellem ego pater amplissimè, uel mea causa, ut ad tuam amplitudinem auspiciationi principio scribere contigisset: præsertim cum iam antea mecum meditarer, qua potissimum ratione tibi uero amplissimo, quæ mea sponte colere & uenerari cepissem, aliquando insinuarer. Doleo uehementer à contentione, quæ à gratia pcul abest, & amicitia mihi scribendi exordium oblatum, magis quam uoluntate quæsitum: quanquam spero ita fore ut non tã causam, quam officium nostrum tua sit amplitudo inspectura, daturaque operam ut omnes intelligant, non tam contentionis, quam pietatis studio hominem sibi de ditissimum monuisse. Venit ad me his paucis diebus Euangelista Vicetinus, homo (ut notiti) cum in omnes officiosissimus, tum mei, quod in pluribus perspexi, ualde studiosus. Is sermone de rebus nostris fortè illato, me familiariter monuit, esse locum in primo rerum Venetarum, quem Patuinus antistes, quia inscitè & ut uerius diceret parū piè positus uideretur, non probaret. Ego etsi certo sciebam nullum esse uerbū (ut Chrysippo placuit) quod non idem esset & ambiguum, at quia ne illud quidem ignorabam Diodorū & alios, nihilo Chrysippo inferiores id lectori sentiendum existimasse, quòd scripserat uoluisse significare: nō potui tamen non moueri esse aliquid in rebus nostris quo Christiani hominis aures offenderentur, etsi nihil uerebar, quin procul inde culpa abesset, unde peccandi uoluntas abfuisset. Ceterum ne in eorum numero essem, quos sapiens Hesiodus in extremis habuit, cupere me dixi, ex ipsius literis fieri certiorè, & ecquid rei hoc esset, quod tantopere pientissimi antistitis auersantur aures, nec multū abfuit, quin coniectura locum signarem. Verum ille, quod se factum promiserat, haud multò post mihi per literas significauit duo esse eodem loco, quæ à lapsu essent uindicanda. Cupidè fateor cognoui, quæ in utrunque locum afferentur, nec potui non mirari (quod ad priorem locum atinet) me in eo reprehendi, quod Christianissimi quique aut scripserint, aut nō aliter scribendum

scribendum putarint, nec deerāt, quos penè ad uerbum imitatus uideri possem. Verum animus semel religione imbutus, non potuit non rei insolentiam formidare. Nequid igitur temere facerè, Flacci Horatij auctoritatem secutus (haud enim satis mihi uideri solet aliqua, ne multa dicam legisse, nisi & doctos quoque percōtaret) adhibui rei cognoscendæ quam plurimos theologica professionis uiros, quibus cum semel atque iterū locū recitarem, suppresso interim auctoris nomine, & unde calumnia intruderetur diligenter sciscitatus, imò precatus, ut ingenue dicerent si quid in eo uerborum cōplexu esset à Christiana pietate alienum. Testor meam in te, pater præstantissimè, obseruantiam, fuisse eorum neminem, qui non totum locum uehementer probaret, uno duntaxat excepto, qui consulum illud uelut uocem à theologis parum uisitatam cunctantius recepit: quanquam ne id ipsum quidem usque adeo auersatus, imò ne suspicatus etiã quid rei inesset, quapropter locus in discussionem uenisset. Sed uide quæso quantum tibi tribuam Antistes optime, poteram ego tantorum hominum auctoritate, poteram animi mei innocentia esse contentus. Ceterum ne sapientissimum iudicium tuum detrectare uidear, haud equidem recuso, quando tua amplitudo ita uelitet enim pertinacia, ut Platonius ille Dion agebat, imò ipse Plato solitudinis comes: est præterea *μὴ ἄριστον ἔστι μὴ ἄλλο, μὴ ἄνευ*, quum meliora ostenderit, utrumque locum retractare. Si quando historiæ filo ductus ad ea tempora peruenero, interim ab amplitudine tua etiam atque ueritate contendendo, ut rem totam altius rimetur ac boni consulat. Vale.

M. Anto. Euangelistæ Canonico, S.

B Accepi literas tuas, cognouique, ex illis quid esset in quo argueremur. Ego ne nimis mihi crederem, ex omni ferè religione principes theologos consului, quibus & auctoris nomine & à quo crimen intenderetur de industria suppresso, totum locum cognoscendum subieci: Deus optimus me male perdat, si præter unum, qui consulum in nostro significato, propter uocis insolentiam reiecit, ceteri omnes non sunt ultro nobis astipulati. Verum ego officiose ad tuum antistitem scripsi, pollicitus ut planè intelligat quàm facile eius iudicio accedam, fore ut cum historiæ serie ductus ad eum locum peruenero, ex ipsius sententia me unum atque alteri, si ita factò opus sit, uerbum mutaturum. Interim ut ab eo per literas perij, uelim rem totam maturius ac rectius consideret. Ego Euangelista mi merito te amo, qui omnibus meis desiderijs respondes. Vtinam is sim in quo tuum studium merito collocasse uidearis. Vale.

M. Anto. Stephano nigro.

Pergratū mihi fuit cognoscere ex his literis, quas ad me dedisti, uos istic rectè ualere, sed longè gratius quod eadem illæ significabant græca & latina studia tibi & Sanctonino nostro ex æquo procedere: hoc uolebam, nihil cupidius audire potui. Pergite quæso, uestraque industria efficit, ut non tam adocium quam ad negocium istuc exisse uideamini. Ego si dicam me nullum uestri desiderium sentire, perbelle mentiar. Verum id ipsum cum ista amoenitate, uestrorumque studiorum commodis *πῶτα εὐδαιμονία* facile rependo. Ceterum nolim ita uos Musis in seruire, ut unum præter cætera agatis: quin accu pari interdum licet & uenari, nemora inuisere, flumina, fontes: etenim *μὴ ἄριστον ἔστι μὴ ἄνευ*. Sint tamen uestri secessus studiorum memores, & qui sciant canere receptui. Sed Sanctoninus nosfer hæc melius monstrabit. Ego cogito omnino, postquam feriarum cepero, istuc aduolare, nisi rapsodice amor me hic remorabitur: etenim in tam longa serie *πῶτα εὐδαιμονία* Sed de his postea delibera

A bo, hic nihil noui est: rumiores de nouo pontificiam dudum istuc usque percubuisse arbitror, tota academia pulchre ualeat. Valer & bellissimus Marius, qui ad utrunque uestrum scribit, sed tumultuariè, ut solet. Vale.

M. Anto. Sanctonino.

Quod omnino à febre conualueris, gaudeo plurimum: tu fac quod facis, & quamdiu istic fueris te ipsum confirma, bonamque para ualitudinem, ut cum Venetis ueneris, fortius studio incumbas. Nos hic Dei benignitate rectè ualemus, est que adhuc quintus Fabij liber in manibus, & si iam liber ad exitū spectat. Fuit ille spaciosus nimis, reticus, uariis & ut breuiter dicam laboris propemodum inexhausti, satis cum eo colluctati sumus. Sed cum Catullo maius omnino certamen fuit, quem post tuum hinc digressum quotidie interpretari adortus, eò perduxit, ut ante autumni ferias eo simus labore defuncturi: ita euenire noluerunt ij qui magis auribus quam profectui indulgent. Quiduis illius urbanitas effecit, ut Fabiana obscuritas minus grauis esset, utraque lectio alteri frequens theatrum comparat. Sed de his hæcenus. Volucres, quæ ex Carnica ora huc uestro ingenio aduolarunt, nunciant tantam esse istic melopeponum annonam; ut non sit opus naues conducere, quas eiusmodi hortensibus delicijs onustas ad uos primis edessis mittamus. Sed satis habeo si rectè ualeatis. Scriberem ad te plura, nisi papyrus & lumen deficerent. Vale.

M. Anto. Sanctonino.

Si uos istic ualeatis, bene est: ego quidem ualeo. Et ad Augustinum nostrum scripsi & ad Nigrum, qui cum eo est, utrunque ad studia literarum sum hortatus. Sed calcaria currenti equo subdidi, satis ut ipsi mihi per literas significant, sua sponte incitati sunt, pergant modò, & quem uix optare au si effemus sequeretur profectus. De Aurelij reditu & si nihil ambigè mecum locutus es quum hic fuisset, cupio tamen ex tuis literis cognoscere quid consilij cæperis de eo remittendo. nam quem illi in contubernio sim prælaturus, est nemo. Illud ab humanitate tua etiam atque etiam pero, quando solus sum, nec præter te habeo quenquam, cui familiaris audeam hoc onus iniungere, ut siue Augustinus ad nos uenturus est, siue istic commoraturus, des operam ut per Monticulanum nostrum, quem merito amo, apud Gruerientes emantur nobis quatuordecim staria tritici. Quod relictum accuratissime atque illic multum, Augustinus & Nigger secum huc deuehant. Video quantum oneris tibi imponam, sed gratitudo animi mei tanta est, ut uel maius adhuc onus sustinerè possit. Tu ad me fac scribas quid uelis me facere. Pecuniam paratū & operam paratam habes, siue hanc siue illam malis, haud grauatè expediam. Vale.

M. Anto. Politiano suo.

Dolerem tecum familiariter, ut nostra amicitia postulat Politiane uir clarissime, quod his paucis mensibus summi uiri spoliatus sis patrociniò, nō certo scirem te eum esse, qui omnes uitæ rationes in uirtute, ut sapientem decet uirum, ab ineunte ætate collocaris. Fuisset tamen sic quoque usus consolatione aliqua *χαλκόν γὰρ ἔστιν ἄνευ ἰατρῶν* quod prosperrimo tuorum studiorum cursu, suborta & grauis procella tibi uelut nauis gubernaculum ademertit, nisi constans fama esset Petrum clara indole adolecentem, Laurentio patre suisque maioribus dignum, quem tu à pueris instituisi, in paternas opes successisse, cui tu equè ac patri sis merito clarissimus. Quod cum ita sit, consolatione opus sit an gratulatione, haud satis intelligo. Etenim quantum in patre humana necessitas tibi abstulit, QQQq tantura

tantum nec minus reposuit in filio ornando. Sed illi tibi que omnia prosperè euenire uolo. Tu quæ de tuorum ratione studiorum ad me quandoque scribas, & quid in operosa ista literarum officina nunc potissimum cudatur fac sciam. Si quid nostræ musæ agant requiris, iam altum tenentes, nihil præter cælum & aquam spectant, neque in tanta pelagi uastitate, quò tendant satis intelligunt. Sequuntur tamen spem tantæ conatus ducem, hæc clauo hæret, hæc rotius est remigij caput, urinam & portum huius ductu contingant optatissimum. Sed ne quantum aquarum emensi simus ignores, trigessimus rerum humanarum liber est nunc in manibus, quæ futura sunt spero adhuc facilliora, sed tu tua hortatione reddes hæc quam facillima. Vale.

M. Anto. Flaminio suo.

Dixi me experiri uelle, posset ne Taurisimum tutum (non potèræ) nam fieri non potest: capiunt scilicet, si Saryro credimus, plus huius quam leonis intestina, sed pusilli rhetoris famem expungere. Tu uelut ex condicto tibi affuturus essem, omnes istas delicias mihi diserte, lepideque per literas explicasti, quasi non satis fuisset, si paratum istic hospitem haberem & Flaminium hospitem qui unus plus certè, quam rotum Taurisimum suo daturus fuerit Sabellico. Sed audi quantum facinus scribendo egeris. Erexerat ritum credula uoluptas ad illam illecebrarum nomenclaturam, gestiebatque circumfiliens calamo, etiam uelut soluta uinculis se se ad amenissimum secessum expediebat: blandiri cunctanti mihi, suadere, rogare, interdum etiam conuicium facere, quod me esse hominem obliuisceret: quid uis, trahebat uictrix illa immò præcipitem agebat, quum historiarum raplodia satagen tem graui est conuicio adorta. Nunquam inquit defines ineptire scribendarum rerum turbator? tu ne res hominum à mundi origine uerius quam autor scribere exorsus uoluptatem respicis? & immensum pelagus nauigaturus, in portu cum Melicerta fabularis? quin pergis porro ire, aut si ceptis operis piget, uerbenam uictus porrige. Impoluit fateor mihi seuera castigatio ruborem, iusque illico uoluptatem ualere. Tu Flaminio mi uide in ista locorum amenitate, ueroque gaudio fruere, nec noctuas ad lucem inuites, quam spectare aut nequeunt aut certè nolunt. Vale.

M. Anto. Bonfini suo.

Quod ad te scribam in præsentia nihil est, præter unum, ut Marium tibi commendem. ea dico commendatione, quæ diligentissima esse potest: multi qui nollent tibi & illi consultum meum palam consilium accusant, quod puerum à me ablegauerim. Sed me neque penitet facti, neque in posterum penitebit (ut spero) modò Bonfinis meus ita euenire uelit. Cum Alexandro sum hic locutus, ab eo quotidie audiat Marius & tu cum eo, si uoles, Aristophanis lectionem. Tu pro nostra mutua beneuolentia da operam, ut Marius non solum audiat, sed ediscat etiam quæ audiuerit. Poteris si uoles efficere, nisi puer nimium oneretur, ut publice aliquid græcè audiat, ut utriusque linguæ ratio ex æquo procedat. Tu uelim ad me, quod tuo commodo fiat, quam sæpissimè scribas, ut sciam quid istic agatur. Scripsi ut uolebas, ad clarissimum uirum Luceium. Adolescentem quem mihi per literas commendasti, omni comitate sum complexus, estque quotidie mecum: commendo illi Marium, ut in eo Græcè instituendo, ipse quoque aliquid patrem demeretur. Vale.

M. Anto. Luccio suo.

Diligebam te prius uel amabam potius uir, cla-

riissime, sed tunc ut unum ex ijs qui sacra colunt literarum, quem non inter initiatos & ministros haberem, sed inter ipsos sacrorum antistes. Nunc Bonfinis mei prædicatione factum est, ut studium illud sua sponte motum in tui admirationem facile uertatur. Nihil est te uno eruditius, nihil officiosius, amabiliusque, si homo ueritatis alioqui amicitissimus uera mihi scribit. Sed cur non hæc credam, quæ multorum testimonio prædicari audio? maeste esto uir optime tua ista indole, ob quam merito qui te nunquam uiderint colunt, amant, obseruant. Ego quum hæc secutus, tum quod Bonfinem ipsum tibi omni humanitatis officio ita breui deuinxeris, sisque cum eo Marium nostrum egregia comitate complexus, iam dum mecum requiro quid à me possit in te proficisci, quapropter intelligas quanti te faciam & quam tua ista in meos pieras sit mihi grata, quam ut cumulari per te, augeri que in dies uelis, oro te plurimum & obtestor: & breui sic habeto, omnia, quæ Bonfinis causa feceris, tam mihi erunt grata ut nihil possit esse gratius. Scio tuam auctoritatem magno illi adiumento esse posse, tantum rogo istic habeat negotij quod satis sit illi ad honestè uiuendum, nihil est, in quo totum Sabellicum facilius demereri possis. Vale.

M. Anto. Mario suo.

Si uales, bene est: ego quidè Mari suauissime restè ualeo, ualent domestici omnes, ualent deliciae tuæ Tigrina & Bubacus, pulchreque ambobus conuenit, præterquam sub cœnæ tempus, tum graues inter eos existunt inimicitiae, sed Bubacus semper uictor. Vix credas quam contumax, quam insolens factus sit parasitus edax, omnium præterquam Sabellici contemptor, sed satis iocati sumus. Tu quod sedulo des literis operam rectè facis, atque ut idem facias moneo te fili & hortor. Nihil Mari est in quo tui patris animum facilius demereri possis, quam si pro uiribus enitaris, ut in optimum adolescentem euadas. Bonfinis tuam mirificè laudat industriam, iubetque me suis literis bene sperare, tuum est efficere ut ne hac spe, in quam ille me sua prædicatione erexit, demum frustratus uidear, nihil certè optatius gratiusque huic mœæ in te pietati præstare potes. Quod ad te non ita sæpius scribo, illud est in causa, quod homo ad negotium natus tot distringor curis, ut quis sim interdum non satis intelliga, tu uelim nihilominus ad me quotidie scribas, eruntque mihi epistolæ tuæ, quo longiores, eo magis iucundæ: interim qui tuus in me amor est, ita ipse nostra fruere breuitate, ut ad me nisi quam uerbosissimè scribas. Quod proximè es oraturus, cupio & opto non minus tibi feliciter quam nobis euenire, qui his paucis diebus in funere Zachariæ Barbari uiri clarissimi, tanta ciuium frequentia diximus, ut ad quina milia hominum, plurimum iudicio affuisse credantur: & quod multorum milium instar habuit, affuit Barbaricus princeps cum senatu & toto ordine patricio. Sed hæc eò tendunt, ut tu quoque filii suauissime præceptoris tui ductu & auspicio, paternam in hac parte constantiam imiteris, ut quo maiore fueris theatro constitutus, eo constantius perorasse uidearis. Nec est cur me sub natalitios dies expectes, scis credo quam infirmum sum ad maiora frigora perferenda, quin adero tibi potius uel non expectanti sub uernum tempus, tum minus erit difficilis nauigatio. Tu interim fac non tam patris desiderio, quam uoluntate mouearis, quæ eò spectat ut te meliorem accipiat quam istuc miserit. Hoc cura, hoc meditare, ad hoc unum te præpara, & à me omnia expecta, quæ obsequentissimus quisque filius à pietissimo patre expectare potest & debet. Vale mi Mari suauissime. Vale inquam & salue.

M. Anto.

M. Anto. Bonfini suo.

Per omnia amicitiae iura oro te Bonfinis & obtestor, ne me superbi, ne desidia accuses, quod tuis lepidissimis literis non ita ut uelles respondeo: nostri credo quibus districtus curis, omnibus potius quam mihi & meis satisfaciam. Sed sic habeto, nihil esse te uno mihi gratius, nihil institutione ista, qua in Mario erudiendo uteris, meo iudicio, sanctius, pulchrius, utilius. Illud etiam atque etiam abs te contendo, ut si me amas, & si à me amari non ignoras, sedulo cures ut Marius quam maximè exactum scribendi characterem non modò capiat, sed uel abs te uel ex alio quam celerrimè arripiat: nec unius duorum uel aureorum parcarum impensæ, modò fiat quod in primis fieri uolo. In eo mihi per te cautum uelim, ut nihil tradenti formam prius deuter quam puer rectè stylū perceperit. Memini quendam pecuniam ab Hunniensibus familiarissimis meis eo nomine acceptam, occulta fuga interuerisse, quum pueri, quos instituendos susceperat, nihil adhuc profecissent. Tu perceptum scribendi stylum fac ut uel inuitus seruet, immò augeat, nec patiæ quæso illum affectata celeritate in peius delabi, ne in ijs quidem quæ per lulum scripserit. Cupio ad hæc pari studio græca imitari, ut quotidie aliquid scribat, & græcè nec diutius, quod ad ceteram eruditionem atinet, uelim eum in grammaticæ quaestiuiculis immorari, iam tempus est ut maioribus affueat. Quare Lium uelim illi uel Lactantium proponi, unde pleniorè hauit eloquentiam: satis superque grammaticæ dabitur, si quinto aut sexto quoque die ad illam puerilium quaestionum discussionem reuocabitur, reliquum tempus scribendo, loquendo, meditando eloquentiæ detur. Luceij literas, de quibus ad me scribis, nullas adhuc mihi redditas uehementer miror. Fuisset profectò longè iucundissimæ, reddentur postea fortasse. Tu interim meo nomine hominem doctissimum saluta: fœleolos meos iam dudum expecto, nec despero futurum ut ex tribus pueris unum ad te mittam: agam certè pro uiribus, ut hac quoque parte sentias à me tuæ dignitati consultum. Ego non modò per brumam ad uos non ueniam, sed ne per reliquum quidem hyemis, nec prius omnino uenturus sum, quam dimidium ueris exierit. Interea Marium tibi commendo, eius mores & institutionem toties traditam etiam atque etiam tradito. Tantum habeto ex multis, quos tibi ad hunc diem officio deuinxisti, gratiorem Sabellico te experiturum esse neminem. Vale iterum, & quod tam tumultuose ad te scribo da ueniam, meorumque laborum rationem habeto, qui ad eò me degrauant, ut nec quid scribam, nec quid scribi oporteat satis sciam. Si ad me aliquem ex ijs, qui huc nauigant uenire iusseris, cui tutò aliquid credi possit, mittam ad uos sub natalitios dies bellaria. Fac præterea ut sciam qua regione istius urbis domicilium condixeris, ne nostræ literæ prius circumferantur tota urbe, quam quò uoluumus perferantur. Vale.

M. Anto. Luccio suo.

Legissem literas tuas libentissimè, nam eas te de dilecto Bonfinis nostri literæ iam antea significauerunt: sed illas intercidiſſe arbitror, quando ad hunc diem nemo reddidit. Expecto alias abs te recentiores, quibus erudiri cupio quid puer meus agat, an sit quod de eius profectu sperare aliquid possimus, in quo nihil æquè ac tua opera nos iuuare potest. Cæterum quantum illa in filio instituendo, tantum prædicatio tua uel testimonium potius patris spem confirmare poterit. Præterea quia satis ingenuè facere mihi uideor, si tibi uero optimo multum debere cupio. Pro nostra nuper inita amicitia abs te peto, ne patiaris has literas, quas ad Bonfinem & Ma-

rium dedi, istic diutius uagari, sed des operam ut per aliquem tuorum continuò illis reddantur. Eric id mihi uehementer gratum. Vale.

M. Anto. Mario suo.

Gratulor tibi bellissime Mari, gratulor inquam, tibi & mihi gaudeo, quòd in ista celeberrima urbe, frequenti que hominum conuentu, his paucis diebus tam constanter & uenustè, quam ipse uolebam peroraueris, deposuerisque uel una actione non obscurum futuræ uirtutis rudimentum. Significauit id mihi per literas Bonfinis noster, satis quidem tuarum laudum, sed magis, ut puto, ueritatis amicus, etsi aliunde est idem mihi compertum: sic enim natura comparatum est, ut nascenti laudi omnes libenter faueant. Tu suauissime Mari perge, ut cepisti, porro ire, ac tibi persuadeas uolo nullum esse locum tam arduum in his studijs, quæ nobis cum multis communia sunt, in quem cum ingenij facilitate, tum præceptorum industria, quibus iam pridem das operam non sis facile euasurus. Volo itaque fili te optimos imitari artifices, qui non satis habent inchoare imaginem, nisi ad imos pedes omnia affabrè figurant: nec uolo mihi Apellem nobilissimum alioqui artificem, in hac parte dari, qui Venerem mirificè inchoatam reliquit: nec enim non potuisse eam aboluere credibile est, sed noluisse. Enitere ut in eum uirum euadas, in quem re euasurum multi augurantur. Ego ut & cupio & opto proximis Dionylis aut ad te ueniam, aut miram ad præceptorem tuum pecuniam, ac tu aliquid expecta. Sed cupio cognoscere quid sit cur pecunia indigeas, malo enim si qua re opus est, id quicquid erit Venetijs quam alibi tibi paratum iri. Sed in eo perbellè nobis conueniet, modò is sis, qui ad usum tibi non ad lulum pecuniam deposcas. Nosti credo Sabellici stomachum. Vale, & ad me fac quotidie scribas.

M. Anto. Bonfini suo.

Commendo tibi Marium, idque ego magis ex meo instituto facio, quam quòd ita opus sit. Vnum te oro, immò obtestor, ut quoties de aurigatione aliquid loquitur (miro enim, ut mihi dicitur, tenetur eius rei studio) des operam ut confestim adsit illi equus, sed bipes equus, in quem sublatus tibi & mihi meritas det pœnas. Sed tu uir amicissime quid puero indulges? quasi parum adhuc intelligas ad quid eum istuc miserim, quin inuitus discat à ratione stare, recordetur patris præcepta, recordetur minas, quibus illi est omni uoluptate interdictum. Impetret nolo nonnunquam remissiones, ludat etiam, sed domi, ludatque trocho, pila, disco, sintque feriæ illæ unius horæ, nam duarum nimium est. Recentissima elementorum figuratio satis mihi nuper blandita est, sed corrupta scribendi ratio cum ea laude fecit æquilibrium. Sed tu quæso da tuo Sabellico hoc, da patriæ sollicitudini, ut legat ille uel lit nolit. Tortellij pagellam, quæ per breuem Romanæ orthographiæ omnem ferè continet rationem. Potuissent ea emendatius tradi, sed tu quædam emendatiora tuo iudicio facies. Cætera tuæ humanitati, officio, pietati commendo, per omnia iura amicitiae, quæ mihi tecum intercedit oro te & obtestor, ut puero quantum potes instes, ita agas, ut utroque stylo equè affueat. Quod si mihi (ut spero) præstiteris, plus uni tibi debebo, quam quicquid amicorum ubique mihi est. Nec expectes rogo ut quotidie ad te scribam, improbi est & parum officiosi, ab homine negotiosissimo ocioſi hominis officia exigere. Scribat puer ad me, ac quam sepissimè scribat, singatque si uera scribi nò possunt; uerbanunc quærimus, non rem. Vale.

QQQ 2

M. Anto.

M. Anto. Mario suo.

Et nuces amygdalas ad te mitto, & tuniculas duas lineas, centum papyri folia: si qua re alia indiges fac ut sciam. Quod aurigationis sis tam studiosus factus, gaudeo ut debeo, egi que cum præceptore per literas, ut quoties equitare uoles, det operam ne desit tibi equus. Sed heus tu, insanis qui tam diuersus abis à patris instituto? nec respicis quid sit cur te domo ablegauerim: audio præterea ex illa tua feritate nihil remitti, nec peruicacia ista toties à me conuicij iactata, minis aut uerberibus cohiberi potest. Sed uide ne dum nimis contumax sis, patris beneuolentia destitutus, ab omnibus destituaris: quin das operam ut audiam te uno nihil mitius esse, nihil humanius, quæ uirtus nostris studijs filiam amica est, ut inde tibi nomen potius quam ab eruditione accepisse credi possint. Vale, & fac ut te indies magis proficere audiam, quo uno nihil mihi gratius nunciari poterit. Misisses ad te calceos, sed tutor non tenet uestigij modulum, emito eos istic, aut confestim ad me pedis formulam literis inclusam mitto. Aestiuas uestes sub idus Maias ad te mittam, interea discite si potes æstare ferre, quando & alij quum opus sit brumam ferant. Recens ista scribendi figura, quam tibi nuperrimè delegisti, satis uideri posset probabilis, nisi omni orthographiæ ratione careret, quæ causa fuit ut literas, quas ad Me thicum dabas, non sim adhuc reddere ausus. Nam quid magis ridiculum fieri potuit, quam in eo aliquem reprehendere, in quo ipse sis errore frequentissimus. Cura igitur ut literæ tuæ diligentius scriptæ huc perferantur, quæ & mihi iucundiores erunt, & apud cæteros tibi eruditionis famam conciliare poterunt. Fascoolus puer omnino ueniet, sed uix ante Maias calendas. Marcus Antonius accensus credo tacita quadam æmulatione, ne tibi quum huc ueneris celsurus sit, tam acriter incumbat literis, tantumque proficit, quantum uix unquam futurum putassem. Sed & Corcyreus puer, scis quem dico, uterque græcè & latinè discit. Tu sili caue ne ab ijs, qui diuicij longè præstant, eruditione uinca ris. Non uereor quin si paululum adnitaris, eò breui sis euasurus, quò illi omni conatu haud facile perueniunt: hoc uno nihil mihi gratius facere poteris, nihil quapropter te maiore pietate amplexurus sim. Vale.

MARCI ANTONII

SABELLICI EPISTOLARVM

rum familiarium liber

tertius.

M. Anto. Luceio suo.



MNIA amicorū grata, sed ijs literis, quas nuper abs te Carisius noster mihi attulit, neque gratius quicquam ab ullo amicorum, neque suauius affertur potuit. Quod dii tabellarios perdant, qui sua uel incuria, uel perfidia me tam diu suis uisum lætionis fructu priuarunt: sed quo me illi longiore torserūt mora, eo maiore est abs te mihi uoluptas repensa. Difficile dictu est quanta sim lætitia affectus, quanto gaudio, quam incredibili uoluptate, quòd clarum amicitiae nomen in clarissima urbe, clarissimoque gymnasio sit mihi non quaerenti repertum, non aliter quam militiæ nomen Achillis filio ad Troiam. Spero & opto ut omni tempore simus uterque alteri commodo & ornamento. Su-

A perest ut amicitiam auspiciatissimè initam uterque nostrum & tueri & augere pergat. Cæterum quando uel casu uel consilio sic accidit, ut quanti me facias, præclarè cum uelis possis offendere, te pronòstra mutua beneuolentia oro & obsecro, ut quicquid officij, studij, humanitatis à te uiro humanissimo expectari potest, id totum mihi in filij institutione repræsentes. Erit id mihi in primis gratum, & ad amicitiam nuper initam fortius copulandam uinculum arctissimum, ut qui te sponte diligere cœperim, hinc nisi ingratus sim, uehementer amem. Vale.

M. Anto. Alexandro suo.

Lusi ad hunc diem: nunc Marium ea commendatione, quæ maximè diligens sit tibi iterum atque iterum commendo, proque ueteri nostra necessitudine te rogo, ut in puero infitendo diligentiore aliquanto curam adhibeas, desque operam, ut meritò tantum tibi omni tempore, iam inde dico à nostro illo ueteri contubernio tribuisse uidear, quantum amicorum nemini. Da hoc quæso nostræ familiaritati, & à me uel cumulatisimam gratiam expecta. De libris per me nihil agi potest, hic quò ueneris causam cognosces. Vale.

M. Anto. Bonfini suo.

Si tu & Marius ualetis, bene est: ego lenta febre & capitis grauedine, mox & rheumate penè letifero conflictatus, plures dies non extuli pedem domo. Sed iam uictus uici, iacturaque unius dentis facta, quem acuta morbi intemperie contra medicis frustra tendentibus mihi ademit. Attulit mihi subitus casus conseruationem non mediocrem, ne supra oris dehonestamentum maiorem esset secum cladem allaturus, ut expressam loquendi facultatem cum dente desiderarem, quod uideo plerisque accidisse. Nunc satis indulgenter mecum decedit morbus, quòd nullo me maiore affectu incommodo. Admoneor tamen nihilo secius, sed magis etiam magisque cogor ob hæc properare, humanæque infirmitatis memor tibi & puero acris instare, ut quantum tua diligentia, illius docilitate, utriusque industria fieri potest, enixè detis operam, ut quandoque habeam quod tutò sperare possim. Quod si (ut spero) tua aliquando opera fuero consecutus, & hoc quicquid uitæ superest, per te minus sollicitè exigam, & cum fatali parendum erit necessitati, si talis cura parentes sequitur, nudus spiritus tibi debere uolet. Sed hæc ego ex meo instituto. Tu uir humanissime fac quod facis, & puerum mihi totum à desidia & turpitudine uindica. Quod Fascoolus puer ferius quam uolebas ad te uenerit, non ego, sed parer est in causa: perstat tamen in sententia, mihi que desidiam & moram exprobranti constanter affirmat, fore ut breui filium ad te mittat. Vellem intelligere posses quam illi molestus sim, ita ut meritò suspectus esse possim. Pecuniam cui uolebas libenter dissoluissim: sed adeò acerbè tulit se eius mercedis parte defraudari, quam tua sponte ab initio pactus esses, ut uehementer iratus eam quoque summam, quam tuo nomine paratus eram ei repræsentare repudiauerit, minaciter testatus darurum se operam, ut per fratrem & cæteros necessarios paulo post cogaris istic totum sibi reddere. Egi cum eo, ut tantisper adhuc pateretur rem differri, quoad paucis diebus tu ad me iterum de eadem rescriptisses. Quare nolim te uirum isto ingenio & eruditione, de re parua ac penè sordida litigare. Omnis mercenaria contentio docto uiro turpis, sed de parua pecunia turpissima. Vale, & quod uis fieri ad me scribito. Luceium nostrum saluta, Marium Alexandro commenda.

M. Anto.

M. Anto. Mario suo.

Literas, quas ad me proximè dedisti, libenter uidi: cognoui ex illis te sedulo dare operam, ut meæ huic de te expectationi, immò pietati aliquando satisfacias: quod ut facias te moneo uehementer & hortor. Nam si ad me redieris, quem te rediturum prædicas, omnia cumulatisimè abs te accepisse putabo, quæ pater à filio obsequentissimo solet & potest accipere. Aduersa corporis ualutudo in causa fuit, quòd plures ad te dies non scripsi: nunc Dei benignitate omni liberatus molestia, in publicum exire occepi, publica & priuata munia obire. Aestiuas uestes breui istuc mittam, ut antea ad te scripsi, si quem dico nactus fuero, cui tutò credi possint. Sed tu uide quàm parum integra fide nobiscum agat nauicularios isti fluuiales, dedi argentum denariū russo illi, qui Thasias nuce ad uos attulit. Nunc (quoniam si Deo placet pluris uectura minimarum rerum, quàm res ipsæ stare incipiet) & à uobis quoque ut mihi scribis paulo minorem recoctus fenex exegit mercedem. Sed ego in culpa, qui nihil de ea re ad uos scripsi, neque id tam iniquo tuli animo, quàm quòd ea etiam, quæ mittebantur, parum integra fide audio uobis reddita. Vereor ne & lineas tuniculas, quæ eodem erant fasce alligatæ, Russus interceptis, præsertim quòd de ea re nihil ad me scripsisti. Fac ut sciam an eas acceperis. Ferenda est iniuria, ne ceteri à nobis alienentur: id nisi ueritus essem, didicisset homo perditus primo suo appulsi, quid ius & æquitas possint præsertim in libera ciuitate. Ego, quod ad te attinet, tuis desiderijs nunquam deero. Tu quoque fac ne tibi ipsi defuisse uidearis. Vale.

M. Anto. Ruberto Porpetano.

Et si uerissimum esse illud Sophoclis non ignorabam, ex bonis non nisi bonos procreari: præclara tamen futuræ probitatis argumenta in te puero secutus, nunquam Ruberto humanissime prædicatione destitui, fore ut in eum uirum euaderes, qui hodie multorum testimonio prædicaris, cui modestia, religio, prudentia, cæteræque uirtutes abundè adfuit, quæ ciuilem hominem non solum mortalibus, sed celo etiam commendant. Gratulor tibi (ut debeo) gratulor & tuis, qui te talem sortiti sunt, ut rem domesticam sine inuidia ageas, & maiorum ornamenta cum laude tuearis: quod uitæ institutum tua sponte susceptum, ut per te seruari & augeri uelis, te amantissimè moneo & hortor. Reliquum est ut non uulgares tibi agam gratias, quòd pro tua ueteri in me obseruantia, incredibilique humanitate uel absentem me colas, liberalitateque prosequaris. Fuit mihi munus tuum gratissimum, sed gratius adhuc futurum, si Sabellico & fortunis eius, tuo iure & arbitrio quum uis uenerit, ueris. Vale.

M. Anto. Barbauro suo.

Durum licet & agrestem uoces Sabellicum illum Barbaure, quem huper tibi constans fama, ut facundum & disertum commendabat. Potes quidem & debes ignauum & desidem appellare, qui tam canoro literarum concentu, ante tertium clausum excitari nequiebat, sic quoque tanquam longa ebrietate expectatus, uix quid deceat respexerit, indignus ad quem tu homo ista eruditione toties scripseris, tam suauiter prouocaris, quem amicorum numero ascripseris. Sed tu quantum mihi irascendum putes, postea uidebis. Ego ut longiorem hanc moram meritò suspectam dixerim, ita ab omni desidia culpa autem me uindicare: uindicare & Andriorum diu Atheniensium iniuriæ olim occurrere ausi. Si in officio tibi antea respondere potuissim, neque uoluntas, neque studium ad id mihi de-

fuisset: uerum facultate adempta, qua ratione debuerim haud sanè intelligo. Vbi tuæ ad me literæ primo delatæ sunt, in animo habui confestim ad te scribere, nullam deinceps occasionem prætermisurus. Interim in sueta capitis grauedine correptus in febrem incidi, ex febre tanta est rheumatis intemperies secuta, ut plures dies publico abstinerim: consiliatamque tum maximè, quum alteras abs te accepi literas, sed ut eram grauitè affectus, nihil sum scribere ausus, nec tu me uolentem (ut tua est humanitas) pati potuisses. Paucis in de diebus, quum nondum à languore & molestia illa liber essem, recentissimæ abs te literæ sunt mihi redditæ, quibus demum uictus (nam fatigatus haud dixerim) neque enim quippiam fatigare potest quod dulce est, lepidum & suauis, & si in nirmo adhuc corpore scripsi hæc tamen, quibus scires nihil tua amicitia, de qua ad me nouissimè scripsisti, mihi esse gratius, nihil quod maiore studio, maiore sim cupiditate complexus. Essem ego uerè inhumanus, si in te uiro isto splendore & dignitate, tam in dolentem & eruditio nem non cupidissimè complecterer, complexam omni officio tuerer: sed hæc eò spectant, ut de amore & studio in te meo nihil dubites. Quin persuasum habeas ita fore, ut te nunquā amicitia nostræ spote tua susceptæ poeniteat. Quod mihi à Mauro minacissima desidia exprobratio imminet (sic enim significabas ijs literis, quas ad me secundo loco dedisti) tam hercule res ipsa Sabellicum mouit, quam magna illa euidem de me prædicatione, de qua à principio (etenim conuerso nunc ordine recum agimus) ad me scripsisti: tam in hac calumnia, quam in laudatione illa singularem Vgerij in me beneuolentiam agnosco. Sed uos per deos rogati longiusculum hoc silentium non mihi, sed necessitati, cui ne Deus quidem repugnat, ascribite. Tu studium et beneuolentiam meam perpetuam tibi despondeas uolo. Vtinam is sim, ad quem ultrò amandum meritorè accessisse uidearis: ego certè ne indignus uidear omni officio curabo. Vale.

M. Anto. Mauro suo.

Audi quantum facinus egerit tua frequens illa & morosa saluatio, dum academici omnes suum in tam longa nomenclatura nomen requirunt, epistola per multas manus euagata ut Alcida marcer euanuit, ita ut nullus iam inde fructus eius ad me lectionis perueniret. Sed tu da operam, ut quicquid iacturæ tibi fecimus, recentiore abs te epistola nobis reponatur. Nec mihi succenseas uolo, quòd tardiusculè ad te scripsi: aduersa ualutudo, qua sui plures dies implicatus, me inuitum ab officio retardauit. Gratulor tibi quòd diu & feliciter sis peregrinatus, *ἡσὶν ἡμεῖς ἀνθρακῶν ἰδὸν ἔσται* (ut poetæ summi utar uerbis) Sed tu peregrinationem mihi non minus felicem gratuleris necesse est sub tuum hinc digressum, quod te non ignorare arbitror. Historiam sum exorsus ab ipso mundi exordio, mox toto triennio per omnium gentium memoriam euagatus, adeò procul abij, ut nunc trigessimus sexus rerum humanarum sit liber in manibus. Reliquus labor (ut spero) eo erit facilius, quo portui propinquior. Si ad te non ita frequenter scribo, occupationibus, quibus distingor imputa. Vale.

M. Anto. Mario suo.

Mitto ad te aestiuas uestes uiolacei coloris, unā ad pedes demissam, alteram rosei paulo contractiore, qua domi uti poteris: mitto & in his damasceni uiridis thoracem holosericum inclusum. Tu horramenta studiorum, non uoluptatum fomenta tibi mitti existima: nec me unum ex uulgo credas, qui filium nimia indulgentia ex insano infaniorum reddat. Quin quoties illa sumpseris, fac ea animum re-

QQQ 7 puta-

putatio subeat, expectari abs te elegantioris huius educationis horimentum non uulgare, id si nescis, est ut eruditione & moribus tantum proficias, quàm ipse cupio, & tu hinc profecturus coram recepisti: id unum si cumulatè præstiteris, constantiam patris in te ornando indies maiorem expecta. Calceos ad te misissimè, sed furor nos plures dies ludificatus, nouissimè confessus est se non tenere uestigij formulam. Emito igitur istuc, aut alteram ad me mitras, ab aliquo opificum diligentius conceptam: quam enim miseris uiginti annorum, non iustius ætaturæ plures iudicant. Vale.

M. Anto. Bonfini suo.

Etsi his paucis diebus ad te & Marium scripsi, nunc quia puero significandum fuit quas illi ueltes per Maurum Ferrariensem nauicularium mitteremus, non potui ad te quoque non aliquid literarum dare. Verùm quia quod ad te scriberem nihil alioqui erat, epistolæ huius summa sit, ut per amicitiam nostram rogatus Marium quàm commendatissimum habeas, eumque meo nomine Luceio & Alexandro sape & diligenter commendes. Marium hospitem tuum uirum (ut audio) multa prudentia & comitate fac meis uerbis, cum tota domo, salutes, mea que omnia deferat. Vale.

M. Anto. Bonfini.

Quid doles amicorum amicissime? quid mecum torliteris? an ignoras satis superque fuisse illud scribere, Siculo, sicubeo. Ego etsi ob ea quæ mihi dicebantur de futura gymnasiarchi istius profectio ne aliter quàm ab initio statueram, de Mario erudiendo cogitabam: nunc quia ita tu cupis euenire, ut Ferrariæ sit tecum, dabo operam ut in hoc quoque tui Sabellici facilitatem experiare. Tu quæso si me amas, & si à me perpetuè amari uis, fac ne frustra uidear tantum tibi tribuisse in filio instituendo, quantum amicorum nulli. In tua potestate est efficere, ut semper tibi debeam uelim. Tantum habeto, nihil esse, in quo totum Sabellicum facilius demereri possis. Neque præceptor hic puero defuisset, neque studium, neque multorum uoluntas, qui eam mihi operam libenter præstitissent: posthabui tamen hæc omnia, ut tuæ dignitati confulerem, tibi que filium immò me ipsum instituendum tradidi. Fæculus puer diu expectatus ueniet tandem, ita mihi pater est pollicitus. De Mario non est cur dubites an tecum futurus sit: erit certè, uiuat modò. Expecto Georgium Delphinum, qui adhuc uillicatur, post eius reditum (expectatur enim in horam) cum eo agam, ut quamprimum istuc nauiget. Tu interea sis bono animo, ac quantum potes da operam ut ualeas, & quid consilij ceperis, fac ut sciam. Vale.

M. Anto. Bonfini.

Nunquam ad te scripsi, quin tibi Marium meum commendarem, fecique ego id audacius: quo minus me tibi molestum arbitrabar, si de filij institutione præcipue laborem: nunc quia per literas iubes me id facere ea commendatione, quæ sit diligentissima tibi puero commendo, tuum erit in eo instituendo quærere non amicitiam solum, sed pietatis laudem. Quam ut spero ita facile consequeris, si ea fide qua cum tibi tradidi, abs te erudientum duxeris: sed qua cura, quo studio id præstari possit, tu omnium optimè uideris. Carsius à manu, quem ad te cum his literis misi octo tibi pro puero aureos nummos attulit, fac ut abs tuis literis sciam te accepisse. Misi & Alexandro aureos duos, paruum (fateor) mercedem pro ea, quæ nauatur opera, sed maiora postea expectet. Luceium

nostrum saluto. Vale, & fac ut tantisper dum Carsius istuc erit aliquam puer sui profectus det experientiam. Expecto tuas uberiore literas, quæ me de rota uestri studij ratione erudiant. Fæculus uoluit me tibi significare (quod libens feci) se filium sub Martias calendas ad te missurum: nunc in Veronensi suo est, quum primum uenerit, quid facere cogitet, ut statim scias curabo. Iterum uale.

M. Anto. Mario.

Mitto ad te Carsium nostrum, qui tibi bellaria affert, quibus proximis fruere ferijs. Tam modica dices, *non tibi uis uis* : uirum ratio habenda fuit, longa est uia, & ut audio ualde luctulenta, quæ à portu Ferrariam ducit. Quid quod ientacula hæc, quo parcius olim tibi puero obrigissent, eo audius hæsitabas. Sed de his tu postea uidebis. Attulit tibi hic noster duodeuiginti argenteos denarios, quibus uolo te uti fili, & non abuti. studiosum te esse cupio, non sumptuosum. Seruit studium profectui, sumptus uoluptati, quæ uirtutis inimica est. Fac ut quandoque ex tuis literis intelligam, te non frustra à me istuc missum. Cæterum pergratum mihi feceris, si extemporalem aliquam tui ingenij dabis experientiam, ac coram in huius, quem ad te misi uerba epistolium scripseris, ut quam de te spem nos habere oporteat, aliquando scire possimus. Vale, & quantum potes da operam ut ad nos longè doctior, quàm hinc abieras, reuertaris: quod ut facias te maiorem in modum moneo & hortor. Vale.

M. Anto. Mario suo.

Ingratè sit à te fili, ne impiè dicam, qui aliud patri scribis, aliud facis. Tu me per literas bene sperare iubes tanquam per te egregie proficias, si riq̃ue te uno nihil solertius, nihilque ad bonas artes propensius. Contra mihi scribitur, te non desidiosum esse hominem, sed desidiā ipsam, nihilque esse à re literaria tam alienum, quàm ignauiam istam tibi, ut uideo, ingentiam, patris que indulgentia non mediocriter auctam. Sed age quæso & me, si potes, doceas, quis huic profectus sperandus sit, qui nullo alio nisi scuticæ & baculi clausico ad studium excite tur: tanquam ita euenire possit, ut cuiquam inuito & nolenti sese literæ ingerant, quod non minus stultum sit credere quàm uanum expectare. Nisi forte Hesiodum credere libeat poetam fieri contigisse, quum aliud forte ageret. Credas licet, sed ille fili in uestibulo Musarum Ascrum uersabat pecus, tantumque aberat ut ab illarum commercio abhorreret, quod per quietem sit dearum species illi obuersata. Quod utinam tibi quoque possit contingere, ut uelut Sophocles ille Tiresias Musis & Apollini deditus, dormiens ipsorum numinum congressu & alloquio fruere. Sed quum neque studio literarum, neque cura mouearis, parui refert istucis an alibi. Quid enim sperare possim non uideo. etenim ipse literæ, quas ad me proximè dedisti, manifestè demonstrant, quàm frigidè omnia istuc agantur, quàm ille hybernus calor sub æstatem, quod non putabam, remiserit. Sed tu fili cur te ipsum prodis? cur patrem tanta expectatione frustraris? an non intelligis quanta me iniuria afficias? qui in te ornando non pecunijs, non mihi ipsi parco. Tu quasi nostra tibi omnia fordescant, nihil minus curas, quàm quod te curare uolo. etenim legere quidem potes, potes & scribere: dicere, uigilare, sudare, algere: literas, ut mihi dicitur, amare non potes. nec enim amas, ut uideo, neque abs te amari prius credere incipiam, quàm sponte, non iunctus, ut facis, quæ ad tuum profectum pertinebunt, meditaberis. Hoc age, hoc patri da,

ac quantum libet illius ab utere indulgentia. Iam tepus erat ut carmen scriberes, ac aliquid Graium tue epistolæ oleret. Quod ad nostrum congressum attinet, dabo operam si fieri potest, ut intra paucos dies istuc me uideas. Diem non statuo ut te imparatum offendam, tu uerò si qua re indiges, ad me scribas statim, ut quicquid id est, mecum ferre possim. Vale, & per omnia iura, quæ filios parentibus obstringunt, rogatus caue, ne me hac tui profectus expectatione frustreris, in quam omnes curas & cogitationes meas ab initio conieci. Luceiū & Alexandrum saluta: huic mercedem, illi officium meū, amobus beneuolentiam desponde. Venetijs.

M. Anto. Bonfini suo.

Officose & amice facis, quod ad me nihil obscure, nihil perplexè de Marij desidia scribis: sed prius uellem id factum: nunc si qua remedia sunt, ea ut diligentius adhibeas, te pro nostra mutua beneuolentia oro & obtestor. Vi, gratia, minis, pollicitationibus instandum, ut uirtutem mirari incipiat & amare. Per æqua & iniqua agitur, donec inertiam istam, de qua ad me scribis, exuat. Vellem scire posses, quid noster animus parturiant, quid præterea pariturus sit, nisi priori uitæ ire ceperit contrarius, meisque præceptis obtemperauerit. Sed qui horum omnium melius te uno adolescentem admonere possit, est nemo. Ille te audit, tibi soli dat operam, nihil magis miratur aut ueretur. Potes itaque tu omnium optimè nobis id præstare, neque enim ipse leuitatem, sed tuam fidem secutus, filium Ferrariam misi, & nunc qualiscunque ille hucredibit, quicquid in eo placuerit, quicquid offenderit tibi uni referam acceptum. Verùm quia non ignoro te omnia mea causa uelle, cura diligenter ut eruditione & moribus, tam ad me confirmatum redeat, quàm ab initio persuasum habui, qui tuo ductu & auspicijs militasset. Numerari octo argenteos nummos cui me numerare uoluiti, accipies que eius chirographum his literis inclusum. Quod de aduersa ualetudine & iactura dentis tam familiariter mecum dolens admones que unā nostræ imbecillitatis: humanè & prudenter facis, in utroque tuam in me beneuolentiam egregium que animum agnosco. Vale, & Luceiū nostrum saluta, cohortatorem que in filio ad bonas artes inflammando tibi assumito. Venetijs.

M. Anto. Bonfini suo.

Nihil ad te plures dies scripsi, fui enim tibi & filio iratus: & nunc si quæris quo in uos sim animo, non possum non irasci. Sed tu dic rogo quando hoc me tibi mandasse putas, ut filium Lyæ admoueres? ut indecoro ad alienas mensas statum illum parasitum effingeres? turpi & molli motu ad alienos modulor histrionem? nec est cur mihi de histrione litem intendas, quoniam (si Deo placet) eò uenimus, ut quid sit histrio non intelligamus. Sed tu discere illos non solum in scena, sed ad mensas quoque principum uersatos: inde tecum considera quàm proximo loco steterit filius, qui in frequenti conuiuio alienum carmen ad concentum Lyæ egerit. Verus est hoc dices ac poeticum: at si poeticum, non propterea oratorium, cuius rei imaginem tibi proposui delineadam. Sed fac musicen ne ab oratoribus quidem omnino repudiata, notæ sunt ad posteror Grachorum actiones: obsoleuit mos ille Bonfinis, & nunc uulgò miramur ueteres, uulgò laudamus. Sed nostris (ut lepidissimus ait poeta) non illorum annis utimur. At quanto satius fuisset huiusmodi inepijs procul exclusis, filium meum utriusque stylo assuescere, & dum plures dies in alienis uerficulis edificandis absumuntur, aliquid per se illum meditari, quod ad nostram institutionem attineret. Suspirabam iam tertium mensem illius literas, quum per breuem unam, metu & pudore magis quàm uolū-

tate expressam, ad me dedit epistolā. Hoc fuit quod cum Ferrariensi hospite amice & familiariter dolui. Hoc nunc etiam queror & doleo, atque identidem restor, me non istuc filium ablegasse, ut in eam infantia euaderet, quæ me perpetuè torqueret. Quin scribat potius quotidie aliquid, ut ad me uicesimo quoque die, uel ad summum trinundino literarum fascis ab eo perferantur, quæ uelut ephemeridem quandam eorum, quæ à uobis istuc agatur mihi explicant. Hoc fuit quod tantopere ab initio contendebam, ad hoc te hortatus sum semper, hoc in primis huic meæ sollicitudini datum uolui. Sed tu per deos uide ne me cum illo perdas, quin quod scio te euenire uelle, cum Luceio uiro integerrimo da operam, ut puer Græcè & Latine proficiat, ut optimis assuescat autoribus, ut grandia mirari incipiat, ut pedestrem orationem & carmen alternis exercet, & ut uno uerbo dicam, curate quæso ne puer frustra istuc missus uideatur. Statueram eum huic accersere, ut coram quid actum esset cognoscerem, ueritus tamen ne morbum aliquem nocturna navigatione contraheret, quæ in ita aut reditu in ipsum caniculæ exortum incidere (perniciosa est noua stuualis aura) in Septembres idus differendum duxi eius accessum. Mitto itaque in id tempus tibi aureos nummos quinque, mitto & Luceio calamariam thecam ex cupressu Græcanici operis calamis referatam, & matrifamilias istius, cuius contubernio utimini, crySTALLINA quædam parua quidem munera. Sed animus meus ad ea quæ in filium conferuntur pendenda non paruus. Si primo nostro congressu filij profectus fuerit mihi uel mediocriter blanditus, pariar quod tuo commodo fiat, adhuc per annū istuc esse. Interea de eius moribus, & institutione præstabis quæ coram & per literas ab initio recepisti. Vale.

M. Anto. Luceio suo.

Quod æquè tibi Marius ac patri sit charus, laboresque ut audio, non minus de illius, quàm de filij institutione, tam mihi gratum est, quàm si per te alter ad me Demosthenes reuertatur: reuertetur enim quantum in te est. Nunc quia pro his parem tibi gratiam referre nequeo, quàm maximas possum & habeo & ago, præsto que tibi gratissimam huius tuæ in filium pietatis memoriam: cupio & opto aliquando occasionem mihi dari, qua planè perspiciere possis, in quam grato homine tuum officium collocaris. Interea sic habeto, te uno nihil esse mihi charius, ac si quid in studijs & reb. meis est, quod tibi commodo esse possit, gratissimum mihi feceris, si continuo id mihi per literas significabis: uidebor mihi certè non præstare, non reddere, sed accipere beneficium, quum in te aliquid cõtulerò, quod è re tua sit. Nunc ne nullum mei in te amoris extaret pignus, calamariam thecam Cnolij operis calamis referatam ad te misi: rem nisi animum spectes, haud dubiè indignam, quæ à Sabellico ad Luceium mitteretur. Sed tu hominis uoluntatem, non rem intueberis: non munus, sed muneris autorem, qui satis (ut spero) quicquid est hoc quod mittitur apud te uirum ista humanitate commendabit. Vale, & Marium, quod tua sponte facis, quàm commendatissimum habeas rogo. Gratissimum mihi feceris, si de eius profectu aliquid ad me scripseris. Iterum uale.

M. Anto. Mario suo.

Mitto ad te caligas & nummos argenteos uices, tu quantum ad hunc diem profeceris, fac ut extuis literis cognoscam. Erā tibi haud pauca scripturus, sed illa qualia sunt ex Carsio nostro: facile cognosces. Summa omnium quæ abs te fieri uolo hæc sit, ut tantum moribus & literis ad me confirmatus redeas, quātū mea in te pietas postulat, & tu hinc discessurus permiffi. Quā plus tēporis nactus

fuero, tunc ad te plura scribam, nunc illud à me tacitum haud quidē ferēs. Nisi quotidie ad me scripseris, fore ut tam durum me experiaris, quàm Teucer Telamonem. Sed tu melioribus (ut spero) auspicijs huc uenies, erisq; mihi tam charus omni tempore, quàm patri optimo optimus potest esse filius. Vale, & abs te non epistolam, sed uolumen expecto.

M. Anto. Barbauaro suo.

Quàm in quærenda amicitia sim felix, uel ex hoc uno Barbauare intelligo, quod te talem sum amicū fortitum, quo nihil est, ut uideo, officiosius, nihil amabilius: & quod ex præsentis affectu animi sentio, nihil est tuo genio ad promerendam gratiam accommodatius. Mirum est quod dicam, sed quia uerius uero est, dicam tamen. Fecisti paucis mensibus, quibus hæc amicitia nobis inita est, ut tantum re hodie diligam, quantum eorum neminem, qui coniuuissimè mecum uixerunt: esse meq; ego uerè dignus odio, nisi hoc in te animo essem, quippe qui se dulo das operam, ut hæc inter nos nuper orta necessitudo, mutua literarum frequentia indies magis augeatur. Vellem ego me eū esse, qui per ocium pollem tibi in officio respondere, equidem planè intelligeres, quantum tuis studijs in hac parte delector: præsto tamen quod possum, gratissimam tibi eorū, quæ facis memoriam. Interim nolo mihi logiusculum hoc silentium desidia ascribas, nihil est enim me uno negociosius, nihil curis districtius: perfror tamen nihilominus tuarum literarum lectione, cupioque & opto in horas tuum in me meritum aueri, me abs te in primis amari uolo, & quod tua sponte facis ut facere pergas oro te plurimū & horror. Illud præterea tuo in me amori & beneuolentiæ imputo, quod me per eos, qui cum Beatrice Estensi Venetias uenere conuentum uoluiti, licet illi maiora secuti negotia officium non obiuerint. Cæterum tam gratum id mihi fuit, quàm si ritè omnia peregerint. Beatricem uenientem Barbaricus princeps & primores patrum frequenti matronarum cœtu, Bucentauro nauis exceperunt. Vetus est mos ciuitatis, in illustrium hospitiū aduentu, eam nauim auro & purpura inferere, est id nauigium senatus, & omnium urbis magistratuum capax, agiturque testō remigio, sæpius remulco: sedet princeps ciuitatis in puppi auro strata, & ipse aureo ferè pallio amictus, quem omnium ciuitatis magistratum, senatorumque claudit cōsensus maiestatis & silentij plenus. Hos aurum, purpura, & quod minimum est coccus uestit. Comitantur multi interim uarijque concentus euntem, præcedunt longo ordine nauigia pleraque, tapetibus, aulæis ac festa fronde, in topiarij operis specie uariè ad tempus instructa, quibus à puppi pulpita conflurgunt, ex quorum fastigijs omnifariam apparatu collucentibus, pueri puellæque eleganti cultu, alij alios genios mentiti, occultiore nexu, aperto puro que librantur aere: hi filtra, illi thyrso, alijque alia deorum insignia ferentes: uehuntur in inferiore gradu aliquatō maiores nauis. Cæterum ætate & ipsi florentes in Tritonum & Nympharum morem figurati, inter suauissimos cætus & odores suo quisque statu. Plurima ad hæc uexilla auro micantia, toto nauigio defixa, uentoque agitata tantam spectantibus uoluptatem afferunt, ut nullum (meo iudicio) sit hodie in terris tam uoluptuosum spectaculum, quod blando & hilari aspectu possit huic unij merito comparari. Sequitur ducariam nauim tanta cymbarum multitudine, quibus magna pars ciuitatis, officij causa uehitur, ut ad octo inter dum stadia, qua lōgè excurrit regatur stagni facies. Quæ pompæ ratio si à uerustarum rerum peritis diligentius consideretur, non multum dissimilem, etsi in diuerso elemento, ab ea reperiet, qua ueteres Romani dicuntur in trinum phis usi. Ut orna-

atissima illa nauis ac longè maxima sit curus, quum nullus alioqui tantæ molis possit curus comparari, ille minorum nauium apparatus triumphalis pompa, quæ curui præferri solita est, qua simulachra urbium, rerumque gestarum series uarijs erat imaginibus expressa. Lintriū uis illa ingens, que Bucenaurum sequitur, officia Quiritium triumphantem ducentem comitantū, etsi luce illa, quod rarè accidere solet, actuariæ naues, ueloces & biremes, bellico apparatu instructæ, sunt pompâ illam secutæ. Attulit & matronarum cœtus eodem die non in suane spectaculū ante oculos ciuitatis, ex quibus summo cultu præteruēt: in aurea ueste nulla hodie conspicitur, quæ paucis antè annis pistorum etiam filij conspicerentur. Auro igitur legibus adempto, aliò incubuit maiebris luxuria. Tam à medio sursum quicquid est totum gemmis & unionibus regitur, ut frugalissimus ornatus quaternis steterit milibus aureorum mummum, mediocriter conspicuus denis, duplo aut triplo maiore adhuc conspectione dignus. Formâ ex alijs discas, etsi scriptorum sit de hac quoque iudicare. Atque hoc illa comitaru per mediam urbem cū Leonora matre ad extrêmas edes delata, ubi biduo post suburbanæ puellæ ad quinquaginta numero, lineis uestibus succinctæ, nauali curiu decerantur: spectaculū huic urbi ad eā diem infuerunt, utpote in Beatricis gratiam tum primum excogitatum. Secutum uirile certamè maiore nauium actū, sed quia res nota, minus uoluptuosum. Postridie illius diei cœtum lectæ ex omni nobilitate matronæ, cultu & forma insigni, comitio ad tempus instructo, uelut in prociūtu steteret: lectissimi iuuenes cum his ad tibiariū cœtum in orchestra saltarunt. Mox inclinâte die tres heroico habitu Indicis bellus sedes, ad tubarum cantum magister scœne in comitiū intulit. Hi magno caueq; silentio semel atque iterum orchestram circuecti, in eam trāsire: tum ibi mutatis modulis non mollis & effracta, sed uirili & heroica saltatione, qualè Pyrrhice fuisse suspicari possis, non nihil euagati, quæ mira corporis agilitate omnium in se oculos uerisissent, sinistra quæ manibus quæiebant aureis pomis præfixa, repente concrepauerunt, atque folijs, quæ introrsum complexa fuerat dissilentibus, bos, leo & maurus, fides, pacis & concordie inscriptione, medijs uelut lilij, magno plausu & clamore extiterunt: fuitque corollarium illud eorum, quæ postea secuta sunt. Nam tantisper dum bellaria inferuntur, orchestra non nihil in se caueam reuocauit, centum & amplius florenti ætate ministri ex omni iuuetute lecti, ex saccharo & auro sigilla lōgo ordine circulerunt, & in his signa & imagines sociorum principum: naues cum toto remigio, pistrices, Syrenas, Tritones atque omnifariam pelagi monstra. in erant & elephantes, cameli, leones, urti, tygres, pardi, aquilæ, uultures, strutiocameli, pauones & mille uolucrum genera. Quicquid præterea æstas, quicquid felix habet autumnus, opificum manus naturæ rerum æmula, affabrè ex eadem materia effinxerat. Quorum pars maxima ad longiorem moram auerruncandâ à populo direpta est. Tum uultu abâtur adhuc cunei recèti rapina, quum maior quàm ullus antea tubarū clangor ex comitij uestibulo redditus, aures & oculos omnium in se uertit. Tum postremus ille scœnicus incredibili spectantium stupore est chorus inuectus, elephanti, hippopotami, ibices, harpyiæ & aliæ parum notæ animalium effigies, curus & pegmata in orchestram derulere. Hic demum Meleagri amor ac penè totum Calydonis ichœma, magna icœnicorum arte, maiore spectantium uoluptate repræsentatum, cætera ex alijs cognosces. Quamquam uideo quàm in epè fecerim, qui hæc tibi sum scribere adortus, quæ ex eorum multis, qui rei non interfuerunt solum, sed præfuerunt discere potuisti. Sed ita factu opus fuit, ut uel una epistola tecum paria facerem, quæ

quæ si cum ornatisissimis illis, quas ad me dedisti in re non fecerit æquilibrium, uerborum saltè habeat hostimentum. Vale.

M. Anto. Antimacho.

Nos hic tam salubri cœlo fruimur, quàm alibi terrarum pelagiue quisquam saluberrimo. Sed tu quid uarios rumores secutus filium tã tumultuose reuocas? quidnam hoc aliud est quàm uictoriam militi optimo inuidere? Timidi ducis est aut cerrè inuidi, inclinata hostium acie dare signum receperui. Bienio Fabium oppugnauimus, multumque cum eo coluclati aded pressimus, ut iam terram & uerbenam porrigat. Superest tamè adhuc aliquid, quod ad Sextiles idus nostras remorari possit ferias: uellet Antimachi filius non prius exautorari, quàm Fabiana hæc sit provincia proffigata. Ego etsi eius uoluntati libenter faueo, quippe qui adolescentibus ad honesta tendentibus non frænum, sed calcaria adhibere soleo, uerum quia & quæ sint parètem iura in filios non ignoro, multo libentius tibi integru relinquo, ut tu ipse de eius mora & digressu tuo arbitrio statuas. Ego Pompilius, tu Caro. Vale.

M. Anto. Catalucio fratri.

Quod longa consuetudo ualetudine adhuc infirmis doleo æquè ac debeo. Sed quàm hoc doleo, tãtum illud miror, quod te ad incredibilem inopia redactum scribis. Vide Cataluci frater ne tibi accidat quod & rusticio cuidam accidisse ferit. Qui quū uini dolium haberet, sentiretque in eo assiduum detrimentum fieri, miratus primò circumspicere cepit ne rima occultis aliqua subesset. Cæterum ubi omnia solida apparuerunt, uicinos in suspensionem deuocauit, ne se absente uas relinerent. Ob signauit dolium ad agreste opus exiturus, tum quoque mantentibus signis, nec aliquo modo cōfusus, sensit recens uini intertrimentum. Tum is agrestium fortunam deplorare, quæ non solum in uite, sed in dolijs siderationem pateretur. Ad postremū exhausto dolio, hydrus in imo fundo est repertus: in adagiū res uersa est, ut quum tacita calamitas aliquem premere, hydrus in dolio esse diceretur. Tu quoque id uideas quæso, ne quid domi lateat, quod te tacita captura ad istam egestatem compellat, atque id tempestiue uideas, ne quod in Troiani equi fabula fuit, serò sapias. Nam quod ad istam querimoniam attinet, nō uideo per Deum, quid te nullo familiæ onere pressum, domo, prædijs, re pecuniaria abundanter ad tam insignem redigere possit inopiam, nisi latens anguis sit in dolio, cui ne hec nostra quidem sint satis futura. Est præterea mihi filius adoscere incipiēs, is me identidem ad morem etsi uerecundè, ad monet tamen, ut uideam ne dum bonus frater uideri cupio, iniqtus sim parer. Atque sic habet dum omnes huc uentantes largo uiatico prosequor, dum istuc reuersus profusa largitione utor, dum per tam longam spacia eo & redeo, peregrinatione sumptuosissima tantum pecuniarum profudi, ut adhuc crumena tam grauem suspiret lassitudinem. Nec me penitet (ita filius uiuat) si quid uobis, qui mihi charissimi estis, sum aliquando gratificatus. Sed uolo uos quoque pueri huius rationem habere, cui neque do micilium, neque prædium ad hunc diem ullum est à me quæsitum. Etenim quo maiore hominum luce educatur, pluribusque ob parrem notus est: eò certè miserabilis sit & illi & mihi turpius non prospicere, ut præter bonum nomen nihil reliquisse uidear. Quamquam id quoque non nihil esset, si ita hodie ueretur, ut nō precium ubique in precio esset. Adde quod puer procul à me instituitur, quod sine maximo sumptu fieri nō potest, quare nolim uos arbitrari hic auri mōtes possideri. At utcumque res habet dabo operam, ut filias uestras, quando ad nubilem ætatem peruenerint, dote, quod præfens uobis recepe-

ram, pro uiribus iuuetem. Et quādo huic puero fuerit aliquid quæsitum, tum quoque res meas uobis largius impartia: interim nemo ad me ueniat, nec quātum in uobis est patiamini quenquam huc uenire, qui si qui erunt, uideat ne quum Atheniensem deos secum afferant, hic Andrios inueniant. Vale.

M. Anto. Aemiliano.

Satis mihi & Musis datū arbitrabar, quod encomiasticon tuū nostro iudicio subiecisses, nūc quod non minus gratum est, testimonium requiris, tanquam sic carmè illud sit in lucem hominum tutius exiturum. Ego etsi uideo me Critonē ex Aristarcho factū, non tamen minus est mihi gratū fidem abs te meam quàm ingeniū probari. Vtinā tam feliciter huic breui hēdecasyllabo, quo tibi testimonij defero, in orchestram uenire contingat, quàm Andrius ille testis in scēnam uenit. Vale & hoc quicquid est, non à mutis imperatum credas, sed rubore expressum, quem illis in texenda historia uehementer occupatis Hermanni uiri clarissimi autoritas, assiduaque flagitatio iniecit. Venetijs.

M. Anto. Bonfini.

Quod tantum mihi in historia tribuas, quantum ego nec mereor, nec postulo, facis quod bonum uirū decet, dicere & eruditū. *οὐκ ἔστι γὰρ ἀνὴρ δὴ ἄνευ μακάριον τῶν ἀγαθῶν*: nisi stultum sit credere eruditi esse hominis, de tenui ingenio & nuda dicēdi Mineria iudicare. Cæterum utcumque illa nostra sunt, gaudeo plurimū abs te uirō laudatissimo laudari, quū si semper mihi displicuissent, consummatissimi uiri testimonio post hac placere incipiam. Ac si quid in me est quod meritò laudari possit, id ipsum ut piè, ita libenter Deo optimo refero acceptū. Quod Marium meum patria charitate Ferrarijs his complexus, & ad bonarum artium studium familiariter hortatus, tuam in eo humanitatem agnosco. Vtinam quod ad eius institutionem attinet, Bonfinis tui, imò nostri ductu & auspicijs, ita ad me puer confirmatus redeat, ut hanc sui profectus expectationem, in quam omnes meas curas & cogitationes erexit, non demum frustratus uideatur. Sed uix ea, quæ de filij indole ad me scribis, tam iucundū fuit cognoscere, quàm graue & molestum, te ex Italia in Pannoniam decedentem in Carnorum sinibus febrī decubuisse, cui non parum (ut uideo) debemus, quod paucis dieb. sua sponte remiserit, quæ siue tecum diutius esse noluerit, siue nō potuerit, gratulor tibi plurimum, quod omnibus molestia liberatus. Delegasti ad me necessitatem, numen quidem maximum, *ἀνάγκη δ' ἰδίῃ θεῷ μάχεται*, ac uehementer dolui, quod aliquatō maius hic sit ab eo repertum, quod ius fasque sit impossibile appellare. Quod nisi ita re pecuniaria laboraremus, satis fuisset mihi cognoscere, quid in meis reb. esset, quod tu uir ista in me humanitate uti uelles. Verum sic habet, dum hic pluris omnia paratur, dum meorum desideria explere contendo, dum omnes huc peregrè appellentes uiatico prosequor: in eam egestatem incidi, ut pecuniam, qua abundare credimur, non sine rubore aliunde mutuemur. Deruli quod potui huic, quem ad me missi, ex meis uestibus unam quamlibet oppignerandam, quam ille non recepit necundia credo adductus. Sed quia τῶν ἀγαθῶν τὰ πλεῖστα νεύει potuit quidem & debuit. Vale, & quantum potes da operam, ut sopes in Pannoniam abeas.

M. Anto. Mario.

Tu ad me scripsisti ut nescio quam mercedulam tabellario darē. Ego duplo maiorem dedi, ut quam mihi gratum sit te facere quod iam dudum facis, nō ignorares. Ego fili si negem me ad hunc diem fuisse tibi iratum, dolo malo mentiar. Nunc quia Bonfinis literæ me bene sperare iubent, & tu paucis diebus

diebus duos epistolarū fascēs ad me dedisti, nescio quo nam modo leuatus stomacho, in te pietatis oculos reieci, ut non minus quam anrea sis mihi charus. Etenim ex ijs literis, quas ad me dedisti perspicere uideo fore, ut aliquando is sis, quem à crepundijs (ut sic dicam) te futurum destinasti. Videris mihi (nam te merita laude fraudabo nunquam) longè diuersus ab eo, qui nuper tua ignauia & defidia patrem cura & mœrore torquebas. Esque recentis ista meditatione breui consecutus, ut tantum me hodie delectes, quantum optimus quisque filius delectare potest patrem. Perge ut coepisti, atque pro uiribus enitere, ut tantum illic profecisse uidearis, quantum ego uolebam, & tute ut proficeres adnixurum promissisti. Illud te etiam atque etiam monebo, nisi aliquando tam inconsiderate, ne inepre dicam, scribere desinas, fore ut nunquam propositum teneamus. Nam & in orthographia sepe peccas, & in elegantia, quod magis doleo, sæpius: quare hoc habeas uolo, non cito scribendo fieri, ut rectè scribas, sed rectè scribendo ut cito. Vides credo quid in te desiderem, hoc fili præsta, & me tecum in gratiam redijisse puta. Marcus Antonius Faleolus equalis tuus, & ut uerius dicam æmulus, iam pridem uillicatur, non minus in ea solitudine Musarum studiosus ut mihi dicitur, quam in urbe toto hoc anno fuit. Rectè facies si ad eum quandoque scripseris non tumultuarium epistolium, quod facis, nisi uis illi & præceptorum ludibrio esse, sed potius accuratissime conscriptam, ac si quid Græcè in ea fuerit, rationem habeto. Ego Deo uolente ante Septembris idus istic te uidebo, aut tu huc accersitus uenies. Enitere ut siue hic, siue alibi mecum fueris, is sis qui meam de tuo profectu expectationem minime frustratus uideare. Scripsi hæc uolante calamo, quod ex ipsa elementorum figuracione facile intelliges. Vale.

M. Anto. Bonfini.

Nihil demum quod cupidius audire abs te mihi significari potuit, quam ut Marius, de cuius profectu non poteram non uehementer esse sollicitus, uelut longo exspectatus somno, coepit prioris uitæ ire cōtrarius, amercue sua sponte & miretur, quod nuper uerberibus adactus ne respicere quidem uelle dicebatur. Habeo itaque primū in gratias Deo optimo quā maximas, quæ pro te uisum, ut in lapsum proniorum ne rueret, facili ductu multa que moderatione in officio continuit, iam enim quod iubes à me fieri, bene sperare incipio, nec eius literæ omnino displicent, quibus multò magis delectarer, si accuratius scriberentur. Quare pro nostra mutua beneuolentia à te peto, ut in formando stylo frenum puero inhibeas, quem calcitibus egentem mihi, quod factu opus fuit, concitariorem reddidisti, tantisper dico dum emendatius scribere assuescat. Nulla in componendo utatur celeritate, nam & in ratione scribendi parum diligens est, & in elegantia, quod ad eum scribo, sæpe labitur. Cupio quā primum abs te per literas doceri si ne Ferrariæ futurus hoc anno, ut de Marij institutione maturius consulam, quanquam nihil, ut uideo, à me constitui potest, nisi prius quid profecerit cognouero. Quare circa nonas Septembris istuc uenire cogito, aut illum huc accersere, ut corā quid actū sit cognoscam: uelim cum Luceio nostro, si istinc abiturus es, de pueri contubernio aliquid prospicias, ubi tute esse possit. Nec te istinc abeunte apud alium libentius esse uelim, quam cum eius commodo fiat) apud communem amicum, cui moribus & eruditione tantum tribuo, quantum fortasse nemini eorum, qui hodie in his studijs clarissimi habentur. Mercedem quam uolet sibi statuet, fac rogo ut non multo post quid agi possit scia. Nam si puer

A Ferrariæ esse non poterit, dabo operā ut Patauū aut alibi instituat. Scripsi ssem ad Luceiū libeter, nisi curæ, que undiq; mentē lacinat ab officio auertissent. Sed tu has illi literas poteris legēdas subijcere, estitumultuosius parumque accurate scriptas. Vale.

MARCI ANTONII SABELLICI FAMILIARIVM Epistolarum liber quartus.

Aemylianus Cimbriacus poeta, M. Anto.



LEGI nuperimè historiam rerum Venetarū ab urbe condita facundissimè atque eruditissimè abs te scriptā, que nō mihi quidē placuit, sed perplacuit: uidebar enim mihi inter legendum me Patauinum Luceiū audire, cuius ut imitator es studiosissimus, ita dicēdi charactērem mirificè expressisti, diligentiam & faciendiam ita assecutus es, ut cū eo comparari possis. Fidem autem, quæ in historijs maximè requirit, abundè tibi superesse uideo. Quapropter tibi plurimum gratulor, spero que te nominis immortalitatem consecuturū. Nec ignoro quārum tibi debeant Veneti, quorū res & domi & foris gestas æternitati cōmēdasti. Sed nec minus literæ tibi nostræ debebunt, quas nimio opere iuuisti, sed hæc aliās latius quā nobis erit plus ocij. Id non silebo, do luissē me in tam lata, tamque diffusa historia nō occurrissē tibi, ubi nominis mei posses meminisse, ut per te sempiternā memoriā sperare possē. Verū tamē id æquius fero, quod te alia cedere audio, ut nō desperem te pro nostra amicitia operā daturū, si tantū mereor, ut tecum in tuis scriptis uiuā. Quod si cōsequi poterō, tū uertice cœlum tangā (ut aiunt) & tibi quicquid sum eo nomine debeo. Ego nihil scribo quod uideam iri lectum sine memoria tui nominis, licet intelligā te meis scriptis nō egere. Ad hæc, scripsi nuperimè *ἔκκαρτερησάντων*, quod abs te nō solū cupio legi, sed etiam emēdari, uel una litura, & si quid annotaueris, fac me tuis literis doceas, & carmē semitas, nā ab eo supra modū effragitur cui nūcupatū est. Quare si tuo commodo fieri potest, statim perlegas atque remittas, ne diutius desideretur. Vale & uirue tibi & amicis in ista præferam luce. Ex Iulio.

M. Anto. Aemyliano.

Encomiasticon quod ad me misisti, uno stans uestigio perlegi, atque uno spiritu. Tam longum dices carmen? tam longum Aemyliane, a longius quidem si longius dari cōtigisset. Nihil graue esse potest, nihil laboriosum, quod cultum est, quod uariū, floridum & elegans. Accessi præterea ad eā lectiōnem cupidissimè, cui dū totus immineo, totus afficio, dum inuentionem, elegātiā, dispositionem, dum pœticas uirtutes admiro, desij eū agere, que tu cognoscendo carmini admotū uolebas. Petebas enim nō ut quātus poeta esses spectarē, quo nihil erat mihi iā antea perspectius, sed quod in offenso pede clarissimi uiri laudes percurreres. Meritò ineptus haberi possim, si speciosissima carminis figura oculis admota syllabas tantū, quod puerile est, perpedere maluissē: præsertim quā tua ista Minerua nihil pariat, quod non idē cultū sit & eliamatū. Gratulor itaque tibi ac mihi gaudeo, quod meorū Venetorū laudes sis canere adortus, sisque ab eo uiro rē auspiciatus *ἄνευ τῆς ἑσπερίης* *ἄνευ τῆς ἑσπερίης*, qui in omni genere laudis tantus semper extitit, quātū neque pœta, neque orator nullus ab eūde possit explicare. Sed satis fuit te uoluisse, quicquid enim uult ista natura efficit. Quod nostrā Venetarū rerum historiam tant opere probas, tuum in me amorem & studium agnosco, cupierem ego is esse,

esse, cui merito tantum tribui posset, quantum ipse tua sponte facis. Ceterum quicquid in me est, quod quam exiguum sit nunquam obscurè præmetull, id ipsum Deo optimo refero acceptum, quo auspice nunc trigessimū quartum rerum humanarum habemus in manibus, quam longissimam historiæ seriem ab ipso mundi exordio per enneas scribere exorri, si ad nostra tempora perducere contigerit, dabo operam, ut ipsa quoque posteritas intelligat, si tam tenui ingenio posteritas expectanda est, quam cum historiæ fide incolumi Cymbriacum amauerit Sabellicus. Ego etiam ex Castore uideo me Pollucem factum, respicio tamen uelut ex interuallo Musas, exorsus sum tertio ab hinc anno res Venetas paenegyrico cantu scribere, quatuor penè libros succisua meditatione conscripsi, atque ex primo quem genethliacō in scriptis pauca tibi carmina ad urbis originem attinētia excerpti, ut ex his quid in futurum sperare possimus iudicares, nec abs te quippiā minus postulo, quā ut in apertum id carmen referas, quin tu lege potius atque æquè iudica. Vale.

M. Anto. Catalucio fratri.

Quid ad te post tam longum silentium scribam præter unum nihil est, ut obliuionem malorum omnium, aut solum aut præcipuum remedium esse arbitreris. Nec ego frustra hæc ad te scribo: nimis, ut mihi dicitur, patrio indulges affectui, nec pateris quicquam eximi ex isto luctu & mœrore, in quem altero ab hinc anno te immatura mors filij coniecit, quasi non ipse in culpa sis, qui eū mortalem genuisti. Quod si ea lege erat natus, ut fatali necessitati ubique esset obnoxius, quid est cur iniquis feras quod in celeberrimo orbis emporio, clarissimaque omnium, quæ in terris sunt hodie ciuitate potius, quā in ista solitudine mori contigerit? præsertim quem neque honestiorem uitæ exitum, neque beatiorē uspiam sortiri potuisset. Soleo ego eū felicem appellare, quod quum charissimus esset omnibus, nullosque adhuc uitæ fluctus, nullas procellas expertus, lento soporiferoque genere mortis in suorum complexibus tum animam efflauerit, quū se propemodum conualuisse putaret, ut iam inde mihi & ceteris, qui mihi charissimi sunt talem uitæ exitum, & uelut *ἄνευ τῆς ἑσπερίης* quandam optare sim solitus. Quare si quid rationis in te est, quod plurimum inesse scio, absterge istas lachrymas atque Thraces imitare, qui fato defunctos, funerasque suorum læritia & gaudio efferunt, eos felices rati, qui labores uitæ & pericula cum morte effugerint. Etenim tum miser sumus, tum fletu & lamentatione digni, quum ad miseras & calamitates nascimur. Sed uereor ne quū hæc scribo obductum uulnus refricem, dolorque admonitu eorū, quæ acciderunt recrudescat. Verū ad quem scribam non ignoro, noui constantiam tuam, noui ingenium rationis capax, neque in optima consilia contumax, facies spero quod fortem uirum deceret: nam expectare diem, qui dolorem eximat turpissimum est. Sed de his hæc tenus. Ego de industria ad te diu non scripsi, ueritus ne meæ literæ acerbè potius, quā inuane essent. Quod de te suspicaris nihil est, nihil mihi quisquam detulit, nec puto esse quod deferri possit, quum sciam me de te & alijs meis optimè meritum. Nos hic Dei benignitate rectè ualeamus, estque nūc in manibus tricessimus octauus rerum humanarum, quas ab orbe condito teximus. Bellissimus Marius rectè ualeat, teque & omnes saluat, dedit ad te literas tumultuario stilo scriptas, faciam ut deinceps sæpius & accuratius scribar. Vale.

M. Anto. Rhosco.

Audiu Ponticum Tarrinum non esse apud uos amplius, aut si sit hodie non diutius futurum. Præceptore ut uideo opus est, de quo protinus cōducē-

do iam dudum fortassis Clodienfes tui in medium consulunt. Multi (ut assolet) celebrantur, multi & boni & eruditi (ut sunt hominum studia in hunc & illum propensiora) nominantur. Ego etiam satis scio dignum odio eū, qui in aliena ciuitate sit nimis curiosus, candidatum tamen meum in capum, ut Clodienfium unus deduco, cui meritò publicam istam conditions suffragio deferre possitis. Est is quidem Pintius Mantuanus, qui his paucis diebus elegans ad te carmē dedit. Is si ex multis unus sit meritò eligēdus, cui cedere debeat, ego qui uelut ex orchestra totum hoc literarum theatrum circumspecto, nō facile reperio. Gratissimum igitur mihi feceris, quod publica etiam causa te facere oportet, si dabis operam, ut proximis comitijs Pintij ratio habeatur. Est ille si annos spectes omnino iuuenis, si prudentiam & eruditionem uel Nestore senior. Fac amabō si res est agitata ut hic noster siue per te, siue per aliu inter cōpetitores non in postremis habeatur. Erit, crede mihi, ille Clodienfibus tuis quā utilissimus. Nec mihi erit mediocriter gratum intelligere hæc meam de homine prædicariōnem, tantum apud te & tuos cines ponderis habuisse, quantum ipse & alij habituram existimant. Vale.

M. Anto. Mauro Mantuano.

Quod maiora securus studia, nostra adhuc miraris, gaudeo plurimum: nam & ab amico laudari aliquid certe est, modò is sit, qui sciat omnem ab amicitia adulationē abesse oportere. Sed tu uide ne opinionone deceptus, tantum mihi tribuas, quantum ne optare quidem ausus essem. Nā quid per Deum & tumultuaria illa habuit epistola, quā ad Barbauarum dedi, quod quisquam nō mirari, quod stultum sit dicere, sed mediocriter etiam probare potuerit? præsertim quum ne ad hoc quidem à me scripta esset, ut in apertum referretur. Immodicus est Barbauari in me amor, qui nō putat se amare, nisi quātum me amet omnes intelligant: quod nisi sic esset, nunquā passus fuisset illa nostra, quæ pro ludibrio alioqui in ora omnium abire potuerit, temerè in ista luce hominū circumferri. Sed ipse uiderit quātū suæ existimationi consulat, nemo nisi quæ ualde probet se autore uelit publicari. Ego quod ad me attinet, ipsius & aliorum iudicio perinde fruor, ac si quæ scribitur talia sint, ut meritò à quā plurimis legantur. Quod Timon iste (scis quem dico) ineptire nō desinat, non tam mea quā ipse causa doleo, qui si tā callidè sua perpenderet, quā se aliena posse existimat, nihil scripsisset unquā. Et nunc quod nostra sit resellere adortus, funebrem facem sibi capularis senex quæritat, neque eius scripta me aliter afficiunt, quā si Sabellicū optimus aliquis laudet. improbi & deliri hominis obtrectatio primaria laus est, nec ego expectaui unquā ut is bene loqueretur, qui bene loqui nunquā didicit. At cōsuetudo antea est uitæ hominem præcipitem agit, donec in aliquē incidat, qui secum ut fortuna illa Æschyli ignē & aquā ferat in manibus. Tu quidem & piè & fortiter facis, qui operam tuam mihi opportunè polliceris, quæ apud me tanti est, ut in afferenda dignitate nullius sim ingenio libentius usus. Quod si acie dimicandum sit, alterum tibi cornu, ut Eanti Apolloniare olim tuēdum destino. Tu interim nos ama, & tecum futuram pugnam meditare. Vale.

M. Anto. Barbauaro.

Ego quum aliquid do ad te literarum, eo cōsilio datū uolo, ut ne dū nimitū nascenti amicitia indulges, tuæ existimationis oblitus credaris. Nam quid attinuit ea que per literas tecū nuper iocari fuimus, tam temerè in uulgus edere? an parum fuit apud amicū ineptire, nisi quātū ineptiarū se cū nostra illa epistola attulisset alij quoque sciret? Sed uide amabō ne dum immodicè amas, tua opera prodamur, ut

quantum ego opinione ingenij, tantum tui iudicio periclitaris, etsi hoc ipsum tale est, ut magis reprehendi possit, quam corrigi. Verum hæc querela eò spectat, ut de ijs, quæ ad te posthac scripsero maturius consulas. Maurum aut criminari desinas, aut si quid compertum habes reum defer. Sed quid defer dixi, quasi ita euenire possit, ut quem tyronem exerceam, militem donauit, ad ordinem promouit, Tribunum declarauit, Labienus quam Cato esse malit. Deferet ille fortassis ducem, sed dux nunquam se desertum putabit, nihil imperatori ueterano est milite perspectius, aut quia uerè sit fidus, aut quia ille in se fidum esse uelit. Venetijs.

M. Anto. Luceio.

Misi qui Marium huc accerferet, cupio illum non solum uidere, sed nauatæ etiam studio operæ coram exoptulare, nec de eo ad nos remittendo quicquam in præsentia statutum habeo. Vos precor per literas in medium consulite, ipse siue hic erit, siue uenerit, tantum me autore Luceio omni tempore debere uollet, quantum gratissimus filius optimo debet patri. De me tantum tibi persuadeas, fore ut ob ea, quæ in filium contulisti, nullum sit tempus, quo de ornamentis & commodis tuis non sim libenter cogitaturus. Utinam in referenda gratia is futurus sim, quæ tu & cæteri, qui quantum tibi debeam non ignoratis, & memorem uirum & grati experiamini. Herimolai Comentarij in hac urbe uenales non habentur, octo duntaxat uolumina, quæ Venetias delata sunt, ad unum paucis diebus uenire. Nec ego (deum testor) historiam, quæ in manibus est scripta, præter pauca in fronte uidi, impetrato in paucas horas à Bibliopola uolumine uno, nec id postea mercari curæ fuit, quod nunc uel tua causa emptum curperem. Vale.

M. Anto. Bonfini.

Carbui noster istuc uenit ut Marium accersat, erit ille mecum plures dies, dum & quid profecerit cognosco, & medicum illum diligenter inspexerint: nam multo infirmior est factus, ut audio: de eo remittendo nihil polliceor, nisi prius cognouero quid actum sit. Sed ubicumque ille fuerit Bonfinem æquæ ac patrem colere oportebit: mihi uerò ob ea, quæ in illum contulisti tam semper eris gratus, quam cuius tuorum gratissimus. Vale, & ut libellos & sarcinulas ex annotationis formula secum deuehat rogatus facito. Venetijs.

M. Anto. Pandulpho.

Hoc uerè fuit egregium patronum agere, magnam nomē in magna causa magnificè tueri, quod pie magis an fortiter feceris, haud facile dixerim. Vnum illud ausim affirmare, nullum unquam ex aliquo patrocinio maiorem gratiam reportasse, quicumque humaniores colunt literas, quorum plurimi cum Plinio uestem mutarant, tantum nunc eo defenso tibi debere uolunt, quantum Latinæ literæ debent huic, quem à calūniâ uindicasti. Sed uix te tantum amant Plinianæ factionis uiri, quantum accusatorem ipsum infense oderunt, quod utinam ille aut nunquam reum quempiam fecisset, aut accusatorij nactus spiritum minori se inuidiæ obiecisset. Sed ipse uiderit quam parum suæ existimationi expediat id fecisse. Nunc non possum non dolere, amicorū iniuria præceptam esse mihi ad hunc diem occasionem tam pulchræ defensionis cognoscendæ. Libellum quæ ad me uir humanissime dono miserat, uni atque alteri amicorum in paucissimas horas concessum iam ductum desidero, quem si ut spero aliquando restituerint, satis scio ita futurum, ut uno penè spiritu totam sim actionem percursum, imò perpenfurus potius, ac tum demum lectione illa instructus, pulcherrimi operis libens tibi & ingenij & eruditionis testimonium deferam. Ego quando à me

requiris, quid nostræ Musæ agant, alter à quadragesimo rerum humanarum liber est nunc in manibus, per magna uetustatis spacia euagatus, neque metam adhuc neque portum teneo. Vale.

M. Anto. Robabello antiſtiti.

Ego in hac urbe tam celebri & officiosa, omnium familiarissimè uxor Benedicte Permarino uiro insigni pietate, nostratiumque literarum perbelle doctore. Is Romam scribit nescio quid à Pontifice maximo impetraturus, nec uerendum est ne non res ipsa facile impetrari possit, sed ne quid intertrimenti longior mora afferat. petijt ille à me, ut pro nostra mutua beneuolentia ad aliquem meorum scriberem, cum quo uetus mihi amicitia intercederet, ut si quid is unquam mea causa uoluit, nunc demum id uelit, ut omni studio & diligentia det operam, ut id negotium quam primum expediatur. Ego, qui tantæ necessitudini nec recusare potui quicquam, nec debui: conscius mihi ad hæc perpetuæ meæ erga amplitudinem tuam obseruantia, nihil ueritus sum totum hoc negotium illi commendare, quæ si me amat, si quid unquam uoluit à se profectum, quod tuo Sabellico & gratum esset & iucundum, hoc mihi det rogo: ut quarum istuc gratia & autoritate ualeat (ualeret autem ut audio plurimum) diligenter curet, ut res ipsa quam celerrimè ad exitum perducatur, erit id mihi uehementer gratum.

M. Anto. Petro Marſo.

Si amicorum sunt omnia communia, iam tempus erat ut ex ea gratia & autoritate, quæ ob amplissimas uirtutes tuas in ista luce hominum tibi parta est, nos quoque, etsi longè absumus fructum perciperemus aliquem: nisi fortè omnia ciuitatis iura nobis diuturnum hoc possit minimum ademit. Quod si lege prohibeor, impetret hoc abs te rogo humanitas, ut Benedicte Permarinus, quo in hoc Italiæ flore omnium familiarissimè uxor, sentiat me tantum abs te amari, quantum ipse prædicare soleo. Is Romam scribit rem nescio quæ impetraturus, & quia non ignoras quantum in indagine ista aulica ualeat uel minima temporum momenta, da operam, si me amas, ut quantum in te est id negotium in alterutra partem qua celerrimè expediatur. Erit id mihi non tantum gratum, sed uehementer etiā iucundum. Vale.

M. Anto. P. Marſo.

Scripteram nuper iam tempus esse ut fructum aliquem ex ista gratia & autoritate, quæ tibi Romæ quaesita est, uel absens perciperem, huiusmodique persuasione fretus tecum per literas egi, ut Permarini hominis mihi amicissimi negotium susciperes, susceptumque, quod tuo commo do feret, nobis comsectum redderes. et iam in hanc unā expectationem erecti, breui futurum arbitrabamur, ut ex tuis literis cognosceremus quid actum esset, fuitque expectatio illa non magis longa quam uana. Non possumus non suspicari nostras literas tabellariorū incuria siue fraude intercidisse, nam te non potuisse id perficere, aut noluisse uix crediderim. Quod Deus optimus eos male perdat cum sua perfidia. Nunc ne non omnia amico præstitisse uidear, iterum scribendum duxi, ac pro nostra ueteri amicitia ab humanitate tua petendum, ut si quid unquam nostræ amicitia datum uoluisti, hoc ipsum in præsentia uelis, ut libellus, quem amicus Pontifici maximo deferendum ad te mittit, quantum in te erit quam primū in alterutram partem expediatur. Erit id mihi profectò tam gratum, ut nihil esse possit gratius. Tu rogo per literas nobis significes, quid actū sit, aut quid fieri possit, & si res ad exitum perducatur contigerit, quid ad uos pecuniarum mitti oporteat fac ut sciam. Vale.

M. Anto. Robabello antiſtiti.

Quam uetus mihi consuetudo intercederet cum Benedicte Permarino uiro quum satis erudito, tum quod

quod in amicitia magis spectandum puto, moribus & uita integerrimo, ex ijs literis, quæ à me nuper sunt tibi (ut arbitror) redditæ, abundè intelligere potuisti. Essem ego omni amicitia indignus, nisi hominis amantissimi, meique studiosissimi causa, omnia uellem, quæ honesta sint. Miserat ille libellum supplicationis Pontifici maximo deferendum, rem modicam (ut ipse ait) ac parui ponderis impetraturus: in quo negotio conficiendo, tuam operam per literas requisui, ut ea auctoritate, qua merito in ista luce hominum polles, siue per te (nisi temerariū fuit id petere) siue per unum aliquem tuorum efficeret, ut res ipsa quam celerrimè expediretur: nobisque, si gnificandū curares, quid actū istuc esset, aut quid demum fieri posset. Cæterum quia nullas de ea re literas ad hunc diem accepimus, non possum non sollicitus esse, præsertim quū intelligam amicū de euentu rei uehementer esse sollicitū. Nunc quando mea uetus in te obseruantia, multo maiora de officio & humanitate tua sibi pollicetur, superest ut merito suscipemur literas (quod sapius euenire solet) uobis non redditas tabellariorū ignauia, aut illorum incuria intercidisse. Quorum alterutrum amici commo dum æquè impedire potuit. Quod si sic est, iterum abs te peto, ut pro mea in te obseruantia quam tuncque est hoc negocij uelis mea causa suscipere, susceptum tua prudentia & integritate, ex amborum sententia ad exitum perducere. Des que tui Sabellici precibus, quod dat ille amicitia. Libelli exemplum cum his literis, tabellariis istuc attulit. Illud etiam atque etiam à te precibus contendo, ut si hæc amico operam exhibere, aut nolis aut maioribus curis occupatus non possis, id saltem tuis literis mihi significandum cures, ne diutius uana spe tætam frustremur necessitudinem. Vale.

M. Anto. Sanctonino ſuo.

Conueni quem per me conuentū uoluisti, usque sum ea commendatione, quæ ualde diligens esse potuit. Sed tu quid supra modum sollicitus es? aut quum in portum nauiges, cur auram requiris? res tibi in tuto est: idque ita exploratū habeo, ut nullam in te solitudinem sim amplius laturus. Verum audi quid acciderit. Ego ad officium admissus, ubi quosdam adesse sensi, qui tuæ rei minus fortassis consultum uoluissent, paululum dubitauit, petere ne debere rem secretum, an aperta uti commendatione. Cæterum multo satius uisum est, his audientibus antistitis animum periclitari, qui si quid aduersus te ante dixissent, eorum fides nostra prædicatione leuior fieret: sin dicturi uenissent, quo minus id facerent, illis pudor imponeretur. Quidvis nihil dici potuit quod ad tuam laudem pertineret, quod non tam patienter illi audierint, quam ego libenter dixi. Est & ipse præsul optimus clementer (ut affolet) meum in te testimonium complexus. Veruit me deinceps de tuo commo do & dignitate laborare, quando tua uirtute & mea commendatione satis esles sibi commendatus, nullum fore tempus pollicitus, quo non libenter de tuis sit commo dis cogitaturus, enixeque facturus, ut omnes intelligant, nihil te uno esse sibi charius. Sic ille plerisque, qui officij gratia aderant audientibus. Sis bono animo, negotiumque tibi ex sententia confectum puta. Compellam in uestibulo domus antistitis scribam, eius animum exploraturus, cui cum multa de tua humanitate et eruditione prædicassem, non solum assensus est, sed restatus etiam omnes in te spem collocasse suam, utpote in eo, per quem sciat se & scribendo & agendo haud mediocriter profecturum. Vale.

M. Anto. Barzizio Brixienſi.

Impièntem magis an improbè fecerit, qui Fabium Quintilianum accusauit, alij Barzizi uidebunt. Ego nefaria istius accusationis capita ad eò ab initio con

tempſi, ut ne Leontinus quidem Gorgias, qui accuſatoris ipſius aut ciuis aut conterraneus fuit, me iudice damnare potuerit. Sed quàm ille improbus, tã Bonifacius municeps tuus frugi & officioſus, qui alterum Romanæ eloquentiæ lumen à calumnia uindicare est conatus: tenuissetque fortassis propoſitum, si meliore uſus eſſet ſto macho, cui dum ſuæ nimum cauſæ ſtudet, temperare non potuit. Vellem præterea Fabium deſenſum, Ciceronem in crimen deuocatum nollem, quanquam ſic quoque amplianus magis erat Fabius, quàm abſolendus, niſi Brixia in hoc uno genere laudis Vicetiæ æmula, cæterum in alijs nulla clariffimarum urbium inferior, te noſtri temporis Palemonem tuſiſſet, qui duorum eloquentiæ antiſtitum arbiter factus, Gordij nodū ſolueris. Gratulor itaque tibi cum iſtud ingenij acumen, tum ſingularem eruditionem. Habeo & ago tibi non uulgares gratias, non meo magis nomine, quàm omnium, qui Fabij nomen colunt, quod dicitur magis inuidioſam quàm uilem è medio ſuſtuleris: Superest, ut quemadmodum cœpiſti pergas bonarum artium ſtudia et tueri & augere. Sabellicum tui ingenij fauorem uel ob hoc iplum, quod res tuæ ei cognoscendæ tam familiariter tradidiſti, habebis omni tempore. Vale.

M. Anto. Barbauaro ſuo.

Scio ego me tibi uel negligentia uel ſuperbiæ crimine ſatis eſſe ſuſpectum. Sed multo ſuſpectior eram Barbauare futurus, niſi tempus appeteret, quo Chriſtiana pietas ſuadet de confeſſione cogitare, per quam opus eſt errata confeſſeri, confeſſa corrigere, correctâ in melius mutare. Videbar (fateor) mihi inhumanè inimiſ, ne impiè dicam feciſſe, quod te uirum officioſum, mei cupidum, ſtudiorum fauorem, tã longa & indigna mora torſerim, uanaque meâ rum literarum ſim expectatione fruſtratus, ſceluſ piaculari hoſtia dignum. Quapropter merito habeam inſeſtos omnes, quibus curæ ſunt iura amicitia, qui humanitati & officio ſtudent. Sed audi, quanto maiore inuidia quàm culpa hoc tibi ſim nomine ſuſpectus. Primum enim quantum hic negocium ſuſtineam, ut puto non ignoras. Difficile eſt publicè profiteri, ſed publica ſcribere multo difficilius. Accedit ad hoc aliud opus longum, uarium, perque omnia uetultatis ſpacia diſuſum, inexhauſtū, & quod maiore ambitione quàm officio ſuſceptum merito uideri poſſit: Id ad eò me ſibi torum uendicat, ad eò exercet, ut non modò quid deceat non uideat, ſed quis ſim etiam uix ſatis intelligam. Quod ſi uoluntate non euentu homines peccare creduntur, tã longè abeſt Sabellicus à crimine, quàm qui uis alius inuitus peccans longiſſimè. Debes igitur huic noſtro ſilètio dare ueniam, tam enim inhumanum eſt (ut arbitror) exigere ab amico officium, quod præſtari non poſſit, quàm quod debeat non reddi. Cæterum in hac curarum fluctuatione quoties tuæ literæ ad me perferuntur, non ſolū non iniucundæ ſunt, ſed leuamento etiam maximo accedunt: ad eò ut uix credas quanto ab illarum lectione fortior alacriorque ad inſtitutum opus ſat reditus, uel quia tam uiriles & robuſtæ ſunt, ut ad laborem perferendum animimum uehementer confirmant, uel quia ad eò ſuaues & iucundæ, ut mens illis demulcta non ſentiat laſſitudinem. Vale.

M. Anto. Mauro ſuo.

Gratulor tibi & academiæ, quod d unius ueterani induſtria tot ciues poſtliminio ſint uno tempore recepti, quos uel ex eo fortiſſimos eſſe uiros iudico, quod eorum plerique, ut index ad nos miſſus demonſtrat, & tu diſerte ad me ſcribis, optimi ſunt agricola. Sed uide ne longa iſta nomenclatura Chalcidenſis ſit hoſpitiæ cœna, quod nefas ſit credere, quum in re tam ſeria comicum ſim teſtem nactus.

RRR. Supereſt

Supereft igitur ut tu & ceteri studiorū fautores enitami, ut illi uniuersae ciuitati nō uni restituti uideantur. Sicut in foro, frequentet hominum cœtus, sint quāplurimis adiumento. Cauere ne in his restitendis uersura quaedam, non assertio facta uideatur. Satius fuisset tales uiros non restitui, quā si ad hoc ipsum restituti sint, ut uni aut alteri seruiant. Sed quid ego hoc abs te contendo, qui utinam tam posses in medium consulere, quā uelles. At potest Barbauarus noster, possunt alij, quos scio tibi tua Minerua ad hunc diem conciliatos, cum his agas: hos hortare, precibus fatiga, ut si fieri potest tātorum ciuium nomina in albo referantur. Sed quid referantur dixi? immō impressoriae potius officinae inferantur, quod æquē erit & alijs gratissimum, & ijs, qui auctores fuerint laudi & ornamento. Scripseram ego ad te hæc & obignaueram, quum de Georgij Alexandrini uiri clarissimi obitu ex tuis literis cognoui. Non potui non dolere communem uicem, quod ueteranum celebrem atque omnium consensu sæpius donatum amiserit Academia, præsertim quod iam senio confectus frequens adhuc circa signa esset, uel quia militaria munera obire poterat, uel quia posse uideri uolebat. Sed mortalis erat, eaq; lege nat⁹, ut fatali pareret necessitati. Vale.

M. Anto. Harmonio suo salutem.

Quod ita demum euenerit, ut ego & tu, ut ambo uolebam, gratulor tibi, ut debeo, mihi gaudeo: & sic ita uiuam, ut eo de quo ad me scribis, incoluim uellem te omnia consecutum. Tu mi Harmoni facis sis, qui in rebus tuis non minori tibi præsidio fuisse uidearis, quam fortuna esse possit, quæ est prudentiæ comes & pedissequa. Ea tecum cogita, ea meditare, quæ tibi, quæ Mestrensis tuis commodo sint & honori. Me quidem semper habebis, cui omni tempore æquē charus sis ac patri. Sed hæc melius quum uia erimus, erimus autem (ut spero) læpissimè. Iam dudum enim cogito succisuis temporibus, istuc aduolare. Tu rogo, si quæ uales gratia istuc, compara mihi & tibi locum aliquem suburbanum, ubi festis diebus recentem captemus auram, ac sub umbra cum domesticis cœnitemus. Manebunt omnia cultoribus ipsis mea cura & diligentia intacta, adero hesperius serpens, umbra, cœlo & aqua contentus. Nec te interea rei cuiuspiam satagere oportebit, tua contentus præsentia & comitate. satis mihi lautè epulatus uidebor, quum te conuiuiam fuero fortitus. Urbana esculenta istuc macum aduocata influent satis abundè cœnam. Vale.

M. Anto. Harmonio.

Tui agelli primitiæ fuerunt mihi quā gratissimæ, non quia missas uellem, satis enim superq; abs te habeo, quod nostri memoriam tenes: sed quod à magno animo, gratoq; sunt profectæ. Tu scito eas multo maiore, gratioreq; animo quā missæ sint à Sabellico esse acceptas, qui unus omnium amicorū officia plus æquo & celebrare solet & illustrare. Sed hæc non eō tendunt, ut uelim te posthac ad me quāpiam mittere, nisi forte mercenarium amicorū iudicis. Quod si hoc nomine me tibi suspectū sensero, ualebis. Venetijs tertio nonas Aprilis.

M. Anto. P. Marso suo.

Quo meo fato hoc fieri dicam? aut qua mea potius culpa? quod ex isto tuo successu, fama, celebritate nullus ad me fructus ad hunc diem peruenerit? Cur non omnia amicorū communia? aut si communia, cur non omnibus? Sæpius ad te scripsi, ut negotium hominis mihi amicissimi susciperes, nec res multi fuit laboris, quæ cum tenuis erat, tū meo iudicio ualde æqua & ob id fortasse imperarum non difficilis. Cæterum incuriāne tabellariorum literæ illæ intercederint, an istuc perlatæ nullius apud te ponderis fuerint, parum compertum habeo. Tan-

tum affirmare possum, expectasse me diutissimè, ut ex tuis literis cognoscerem, quid mea causa facturus esses, fuitq; mora illa longa quidem, sed non magis longa, quā irrita. Experiri constitui quanti in ista fortuna ueterem facias amicitiam, qua fretus peto à te, ut si unquam aliquid mea causa uoluisti, hoc maximè uelis, ut per te aut per amicorū aliquem à Pontifice Maximo impetretur, ut Sebastianus Bonus, iuuenis optimus, qui nō nihil dedit mihi operam, nunc demum sacris initiatus, ad sacerdotium promoueri possit. Est is (ut mihi dicitur) & ipse sua prædicatione affirmat, primum & uigessimū uitæ annum ingressus, quæ plerique ætate id nuper rimè impetrasse dicuntur. Quare mi Marse da operam, ut per te nos quoque istuc aliquid potuisse uideamur: nihil magis cupio, quā ut hoc negotium ipsi adolescenti optimo, meiq; studiosissimo, ex utriusque sententia conficiatur. Ex omni Veneta iuuentute nemo est, qui me diligentius obseruet, quo fit, ut de eius commodis & ornamentis non possum non uehementer esse sollicitus. Tu si me amas & hoc suscipe negotium, ac susceptum ita cōficito, ut cum Sebastianus ipse, tum ceteri intelligant me nemini scribere potuisse, qui mei aut amantior esset aut amicorū studiosior. Fac rogo ut ex tuis literis intelligam, quid fieri possit, & si quod spero te nobis confeceris, gratissimum erit, si & impendij rationem habueris (est enim adolescens non minus pauper quā bonus.) Verū quoquo modo res cōficietur, dabis is sedulo operam, ut ad quamcunq; uolueris mensam uobis istuc pecuniæ representetur. Includi his literis libellum, quem mihi dedit, eo in supplicatione formanda uti poteris. Commendo tibi totum hoc negotium ita, ut magis commenda dare non possim. Pomponium nostrum saluto.

M. Anto. Harmonio suo.

Habes Harmoni exemplum literarum, quas iam antea ad te dedi, testimonium mei in te perpetui amoris, uel comico locupletius. Nunc quod ad istud celebre spectaculum inuitas, & habeo & ago tibi gratias. Veniam credo, nisi maius aliquod negociū nostrum ad te cursum remorabitur. Tu nobis interea & in urbe podium & hortis sibadium para.

M. Anto. Antonino Tubicinū.

Commendaui tibi hoc anno per literas Felicem Vlmicum, qui eo consilio Venetias uenit, ut mihi daret operam. Rescripti isti ad me non minus clemēter quā ab initio opinatus sum, estque tua pietate, horumque patrum permisso, qui hunc Minoritanā locum Venetijs curant, Vlmicus consecutus, ut suis sumptibus in hoc cœtu fuerit ad hunc diem, studioque literarum satis commode operam impendit. Nunc (ut audio) nouo decreto excluditur, non suo aliquo flagitio, nec quia molestus sit cuiquam, sed quod in id conspirauerint omnes, ne contra præscriptum sit hic aliquis, qui priuatis uiuat sumptibus. Ego non quæstum, qui nullus sanè ex ea re experitur, sed officium & pietatem secutus, & hoc anno iuuenem ipsum tibi uir pientissime commendaui, & nunc cum maximè opus est maiorem in modum commendo, oroq; & obtestor, ut si mea causa ab initio Felix tuæ fuit præstantiæ commendatus, posthac quā commendatissimum habes, ut si sua religione uestraq; dignitate incoluim fieri possit, sit ille hic bona omnium uenia ea conditione, qua fuit antea. Vel si id dari non potest, quia decretum mutari non possit: sit saltem is honesto aliquo loco hic Venetijs tuo permisso, ut per ocium studijs literarum, quorum mira cupiditate tenetur, operā impendat. Erit mihi id non minus gratum, quā si id beneficium in me ipsum conferretur. Vale.

M. Anto. Guliolo suo.

Mistyllus, qui has meas tibi attulit literas, meus est

meus est contubernalis, immō ut uerius dicam famulus, si famulus dici potest, qui totam procurat domum. Nam quod ad me attinet, tam hercules ab omni domestica cura absum, quā si res ad me nihil attineret. Ille regit cunctos, illi sunt omnia cure, agnoscis credo tui Tibulli carmē, & si paululum in flexum. Venit is Hunnium litem inchoaturus, quā prius absolutam, quā inchoatam uterque nostrū uelit. Commendo itaque tibi, tradoque totum hominem. Tu si me amas & si te amari à me non ignoras, fac rogo ut quāprimum ille ad me reuertatur. Totam rem ipse coram melius exponet, assert tibi, ni fallor, causam non modò æquam, sed ualde etiam probabilem & quæ, si fauor ad sit, facile sit exitum habitura. Mocenicus prætor uir omnium optimus ita se facturum recepit, ut quā breuissimè audiam in alterutram partem iudicatum, quod ut ritè fiat te oro plurimum & obtestor. Ex omnibus com modis, quæ ex tua ista celebritate & eruditione in me aliquando redundare poterunt, hoc erit maximum, longeq; gratissimum. Vale.

M. Anto. Petro Sabino.

Literas, quas ad me dedisti libenter legi, multoque libentius operam meam adolescenti, qui eas attulit accommodassem, si quid fuisset, in quo ille à me iuari potuisset. Sed nescio quonā modo hic domesticis præceptores hodie uulgò sordescunt, quod haud dubitè ipolorū culpa fit, q̄ alienā domū ingressi primū omnī illud obliuiscuntur, nisi ararū. Non quid deceat uident, nō quid præstari oporteat, faciuntq; ut & ipsi digni odio sint, & quorū testimonio usi sunt leuior fiat auctoritas. Tales quidem multi reperti sunt, is uerò, quem ad me misisti, neque improbus est (ut uideo) neque sibi defuisset, si honesta aliqua quæri potuisset conditio. Sed mutata est, cre de mihi, illa aucupij ratio, quæ te cum multis fecit diuitem. Verū extranea illa multo melior quā uerbica, & ut breuiter dicam, non literæ fastidiantur, sed mores. Quare si me amas, desine aliquando tuos farfaricolos, uelut turdellas uoconianā oliueta depastatas tam procul ablegare, qui longo itinere, multa que maris iactatione huc delati, me sollicitudine & anxietate conficiunt, quum eorum desideria neque explere. Expecto extranea pigrammata, quæ mihi ultro detulisti, cupio & opto amicos in exhausti huius laboris portionem aliquam sortiri, ut si qua laus inde expectanda est, sit ea mihi cum illis communis. Vltime sextæ enneadis liber nunc in manibus est, & iam tertio Ianum clausimus. Andreas adolescens (nisi me frons fallit) optimus erit apud te nostræ lucubrationis testis, ipse quid hic agatur melius corā dicet, quā ego in tanto negotio per ocium significare possim. Vale, Venetijs.

M. Anto. Felici Montopolitano.

Admonitus nostræ ueteris amicitie inhumanè nimis, ne impie dicam fecissem, si Andream municipem tuum sine meis ad te literis dimisissim, eū uenientem tua causa sum suauissimè complexus. Fuitque hic mecum totum triduum non iniucundè, etenim quoties illum uidebam, subibat animum Felicis mei felix memoria, tantò quidem iucundior, quanto ex longo nostræ consuetudinis interuallo desideratur. Nunc tantum habeto esse te uno nihil mihi charius, præstariq; à me tibi perpetuum nostræ ueteris consuetudinis affectum, quod tu quoque ut facias te uehementer oro & obtestor. Quis hic sim & in quo statu sint res nostræ, Andreas, qui has meas tibi attulit literas, abudè docere poterit. Vale.

M. Anto. Nicolao Sauorgnano equiti.

Petisti à me hoc anno postridie ni fallor eius diei, quo ad Gemellorum ædem publicè oraueram, ut funebri illius orationis exemplum tibi cognos-

scendum traderem. Eram ego tunc ita morbo affectus, ut quis essem, quid dū pereret parum omnino intelligerem. Pollicitus tamen fui fore, ut quāprimum à febre conualuissem, actionem illam Cario nostro à manu dīctarem, nam ex scripto ad dicendum procedo ferè nunquam, præstitissem que ego quod fueram pollicitus paucis diebus, quibus meliusculè habere ceppi, scripseratque iam actuarius typum, quum patricius quidam iuuenis meaurerum (ut ipse præ se fert) non mediocriter cupidus, mihi adhuc cubanti fortè absidens libellum, qui in proximo erat, intruit familiariter, ut debuisset, legendum arripuit, petijtq; in duas horas sibi copiam fieri totius rei per ocium cognoscendæ, futurum pollicitus, ut continuò per domesticum puerū illum ad me remitteret. Sed audi quid acciderit: Domum reuersus subitis à patre nuncijs excitus in Patauinum agrum concessit. Fluxerunt itaq; plures dies mihi eius reditum expectanti. Interim totius rei argumentum excidit animo adhuc ægro, recentique morbo uacillanti, ademptaque per hæc iterū dictandi facultate necesse fuit hominem expectare, libelloque duos post menses recepto, dedi operam ut confestim tibi exemplū inde exciperetur. Quod si tardius quā uolebas, & ego destinaram ad te defertur, non mihi, qui semper tuæ uoluntati satisfactum uolui, sed necessitati ascriberis, cui nemo sapiens repugnat. Est apud Mocenicum prætorum Daniel Cremonensis, uir Græcè & Latine egregie doctus, & quod in paucis sit reperire non minore modestia quā eruditione. Is celebritate tui nominis, meaque prædicatione adductus, te aliquantò prius colere cepit, quā uiderit. Facies quod tui moris est, si in eo uiro studia bonarum artium, quorum semper fauor fuisisti, eximiamque humanitatē complexus, hominem ipsum in tuorum numerum receperis, receptum & amare & fouere perseveraueris. Est certè dignus tua amicitia, dignus quem tu & omnes, qui bonis artibus fauent studio & beneuolentia prosequantur. Contenderem ego id abs te pluribus, nisi certè scirem hunc, de quo hæc scripsi, iam inde ex quo Vtinum uenit cepisse tibi esse non iniucundum, quum propter studia literarum, quæ in omnibus æquē fouisti semper, tum quia Mocenico uiro clarissimo, cuius uirtutes omnes meritò mirantur sit non ingratus. Vale.

M. Anto. Andreae Moccenico.

Si uales, bene est: Academia, quam elegantī carmine hinc profecturus salutasti pulchrè ualer, estq; hodie frequens ut si quando aliàs, sæpeque (ut mihi dicitur) urbanissimus ille tuorum æqualium cœtus de te suauissimè loquitur, tuamque suspirat absentiam. Sed tu potius uiue in ista locorum amenitate, Caietanique disertissimi Musæ fructu, me absentem habes, cui æquē sis atque illi omni tempore periucundus. Marius mihi prædicare non desinit, quā humanè abs te & fratre tuo adolescente ornatisimo fuerit istuc acceptus, quo sit ut nisi ingratus sim, tantum ambobus debere uelim, quantum Venetæ iuuentutis nemini. Vtinam is sim, quem omni tempore & gratum uirum experiamini, & eorum, quæ in me & filium contulistis non immemorem. Vale.

M. Anto. Caietano suo.

Quod de Mistylli nostri negotio nō minus laboras, quā si res tua esset: tuum in me studium & humanitatem intelligo. Estque id mihi, quod non iniucundum tibi fore arbitror, æquē gratum, ac si per te causam absens tenuisset. Sed tu optimos artifices imitatus, qui caput cæteraque delinasti uigilantè, ac quantum potes epirere, ut Mistyllus mihi reclus & sartus aliquando restituarur. Commendam tibi iterum hominem, adderem & preces, nisi

RRRr 2 nostræ

nostrae amicitiae fieret iniuria, fieret & fidei isti qua tu tua sponte me & meos omnes colendos & ornandos suscepisti. Quod Marium meum istuc uenientem & tu & Mocenici fratres adolescentes ornatisissimi tam humane accepistis, non reperio (quod uix futurum putarem) quibus uerbis agam uobis gratias. Difficile est dictu quantum ea res me uobis deuinxerit, & nunc quod possum praesto uobis non ingratum eorum, quae fecistis memoriam. Vtinam is demum sim, in quo uestrum studium optime collocafe uideamini. Ambrosius, qui hastibi attulit literas, est mihi ueteri familiaritate coniunctus. Trado tibi totum hominem, eumque si tua aliquando uolet uti opera, habeas rogo quam commedatissimum. Si in scribendo non sum tam frequens & arduus uel les, meis id occupationibus dato. Tu quam saepisime, quod tuo commodo fiat, ad me scribas uolo. Nihil tuis literis libentius uideo, quae quo longiores sunt, eo quidem suauiores. Vix credas quantum illarum, quas dedisti, breuitas legentem offenderit, quippe quae subito haustu non modo non extinxerunt tuarum rerum sitim, sed maiorem etiam multoque ardentiorum excitant. Vale, & me ea commendatione, quae ualde sit diligens clarissimo praetori uestro, communique domino etiam atque etiam commenda, cui absentem gratulor, quod una omnium uoce constantique praedicatione, tam sapienter & moderatè prouinciam istam hodie administrat, ut non mortalis homo, sed è caelo Deus quidam missus uideatur. Vale.

M. Anto. Constantino Ciringiochio suo.

Esti de singulari tuo in me studio nunquam dubitauit, pergratum tamen te mihi fecisse scias, quod per literas mihi significasti, illud nobis integrum manere, atque id esse, quod neque absentia, neque consuetudinis nostrae intermissio ulla labefactare possit. Fecisti me hercule quod te facere uolebam. Tu Constantine mihi fac quod facis, custodi ac tecum serua hominis tui amantissimi memoriam, à quo non amari tantum, sed suauissimi quoque fratris loco haberi te non ignoras. Caeterum quod ad studium tuum attinet, non est cur haec, quae semel damnasti studia, respiciens, horridulum illud propositi studij tyrocinium, formides. Maluissimè te non initiari, quam illuc uelut damnatis sacris in prophanum recurrere. Quamquam, dii boni, quid in istius scientiae cultu est tam arduum, aut tam difficile, ut animus in uestibulo ipso herens ad secreta demitti recuset? Immo age, illudque tecum cogita uirtutem ubique in arduo esse, difficilemque esse uiam, quae ad illam ducit. Non sit magnum facinus: nostri caetera. Xenophonius ille Hercules non perignauit & desidi am, sed per labores & industriam ad uirtutem sibi fecit aditum. Quamquam ne labor quidem ullus in istius scientiae acquisitione tam arduus esse potest, qui te à tam pulchro instituto debeat auertere. Adde quod nil est tam durum & arduum, quod industria, studio et diligentia non mollescat. Etenim uel hoc nomine naturae non parum debemus, quod nihil humanae industriae negatum uoluit. Quod cum ita sit, turpiter desperatur (quod nescit) quod fieri possit. Illud etiam non nihil est, quod licet uirtus per se sit expetenda, nescio tamen quonam modo ad illam libentius properamus, si qua spes praemij in arduis nitentibus proponatur: quae quod maior est, eo magis nos ad illam anhelare inuitat. Illud etiam confideres uolo, si tibi non defueris, ad quantam te laudem compares, quam tibi tuisque profuturus sis, quam etiam uniuersae patriae, quanta denique cum laude & celebritate in ista forensi luce uicturus sis, si eam quam de te concitasti opinionem non fefelleris. An ignoras quantum sibi placeat uicinus tuus ille (scis quem dico) quum nobilium clientum

comitatu ex foro reducit. Pulchrum est (credemini) domum suam ex priuata publicam fecisse, ex ignobili illustrem, ex inopi diuitem. Et breui, quid preclarus uideri potest in bene instituta ciuitate iuriconsulti domo? unde uelut ex oraculo quodam, omnes ciues consilium expetant. Sed quorsum haec tam multa? quia uisus es his literis, quas ad me dedisti, incredibilem quandam animi imbecillitatem praete ferre, atque in ipso studiorum limine haesitare. Sed quid haesites? quin age, teque ipsum ad cultum sapientiae hortare, adiuua, extolle atque ad laudem istam iacentem animum erige. Nihil (ut aiunt) uolenti difficile: uincit omnia labor improbus (ut poetae eminentissimi carmen testatur) & ne longior sim, hoc habeto, nihil esse tam difficile & arduum, quod industria & diligentia, quum uolueris, non facile sis consecutus. Quod ut facias, ego & tui omnes, quibus charissimus es, abs te magnopere commendamus. Vale.

M. Anto. Guliola.

Erat adolescens, de quo ad me scribis, satis mihi commendatus, quum patris sui, tum patris causa. Nunc tua diligens commendatio fecit, ut hodie sit mihi quam commendatissimus. Tu quando in rebus tuis nullus mei usus est, in amicis quid tua causa uelit Sabellicus quandoque experiare. Nam quod ad ipsum adolescentem attinet, dabo operam, ut indies magis intelligat nullius commendationem apud me maiori sibi adiumento esse potuisse, quam ea, quae sit à meo Guliola profecta. Qui si plane perspicit se à me amari, si coli, potius hoc unum rogo, mei in se amoris reddat hostimentum, ut Mistylli nostri Aquileiensis causam, quam maximo potest studio & diligentia nitatur ad exitum perducere. Erit id mihi tam grati, ut grati nihil esse possit. Vale.

M. Anto. Caietano suo.

Ego Mistyllum absente me uehementer desidero, ac dum illum in diem & horam expecto, annus est. Sed tu *quid* hoc mihi des, rogo, ut in alterutra parte eius negocium ad exitum perducatur. Audeat ego id per literas petere, & à praetorio legato uero integerrimo, qui quum hic esset perhumanè me complexus est, ac sua sponte pollicitus fore, ut omnia ista esset mea causa facturus. Sed quum non me lateat, quid in isto foro Caietanus meus possit, immo quid uelit sui Sabellici causa, superuacuum duxi alterius patrocinium implorare. Tu pro nostra mutua beneuolentia quantum potes enitere, ut Mistyllum mihi quandoque restituatur. Vale, & quid actum sit, aut quid fieri possit, si tuo commodo fieri potest, fac ex tuis literis intelligam.


MARCI ANTONII

SABELLICI EPISTOLARVM

rum familiarium liber

quintus.

M. Anto. Iacobo Porpetano.



Vid ego tecum excusam domesticij huius angustiam? quae non minus tibi nota est, quam mihi ipsi, qui eam iam sextum annum stomachari non desino. Sed cum semper alias, tu hodie tam arte et angustè habito, ut iam cenatio sit in cubiculo uersa. Quod mihi accidit, dum uni atque alteri amicorum (nam mercenarius esse nolo) cupio satisfacere. Id in causa est cur adolescens, quem ad me cum tuis literis misisti, non sit à me in contubernium acceptus. Pollicitus sum tamen, si aliquando poterit id dari, futurum ut quum tua, tum matris tuae foeminae nobilissimae causa,

causa, quae de eade re ad me pluribus scripsit, nemo sit mihi ipsi adolescenti praefereendus. Quod si nunc uel minima occasio adesset, abundè expertus esset nullius commendationem apud me plus sibi prodesse potuisse, quam eam quae à meo esset Porpetano profecta, cuius causa (nisi ingratus sim) omnia uelle debeo. Vale.

M. Anto. Bodegano suo.

Parum prudenter facis, quod precario impetratum uelis, quod tuo potes iure exigere. Nam nisi omnia tua causa uelim, aut inhumanus sim, aut suauissimae amicitiae immemor. Quin & potes quidè & debes tuo iure mecum agere, si quid sit, in quo mea opera tibi aut tuis utilis esse possit. Excepissem ego adolescentem, de quo ad me scribis, fuissetque Bodegani mei causa tam mihi commendatus, ut nullius literis plus esse poterit: nisi ostrearem coferti, & (ut sic dicam) castellatim, ego & qui pauci hodie mecum habitarem. Nosti domicilij huius angustiam, sed si aliquando leuabor huiusmodi taedio, habiliorè domum sortitus, dabo operam, ut ille apud me sit, in cuius uita ornanda spero futurum, ut & hidem tui Sabellici & operam sis, ut si quando aliàs probaturus. Vale.

M. Anto. Guliola suo.

Accepissem libenter adolescentem, qui cum tuis ad me literis uenit, fuissetque nihil grauatè à me domesticorum numero, te id petente, ascriptus, nisi tam incommode habitare, ut uix ijs paucis, qui mecum sunt, uaceret locus. Quod potui igitur detuli, ut si quando acciderit, ut apud me commoedius esse possit, tu fore ut neminè sim illi praetaturus. Interea si quid est, quod nostra opera tibi utilis esse possit, utere tuo Sabellico. Mistylli nostri causam tibi etiam atque etiam commendo, de cuius euentu non possum non uehementer esse sollicitus. Gratissimum mihi feceris, si in uniuersum quid de tota causa sentias, per paucis ad me scripseris. Nam quicquid te in ea causa sentire cognouero, id uerissimum putabo. Vale.

M. Anto. Guliola suo.

Accidit propemodum mihi, quod & seni illi comico, qui apud Aristophanem gloriatur tenaci se esse memoria, in ijs quae sibi deberentur, caetera facile obliuisci. Etenim quod ad eorum alterum attinet, quid tibi deberem iam propemodum obliuiscerem, quod uero ad domesticum usum pertinebat, satis memoria tenebam: atque, circumspicere ceperam, ut unum aliquem in contubernium cooptarem, qui in Mistylli defuncti locum à me surrogaretur. Tercentini interim istius, de quo ad me scribis, sanè immemor factus, non quia non illi tuo nomine consultum uellem, sed quod curarum fluctibus penè obrutus, minus interdum, minusque mihi consto. At satis feliciter celsit, quod re adhuc integra tuis sim literis admonitus. Quando igitur adolescens iste tantopere optat mecum esse, Guliolae meo & caeteris amicis libens hoc damus, deferimusque illi conditionem, ut Mistylli demortui loco rem domesticam diligenter curet. Me publicè & priuatae audiet, nostra bibliotheca, etsi permoudica, suo poterit arbitrio uti. Et gaudeo hic omnia cum precio tantum *uoluptatis* in medium conferet, quantum Guliola meus conferendum duxerit. De eius institutione nihil polliceor, malo tibi officium meum re, quam uerbis probare. De fide illius & integritate ut nihil ultra quaerem, tuarum literarum fecit testimonium, quod apud me uel sponforis Crasi habet instar. Bene uale.

M. Anto. Porpetano suo.

Eram ego quaesiturus alium quemdam in Mistylli nuper defuncti locum, quum tuè ad me literae reditae sunt: & quia nihil est, quod non tuo iure à me impetrare possis, quemadmodum & Guliolae scripsi, defero conditionem, quam tantopere optastis, Paulonio isti Tercentino, de quo ad me scribitis,

Sed ea lege defero, ut omni domestico ministerio eam mihi nauet operam, quam ille qui nuper est mihi, nescio fatone dicam, an occulta quadam potius fortunae inuidia, adeptus. Vix Porpetanus meus credat, quam omnia fortuita in eius morte euenirint: locus, tempus, medicorum inscitia, crux ueteri cicatrice uiolarum: quae res effecit, ut de eius salute ab initio medici ceperint dubitare. Sed ille perijt quando (ut uideo) periturus erat. Hic, qui ad me est uenturus felicius, ut spero & opto, multoque auspiciatius det operam, ut paucis diebus mihi adsit. Maturato opus est, si mecum uult esse, nã & alij id quaerunt. Fac quare ex tuis literis intelligam an sit uenturus. Si uenerit curabo, ut tua & aliorum commendatione sentiat se non frustra huc uenisse. Nos Dei benignitate rectè hic ualeamus, cupimus uos quoque saluos esse. Matrem tuam & domesticos saluto. Venetijs.

M. Anto. Bodegano & Sanctonimo suis.

Quid à me precibus contenditis, quod uestro iure exigere potuistis? Satis erat intelligere uos, uacare hic locum, caeterum de eo non magis meum erat, quam uestrum statuere. Scripserant de eodem adolescente ad me nuper Porpetanus & Guliola, quibus rescripti me amborum causa esse omnia futurum, secutus non minus tuam quam illorum uoluntatem. Nunc curate, ut is qui ad me uenturus est, primo quoque tempore huc nauiget. Qualis sim in eum futurus, quem mihi commendatis, diligens in ritutio declarabit. Valere.

M. Anto. Io. Campegio.

Augustinus Sanctonini mei filius, qui has meas tibi attulit literas, aliquandiu mihi operam dedit, probauitque in eo adhuc puero, non minus mores, quam ingenium: quo contigit, ut iam inde filij locum sit apud me propemodum adeptus. Accidit huic ne celsitudini altera quidem maior, quod ego & Paulus Sanctoninus eius pater uir omnium optimus, & qui Sabinam probitatem, in qua ortus est, sanctissimi mo uitae instituto in se & liberis mirifice refert, tam à prima aetate fuius inter nos amici, ut nulli hominum unquam amiciores inter se fuerint. Nunc adolescens ipse Pataviu uenit, ut fratri quem minorem natu secum istuc duxit, honestum contubernium honesta mercede comparet. Rem mihi gratissimam facies, si per te (quod tuo commodo fiat) aut tuorum aliquem dabis operam, ut locus puero quem ratur apud unum aliquem ex iuris scientiae affectatoribus istis, qui ex celebritate tui nominis pendunt. De mercede tuo arbitrio adolescentes conuentum uolent, modo quilibet ille est futuri contubernij magister, is sit, qui moribus pueri, scientiaeque tyrocinio consultum uelit. Erit id mihi (ut dixi) uehementer gratum, ac tale, ut ego, qui semper tuae amplitudini multum debui, posthac plurimum debere uelim. Vale.

M. Anto. Io. Campegio.

Multos tibi commendem necesse est, quando non pauci sunt, qui me totum tui nominis esse scienti praestoque; ego id omnibus eo libentius, quo magis nostra haec commendatio tuae conducit dignitati. Bartholomaeus Soardus, qui has meas tibi reddidit literas, iam annum & amplius dedit mihi operam, fuitque per id tempus omnino mecum, ut ex contubernialibus unus. Estque adolescens ipse cum singulari modestia, tum egregia in me obseruantia hoc consecutus, ut tantum illius studijs hodie faueam, quam eorum, qui mecum uixerunt nemini. Venit ipse nuper Pataviu tibi operam daturus, fuitque sub primum istuc accessum abs te humanissimè appellatus, ut ex ipso postea cognoui. Nunc uero, quum satis charus tibi sit, cupiatque indies charior esse, mecum egit, ut aliquid de se ad te uirum amicissimum

scriberem. Quod quā ita sit, acta ago, & quem tua praestantia sua sponte satis commendatū habet, ut quā commēdatissimum mea causa habere uelit, oro & obtestor. Vale.

M. Anto. Nouellimo suo.

Eram, fateor, tecū omnino aliqua de filio, quem tuā fidei credidi, acturus, quum ingens curarum estus me isthinc penē praecipitem egit. Nunc tantum abs te peto, uir humanissime, ut si me dignum tua amicitia existimas, Marium ita apud te habeas, ut ipse intelligat, se Patauij non uoluptatis causa à patre constitutum, sed ut per labores quaerat sibi reditum, unde sua culpa nuper excidit. Quod spero eū facturū, si tua auctoritas, fidelissimēque adhortationes fluctuantē adhuc animū ad bonarū artium cultū exerxerint. Nam quod ad me attinet, utinam tam libenter illi per uirtutem sibi gradum faciat ad pristinam patris beneuolentiam recuperandā, quā facilius ipse ero in filium, paratusque omni tempore cum eo redire in gratiam. Quid de ratione studiorū scribā nihil est, nisi ut te autore Creticum Græcē audiatur, scribatque sibi lectiones, ut facilius stylo affluat. In quo, scio ego, quantum tua opera possit pueri profectū iuuare hortando, monēdo, castigando errata. Quod si à tua humanitate impetro, ut id laboris uelit mea causa suscipere, quoad uixerō, tantū tibi uir optime debeo, quantum illorum nulli, quibus plurimum debeo. Dabit & Tyriacæ communi amico operam, in qua lectione recognoscenda iuuabitur haud mediocriter ab eo adolescente, quem domi habes, quidque (ut audio) iam biennium est dialecticę disciplinę assuetus, & ut breuiter dicam, tota ista domus Dei optimi prouidentia mihi oblata est ad filij profectum. Utinam tam ipse sibi adsit, quā cætera ad usum studiorum affutura confido. Dedi quatuor aureos nummos huic, qui has meas tibi attulit literas. Dabo operam, ut singulis mensibus, aut quibus tibi libitum fuerit, pensionibus reliqua tibi pecunia repræsentetur. Vale.

M. Anto. Mario suo.

Ego multa animi ægritudine uix mihi constabā, quum Patauij nuper unā fuimus, paucis que tecum egi, quum multo pluribus agere debuissim. Sed omnium maximē illud eram abs te petiturus, ut dieno etique considerares, quantum te niti oporteat, ut eō unde tua culpa excidisti, per uirtutem redeas. Quod ut facias, non tantum tua causa elaborabis, sed ut patrem, qui paratus est tecum redire in gratiam, praesentis sollicitudine leues. Quare te fili rogo et hortor per omnia iura, quæ filios parētibus obstrinunt, ut totis uiribus enitaris efficiasque, ut omnes intelligant, Sabellicum non peiorem filium genuisse, quā ipse uir fuit, aut certe uideri uoluit. Quare excita te ipsum atque alacri animo omnem mentem & cogitationem tuam in bonarum artium studijs desige: ad quorum profectum illud etiam atque etiam monebo, ne incerta pro certis habeas. Memoriam ad hæc quantum potes exerce: poteris enim quantum uoles. Græcē scribas, latinē legas, utrunque studium æquē procedat. Nec cuiusquam consuetudini te credas, nullius dico præterquam domesticorū. Venit Patauium Sanctonini filius, uenient alij plerique. Fac quæso, ne sis illis ludibrio, nec uidearis tantum ad tuam & patris ignominiam natus: quin sciant omnes te posse & uelle tuos æquales uirtute & constantia superare. Quod si (ut spero) feceris, facile consequeris, ut sis mihi non minus charus, quā antea fuisti. Vale.

M. Anto. Mario suo.

Iā quis sim, & quē te esse oporteat non ignoras, ut arbitror. Ego quod possum tibi praesto, nec quod ad tuorū studiorū rationē attinet, sum tibi defuturus, modò tu ipse tibi nō desis. Quod mihi quā unā fui-

mus pollicitus es, caue obliuiscaris: sanctissimum iusiurandum serua, nisi Deum uis iratum habere & patrem. Attulit tibi Carlius uiginti argenteos nummos: si qua re indiges, quæ ad uestitū & calciatū attineat, fac ut scia. Satis humanē ne piē dicā, feceris, si sepius ad me scripseris, ut ex tuis literis intelligā, quid demū de tuo profectu me sperare oporteat. Vale.

M. Anto. Nouellimo suo.

Carlius, quē cum his literis ad te misi, septē tribū aureos attulit nummos pro Marij contubernio: tulle & cadillū unū Delmaticis siccis refertū, rem, nisi opinione fallor, musicen exercentibus nō inuitile. Affert & munusculi huius corollariū, Citrea & Medica mala, numero pauca quidē, atque eo fortasse gratiora: sed Nouellinus, quæ eius est humanitas hæc, quæ haud dubiē parua sunt, multo maiora faciet. Faciet sanē, si Sabellici sui animū, non id, quod mittitur, metietur. Quid istic agatur, & quid me de Marij profectu sperare oporteat, cupio ex tuis literis cognoscere, qui nisi is est, qui esse debet, faxim ut ipse sibi desipiat. Vale, & puerum quantum auctoritate polles ab omni improborū consuetudine, per nostrā amicitiam rogatus, uindica. Venetijs.

M. Anto. Hieronymo Georgio.

Confundor præ nimio pudore, quod toties sim tibi molestus. Sed spes huius negocij conficiendū, quæ tota ex tua pender auctoritate id facit, faciunt & perpauci latrunculi, qui mecum dolo malo agunt, coguntque me usque ad impudentiā tuū patrocinium sollicitare: rati credo nō posse fieri, ut res istic aliquo modo conficiatur. Senensis antistes, ad quem de hac re longiorē dedi epistolā, uelit ne id negocium suscipere, iterumque Pontificis animū periclitari, incertum habeo. Quod si noluerit, aut uoles nihil impetrauerit: tum per quenquē; uelim id negociū trahi sibi. Sed qui præter te utilis mihi in eare componenda esse possit, habeo neminē. Quare per omnē pietatē, quæ parētes de salute filiorū cogit esse sollicitos, rogatus, uir magnifice hoc meæ in te obseruariæ dato, ut si recentior hic conatus nobis irritus fluxerit, quod paucis diebus omnino sciri poterit, tuē sapiētī cōsilio & auctoritate ea, qua possit uia (quādo qua uolumus nequit) totū hoc negociū ad exitū pducatur. Quod si maiorib. curis distractus, id præstare nō possis, saltē per literas siā certior, cuius potissimū opera istic uti possim, ut me quandoque; huiusmodi molestia leuē. Sed expectadus est (ut dixi) conatus huius recentioris exitus. Interim me & fortunas meas tuæ commendo tradoque; fidei. Venetijs.

M. Anto. Dauantio suo.

Periucundæ fuerunt literæ, quas aq̄ me nuper dedisti: sed multo iucundiores futuræ erant, si latiore conscriptæ fuissent argumento. Nunc, quod ad officium attinet, per gratum fuit mihi ex illis cognoscere nostræ amicitia iura mihi integra manere, atque ea esse, quæ nullo locorum aut temporum intervallo labefactari possint. Praestatque hoc mihi in primis tua constantia, quæ nihil patitur ex ea bene uolentia interlabi, qua decimo ab hinc anno uerique alterū amauius, muruisque; celebrauimus officij. Sed tu per humanē, ne piē dicam, facis, qui quā iam diu procul absis, nostri tamen memoria tua sponte tuearis. Ego quoque; Dauanti mi, quod possum tibi praesto, teque; absente absens amo, nec ex nostra amicitia quicquā apud me deperit, quod scia. Spero itaque; & opto fore, ut murua hæc gratia altis iam nixa radicibus nullo sit tempore interitura. Quod de prodigioso Tyberis actu ad me scribis, etsi permolestum fuit id audire ob eam cladem, qua ciuitas ista affecta est, persoluisti tamen & amico officium, & historiae consuluisti. Omnia enim quæ ex te cognouit, uerissima esse puto. Nec erat cuius testimonio libentius

libentius usurus essem, quā Dauanti mei, cuius im mortalitati nisi quantum in me est cōsultum uelim, sim ego odio, & non tali amico dignus. Vale.

M. Anto. M. Antonio, Antimachi filio.

Etsi ab ineunte ætate semper mihi uisus es incredibili quodam bonarum artium studio flagrare, ut nulla sit tam grauis adhortatio ad uirtutem, quæ nō multo frigidior sit tuo isto ardore & solertia, quā in Græciam nauigaturus tibi comitem destinasti: meus tamen in te amor, beneuolentiæque; singularis efficit, ut te tua sponte satis incitatum, & ad meram pleniorē gradu tendentem, uoce & clamore iuuem, & uelut spectator aliquis tuis fauceam successibus. Ego etsi de tuo profectu nunquam dubitauit, ut aliquāto tamen plenior sequatur, uelim tecum sepius cogites ad quid in Corcyram nauigaris, & cui uiro operam daturus, ne si quod nolim huic expectationi, quā de te concitasti, minus respondi uideberis: omnia, per quæ proficere poteris præter uoluntatem tibi assuisse credantur. De qua, si aliquo modo dubitarem, multo longiore uisus essem epistola. Nunc quando cætera tibi constant, sisque ipse talis, ut nisi opinione fallor, nulla indigeas hortatione: tantum abs te precibus contendo, ut absentem Sabellicum ames, ac quantum potes enitare, ut ita moribus & studijs ad nos confirmatus redeas, ut nō solum praesentem de te opinionē sustinere possis, sed ut Antimacho etiam patre uiro clarissimo non indignus habearis. Vale.

M. Anto. Antimacho.

Miraris (scio) quid sit, quod quum bis mecum hoc anno tā munificē egeris, nihil ad te scripserim, ut ex nostris saltem literis cognosceres, quā gratō ob ea, quæ fecisti, essem in te animo. Sed tu quid miraris? defuerunt (si nescis) mihi uerba, quibus tibi meritas agerem gratias, atque hodie defunt. Praestat tibi animus, quod potest, gratam omnium tuorum in me beneficiorum memoriam, uultque tibi debere quā maximē. Vinamus, scio & spōdeo ita fore, ut tam gratum omni tempore tibi Sabellicum experiaris, quā eorum quēlibet, quos tua tibi liberalitate deuinxisti. Ad M. Antonium nostrum scripsi, sumque; eum per literas ad Græcarum literarum studium uehementer hortatus, faciamque; id sepius, potius ut tuę morem geram uoluntati, quā quod ulla sit opus hortatione. Noui adolescentis ingeniu, non calcaribus, sed fræno indigere, tāta bonarum artium flagrat cupiditate. Vale.

M. Anto. Nouellimo suo.

Tua fide & industria fretus neque; Marium ad studium hortor, neque; eum tibi per literas commendo. Nō possum tamen nō mirari, quid sit, quod ad me nihil scribit. Admoui, fateor, illum dialecticę studijs non inuitus, sed eo cōsilio id feci, ut non infans ex facundo fieret, ex uocali mutus. Iā integrū mentem hinc abest, nec ullæ eius literæ ad nos perferuntur. Sed tu uir optime age nunc & mihi iacentem filium excita, corripe, obiurga, fac illi assiduū conuicium, torpore istum, imò ueternū potius exprobra. Desinat aliquando ineptire, & quod sua spē præstare debuit, præster rubore uictus, pareatque; alieno imperio, qui nunquā paternæ uoluntati paruit: aut quia nunquā didicit id facere, aut quia noluit. Cupio ex tuis literis cognoscere, quid me sperare oporteat, quicquid ad me de eius studij rationibus scripseris, id uerissimū putabo. Interim commēdatum habeas quæso, nec illum pariaris ocio & desidia torpescere. Quod ad contubernij mercedē attinet, uelim sic ipse ex patris sententia istic proficiat, quem admodum pater tibi & omnibus de eo benemeritis cumulatisimam est gratiam relaturus. Vale.

M. Anto. Mario suo.

Heus tu quid agis, dormis? aut si uigilas, tibi soli

uigilas? Ego iam dudum tuas expecto literas, estque; expectatio hæc non minus uana (ut uideo) quā longa. Expergiscere fili, & aliquando incipias huic more gerere, cui debes omnia. Quæ desidia est hæc, aut quæ potius ignauia? huic & pium & debitū abnegare officium, ad quem omnia tua defers desideria, delataque; experis sentias? fac (si potes) ut tuæ demum literæ ad me perferantur, quæ me erudiat quid istic agas, & in qua spe nos esse oporteat. Proficias ne aliquid, an omnino in uestigio hæsites. Et breui faciam, sis ne ille, quem te futurum roties es mihi pollicitus: an te ipsum & patrem prodas. Tantū habero me istam philosophiam non probare, quæ ineptum te facit, & elinguem. Da operā, ut te, quē nō in facundum hinc dimisi, multo, si fieri potest, facundiorē recipiam. Vale.

M. Anto. Tyriacæ suo.

Ego tibi Marium commendare non desino, nec id facio, quod uerear ne non sit tibi satis commendatus, sed tam negligēs est (ut uideo) quod nisi calcaria adhibeatur, sit haud dubiē omnem meam expectationem frustraturus. Tu ignosce quæso, quod toties sum tibi molestus, communi que; parentum uirtio id dato: est enim ut uideo, stultitia & ineptiarum mater, natorum charitas. Sed parentū est natura, cui nefas est repugnare. Nec una causa est, cur tibi sim semper grauis. Carlius noster, qui has meas tibi attulit literas, fratrem habet adolescentem probum & eruditum, quē tuo ductu & auspicijs uellet philosophiæ studijs admouere. Sed maior omnino est animus, quā facultas. Opus itaque; est nobis cōditio aliqua, ut ille diutius istic esse possit, nā domesticę rei angustia suis sumptibus esse non potest. Gratissimum mihi feceris, si per te adolescens ipse fuerit cōsecutus, ut apud unum aliquem Patauinorum ad pueros domesticę institutos præceptoris obtineat locum. Habebit is (quicunque; fuerit) adolescentem ingenio uerecūdo & eruditione in eā ætate singularem. Fac rogo, ut intelligam hanc meam commēdationem non parui apud te ponderis fuisse. Vale.

M. Anto. Nouellimo suo.

Quid dicam nescio, nec quæ accufes habeo præter me ipsum, qui talem filiu genui, ut ad omnia potius natus uideatur, quā ad bonarum artium cultum. Sed tu uir humanissime, ne patiaris obsecro illum tam turpiter iacere. Nunc minis, nunc illecebra aliqua excita ad Græcarum literarum respectum: quod nisi fecerit, faciam ego ut doleat, habeatque; infortunium. Sed quid uelim ab eo fieri, longiore ad illum epistola scripsi, tu amicorum optime fac, quod facis, ac quantum potes & monendo & docendo uindica mihi filium ab omni desidia. Et quia sciunt mei omnes quantum tibi debeam, cupiunt & ipsi tibi plurimum debere, & in his Carlius noster à manu, qui tua opera usurus est in cōparanda istic fratri suo absenti conditione aliqua. Gratissimum mihi feceris, si dabis operam (quod tuo commodo fiat) ut adolescentis ipse apud tuorum ciuium aliquem domesticę præceptoris locum teneat. Poteris me autore, tuorum cuique; egregiam adolescentis eruditionem & ingenium, tum mite, tum ab omni flagitio abhorrens, polliceri. Erit officium tuū in hac re mihi uehementer gratum. Vale.

M. Anto. Mario suo.

Quid quæris tu, quod tabellarij non tuas ad me literas dederint? quum te illas dare oportuerit, hos uerò reddere: quanquā ne reddere quidem poterunt, quā nullas dederis. Sed fac datas: dic rogo fili, uideris ne tibi rectē facere, quod tā corrupte ad me scribis, præsertim quū in ea sis officina formatus, in qua uel medijs crepundijs nihil, nisi Romanum, aut ex Latino trās Iaricium audiueris, & quod dicere

liceat, ipsa tui tyrocinij rudimeta procul ab omni literaria lorde abfuerunt. Sunt hæc (ut scis) ueriora ueris. Sed quum ita sit, quid tibi cum labdacifimis & ioracifimis. Torquent me hæc coinquinamenta, si nescis, discruciant, nec patiuntur me spem ullam alere tui futuri profectus. Quid quod uerborum inopia, in uernum tempus uellem periturus, autumnalem petijsti. Ego hæc uicia eo molestius fero, quo impentius à tua prima institutione elaborauit, ut ab huiusmodi scribendi fœditate quam longissime abesses. Nunc nisi omnia prius uelis, quam quæ facienda sunt, enteres filii, ut emendatior es abs te mihi post hæc perferantur literæ, digne ea institutione, qua in te erudiendo fui ab initio usus. Quantum præterea me tibi irasci oporteat, ut ipse nō ignoras, si tecum reptures, quam sis mihi patri iniurius, qui Græcæ literas aspernaris, ad cuius disciplinæ cultum nunquā destitisti te hortari. Sed quæ insania hæc est, aut quæ potius impietas, ut omnia libetius cures, quam quæ pater te curare uelit. Sed iam cogendus es, agam que tecum legib. & imperio, quando hortatione & precibus nihil adhuc proficio. Non est igitur cura me pecuniarum quicquam expectes amplius, ne obolum quidem, nisi post hæc dabis operam, ut studiorum curas ex æquo partius, dimidium tui studij Græcis literis impendas, ut & audias Græcæ & scribas. Cæterum, quod ad scribendi rationem attinet, constitui tibi in singulos Homeri libros nummos argenteos septenos, uerum ea lege, ut si quid in apicibus, literis, syllabisue fuerit erratum, nihil horum impunè feras: sed quoties incuria peccaueris, Marciano argenteolo mulcteris. Exigamque ego abs te id multæ genus acerbius, quam si ex stipulatu sint tibi hæc omnia præstanda. Mitto in præsentia ad te argenteos nummos decem, facque ut Carisius uideat, quæ uolumina sint illa, de quorum apparatu tantopere laboras. Nā si res digna uisa fuerit, quapropter noua hæc fiat impensa, mittam pro his pecuniam. Sed ego neque te emacem esse uolo, neque sumptuosum, ut arisq; uelim potius libris, quam umbilicos & tabulas mireris. Fac modò, ut ad me mittas singulis mensibus duos Homeri libros, tua manu cōscriptos, nec obluclinabundus (ut soles) eam mihi operam nauas: fru omnes tui ingenij uires intendo, nec te ipsum frustreris. Nam tantum abest, ut pro mendosis & corruptis sim precium daturus, ut exarturus sim etiam multam pro his, nisi quam emendatissime scripti fuerint. Mitto tibi uestem uiolacei coloris, eam non sum passus hic recidi, ne à tui corporis modulo aberrarem. Tu multò melius istic ad præsentem usum accomodabis. Vale.

M. Anto. Nouellimo suo.

Ad sunt iam dies Dominici ascensus, & ego tibi & Mario hospitium parauit, nō auro & purpura, sed comitate multa & hilaritate. Cupio & opto, quod tuo commodo fiat, uos hic apud nos his proximis nudinis esse. Iā utrarum instiores tabernas in publico statuerit, expecto utrunq; uestrum, aut neutrum. Expecto & Tyriacam nostrum, qui se uobiscum uerturum pollicitus est. Sed ille dux sit, nō comes. Vale.

M. Anto. Antonio Tubicini Theologo insigni.

Commendaui tibi sæpius superiore anno Felicem Vmicum Minoritani ordinis, & nunc, nisi diligenter eum tibi cōmendem, inhumanus sim, præsertim quum persuasum habeat nihil esse, quod tu uir pientissime non sis libenter mea causa facturus. Quod quum ita sit, si illum tibi antea studiose commendaui, nunc studiofissime commendo, ut quod tua dignitate incolumi fiat, obtinebat Felix locum hic Venetijs, qui nuperime uacare cepit ex decessu fratrculi cuiusdam, qui his paucis diebus Venetijs profectus est, non rediturus, ut mihi dicitur. Erit id & Felici ad studiū conducibile, & Sabellico, qui te

A tus est tui nominis, uehementer gratum. Venetijs.

M. Anto. Nouellimo suo.

Accepi literas tuas triduo postquā eas ad me didisti, aded Medoacus his paucis diebus segnius solito fluxit, aut lentius enauigatus est. Quæ de Mario scribis dolēs legi, aduolasse ego istuc, nisi tuæ me literæ bono esse animo iuberent, futurumque polliceretur, ut ille breui morbo leuaretur. Quod in eo curando tantum diligentia adhibueris, quatum ne ego quidem, qui eum genui, adhibiturus fui, tribuo id humanitati & beneuolentiæ erga me tuæ. Vtinā omni tempore in te & alios de filio benemeritos is sim, qui esse cupio. Nūc quia de curationis euentu nō possum non esse sollicitus, rem gratissimam mihi feceris, si dabis operam, ut quamprimum ex tuis literis cognoscam, remisit ne lāguor iste, an ualidius grassetur. Pro medico & ijs, quæ ad curationem attinent, expediam uobis pecuniā, modò scia, quanta opus sit summa. Misi stem concessum Carisium à manu, nisi ille maiore hic negotio esset implicatus. Venetijs, quarto idus Maias.

M. Anto. Mario suo.

Audire te morbo decubuisse, sed neq; morbi causam, neq; genus intelligo. Tu si potes, de his ad me scribito. Interea fac, ut sciam, quid me facere uelis. Nam siue pecunia opus est, siue domesticorum ministerio, utrunq; tibi præstō erit. Quin & ipse istuc aduolabo, si mea præsentia tibi utilis esse potest. Vale, ac quantum potes te ipsum sustenta.

M. Anto. Donato Aquileiensi antiq;stiti.

Christophorus Porpetanus uetus est hospes meus, uenit is nuper ad tuam amplitudinem, aut certe non multò post uenturus est, pro negotio Carisij cōtubernalis & necessarij mei, cuius opera tam grata quam fidelis, iam quarto ab hinc anno ita libenter uitor, ut nullius alterius utar libentius. Est enim mihi ob morum probitatem, suauitatemque ingenij uehementer gratus. Hæc omnia collegi, ut quicquid ille Carisij nomine à tua amplitudine petierit, ad Sabellicū suum id negotium pertinere arbitretur. Quid cum tua amplitudine acturus ueniat, ipse coram melius exponet, quam ego breui epistola cōplecti possim. Tantum non ignores uelim, omnia Carisij commoda & ornamenta tā mihi cordi esse, ut ne si mea sint, magis esse possint. Vterer ego longiore epistola, ut commendatio ipsa ualidior esset, nisi ita persuasum haberem, apud amplitudinem tuam, nullam meam commendationem tam breuem esse posse, quæ pro illius in me pietate & clementia, magnū non sit pōdus habitura. Venetijs.

M. Anto. Barbauaro.

Nōne ego Barbauare dixi, & iā inde ab ipsis nostræ amicitia incunabulis ita uaticinatus fui, fore ut sæpius meas literas desiderares? non quia ego essem ad te nō libenter scripturus, sed quod sciebam me id præstare non posse. Iam uerò satis superq; expertus es, quatum plus ualeat necessitas, quam uoluntas: & ipse longioris huius silentij satis dignum præmium tuli, habetq; pertinacia solitudinem quā merita est. Nunc uide quam contumax sit hominis natura. Vbi tuæ ad me literæ afferri desierunt, incredibile earum sentire cœpi desiderium, comicasque mulieres imitatus, dum rogor nolo, nolentem rogo. Sed tu uideris an is sim, cum quo tam citò in gratiam redire uelis. Ego solo officio contentus perbreuem ad te daturus eram epistolam, quæ tantū significaret amicitiam nostram manere tibi hodie incolumem, māsurasq; quoad uoles semper, modò ita euenire patiaris, ut neutrius silētium sit alteri suspectum. Quod si hoc impetro, spero ita futurum, ut omni tempore tam inter nos amici simus, quam quicumque hominum alij inter se amicissimi. Eram, ut dixi, breuiore epistola usurus, nisi ueritus essem, ne scribendo

scribendo mihi uersura fieret, ut quam tibi silentij nomine suspectus fui, tantum dem nec minus essem & breuitatis, præsertim hoc tempore, quo præclarum incidit in hac urbe spectaculū. Rarū mehercule, nec magis rarum quam hilare & suaue. Egressus superiore die domo sacrorum causa, tertia ferè diei hora, ex eminentissima turri, quæ Auræ ædi imminet, creber campani aeris pullus ex improviso redditus, non magis aures, quam animū nouitate rei percussit. Conuersusque ego ad Carisium à manu, qui mecum erat, Ecquid hoc est inquam, instatne festus aliquis dies? an mercatorie triremes portum subeunt? Neutrum est horum inquiri præteriens quidam: sed nouū est fœdus inter Venetos istum & plerosq; Christiani nominis reges, summosque principes, ad Italiæ statum, resque lociorum tuendas. Attulit ea res eo maiorem mihi admirationē, quo minus restans ob fidissimum curiæ silētium, erat hominum sermonibus celebrata. Dicam rem penè incredibilem, sed quia hic habet, dicā tamē. Multi eo die, qui aliquando in curia sententiam dixerunt, quia is honos non sit perpetuus, publicam prius læticiam exturtium læticia quam hominum indicio norunt. Audi ciuitatis institutum. Frequenter domum meā nobilium adulescētorum cœtus ingens, quū dār martutinis horis mihi operam, suntque plerique senatorum filij. Soleo ego ab his in corona stantibus, nonnunquam etiam solus solos aggressus sciscitari, & quæ de hoc Italiæ motu sit hominum opinio, qui sermo, quæ expectatio. Omnium una uox est se nihil scire, ut uerè existimare possis, tot hodie Venetijs esse censorij Caronis domos, in cuius familia ita liberi & serui instituti fuisse dicuntur, quot sunt senatorij ordinis uiri. Triduo itaque est in ea læticia perseveratum, ut à prima face ad altam noctem urbanæ turres sint festis luminibus, multifariamque lætitijs operata. Postremò indicta est supplicatio uiuersæ ciuitati ad Auream ædem, estque pridie idus Aprilis hoc maxime modo supplicatiū. Totum arcæ spaciū, quod foro, Marcianæq; ædi obiacet, cæditum panno procerioribus tignis imposito, est ad tempus coopertum. Ex turri maxima, quæ foro imminet nauales exuuiæ circa fastigium pepedēre, supra Auræ ædis ueltribulum duo in extremis frōtibus publica uexilla, ex auro & purpura præfixa, mediæque intercapedine circa aureas quadrigas, quæ in processu templi alacri statu prominent: signa pleraque publica ex eadē materia, sed ijs data, qui maris imperio aliquando præfuerunt. Longissimam columnarum seriem uestibulo impositū aureus texit pannus, ab epistylis ad bases, nec ædes auro fauo circūiectæ consueto in eiusmodi spectaculis ornatu caruerunt. Compleuit frequens multitudo patientem aream, ac quicquid uacui soli usque ad Geminiiani sanum & geminas columnas longè lateq; templo præiacet. Nam plerique mortales ex Patauiō & finitimis urbibus huc spectandi studio cōfluxerunt. Est Barbauare hæc ciuitas una omnium, quæ hodie sunt in terris (absit uerbo inuidia) sacrarum cerimoniarū studiofissima & ueræ pietatis cultrix, habetque collegia tot ferè numero, quot sunt opificum ordines. Sed quinque omnium celebritate & opibus præstantissima, horum publicæ charitatis primum omnium pompam intulit. Quinquaginta aurea candelabra cum cæreis ex rubenti cæra ordinem præcessere: mox auricomis pueri uersicoloribus alis, pupureo succincti amictu, eoque auro circumfimbriati. Hi aureas phialas manibus habentes, illi thyrsos in Amalthææ cornu speciē inflexos. Lyricines horum uestigijs hærebāt, & qui hymnos suauiter canerēt. Illata inde pegmata duo, quorum uano Noe, quem Ianus postea Italia nuncupauit, & Dauid rex æquata fronte eodem locati erant thro-

nop: urpureo hic, ille cæruleo pallio amictus: hic plestrum tenens, ille arcam qua fuit cataclysmo seruat: haud dubio diuinarum, humanarumq; rerum argumento. Et in horum conspectu Abigail camelum quadrupedem trahens triticea spica, omnifariamq; delicijs onustum. Erantq; in pegmatibus ipsis uelut modularus quidam gressus, ut cū præcedenti choro pari motu procederet. Maius in alterum fuit schema. Italia uirginali habitu, cæterum uenerabili specie, aureaque palla fulgens & uexillifero sistro hinc subnixæ, inde læua ciconiam auem tenens, manifestarium concordia uotum. Dextrum illi Venetæ urbis simulachrum, læua parte Liguria, tā hæc, quæ illa aureis comis, aureaq; palla insignis. Hæc angue, illa aligerum leonem aureo scuto fouens. Mox à tergo eminentiore throno tres pari habitu uirgines Alexandri Ro. Pontificis, Maximiniani & Hispaniæ regum signa præ se feretes. Nec multum hinc diuersus alter didicim chorus secutus, inde ordo ingēs ad sexcentum raris uestibus amicti: totidē ferè numero sunt singulis collegijs ascripti, multò plures adhuc futuri, nisi caurum esset lege, ne maior adhiberetur numerus. Singulis suis erat rubens cæreus (est enim collegij huius peculiaris ruberis cære color, ut misericordie) quod proximè lequebatur, uiridis, pegmatibus duntaxat ademptis, cætera nihil interiore apparatu. Cōcentus est, & genij plures uirenti palla, alijsq; cæruleis fociorū principum insignia ferentes copiaris operibus inserta. Habuit & Rocchianum collegiū plura relatu digna, & in his terræ globum socialibus signis circumquaque figuratum. Sed Marciani multò luculentior fuit pompa, utpote quinque pegmatibus inuicta, quorum singula fœderatorum regum, principumque suas habere effigies, & cum his ministros, signaq; in auro affabre cælata. Nec Zebedæis, qui omnium nouissimè in apertum processerunt, suus defuit apparatus. Maior inde religio oculis admota, Gymnopodes primi longo ordine preces supplicarunt, mox & Minoritani, & ipsi ex Assisiatibus Francisci familia. Hi quoque uirtutum præ se tulerunt simulachra quædam cum fœderatorum insignibus puerorum choro in altis genios transfigurato. Hoc Heremitani, hoc Carmelita, aliæq; per multæ religionum sectæ, quarū tantus est hic numerus, ut nullus sit in terris tam uetus aut recens initiatorum ordo, qui non hodie in hac urbe cæleatur. Mitto quinq; & sexaginta urbani clerici collegiā, quæ totidem templis sub plebano antistite diuinis operantur. Mitto uasa sacra & prophana, preciosam uestem, umbellas & alia sacrorum ornamenta lōgo ordine prælata: quæ si partes sint mihi explicanda, uoluminis magnitudinem implebit hæc epistola, nec omnia tamen fuero complexus. Hoc itaque apparatu à tertia diei hora ad meridiem est ad Auream ædem supplicatum, traductaq; longissimo ordine est huiusmodi pōpa ante principia & legatorum, qui ex omni ferè Christiano nomine aderant, totiusq; senatus oculos, qui ad multū diei templo egressi. Augustinus princeps cum legatis & magna parte patrum eō, quò cæteri ordines solēni circūactu ad templum reuersi, ad aram maximam, ad quam Rom. Pont. per diem adeuntibus plenam concessit ueniam, solēni more supplicarunt. Princeps & senatorum pars non parua in auro conspecta est, cætera multitudo purpura & cocco ula, & hæc interdiu. Nox quæ spectaculum proximè secuta est, luminibus alijsque publicæ lætitiæ signis maiore ex parte exacta, aded, ut cum hac epistolam semisomnis clauderē, adhuc sonitus & clamor ex turribus & tota urbe circūsonaret aures. Vale, & da operæ, ut tuæ ad me literæ non multò post perferantur, nisi qui tādiu Harpocratem egi, dignus sim qui in Angeronam incidim.

MARCI

MARCI ANTONII SABELLICI FAMILIARIVM Epistolularum liber sextus.

M. Anto. Martino Arbenſi.



LTSI officium mitti nō debet in quæſtum, nullum tamen eo eſſe quæſtuofius poteſt, quo amicitia paratur: quale fuit nuper illud, quod tu uir clariffime in Marij filij mei negotio, mihi præſtituisti. Vix credas, quod fit mihi gratū, quod tu uir ista dignitate & eruditione tantum laboris mea causa adieris: ut non solum id negotium libenter suscipere dignatus sis, sed totis etiam uiribus elaboraris, ut ex sententia nobis cōficeretur. Sim ego omnino ingratus, nisi tantum tibi omni tempore debere uelim, quātum homo homini debere poteſt. Spero amicitiam hāc tuis auspicijs initam, perpetuis incrementis auctum iri. Id ut fiat, eo plus est mihi adnendum, quā tibi, quod uix tam officioſum fit gratiam conſtituere, quā turpe & inuidioſum nō recipere, aut receptam non tueri. Sed cur non tuear? aut cur non potius is ſim, quem tu tuo officio & beneuolentia eſſe uoluisti? quiq; gratiam hanc per te auspiciſſimē inchoatam, non ſolū augere poſſim, ſed ad poſteros etiā illuſtrare. Vale, & hoc tibi perſuadeas uelim, ex omnibus amicis, quos tua uirtus tibi conciliauit, qui plenius Sabellico fit tibi in amicitia reſponſurus, eſſe neminem.

M. Anto. Mario ſuo.

Mitto ad te holofericum pannum, mitro & aureum unum, & quatuor argenteos denarios. Tu niſi parcius agas, tua deſideria diutius ferri nō poterūt. Sed tantum cupias uelim, quantum patris commodo te impetraturum ſperes: nemo niſi improbus ita uoluptati ſtuduisti, ut modum obliuiſceretur. Credo te nō ignorare, ad quid iſtuc te miſerim: quod quā ita fit, non poſſum nō uehementer dolere neminem eſſe, qui non te deſidiæ accuſet, unoque ore prædicent amici & inimici, ſi qui ſunt, non tibi ingenium deeſſe ad proſectum, ſed uoluntatē. In nunc & ex his collige, quantum intempereſtiuæ deambulationes tuæ exitumationi conſerāt. Sed tu fac ne ſurdus hęc ſcripta uideatur, ac poſthac tuos paſſus diligentius merire. Nouellini negotium paucis diebus expediam, quem fac meo nomine cum tota domo ſalutes. Da operam, ut ex tuis literis cognofcam hęc, quæ mitimus, fuiſſe ad te perlata. Vale.

M. Anto. Nouellino.

Eram ego de filij institutione uehementer ſolicitus, nunc non poſſum non & moribus timere, poſteaquam illi materiam quæſitam audio, uel potius oblatam ad delirium & inſaniam. Multi quidē ſuo ingenio peccant, ſed plures omnino exēplo. Tu pro noſtra mutua beneuolentia uide queſo, ne uno tempore pſectu & moribus periclitemur. Quod ne accidat, tua poterit autoritas cauere. Cubet mihi filius huius potius quā hęc, ubi animus corripatur: malo eū Gallico morbo quā uicijs contigi. Sit quod tuo commodo fiat, ubi uis potius quā in eo cubiculo, in quo typum (ut mihi dicitur) intueatur uoluptatis. Vale.

M. Anto. Franc. Ferr.

Gratulabar nuper Caſtellino meo abſenti, eſſi ſerō: gratulabar illi tamen nouumque duntaxat conuubium, & quod puellam elegantia forma ſibi matrimonio iunxiſſet, uolebam id ei feliciter euenire. Ceterum ea gratulatione, quæ omnium erat maxima, maximeq; neceſſaria, totius rei ignarus, neq; à principio ſum uſus, neq; me uti oportere arbitrabar. Verum poſtea quā ille eſt hic mecum locutus, longumq;

de tuo ingenio & eruditione apud me habuit ſermonē, ſecutus hominis mihi familiariffimi teſtimonium, gratulatus ſum illi corā, quod in noua affinitate tantā fit naſtus in dōle, teſtatusq; ſum incredibili me tuarū literarū deſiderio teneri. Eramq; ego iā omnem in te morā ægerrimē laturus, quū omni noſtra expectatione celerius, ſororij tui frater tuas mihi reddidit literas, in quibus, ut breuiter dicā, nihil me præter breuitatē offēdit. Cætera mirificè placuerunt, uenustas, ſplendor, elegātia: & ut in uniuerſum de tota re dicam, nihil eſt in te, quod non ad lumen ſpectet eloquentiæ. Sed tu amice enitere, ac quantum potes da operam, ut in hac dicendi laude, ad quā natura tibi manifeſtum monſtrat iter, quā emendatiſſimus euadas. Habes iſtic Maturantium uirū clariffimum, habes alios & ad dicendum & præcipiendum longè principes. Illos audi, illos intueri, illis ſemper hęc eas, quoad tui te proſectum non pœniteat. Nec prius pœnitere debebit, quā perfectum & ſingulare, ſi fieri poteſt, dicendi genus fueris per eos conſecutus. Me certē habebis ſemper, cui ob Caſtellinum meū, & quia ſupra quā dici poſſit naſcētū laudi fauēo, æquē ſis ac patri chariſſimus. Vale.

M. Anto. Maurilio.

Quantum Chriſtianā rem iuuerit Io. Scotus conterraneus tuus, & confirmando noſtra, & aliena reſutando, doctiſſimorum hominū conſenſus, ne omnium dicam gētium, planē demonſtrat, Mauriti uir pientiffime. Nihil ſanē habent diuinæ literæ tā obſcurum, arduum & difficile, quod uir ille nō ſubtili & peracuta indagine deprehēdit, deprehēſumq; non ita in utrāq; partem diſputat, ut ignē & aquā ferre dici poſſit. Tam preſſus interim, tā grauis, tam deniq; à uulgo remotus, ut ſæpe Delio indigeat narratore. Ceterum tanta uir diſputat, tā ualidis nititur rationibus, ut eius ſcripta habere uideatur oraculorum in ſtar: ſitq; ipſe per hęc cōſecutus, ut metaphiſicæ diſciplinæ habeatur omnium peritiſſimus. Sed quo clarior Scotus atq; utilior, eo minus ferendum fuit, quod illius theoremata metaphiſicæ quæſtionēs, materiāq; de primo principio accuratiſſimē diſputata, in occulto iacerent. Dubium in curia hominum neglecta, an quia hęc ita mendose legerentur, ut nulla tam diligens recognitio adhiberi poſſet, ut rūtō in apertū ingredi poſſent. Sed quo conſilio alij ab eo negotio abſtinerint, difficile eſt iudicare. Tu quidem ſatis humanē & piē feciſti, qui quum in hęc Scoti popularis tui monimēta inciſiſſes, ne diutius in tenebris iacerent multo ſtudio & diligentia recognoueris. Eoq; impenſus id feceris, quod ita ab iniurio ſtatuiſſes ut P. Barotij Patauini aſtititio nomine in publicum exirent. Iuuabit (ut ſpero) nō nihil tuā iſtam operam Oſtauianus Scotus, uir impreſſoriæ artis ſciētiſſimus: uel quia eruditioni liberet fauet, aut quod eius gerat nomen, cuius ſcripta ab omnib; laudantur. Vale.

M. Anto. Caietano.

Doleo pro noſtra neceſſitudine, quod in iſtā hominum intemperiem incideris. Sed tu quid amabō te in tam moleſtum certamen conijcis, in quo plus ualeat pertinacia quā ueritas? quin das te potius lenitati, pueriles iſtas altercationes aſpernatus, ſeruiens Muſis & Apollini. Nec id moneo, quod uerear ne non par futurus ſis inuidorū cōſpirationi, ſed quod huiusmodi inepris cōtentionibus, nolim te auferri, quæ eſt eiſmodi ſunt, ut præferocē animū iritent potius q̄ frangant, ſolicitū tamen habere poſſunt & ab intentione ſtudioſū cura lōgius abducere. Addo cōuicia, ſædamque illam altercantium uelitationem, factū dictūq; pudendam, ut meriti ſtulti habeatur, qui tumultuoſis iſtis cōgreſſibus, ſine dediti. Qui quū agere ſe putant ſatagunt, ſtrepitu pro aſſeueratione utentes, pro ratione conuicio & clamore: quo fit ut quum

quum maxime ſapientes haberi cupiunt, tum maxime rideantur. Sed tu hęc multo melius uidebis, quum quietiore eris animo, nunc tantū dignitatem perſonæ quam ſuſtines fac tuearis. Tueris enim quā honeſtiſſimē, ſi omnem maleuolorum obreſtationem riferis, meminerisq; illud Sophoclis, *ἄγαστα ἰσχυρὰ ἰσχυρὰ*. Ad Guliolam quā diligentiſſimē de te ſcripſi, ſcribam & ad reliquos quum uoles. De academia tibi aſtipulor, eſſi aduerſariorum opinio ni ob ea, quæ à Suida ſcribuntur, repugnare nō auiſim. Vale, & me quod facis ama. Venetijs.

M. Anto. Guliolæ.

Si idem uelle debent amici atque idem nolle, ut una credatur anima duob; corporibus in eſſe: haud dubium eſt, quin per te intelligas, quo te animo eſſe oporteat in eos qui ſunt tuo Sabellico gratia & beneuolentia coniunctiſſimi. Daniel Cremonēſis, qui Hunnij Græcè & Latinè docet, quandiu Venetijs fuit (fuit autem totum ſerē triennium) me officioſiſſimē coluit: acceſſiſq; ego haud inuitus ad eum amandum, cum propter ſingularem ipſius eruditionem, tum quia perturbato uisus eſt mihi ingenio, & ad promerendam gratiam accommodato. Nunc inuidorum quorundam conſpiratione indignē, ut audio, iſtic uexatur, ut iam propemodū impar fit maleuolorum factioni, non literis quibus abunde pollet, ſed *νεοπύριον* ut ſic dicā. Quod eo magis miror, quo minus unquam euenturum putaviſſem, ut in iſta ciuitate, quā per humanam ſemper & hoſpitalem expertus fui, plus liuor & obreſtatio paucorū, quā ratio & officium ualeret. Ceterum, utcumq; res habet, dignus eſt Caietanus, uel quia mihi amiciſſimus ſit, uel quia docti doctos ament, quæ tu tuo patrociniō tuearis. Quod ut facias te moneo & hortor, ac ſi pareris, precor etiā & obteſtor. Verum hęc ita poſtulo, ut primariæ illius legis in amicitia non ſim oblitus. Scio enim & fateor quod honeſtum ſit ab amico peti oportere. Defendes itaq; ſi me amas, hominis dignitatem: ſed ita defendes, ut ne cui noceras, præferam amicum, alioqui uerſura fiat, non lucrum in amicitia. Nam quod ad academiæ uocationem attinet, unde primæ contentioſiſſimæ huius ſcintillæ exiulerunt, utrorūq; opinio autoritate & ratione defenditur. Vale.

M. Anto. Nicolao Saurognano.

Formulam deſtinatæ dedicationis non prius ad remiſi, plurium dierū morbo implicitus. Nunc mihi paululum reſtitutus, eſſi obluſcantiſſimis ſimilis, pauca quædam commentus ſum in eam ſententiā, quæ tripartito modicæ pagellæ aſtruxi, ut ſententia, quæ omnium maxime placuiſſet tuo arbitrio uteretur. Ego, ut ingenue dicā, in nulla earum mihi placui, ſed ea, quæ in extrema pagina eſt, minus offendor. Si tuæ expectationi in re tam parua non reſpondi, id aduerſæ ualerudini dato, non uoluntati. Nicolaum noſtrum Patauij malim eſſe quā alibi, ut in horam ſciri poſſit, quid proficiat. Eſt præterea ibi Calphurnius homo moribus & literis inſignis, cum quo ſi eſſe non poterit, poterit tamen audire. Quanquam ſi maioribus eſt ſtudijs ad mouendus, tutō iam admoueri poteſt. Puta me de eo ſcribere, quæ ſentio, ſed de ſtudioſiſſimo & loco, in quo eſſe oporteat, tu & eius pater & ceteri domeſtici maturius uidebitis. Vale.

M. Anto. Nouellino.

Poſt Marij reditum nihil ad te ſcripſi aſſidua febre conſtitatus: nunc paululum leuatus ſignificandū tibi exiſtimaui, ſtatuiſſe me, quod tuo commodo fiat, Marium ſequenti anno iſtic eſſe. Vix enim credas quātum in tua ſide & probitate ſit mihi ſpei reſpoſitum, ut non minus tua ſit ille induſtria & diligentia proſecturus, quā eorū ductu, quibus eſt operam daturus. Quare uelim de tua uoluntate me

certiorem facias, de qua eſſi nō dubito, tamē quū certior factus fuero, dabo operam ut circa idus Septembres ad te redeat. Quin & ipſe ueniā, ut te uideam, ac de toto negotio tecum loquar. Vale.

M. Anto. Vergitio Rithymico.

Legi uno ſpiritu Oreſtem, quem mihi cognofcendum dediſti: uix credas quā ridiculè me ea lectio ſuſpenderit. Nam dum tuum ſequor teſtimonium, ac quōdāmodo te autore perſuaſum habeo, ſexageſimo ab hinc anno fabulam in Dacia reperitam, inter ueuſtiſſima quædam Romanorum ſcripta, dum præterea lumina ibi haud pauca intercurrunt, meræ ueuſtatis æmula, propemodū adducor, ut credam quod uis me credere, eſſe id carmen haud noſtri temporis. Sed multo plura ſunt, quæ non patiuntur me temerè tuæ de ueuſtate opinioſi accedere, nec potui in aſſidua ſcribendi occupatione totum carmen per ocium rimari. Verum quā poſtulas, ut de ea tota illius figura in uniuerſum loquar quod ſentio: tantum affirmare poſſum, aut ex recentioribus aliquem extitiſſe aliquando, qui multo ſimilior ueuſtatis fuerit quā iſs, cum quibus uixit: aut ſi priſcorū unus fuit, ſis certē habēdus eſt, qui ex ipſo ſit carmine poëricen auſpicatus. Vale.

M. Anto. Doimo Decano Aquileienſi.

Ego pro mea in uos obſeruantia ſæpius te, uniuerſumque iſtum clerum nouo antiſtiti cōmendamui. Nunc pietatis officio adductus, Ioannem Oſtorici æditui ueſtri filium tibi diligenter commendo. Quanta ſis prematur egeſtate, laſis perſpicuè intelligis. Rem mihi proinde gratam feceris, & à tua pietate non alienam, ſi eius recipies operam in libellis conſcribendis, quæ ſub Paſchales dies dantur iſs, qui iſtic de more cōfeſſionem fecerint. Res quidem parua eſt, ſed illi magnum commēdum allatura. Vale.

M. Anto. Io. Carſio.

Audio Nicolaum patruum tuum nuper uita deſceſſiſſe. O triſtem nuncium, o mortem flebilem & calamitoſam. Obijt ergo uir ille, quo neque meliorem ullum genuit Valeria, neque doctiorem. Heu quanta periijt probitas, quanta eruditione, religio, humanitas: plus in uno amiſimus quā aut dici, aut æſtimari poſſit. Nullum fuit ſanctioris diſciplinæ genus, quod uir ille omnium optimus non aliquo modo attingeret, nihil tam arduū & difficile, de quo non ſubtiliter & accuratè diſputat. Qualis illi ſermo? quæ cultus & ſuauiſ? quanta diuinorū eruditione? Hieronymi admirator, Auguſtini fautor, omnis theologicæ facultatis æmulus & aſſertor diligēs. Age uerò, & qua pietate decrepitos fouit parentes? qua charitate propinquos? Quid patriæ cōmodis & ornamentiſ nō ille dedit? Quid non hoſpitibus, & amicis datum uoluit? Quā ſuauiſ & ſanctè domeſticorum cōuiujs intereſſe? ut ad omnia quæ fierent nō doctus, ſed natus uideretur. Solebā ego admodum adoleſcēs illū officij cauſa quotidie adire, ac ſerē matutinis horis. Nūquā nō diuinis operatē inueni, aut intētijs ſtudentē. Deambulabar inde per horā & amplius, inuiſereq; paterna prædia oppido propinqua: nec ullus interim in iru aut reditu, niſi de diuinis rebus erat illi ſermo. Quid æquanimitas homini ingēnita? Quid ſingularis innocētia? Neminē ſciēs lætē unquā (ut dicere ſolebat) nulli hominū inuidit, homo nil malè cogitās, nihil quod nō ſanctū & honeſtum eſſet appetens. Dignus qui non modò Ciſterciēſis ferret abbatis nomen, ad Victoriæ quæ in Marſis ante Fucinum iacet, qui Sutrinus deſignatus eſſet antiſtes: ſed quod multo maiore fortuna uſus eſſet. At ſatis habuit, qui præſenti forte contentus uixit, homo natus ad pietatis cultū, non ad opes & diuitias poſſidēdas. Gratus patriæ, iucundus amicis, omnib; uenerabilis, dignus cui lōgius uita cōtingiſſet: ſed ſatis

fatis longa contigit, quæ honoris fuit plena, fuit & dignitatis. Vale.

M. Anto. Sanctonino suo.

Petrus Fascoolus qui has tibi attulit literas, uetus est hospes meus: ac præter hospitium religiosa quædam intercedit mihi cum ipso homine necessitudo. Etenim quid mihi coniunctius esse potest, aut debet hoc homine, cum quo uiginti & amplius annos tam cõiuncte uixi, ut fortunæ etiam propemodum indiscretæ ambobus fuerint? Hæc ego omnia collegi, ut non ignorares quàm oporteat me de commodis Fascooli compatri mei esse sollicitum: etsi superuacuum uideri possit ad te de his scribere, qui omni tempore tam amicus utriusque nostrum fuisti, quàm nos ipsi inter nos fuimus. Quod quum ita sit, breue est, quod per nostram amicitiam à te peto, ac si patris, summi etiam precibus contendo, ut Fascoolum nostrum, qui ob prædialia, quæ in Veronenfi possidet, multa & uaria habet in isto foro negocia, in omnibus tueare: ac si quod ille ab humanitate tua aliquando petierit (petet enim nihil, ut est homo uerecundus ac pudoris plenus, quod non idem æquum sit, tuæque dignitati conducibile) ita commédatum habeas, ut nihil obscure intelligat, secundum eam consuetudinem, quæ tecum sibi intercedit, nullius commendationem apud te plus ualere potuisse, quàm eam, quæ à tuo sit Sabellico profecta. Ex omnibus officijs, quæ & multa & magna mihi præstitisti, erit hoc certe maximum, si tantum homini accõmodaris ac deferres, quantum nostræ amicitie semper delectum uolueris. Scribere ego de hac re plura, nisi certò scirem, te tua sponte omnia ipsius Fascooli causa esse facturum. Sed utcumque res habet, per gratum mihi erit intelligere, tantum apud te hanc meam commendationem ualuisse, quantum & ipse credidit, & ego ualituram promisi. Vale.

M. Anto. Bonomio Tergestino.

Et quòd præsens antea me multum amaris, & nunc absens, quod tuæ mihi literæ significant, uehementer ames, des que sedulo operam, ut ex ueteri amicitia nostra nihil depercat, agnosco Bonomi mi tuam humanitatem, agnosco & officium tam dulce mihi quàm operatum. Nec abs te homine amicissimo potuit hoc tempore in me aliquid aut gratius, aut amabilius proficisci, quàm quod ex omnibus, per quos Antonius necessarius & propinquus tuus proficere posse uidebatur, me unum uelut alterum Horatium uulgò exemeris, cui illius institutionem crederes, tuam haud dubie in me beneuolentiam & amorem, non studiorum meritum secutus. Potuit fautor tuum istud de me iudicium (si iudicium dici debet) & non immodicus animi affectus, omnia à Sabellico impetrare: nisi necessitas, cui nulla uis repugnat, tibi id negaret, cui nihil unquam negatum uolui. Etenim quòd adolescenti ipsi nostrum non defero contubernium, non tam uoluntas deest, quàm facultas. Exorsus iam quinto ab hinc anno omnium gentium historiam, longissima rerum serie uelut immensa quadam nauigatione actus, eò demum perueni, ut qui antea nihil uidebam præter cælum & aquam, nunc terram ex alto spectare incipiam, aut certe me spectare putem. Sexagesimus rerum humanarum liber nunc est in manibus, ac quantuscumque ex tā longo opere adhuc est labor hauriendus, hunc ipsum libens in arcum conijcio, eoque intētius id facio, quo nostræ humanæ fragilitatis, quàm cæterarum rerum, nescio quònam modo sepius admoneor. Cæterum, quia neque in ipso adolescente, neque in alijs instituendis tam quæritus mihi quæretus fuit quàm gratia: rem indignam uisus essem mihi facere & à nostris studijs ualde alienā, si quid de eo recipere ausus essem, quod per maiores curas præstare nō potuissim. Viuo itaque solus, ut Thebanus ille Ti-

refias Phœbo & Musis seruies, uiuòque Bonomi mei semper memor. Antonius siue hic erit siue alibi, mihi tua causa certe erit semper tam charus, quàm filius patri. Vale.

M. Anto. Fortunio suo.

Quanto me dolore affecerit acerbissimis coniugis tuæ amantissimæ casus, de quo ad me scribis, tu Fortuni mi, qui non ignoras quantum te diligam, multò melius considerabis, quàm ego queam scribere. Doleo ego multum, ac plus fortasse quàm æquum sit defunctæ uicem. Fuit enim mihi propter te non minus, ac tu dum uixit grata. Sed quum te contempler, incredibili afficiore dolore. Mortalis erat illa, etsi admodum puella, mortalis tamē, atque ea lege nata, ut aliquando fatali pareret necessitati. Cui tantum abest, ut in morte mali aliquid aut miseri accidisse existimem, ut beatissimam etiā esse putem, quæ tum uitam cum morte commutat, quum tibi, parētibus, liberis, omnibusque domesticis fuit periculosa. Etenim si supremus est dies, qui de omnibus iudicat, non uideo cur mors grauis huic esse poterit, cui tum maxime mori contigerit, quum nihil habuit quapropter mortem optare debuisset. Et nunc illa humanis soluta curis per Elysiū fortè errat, non futurorum sollicita, non quantum uitæ egerit perterrita. Quin amantissimi potius coniugis memor, nihil minus abs te, quàm lugeri uult, nihil minus optat, quàm ut immortalitati, quam nunc demum est adpta, dolendo inuideas. Tantum precatur ut charissimi illa mutui amoris pignora, quæ moriens tibi reliquit, perpetua foucas pietate. Hæc ames, colas, insituas: his utriusque uicem parentis tribuas. Scriberem plura in hanc sententiam, nisi repens luctus animus occupasset, cõegissetque me hæc scribentem, uel solo rei admonitu tuis affectibus, dare lachrymas, ut qui nuper ad scribendum ueneram, ut te mihi amicissimum consolarem, ipse iam propemodum consoladus sim. Sed quod ad te attinet, multa quidem erant, quæ & ipse tibi præcipere poteram, & à summis etiam philosophis iam antea præcepta enumerare, quibus instructus haud plus nimio tibi dolendum esse scires, nec tam immoderate dolorem hunc ferres, ut tempus expectari oporteat, quo uulneris huius cicatrix obducatur. Quin ratio potius illi obijcienda, qua nisi in humilimo di casibus utamur, humana imbecillitatis haud dubie oblitus uideri possumus, indigni qui à uulgo credamur aliquid distare: sed ex eorum potius numero esse, qui falsa opinione imbuti, se & sua extra omnem humanitatis aleam esse oportere existimant, quod non minus turpe prudenti sit uiro credere, quàm stultum opinari. Vterer ego longiore adhuc epistola, quoad te in sententia adducerem, nisi certò scire eum te esse, qui nō tibi tantum, sed alijs quoque, quum opus sit, possis optime cõsulere. Superest igitur, ut quātū potes enitare, ut obitu dulcissimæ cõiugis ita te tulisse audiam, ut nō dearum unam, quæ mori nō potuerit tibi matrimonio iunctam credidisse uidearis: sed qui coniuge adempta tam pulchrè eam iacturā ferre posses, quàm tua uirtus & personæ, quæ sustines, dignitas postulat. Adolescentem, qui cum tuis ad me literis uenit, quum tuam Bonomij uiri clarissimi causa libens excepissim, nisi ita statutum haberem, procul ab omni negotio esse, quoad inexhausta hæc suscepæ historie series fuerit ad exitum perducta. Et nunc sexagesimus est liber in manibus. Vtinā aliquando portum teneamus. Vale. Venetijs postridie idus Februarias.

M. Anto. Palladio Nigro.

Quod ad te scribere nihil certe erat, sed quia me scribere uolueris, erit omnino aliquid. Amicus ille (scis quem dico) destitutus destituit. Multi ad primos eius perfectionis rumores se ex alto cãdidatos ostendere, turbaturi haud dubie comitia, si in capum descendere-

descenderint. Ambire quidam sine rubore, non pauci Sabellicum intueri, in quem potissimum suum inclinaret suffragium. Et iam appetebat comitiorum tempus, quum ex Saurognanis fratibus unus in aurea æde mihi fortè oblarus, quærunt Hunnienses (inquit) præceptorem, sed tui Sabellicè quàm simillimum. Iam istud respondi, in expedito est, Palladium accersite, faxit ille haud dubie, ut aliquando Sabellicum minus desideretis. Tum is, Fac, inquit, hunc missum & alios loquere. Dolui ego non medio critter, quòd parum feliciter hominis mihi amicissimi, tum primum illata esset mentio. Subieci tamen alios quosdam, sed parcius à me laudatos. Paucis inde diebus, quum Saurognani fratres adhuc Venetijs essent, ex Carnorum ora nobis nunciatum est, Vranium cum filio Hünium accersitos. Tulissim ego eam rem iniquiore animo, non quia non illis ut omnibus uelim bene esse: sunt præterea ambo non uulgari eruditione uiri, & ob eam rem ciuitate illa dignissimi: sed quod apud alios (id quod sanè facturum eram) res ad eam diem nō mota à me esset. Quamquam tute ita uelle conuiebas, qui mihi per literas sub id tempus significasti, nolle ineptire amplius, sed Cipici antistitis auctoritatem secutum, uelle Romam proficisci. Probo ego uehementer id consilium, ac tibi feliciter enire uolo, quod in luce hominum destines, non inter pueros confensere. Verum ubicunque fueris, illud tibi persuadeas uolo, nullum unquam tempus futurum, quo Sabellicus non sit de tua dignitate cogitaturus. Nunc quando quid nostræ Musæ agant requiris, quadragesimus rerum humanarum est in manibus, sumusque iam eo meliore spe, quo propinquius portum anna uigamus, portum dico non minus mihi optatum, quàm Ithacensis fuit Vlyssi. Vale.

M. Anto. Palladio.

Novas in Plinium obseruationes nec habeo, nec habere cupio: quippe quæ tantum in me stomachi secum attulerunt, quantum à nullo inimicorum unquam expectassim. Etenim dum ea quæ in Plinium scripsi labefactare uult illarum auctor, omnes sui in genij uires non solum exercuit, sed perdidit. Tu optimus eris iudex quàm frigide omnia dicantur, quòd utinam illi longior uita contigisset, ut quæ maiore stomacho quàm iudicio in nos scriperat, ex nostra defensione mutare potuisset. Misissim ad te defensionem cum recriminatione plurium locorum, nisi impie uideret mihi facere, si eum lacefferem, qui in humanis desijt esse. Nosti credo illud, quod *τὸν τὸν ἀντιπρὸς τὸν ἀντιπρὸς*. Literæ iam scriptæ & obsignatæ erant, quum eum uita decessisse nunciatum est: quanquam nihil in ea defensione fuit, quod nō prudenter & officiose scriberetur. Volumina eius lucubrations, quàm paucissima sunt Venetijs delata, labor ingens, sed in quo multi iudicium desiderant. Quod Romam pestilentiali laborantem hoc anno adire nolis, rectè facis: atque ego ne accederes iam tibi per literas suasissem, nisi ueritas essem, ne omen facerem. Perque igitur istic esse quoad pestilentia remiserit, ne quod ceteri fugiunt, sequi uidearis. Vale.

M. Anto. Nouellino suo.

Marius noster periucundè est nobiscum feriatuus his paucis diebus: nunc Patavium negocij, si sapiens est, nō ocij gratia repetit. Assertque tibi numeros aureos decem, quos priori summæ adijcies: sunt, nisi opinione fallor, aurei triginta, quos pro contubernio anni huius ad te misi: & si per pauci argenteoli defunt, decem credo, aut duodecim, qui bona fide tibi suo tempore representabuntur. Mitto præterea scorteos specierum facculos quatuor ad tuam & fratris tui uiri optimi potius quàm filij, culinam instruendam, enim uero pueri satis edax natura est, nulliusque tentaculi indiga: per se enim aëras illa sua uis-

simè uescitur. Mitto & medica mala, quorum ut Marius mihi dicit istic penuria laboratis. Sunt hæc fautor admodum parua, nulliusque ponderis: sed rem totam commédabit Nouellini mei humanitas, quæ nihil in amico solet, præter animum spectare. Vale, & per amicitiam nostram rogatus, da operam ne filius, quantum tua industria & diligentia eius profectus iuari potest, me uana frustretur expectatione: quod non magis mihi miserum sit quàm tibi & amicis, quibus eum credidimus, inuidiosum. Iterum uale, & fac quæso, ut ex tuis literis intelligam, te per cuniam accepisse.

M. Anto. Guliola.

Vidissim te libenter quum nuper Venetijs fuisset: sed tua an mea culpa sit factum, quod neuter alterum uiderit, postea quærendum puto. Nunc pro nostra mutua beneuolentia oro te mi Guliola, & ob testor plurimum, ut quemadmodum mihi per literas amici filium commendasti, fuissetque auctor ut contubernium ei deferrem, pari affectu meam aduersus illum suscipere uelis causam. Abijt hinc bonus adolescens me inscio, quum non paruam deberet mihi pecuniam pro domestica institutione: quis in eo erudiendo fuerim, ipse optimus est testis. Sūt & qui cum eo tunc apud me instituebantur. At pro industria & diligentia quam illi præstiti, iam annu propemodum est præceptorem uana expectatione ludificarus, quem turpe est, ne impium dicam, sua mercede fraudare. Misissim ad te literas, quas publicè ad prætorem urbis impetrati, ut adolescentis patrem pro potestate cogar ad eam pecuniam, quam mihi ex stipulatu debet, persoluentem: misissim & chirographum meum, quo totum tibi permittimus negotium, si quid facturus esses, perspectum habuissim. Tu, si me amas, & si à me amari nō ignoras, caue in re æquissima tuo desis Sabellico. Quod si maioribus curis occupatus, id minus præstare potes, gratisimum mihi feceris si continuo de tua uoluntate ad me scriperis, ut tua destitutus opera, alium mihi quæram patronum. Vale.

M. Anto. Catalucio fratri.

Quòd ad te diu non scripsi, Italiæ status fuit in causa, turbulentaque temporum conditio. Nam omnibus bello ardentibus, neque ad te scribere potui, neque debui. Nunc quia pacatiora sunt omnia, refarciam longum silentium frequentia literarum. Si tu cum omnibus tuis uales, bene est: ego Dei beniguitate rectè ualeo, de studijs nostris, quia longum sit, totam illorum rationem tibi literis explicare: tantum habeto, esse nos propemodum adeptos, ut si non uirtute orationis, at scribendi uoluntate inter ueterum scriptores (absit uerbo inuidia) habeamur. Et ne magis loqui magnificè, quàm facere uidear, mittam ad te paulopost quatuor & sexaginta humanarum rerum libros, quos à prima mundi origine scribere ad ortus, magna quidem spe, sed maiore adhuc successu, ad Romani imperij inclinationem perpetuo textui historie filo: opus aliorum iudicio inexhaustum, sed meo longè laboriosum. Vicit tamen labor, uicit & industria tantæ rei magnitudinem: sed tu de tota re postea iudicabis. Quòd Adriam nostram ex tua meaque sententia matrimonio locaris, plurimum gaudeo, tibi que absentis gratulor: & quòd ista noua affinitas tibi & alijs bene uertat, cupio uehementer & opto. Quòd cogites ad me uenire, & quòd gener tuus, qui æquè ac tibi est mihi charus, sit & ipse breui uenturus, ut in genuè dicam, non placet, præsertim ante meum ad uos reditum. Statui enim hoc anno (uiuamus modo) Romam uenire, ut Apostolorum limina inuisam, ut te & alios complectar, iuuenque uos ambos in persoluenta filiarum dote: quod octauo ab hinc anno pollicitus fui. Interca, neque tu, neque alius ad

me ueniat uolo nisi forte uultis omnem meorum cōfiorum, destinatq; reditus rationem peruertere. Quod si uidendū urbis huius studio tenemini, post meum istinc reditum, erit tibi & omnibus integrū ad me, quum liberit, uenire. Marius pulchrē ualet, & iam alterum annum Parauij dat philosophiā operam: cogito eum quoque mecum ducere, ut tibi & alijs sit notior. Videbitur spero uobis omnibus nostra familia non indignus. Vale, & Mariorum nostrum, Antoniam tuam, Ariadnam, & domesticos omnes saluta.

M. Anto. Nicolao Cumanico.

Observaui horā, & hominē, p. duxi, de quo ex cursu locuti fuimus. Sed tu maius securus negociū, aut certē negocij oblitus, postridie nō affuisti. Dixeras Cumanēses tuos querere, q. publicē suos in situ eret liberos. Ego tuorū ciuiliū tuāq; uoluntatis studiosus hominem frugi, & impense doctum me uobis daturum, sum pollicitus. Ceterum, quia te absente nihil transigi potuit, uisus sum mihi nihil ineptē facere, si per literas ex te peterē, quid factū opus sit: oporteat nos tuū huc reditū expectare, an istuc publicē scribere. Nā quod ad præceptorem atinet, scio ego, & affirmo fore, ut tu mihi, tibi quies tui quandoque gratias habeant & agant: quā maximas, quod de autore publicum ex omnium sententia sint præceptorem adepti. Quare, te oro & obsecro, ut cōtinuō mihi per literas significes, quid nos facere uelis. Vale.

M. Anto. Harmonio.

Quibus tibi uerbis agam gratias Harmoni nō reperio, qui Sabellicum tuum iam octauum annū nil præter cœlum, aquam & parietes intuentē, non paritatis agrestibus delicijs fraudari. Fecisti id quidem sæpius, & nunc sedulo facis, ut ex tuorum Pisano- rum Atestensi autumnii primitias ad me mitteres. Accepi uitas, quas tuus puer mihi attulit, Hymetij mellis æmulas: factum est tuo munere, ut neq; tibi, neque uillificantium cuiquam, præter umbrā & fontes, inuideam. De negotio tuo, quod ad te scribam, nihil est. Absenti rei auctoriam plures dies, nec absens dedit ad me literarum quicquam, quibus saltē doceremur, quid oporteat nos sperare: si quid inde fuerit allatum, faciam te continuo certiorē. Impresoria ualde feruet officina, p. ceditq; feliciter opus. Nihil est Democriti tuo frugalius, dignus est qui ab omnibus ametur. Vale.

M. Anto. Hieronymo Squarciafisco Alexandrino.

Audito te ex Cypro Italiam repertem à prædonibus captum, grandiq; pecunia, quam honestē tibi paraueras, spoliatum: errareq; nunc Calabriae urbis seminudū. Doleo ego quē ac debeo, quod tibi humana uis omnia ademerit, ut Ithacēsi olim Vlyssi maris sæuitia. Sed plus omnino dolerem, nisi certo scirem habere te, ut illum, Mineruam comitē, cuius ductu sis breui pōst futurus multis admirationi, non minus quā Ithacus fuit Phæacibus. Quod si pertinax fortuna te istis quoq; litoribus excludit, da operam, ut Adrię ora enauigata, quod multo tutius quā antea facies (Cātabit uacuis: norum est tibi carnē) breui pōst Venetum litus teneas, ubi amici te hospitio iuuabunt: iuuabit & ipse urbis genius, ut si paululum hic cōmoratus fueris, tā lætus tuam Alexādrīam reperas, quā ex Corcyra missus Telemachi pater Ithacam. Vale.

M. Anto. Hieronymo Adalmario Marofacensi.

Bassanensem uillam, quam mihi graphicē delinēasti, si cum uoluptate potuissē redire in gratiā, uehementer hodie desiderarem, suspiraremq; absens amenitatem istam. Fecisti scribens, quod nunquam fieri posse arbitrabar, ut animus istiusmodi illecebris desuetus, tanquam ad imaginem quādam uoluptatis, per quietem conceptam sese erexerit: &

quod decreto respuit, putat optabile. O fontes, & luci, & irrigua floridaque Adalmarij mei prata: testor uos ego, testor agrestes deos & Nymphas, si quē istis inerrant locis, si amenitas prædiorum uilla iacentē animū excitare potuisset, fuisse me omnibus uoluptatibus istam prælaturum. Ceterum, quia multis districtus curis, & tanquam adamātinis uinctus carthenis, hic me esse oportet, meū rogo Adalmarium mihi, & Smyrneo uati restituite, quo absente, neq; Graias exerceo mulas, neq; ipse exerceri uolūt. Sed satis cum uilla tua iocati sumus: tu aut ad nos ueni, aut *τὸ αὐτῶν ἐπιτομῶν ἀναμάρτα, ἢ τὰς ἀλλὰς οὐ μιλίας*, confestim ad me mittito. Cupio uehementer cognoscere tuam istam lucubrationem, non ut tecum expoſtulem: sed, ut quale sit tuum istud Graiē militiæ tyrocinium, intelligam. Vale.

Dominicus Palladius Soranus, M. Anto. Sabellico suo præceptori, uiro clarissimo.

Scio ego, quā me ames ardentē Sabellice clarissime: neq; ignoro quānti me facias supra merita pro summa ingenij tui mansuetudine. Itaq; uerē ipse non debeo, quem totum esse tui nominis & celebritatis, quem exteriorem æquē ac interiorem hominem iam diu cognoscis, aut amuloteron, aut parū me sis literatū habiturus, si quid inest erroris, quod heri ad te preproperē chirographū scripsi, uel min⁹, quā debeat accerare dictum. Rara enim felicitas profectō, seu laus sequitur extemporalitatem. Bene uale linguæ Latinæ iumen, & meum decus.

Pomponius M. Anto. S.

Legi sæpius quod nōdum edidisti, genethliacōm felicisimę urbis: admiratus sum, genus carminū supra uires nostrę ætatis tam repentē creuisse. Gratulor sæculo nostro, quod nō minus historicis, quā pœris abundet. Placuit autē mihi stylus ille, quem in magno uolumine seruasti (scis de quo loquor, es enim in utroq; consummatus) ueteres imitatis, ut animaduerto: propofuisti tibi optimos. Mittā epigrammata, in quibus complectar quod mereris: scilicet, ut fas est, eximia laudē. Munera tua accipi: nō pœnitebit te priorem fuisse, sed Diomedes ero. Venetijs degere fortunatius est: cæteris in locis profiteri, quale sit, dicant qui patiuntur. Vale.

Pomponius Letus, M. Anto. S.

Sæpius ad te scripsi: Germanorum tabellarijs literas ad te dedi, quorum fortē negligentia, quia abest lucrum, non accepisti. Doleo equidem: pleraque erant in illis, quæ te summopere mouissent. Dederam tibi optionem eligendi, uti ex ijs uoluminibus quæ apud me sunt, seligeres quæ uelles, in præsentia te exhortor uideas quid opus sit: licet omnia teneas, & quibus præcipuē delectaris: nihil est domi quod te præterire uelim. Rescribere ne taciturnitas rei opportuna obſit. Sed his pro uoto & arbitrio tuo utere: ipse me præstitero, qualem opinaris. Vnū ab te amicorum obseruantis, pero, quod certē scio. Pōponio minime negabis. Deceſit superiore ætate Antonius Quinterius Laudēsis ex illa cisalpina Gallia, forma, ingenio, & moribus egregius: Cardinalis Columnæ à cubiculo minister: amabatur, diligebatur ab omnibus: tota cecidit, ut ille inquit, dolente Roma. In eius laudem multa sunt epigrammata edita. Cupio, quoniam scio mihi in amore respondes, ut eum tuis immortalibus carminibus celebres: siue epigrammate, siue longa deploratione ingenio tuo copiosissimo digna. Sed uideo id de M. Antonio posse polliceri: iā expecto audissimē monimētū pro adolescente nato annos propē unū & uiginti: ad nos tua opera feretur, tantōq; id charius futurum est, quanto exoptatius expectatur: etsi uidebitur, alios qui sunt Venetijs, ad hoc munus inuita, erit omnib. gratissimum, nihilq; pro tempore & memoria defuncti insatiabilius legi poterit. Vale.

Rompo

Pomponius Letus M. Anto. S.

Si ueteris consuetudinis memor es (ut sis nemo ambigit) meminisse potes de Pomponij integritate, cuius tu præsertim uerus prædicaris abundē testis. Diceres quorsum hæc? Bernardinus ordinis Minorum, Romam quum se contulisset, domum, ut inquit Comicus, adiuit meam, uolentem & cupientē scribere orauit, uti ad te literas darem, fidemque facerem, eum quæſuisse tuum germanum in oppido, cui præerat, & non inuenisse, a quo literas habuisset ad te: quumque id fecus præuenit quā sperabat, fidem facio eius obseruationis, & esse planum, quod referet. Eum tibi commendo, ut te monitore & adiutore uerbis duntaxat (opes enim non querit) Hierosolymas contingat: de qua re hæcenus respōdissē literis tuis, si ille qui ad me tulit, redijſſet: eū nullibi ampli⁹ uidi. Me plurimū tuari rerū successu lætari scias. Venetā historiā nō uidi. In Quirinali habito semot⁹ ab hominū frequentia. Doleo quod quū domum petebas, me præterieris: me totum & fortunam tibi amicē detulissē. Vale, & Bernardinum commendatum nomine meo habeas. Romæ.

Pomponius Letus M. Anto. S.

Literæ tuæ mihi gratæ fuerunt, præsertim quum sint testes opinionis meæ, & tuæ erga me obseruationis. Voluissē ut ad me aliquid petijſſes, celerrimē pro uoto consecurus esses. Verum & is sum, cui si feceris periculum, nō inuenies parem: nollem inter mortales degere, si officiosus non essem, illis potissimum, quos uehementer amo. Nemo est Romę, qui famę tuæ detrahatur: literati hic sunt sine inuidia: & si in tanta multitudine aliquis putesceret, caret si de, caret auctoritate, nullum habet mecum commercium. Vivo integer: ita & de moribus tuis accipi, in quo ualde mihi places. Heri occurrit mihi in itinere urbis Poladelphus communis amicus, quo semper sum familiarissimē usus: ab eo statim quæſiui, quid de Sabellico? Retulit, quæ summopere audire cupiebam: plura simul contulimus, quæ omnia ad tuam laudem pertinēt: uerum & ipse hoc amplius addidi, nouiſſe me ab ineunte ætate ingenium tuum. Restat ut assidue augeas, quod de te credimus. Vale, & cum Poladelpho Venetijs & Euganeis utere. Romæ.

MARCI ANTONII SABELLICI FAMILIARIVM Epistolarum liber septimus.

M. Anto. Guidoni Feltrio.



VOD aliena legis, clemēter facis princeps mitissimē: at quæ tuorum sunt, si legere non recuses, & clemens & pius merito habearis. Libens nuper, ut mihi dicitur, & tuæ ad me literæ significant, nostras accepisti Enneades: & nunc si uacat in clypeo princeps Polydori Vrbinatis, qui tuus est, *τὸ παραμύθημα* accipe, quas uno ille, non minus lepidē quā breuiter, complexus libro, tuo nomini inscripſit. Facies princeps illustrissimē nihil à tuo genio alienum, si adolescentis tyrocinii nō aspernaberis, quin fauebis nascenti laudi. Satis enim fauisse uideri poteris, si rudimentum hoc studiorum, quod tuis ille in apertum retulit auspicijs, cognoscere nō graueris. Vale.

Angelus Politianus M. Anto. S. D.

Solebat Atlas quondam suo mihi nomine redire tā gratus, ut recepto cōtentus amico, nullū ultra

officium desiderare: nūc aut tuarū nomine literarū, quas fideliter reddidit, tā mihi iucundus redijt, ut eius planē præsentia non requirerē, atq; haberet Atlas quippiam secum, quod penē plus quā Atlas expectaret: nunc idē istuc reuertitur cū literis meis, quas tibi arbitror fore gratas, non tā suo, quā tabellarij nomine. Noram equidē antea quoq; quantum ingenio & literatura, quantum etiā stylo, facundiaq; polleres. De humanitate nihil sanē adhuc audiuerā, sed eā tua mihi nunc epistola delinuiſt. Atlas penicillo & coloribus expressit. Aucupabar sanē iam pridem occasionem quampiā ineundā abs te gratiæ, quum tu scilicet hoc agentē præuenisti: nō ob id humanior modō, quod prior, sed quod minor quoq; proposito premio. Quare danda mihi nūc opera est, ut quemadmodum ineunda tecum amicitia posteriores tui, sic eadem tuenda, colendaque priores feram. Vale.

M. Anto. Do. Grimano, S.

Facis quod & nostrorum hominum pauci, ac nō scio an uerius nemo dixerim, Dominice eques sple didissimē, qui philosophiæ studia complexus, nostraria hæc oratoria, quæ uestris illis cū natura, tū cōsuetudine cōiuncta olim fuerē, ut leuia & parum sapienti uiro necessaria, quod pleriq; faciunt, nō aspernaris, longaq; per interualla respicis: sed utriusque rei curas tecum ex quo partitus, sedulo das operam, ut tā tibi in hac parte quā in illa, succedat studiorū profectus, sisq; per hæc iam pridē facile cōsecurus, ut orator non minus eminēs, quā philosophus habearis. Rara me hercule laus, ac quo rarior, eo certē pulchrior. Ceterum nihil in præclaro isto nitæ instituto perinde aiunt te, achistoria delectari: nec immerito alit illa molli quodam & dulci succo orationem. Sed quum hanc quoque uariē tractare dicaris, quæ te diutius in sui admiratione detineat, præ naturali illa, quā Plinius sex & triginta clauit uoluminibus, audio esse nullam. Verum quo maiori illius studio teneris, eo te iniquius ferre certum habeo: quod ex uberrima hac recentiorū hominū fruge, nemo adhuc extiterit, qui lectiōne ipsam à uicio, partim temporum iniquitate, partim librorum incuria contracto, sit uindicare adortus. At fuerunt, qui sparsim paucissima quædā uelut in transcurso subnotarent: fuitq; illud intra hostium uallum iaculari, non statariam conferere pugnam. Nos uerō, non quia plus uirium quā illi habemus, sed maiore quadam fiducia freti, tertio ab hinc anno Plinium eo consilio interpretandum suscepimus, ut non rerum solam, sed quantum uiribus niti possem, uerborum omnis explicaretur ratio. Fuit fateor certamē illud longē difficilior quā ab initio conceperam: ita ut non ubiq; nobis immo ta steterit acies, sed turbatus interdum, aut pedem retuli, aut magnitudine rei deteritus, terga penē dedi. Vici tamen, uicique constantia magis quā uiribus: ex longaq; & uaria obseruationum serie, locos quosdam in amicorum conspectum (constanter me hercule & cum rubore) nonnunquam dedi: sed adoleſcētes pleriq; qui tum fortē nobis operam dabāt immoderatus id facere, uulgoq; talia uelut mancipia bello capta, in aperto proponere. Quæ res efficit, ut amicorum quidam, & in his Antonius Moretus, homo, ut nosti, nostratium literarum perbelle eruditus, studiorumq; fautor maximus, nunquam inde à me efflagitare destiterunt, ut Plinianus eiusmodi obseruationes quā presissimē possem, in ordinem redigerem, redactas, in apertum referre. Quod ipsum ne magis sua causa noluisse me q̄ non potuisse crederet, ex omni numero, qui sanē ingens fuit, pauca admodū atq; illa ipsa nuda, nulloq; uerborū apparatu breuiter collegi: & in his nonnulla quæ quoniā utriq; auctoritate laboraret, censui in medio

medio relinquenda: sed cum duas ferme ex eodē genere centurias scripſiſſem, eſſetq; altera adhuc ſemiplena, impetus cepit eā ex extrario quodā & quaſi euocatorum numero, ſparſim hinc inde locis accerſitis explorare: quod ipſum ex ſententia adeptus, quā iam proſpicere cepiſſem, cui potiſſimum hanc obſeruationis formā cognoscēdam traderem, tu unus omnium, uir præſtantiſſime, dignus mihi uifus es, quē in primis tali munere impartiremus. Sciebam enim ita fore, ut ſi tua ornatiffima bibliotheca emēdanda, quanquam nihil ſit illa emēdatius, noſtram induſtria non modō non aſpernaretis, ſed etiam daturus eſſes operam, ut duæ hæ noſtræ cēturiæ à me tumuluoſe cōſcriptæ, ſi non multa ui, apparatus ſaltem aliquanto honeſtior, per te eſſent in medium proceſſuræ: quod ipſum, ut præſtes; rogo te uehementer & hortor. Vale.

M. Anto. Democrito.

Quid amici hominis apud amicum ualeat autoritas, cum ſæpe aliās ſum Democrite expertus, tum præcipuē his diebus in tua amicitia. Certus erā nolle nunc edere has noſtras Enneades, quibus ſum omnium res gentium complexus, à primordio mundi ad Arcadij & Honorij tempora. His enim imperantibus, Roma direpta à Gochis & incenſa, labefacta cepit Ro. imperium. Preſiſſemq; tam diu has meas uigilias, quoad extrema manus inſtituræ imponeretur hitoria: nam eo conſilio ad ſcribendum uenimus, ut ad noſtrorum temporum memoriam præſens rerum extenderetur explicatio, ſi tam diu ſuperſeſſet uita. Videbam ad hæc fore, ut quo lucubratio hæc magis maturuiſſet, eo tutior futura eſſet editio. Sed neq; amicorum pleriq; neq; tu omnium amiſſiſſime pallus es ita euenire, qui Io. Harmonij Marſi iuuenis doctiſſimi, & uiriuſq; noſtrum familiaris conſilio, ut mihi dicis, uſus, hortando, monendoque, niſi per partes opus ederetur, futurum ut lector eius magnitudinem perteſus, prius facti dire cepiſſet, quā lectio, quæ proponeretur, qualis eſſet rectē iudicari poſſet, facile perpuliſſet, ut mutato cōſilio quicquid laboris huius in exhaustum, tuo hortatu pateremur in apertum exire. Cæterum ne præcipitari uideretur editio quæ maturari non potuit, quantum in uarijs occupationibus, per quas ne reſpirare quidem datur, eſſicere potui, diligenter curari, ut quā emendatiſſimæ hæ noſtræ Enneades imperſoriam ſubirent officinam, in qua nuper recognitione, multū ac ſupra q̄ dici poſſit, noſtrū inuit laborē Bernardin^o Cadoſus Camalduēſis monach^o, uir diuinarū humanarūq; literarum ut ſcis, impēſe doctus, & ex Brixiēſi illa probitate quā Plinius celebrat, multum referens. Fuit illius opera tam nobis utilis, quā iucunda: & in his præcipuē, quæ ad ſacram attinēt hitoria. Sed ſatis ſcio, fruſtra utrunq; laboraſſe, niſi tua fides & induſtria id demum mihi præſtabit, ut lucubratio hæc maneat nobis in offenſa ab omni opificum iniuria: inſtando, monēdo, ſingula penſitando dabis operam, ut ſartum & reſtū inde opus, omniq; ex parte emaculatum nobis reſtituatur. Nam, quod ad hitoria fide attinet, nullam reformido calumniam, quum omnia quæ ſcribuntur, uetuliſſima ſint, & procul ab hominum memoria remota, atq; ex ijs potiſſimum ſcriptoribus excerpta, qui hitoria legem non ſeruafſe ſolum, ſed cōſtituiſſe etiam uideri poſſunt: quam obſectationis anſam adepti alienarum rerum oblatratores, noſtram, ut audio, fidem in Veneta criminantur hitoria, tanquam in ea relatione, quæ in noſtra deſcēdit rēpora, periclitari neceſſe fuerit: nec fieri potuerit, ut non gratia aut odium ſtylum à uero deſlexerit: quæ hominum calumnia, ſi quid habeat ponderis, Thucydides, Xenophon, Polybius, Iosephus, Aegippus, & ex noſtris Liuius, Criſpus, Cornelius, & alij qui permulti ſunt, pro uanis repudiari poſſunt,

qui non res tantum ſuorum temporū in literas miferere, ſed quibus etiam gerendis eorum aliqui præſuerunt. Cæterum nullus eſt, quod ad calumnia uanitatem attinet, in Veneta hitoria locus, ut publicè reſtari ſoleo, quem non ſim uel magna ſpōſione paratus, in Venetis annalibus ex fide reſentare, aut in ijs certē qui commentarios de eare ſcriptos reliquere. Quod ſi domeſticis ſcriptoribus eſt fides abroganda, Liuius fabulam ſcripſit non hitoriam, qui Ro. nō Punicos ſecutus eſt annales: enim uero duobus recentiſſimis bellis Othomannico & Ferrariēſi (quod in Rhetico poſtea & Gallico feci) quia nulla adhuc de his rebus extrabant literarum monumenta, eorum ſum fidem ſecutus, qui hoc uel illud obiuere negocium: nec unius interim, ſed pluriū ſimul commentarios ſequabar, quos de eadem re ad me datos diligenter conſerebam, ut nō niſi quæ plures traderent, ac propiora uero uiderentur, pro ueris haberemus: in quibus, ſi quid illi memoriæ lapſu (nam gratis mentiri quid attinuiſſet) a uero recellerent, nō ſtudium mihi deſuit ueri indagandi, ſed inueniendī felicitas. Quanquam nō uideo, qua alia ueteres illi hitoriarū conditores uti potuerint ratione, in ſuorum temporum rebus referendis: nam negocijs omnibus intereſſe non potuerunt. Sed audi quæſo, quā cæca ſit inuidia, quæ nil aliud nouit quā aliena corrumpere. Domeſtici obſectatores (nā ubi nam hæc peſtis non plus nimio inualuit) quæ ſunt Venetorum ſecunda, me frigide & uelut inuitū ſcribere criminantur, ſi qua aduerſa, rerum atrocitatem uerbis augere: contra externi plus quæ Venetę laudi datum cauillantur, quæ diuerſa calumnia ratio planē arguit hitoria temperamētum, quod tam hī quā illi ex caliganti inuidię ſpectula, neque uentitauerit: quod ſi inuidiæ quid uerum ſit, quod æquum perſuaderi poſſet: uel hoc uno nos omni abſoluerēt ſuſpicionē, quod peregrinus homo ueni ad res Venetas ſcribendum, nulli propemodum notus, proculque à Venetę ciuitatis conſpectu rotam (Verona eſt mihi teſtis) texui hitoriam: ſui proinde tunc ego tam procul ab omni odio & gratia quā illa commentabar, quanta his me eſſe oportuit quæ nunc a liarum gentium eduntur. Sunt enim ab omni honō nū memoria remota. Sed ualeant inuidi, ac ne non ſemper ſit illis quod agere poſſint, cepas mandere iubeo & flere. Tu mi Democrite, quando lucubratio hæc procul ab eſt ab eiuſdem di calumnia, da operam ſi me amas, ut in hac parte quæ ad emendationē attinet, nullus relinquitur inuidiæ locus: quod ſi ſedulo ut ſpero, feceris, amabunt te merito, qui hanc non oderint lectionem. Vale, et ſi quis de Rapſodia uoce nobis lirem intenderit, ita occurrito: me unam Graij nominis partem ſecutum, peregrinam maluiſſe uocē uſurpare, quā ex noſtratibus aliquam, quæ nulla ſatis honeſta ſingi potuit: quāquam meminiffe poterant illi fuiſſe, quod ad reliquum diſtionis attinet, canere apud maiores, quod nunc eloqui eſt, ſi Strabo uerus eſt autor: nec quia modulatus ſit poetarū ſermo, minus quadrat nobis ratio: eſt enim poetice cognata hitoria, ac quodāmodo ſolutū carmen, ut ſcribit Fabius: idq; adeo uerum eſt, ut Liuius autor grauiſſimus ab Heroico he miſtichio ſit hitoria exortus. Sed qui minus crude erunt ſtomacho, uidebunt hæc & boni conſulent.

M. Anto. Io. Cardinali S. Angeli, S.

Tua in ſignis pietas, ſpectataq; uirgē ſanctitas fecit præſtantiffime pater, ut tuę quāuis ignotus amplitudini nihil impudēt ſim mihi uifus facere, quod has noſtras Enneades, quibus omnium res gentium à prima rerum origine ad Romā uſq; captam à Gertis ac direpta, ſum ordine complexus, qua memorabili clade inclinare cepit maieſtas Rom. imperij, priuſquam uulgarī cepiſſent, tuæ amplitudini cognoscēdas dedi. Erit hæc lectio, ni multū opinione fallor,

fallor, tibi pater pietiffime, non ingrata: & quod Veneto ſit nomini inſcripta, quo nihil eſt in terris tibi, ut arbitror, charius, tum quia à tuo pietiffimo ſit genio non aliena. Nam in huiusmodi hitoria texenda ita diuina humanis iunximus, ut neuū ſine altero cognoſci poſſit, ut qui unum legerit, utrumque legar neceſſe ſit: feci que id ego eo libētius, quo certius eſſe ſciebam, qui à ſacra lectione non aliter abhorrerēt quā à re fordida & obſcena, non tam materiam quā dicendi figuram auerſari. Experiri uolui an fieri poſſet, ut dum nimio humanarum rerum ſtudio feruntur, in diuina quæ ſunt illis infera remerē incidentes, meliora cognoſcere inciperēt, cognita amarēt: ut uelut pueri qui difficiliter curantur, dum dulcia ſequuntur, abſynthium aut aliud ſalubre pharmacū, incauti bibunt. Cæterum, fuerit ne operæ præcium id facere, tua amplitudo æquius iudicabit, quum hæc noſtra legerit: nunc quod poſſum deſpondeo & polliceor fore, ut reſidua pars hitoria huius quæ adhuc in manibus eſt, quæ que in noſtra exhibit tempora, multo ſit tuæ amplitudini gratior futura: quanto ſcilicet ſibi quiſque ſuis que charior eſt, quā alijs. Erunt illic fateor multa aliarum gentium, ſed tuorum Venetorum tam celebriſſima memoria, quā uilius alterius gentis celeberrima: & quod omnium erit tibi præcipuē gratum, agnoſces in his tuorum maiorum decora: agnoſces quæ ad tuam ſolius ſpectant laudem, quæ que tuum que ant nomen poſteritati commendare: eſt ſatis ſuper que ingentes uirtutes tuæ memoriam tui nominis, ab omni uindicant obliuionis iniuria. Vale.

Io. Cardinali S. Angeli, M. Anto, S.

Quum diu antea inclytæ Venetiarum urbis originem, clariffimę que illius reipu. memorandas, nō minori prudentia quā felicitate res geſtas elegantiffimo ſtylo abs te conſcriptas, legiſſent: ſingula re utique ingenium tuum, doctriam, eloquentiā, grauitatem, rerum que ſerē omnium experientiam facile perſpeximus. Nuper uerō diuinum, ut ita dixerimus, tuarum Enneadum opus, quo omnium res gentium ab ipſius mundi origine texuisti, per partes intuiti, non potuimus proſectō non tumuopere admirari, quod diuina miro quodam ordine humanis miſcendo, ea elegantia, rerumq; copia ſit omnia complexus, ut incredibili nos uoluptate aſſecerit tam ingenioſa lectio. Ob id igitur gratiffimum ornatiffimumq; munus, quo nos magnificentiſſimo animo donasti, quanto maiores poſſumus tibi gratias agimus: hortamurq; atq; obſecramus, ut reliquum quod ſuper eſt operis, qua cepiſti diligētia perſequi, accuratiſſimē ſtudeas, quod omni poſteritati perpetuo beneficio, tibi que immortaliter cederet gloria. Si quid interea erit, in quo noſtra opera tibi honori, beneficio que eſſe poſſit, habebis nos ſemper paratiſſimos, ſtudioſiſſimos que. Bene uale. Romæ.

M. Anto, Franc. Cardinali Senenſi.

Poteram ego merito tibi ſuſpectus eſſe pater amipliſſime, ut q̄ nō præſtaturus eſſem amplius quod per literas fueram aliquādo pollicitus: ſed per diffidilis eſt noui operis editio, ac ſupra quā credi poſſit ſcriptoribus moleſta, in qua, ſi quid temerē offendit, non conſilium ſpectatur, ſed euentus: ut dicam quod ſentio, in nulla re minus feliciter peccatur, q̄ hic, ubi nullus relinquitur penitentię locus. Eſt omne præceps conſilium periculofum: ſed in his quæ mutari non poſſunt, periculofiffimum. Quod quū ita ſit, danda ſunt nobis opera, ut hæc editio quæ mutari non potuit, ne præcipitata uideretur: fuitq; harum uigiliarum recognitio non magis longa quā laborioſa. Acceſſit huic curæ altera recens non minoris ſolicitudinis, ne hæc noſtræ Enneades, quas eorum impreſſoria officinæ illarum, librariorum in-

curia uiciarentur: quod ne accideret, omni cura & diligentia fuit mihi elaborandum. Cæterum dum per hæc non una exerceor cura, en alter nobis uix ſentientibus effluxit annus: quæ mora, quo longior fuit, eo ut dixi, potuit eſſe ſuſpectior magisq; moleſta. Eſt enim res ipſa ſemper expēctantibus grauis: ſed quum deſiderium trahit, grauiſſima: Id ego ueritus præſtantiffimē pater, æquo animo tuli; immō propemodum auctor fui, ut quatuor primæ Enneadis libri ex impreſſoria officina ſubtraſſi, nudi ut nuper nati, ac tanquam è nido adhuc calentes, ad tuam amplitudinem quum ſuperiore æſtate Senis eſſet, deferrentur: nam & à fide tam diu laborare per moleſtum erat: & ita futurum uidebam, ut ſi tu pater pietiffime promiſiſſi negocij partem probares, eſſes & totum probaturus. Sed ſatis probaſſe uideri potes, qui ea quæ tum perlata ſunt, dignatus eſ, ut mihi dicitur, cognoſcere. Quod ego uelut præiudiciū ſecutus, en ſine ulla longioris moræ excuſatione, quod debeo tuę pſoluo amplitudini. Serō dixerit aliquis: ſerō quidē, ſed ſic multo melius quam nunquam: quanquam ne mora quidem illa, quam uis longa, multum accuſari poſſit, uel quia non uoluntaria fuit, aut quod cunctādo lucrificet aliquid. nam quum ſex Enneades deberentur, en ſeptem numero mittuntur, perpetuum hitoria filum complexæ, ab exordio mundi ad Arcadij & Honorij principum tempora: qui quum rerum potirentur, Roma à Gethis capta, ſedeq; incenſa, inclinare cepit ſumma imperij. Erit lectio hæc tibi pater præſtantiffime, ut ſpero, non iniucunda: nec ob id ſolum, quod ſua ſpōſite placere cōperit, fuerit que in fronte blandior uiſa: ſed quo in reſeſſu omnium memorabilium rerum copia, quas omnis uidit ætas, ſit reſerta. Sed hæc ſperare licet. Quod ſequitur, non tantum ſpero, ſed cōfido etiam futurum, ut reliquæ pars hitoria quæ nunc in manibus eſt, & quæ in noſtra deſcendit tempora, plus omnino ſit gratiæ habitura. Sic enim natura comparatum eſt, ut eorū relatio quæ noſtra uidit ætas, nunquam ſit audientibus non iucunda: quæ uerō proprias ſit laudes ſortita, aut eorum, qui nobis chariſſimi ſunt, longē iucundiſſima. Nec Vergilianus ille Æneas ulla æquere ac ſuorum laudibus afficitur, quum apud Penos Iliacas ex ordine uidet pugnas: neque animus in aperto rerum diſcrimine, tam diu ex uno pependiſſet obtutu, ſi eorum, quæ ſpectabantur, ad ſe nihil fama pertinuiſſet. Sed en, quæ tum Æneas uidit, parum gratæ fuerunt memoriæ. Contra ſi qua in noſtris erunt ſcriptis quæ ad te clementiſſimē pater, aut tuos pertineant (erunt enim omnino aliqua) ne multa dicam, non poterunt tibi non eſſe cognita ſuauiſſima: uel quia quo à pluribus memorabuntur, eo erunt ad poſteros clariora: uel quod tam proſpère & ſapienter ſint acta, ut talium recordatio nō poſſit non eſſe gratiſſima, qualis memorabilis illa Pij pontificis auunculi tui adminiſtratio, quo nullus hominum memoria maiorem exiſta humanæ pietatis arce laudem reportauit. Sed de eo tū longior erit ſermo, quū locus poſtulabit: nec tu interim taceberis pater pietiffime, qui in omni genere uirtutis eſt illius tam ſimilis, quā qui hominum ſui ipſius ſimillimus. Sed hæc in ſuum tēpus differuntur. Nūc quod dam^o benignē rogo accipias, et quod tua ſpōſite legere cōperit, ſi per ocium fieri poteſt, perlege: nam, quod ad euentū lucubrationis huius attinet, ſatis noſtra omnib^o placitura putabo, ſi tibi uiro in omni genere literarum eminentiſſimo notū diſpliceant. Vale. Venetijs.

Franciſcus Cardinali Senenſi, M. Anto, S.

Accipimus nuper tuas literas, quibus necelegantius, nec iucundius uidimus quicquā: nō quod illarū argumentum delectarit, id enim tua cauſa moleſtiſſimum

ffissimum nobis fuit, sed ob excellentem potius, & eximiam quandam uerborum, sententiarumq; tuarum copiam, argumentorum uim, exemplorum lumen: tum etiam, quod uidebamur nobis oblatam esse facultatem, qua tibi uero ætate hac rarissimo (quod quidem omnibus exposcendum uotis fuerit) prodesse aliqua in re possemus: præsertim quod nihil omni tempore antiquius duxerimus, quam in honesta causa, uel quemcumq; infimæ fortis hominem fouere, ne dum te uirum clarissimum, doctrina, moribus, omniq; uirtute conspicuum, non de uno, alteroq; homine, sed de humano genere uniuerso benemeritum. Extant enim carmina tua, extant historiae, aliaque ingenij tui præclarissima monumenta, quæ dum homines erunt, semper legentur, semperq; summam legentibus utilitatem cum uoluptate afferent. Nos uerò, ut de nobis ipsis etiam aliquid dicamus, fatemur ex tuorum librorum lectione multum didicisse, quæ gratiora profecto nobis fuerunt purpura & auro. Quid autem de stylo dicemus? quid de sententijs? quid de concionibus? Sed nos quid hæc scribimus? quasi hoc secuti, ad scribendum uenerimus, non ut de tuo negotio certior fieres: id nos Martino Arbeni archidiacono familiari nostro, tuique studiosissimo, conscribendum dedimus: quod, ut maturius ex tua sententia transigatur, de tota re iterum ad nos scribas necesse est, ut qualis sit, & qua ratione tractanda, multo melius scire possimus. Nam quod ad nos attinet, cupimus uehementer, ac supra quam dici possit, imò nobis ipsis in hoc negotio satisfacere. Vale, & tibi persuade tua omnia esse nobis charissima. Romæ.

M. Anto. Oliucrio Cardinali Neapolitano.

Aulus sum nuper in historia præstantissime pater, quod ex nostris scriptoribus, Græcisue ad hunc diem, quod sciam, nemo: quippe qui longissimam sacrarum rerum seriem cum ijs, quæ humanarum sunt gentium, à primordio mundi connectere adortus, perpetuum traxi historiae filum in Arcadij & Honorij tempora, quibus imperantibus ob Romam bello à Getis captam, labefactari cepit maiestas Romæ nominis: iunxeruntque ego diuina humanis ad eam tenacem nexu, ut qui alterum legerit, utrumque legat necesse sit. Nec ueritus sum ne id mihi noxæ uerteret, quod & Græcorum quibusdam, qui sacram Hebræorum historiam tractare ausi, in manifestam numinis iram incidisse dicuntur, illi Leucippum fortassis, aut alium stultitiam magistrum secuti: tantum abest, ut ritè piæque aliquid tradituri essent de uera mundi origine, & ijs quæ originibus proxima sunt, ut oppugnaturi potius fuerint, quæ propagaturi tanti mysterij fide. Nos uerò sanctius imbuti quam illi, ac uerius instituti, eo ad scribendum consilio uenimus, ut hæc, quæ relatu dignissima sunt, ac scitu utilissima, aliquando à pluribus amari inciperent, legerenturque hæc multo frequentius solito. Nam quia nullo propemodum splendebant orationis cultu, plerique hominum uerborum magis quam rerum studiosi, pro sordidis & incultis repudiabant. Erit sacrarum hæcerum relatio, nisi multum opinione fallor, admodum popularis: uel quia cum ijs promiscue legentur, quibus ob cultum orationis magnus fuit ab initio fauor conciliatus: aut quia noua uerborum figura, uelut nitida ueste induta splendescere uidebuntur. Fuit id opus septem circiter annorum. Cæterum Venetijs natum: Veneto nomini libenter inscripsimus, quod pro publico & priuato ciuitatis huius in te studio & obseruantia, æquè tibi gratum fore ar-

bitror, ac si hoc quicquid est, tuæ esset amplitudini datum. Nec sum adeo impudens, qui sacratissimas curas tuas cupi per hæc omnino interpellari, quod non magis ineptum sit petere, quam stultum sperare: quin satis mihi datum putabo, si cum tua amplitudo pauca in fronte legerit, uel lemma te duntaxat inspecto, nostram probauerit industriam, duxeritq; laborem hunc non indignum, qui in parte suæ ornatisimæ bibliothecæ reponatur: qui honor, si his nostris Enneadibus, ut spero, contigerit, multo hinc alacrius exequar reliquam institutæ historie partem, quæ in nostra, pater pietissime, exhibet tempora: eruntq; in relatione illa, de qua loquor, multa, quæ ad alios spectabunt, & quæ ad tuam amplitudinem tuorumq; decus spectent, erunt omnino aliqua. Sed dum illa longa serie scribuntur, hæc maioribus curis uacuis in manus sumere ne graueris, pater amplissime: ac quum hæc legeris, Sabellicum, qui totus est tui nominis, foue ac tuere. Venetijs.

Oliucrius Cardinalis Neapolitanus M. Anto.

Delectarunt nos mirum in modum Sabellicæ doctissime ac præstantissime, in hoc Neapolitano secessu, ubi nunc ualitudinis gratia parumper à reip. curis semoti sumus, tuæ omni auro & gemmis preciosiores Enneades: cum, quia illæ omnimodæ historie ubertate & uarietate refertæ, diuinarum humanarumq; rerum nexu admirabili colligantur: tum quoniam quæ orationis nitorem respicere plerique hæctenus arbitrati sunt, tu eo splendore ac dicendi elegantia illustras, ut planè omnibus palam feceris, nihil magnis ingenijs arduum esse. Accedit ad hoc quod in contextenda tot rerum, tamq; diuersarum congerie, ita te consideratè explicas, & oculatè absoluis, ut nulla prorsus operis magnitudine aut uarietate obrutus, felicissimè emergas semper. Tu uerò (quod ad rem in primis attinet) in hoc sacrarium non tuita ut uidimus, ad scribendum ingressus es, quasi Leucippum, ut inquis, secutus, aut eorum aliquem, qui Dei arcanum ignorarunt: sed eos magistros allestatas es, qui diuinis oraculis imbuti, originem orbis & historie ueritatem deriuare in stylium tuum potuerunt. Maeste igitur esto uirtute Sabellicæ, qui facis ut nostris temporibus merito gratulemur, quæ uocium nostrum oblectare lucubrationis tuæ suauitate uolueris: cui ea conditione omnia debent uolunt: si quod ingenuè polliceris, huius historie seriem ad nostri temporis memoriam usque deduxeris, non quia conscribi, ut tu innuis, laudes nostras deprecamus, qui theatro conscientie abundè contenti, si gloriam oportuerit, in Domino potius gloriabimur: sed partim, quia recentiora, quæ uel à maioribus nostris audiuiimus, uel ipsi conspeximus, quæ in ordine redacta perleguntur, magnam afferre solent legentium animis uoluptatem: partim etiam, quoniam posteritatem excoli tuis utilibus monumentis & illustrari exoptamus. Interim uerò Sabellicæ præstantissime, nostrum ocium tuæ lectionis negotio delectabimur: uiris præterea doctis communicabimus tua studia: denique egregium & exoptatum opus, in parte bibliothecæ nostræ præcipuè inter clarissimos rerum scriptores collocabimus, perpetuum nostræ beneuolentiae monumentum. Postremo quod ad nos attinet, debere tibi Sabellicæ maxima quæque pietemur, cui persuasum uolumus ardenti animo cupere nascisci occasionem, qua tuæ doctrinæ ac meritis, certissima animi nostri ac beneuolentiae erga te argumenta edere possimus. Vale Sabellicæ doctissime. Neapoli.

MARCI

MARCI ANTONII SABELLICI FAMILIARIUM
epistolarum lib. VIII.

M. Anto. Lodouico Sfortiæ.



CRIPSERUNT fortasse alij meliore euentu historia illustrissime princeps, quia plus illi potuerunt: sed qui audacior conatu quam ipse nuper feci, sit de ea re scribere ausus, quod sciam fuit nemo. Enim uerò septimo ab hinc anno, non unius populi, non gentis, non principis unius, sed omnium res gentium eo consilio explicandas suscepimus, ut si per uitam liceret, ad nostrorum temporum memoriam traherem historiae filum: & iam non minore successu quam fiducia, præcipua pars erat laboris huius exhausta. Quum ueritus, ne magnitudo operis gratia obstaret, si tam longa rerum explicatio, uno ederetur tempore, subitus quidam impetus cepit harum septem Enneadum in apertum referendarum, quæ non relationem, sed typum haberent rerum omnium memorabilium, quas à primordio mundi ad Rom. imperij inclinationem, omnis uidit ætas. Cæterum, dum lectio hæc recens est, & ab impressorum officina adhuc calens, nihil ineptè, aut ambitiole sum mihi uisus facere, si hoc quicquid est, prius quam uulgaretur, tibi princeps illustrissime cognoscendum traderem. Nec uereor quin lectio hæc sit tibi non parua uoluptati futura, cum propter alia quædam, tum quod Veneto sit nominis inscripta, quo nihil est tibi hodie coniunctius. Accedit huc, quod tu princeps mitissime, tua sponte, ut mihi dicitur, dignatus es quandoq; res nostras legere: atq; ita legeris, ut uehementer etiam probare uisus sis. Quod si unius ciuitatis res gestas, etsi longè celeberrimæ, cognoscere non recularis, quid uerear ne non sis hæc, quæ omnium sunt gentium, libenter inspecturus, præsertim quum omnium illustrium uirorum, qui omni memoria fuerunt, dicta factaque insignia, complexæ sint huiusmodi nostræ Enneades, in quibus ritus & mores gentium, clarorum hominum consilia, uarios rerum successus, & ut breuiter dicam, totum humanæ uitæ exemplar, uelut in tabula figuratum, licet intueri. Verum sis ne aliquando hæc per partes lecturus (nam rem totam tibi in amplissimi principatus administratione cognoscendam proponere, ambitiosi sit hominis, ne temerarij dicam) incertum habeo. Ego tanquam ita facturus sis, pergam alacriore animo residuum historie huius partem ad exitum perducere: cuius relationis pars erit tuarum rerum in clyte princeps, non parua, ubi eò uenerimus, ut illa sint à nobis referenda, quæ his paucis annis gesta sunt in Italia, per quæ partum est tibi immortalè nomen. Erunt, scio, illa tuæ amplitudini non iniucunda: non quod defint tibi qui melius possint & uelint res tuas illustrare, sed quia, aut pulchrius sit à pluribus celebrari, aut ad nominis immortalitatem tutius. Vale.

Lodouicus Sfortia Anglus dux Mediolani, M. Anto. S.

Acceptimus non sine ingenti uoluptate historiam & literas tuas: nec uerò hoc munus tuum ea una res fecit gratum, quod te ob singulares uirtutes tuas, plurimum semper dileximus. Lætatur uehementer, nouo argumento testatum te esse, quanta nos obseruantia prosequaris, & quam constanter memoriam nostri serues: quæ tua in nos egregia uoluntas, sicut plurimum commendationis meretur, ita etiam nostrum erga te amorè, non mediocriter auget. Solemus præterea rerum ante nos gestarum co-

gnitione multum oblectari, & proinde hæc quoque gratiam à nobis inuisti: nihil enim hoc tempore acceptius ad nos mitti potuisset. Dolemus autem in re literaria non tantum profecisse, ut altius eloquentiam & ceteras ingenij tui uirtutes, legendis his Enneadibus, perspicere possimus: nulla alia lectione perinde caperemur. Cæterum quando id non licet, inuabit sapientissime illas in manus sumere, & superiorum temporum gesta tuo beneficio cognoscere. Ne que te opinio tua sefellit: nam uolumè ipsum, cum per se fuit nobis gratum, tum ob id gratissimum, quod illustrissimæ isti reipub. inscribitur, qua cum coniunctissimè, sicuti tu ipse ais, uiuimus: propter quod nullius alterius nomen, ipsum magis commendare potuisset. Iam quanto opere laudari debet positum tuum, qui uno uolumine totius orbis res gestas completi aggressus sis: in quo, quoniam res quoque nostras te scripturam polliceris, gaudemus plurimum, abs te de æternitate nostra cogitari, & quod in animo habes, ut perficere possis, optamus. Cæterum scribimus ad oratorem istum nostrum, ut nostro nomine quædam certam aureorum summam tibi numeret: non quòd non maiora promerereis, sed ut aliquod uoluntatis in te nostræ pignus habeas. Tuum autem erit in ipso munere, non tam illius paruiteratem, quam nostram beneuolentiam perspicere. Mediolani.

M. Anto. Lodouico Sfortiæ Med. duci, S.

Tradidi nuper meas tibi Enneades legendas eò consilio, princeps illustrissime, ut gratiam inde, non premium, reportarem. Sed officium mihi, ut uideo, beneficium peperit: beneficium non mea fortuna, quæ humilis & obscura est, sed tua quæ est omnium amplissima, dignum. Nam & qui cum libro Mediolanum uenit, suo donatus munere ad nos rediit, & holoserici panni magnum mihi inuolucrum attulit dono ab tua excellentia: attulit & aureos nummos quinquagenos, quos mihi Glandatenis Antistes, tuus hic orator, summa fide representauit. Pro qua singulari beneficentia, quas nunc tibi agam gratias, haud facile reperio Princeps illustrissime: certè quæ maximas deberi scio. Sed quando (quod uix futurum putassem) defuit ad hoc ipsum mihi uerba, Deum Optimum Maxium, precor, ut incolumi principatu sis diu superstes, mihiq; ea mens contingat, ut perpetuo cultu & obseruatiâ, nec obscura animi gratitudine, tali credat beneficio non indignus. Vale.

Lodouicus Sfortia dux Med. M. Anto. S.

Liber quem ad nos misisti, non id solum meritum est quod fecimus, sed multo etiã maioribus fuit dignus muneribus. Tu uerò, ut doctus, ita etiam gratus animo, dum nostrum animum pluris quam rem estimas, mediocrem rem pro maxima accepisti, laudibusque impensius extollis. Duplici igitur es dignus gratia, nosque uirtuti tuæ in posterum duabus de causis debere uolumus: & quod scribendo dignum te fecisti, qui cognosci debeas, & diligi: & quod dum doctrinæ animi facilitatem iungis, affectus es, ut doctrina sit etiam in te multo amabilius. Vale.

M. Anto. Truiisano suo.

Texui Truiisane uir clarissime longissimam historie seriem, à prima rerum origine ad Rom. imperij inclinationem, in quæ tempora incidit auspiciatissimus uestræ urbis ortus: sumque opus partitum in septem Enneades, quas Augustino Principi inclyto, & Senatui inscripsi. Cæterum, quia ad Veneti nominis decus pertinere arbitror, ut quam plurimi, atque ijdem optimi intelligant, industrios homines non solum Venetijs nasci, sed alibi quoque natos, hic benignè ali & foueri: nisi has nostras Enneades nuperime impressas, priusquam uulgari cœpissent, Lodouico Sfortiæ principi illustrissimo

cognoscendas: idq; libentius feci, & quod Veneti fit nominis hodie amicissimus, sitq; aliquando sua sponte, ut mihi dicitur, res nostras legere solitus. Facies uir clarissime rem mihi gratissimam, si dabis operam, ut hic adulescens, qui librum istuc attulit, facilem ad ipsum principem impetret accessum. Erit id mihi tam gratum, ut nihil possit esse gratius. Vale.

M. Anto. Barbauaro suo.

Nostra scribendi consuetudo, non tam uoluntate intermissa est, quam temporum iniquitate. Manet hodie, manebitq; semper quoad uixerem, nostra tibi amicitia incolumis: sed de meo in te perpetuo amore, quum plus ocij nactus fuero, longiores ad te dabo literas. Nunc Barbauare mi, si me amas, & si à me amari non ignoras, da quaeso operam, ut per te huic, qui meas tibi attulit literas, fiat ad tuum principem accessus, ad que nostras historiaram Enneades misimus, ex impressoria officina nuperime receptas. Inuitauit me ad id officium, cum principis sapientia singularis, tum quod sua sponte, ut quidam mihi dicunt, res nostras legit aliquando, uehementerq; probauit. Vale.

M. Anto. Herculi Estensi, S.

Miraberis (scio) illustrissime Princeps, quid sit, quod nouus homo, nec ulla, ut arbitror, fama adhuc tibi notus, ultrò ad te scribere sit ausus. Sed scribendi causam multo magis mirari possis, ni sapientiam tuam & pietatem respexeris: que duæ in te uirtutes tantum omnium prædicatione eminent, quantum in eorum nullo, qui sunt hodie in amplissimi principatus fastigio collocati. Has nunc ego secutus, nihil temere me facturum putauit, si has nostras historiaram Enneades nuper impressas, quas Venero nomini inscripsi, priusquam uulgari cepissent, tibi cognoscendas traderem: nam quia promiscua in his relatio continetur diuinarum humanarumq; rerum, futurum uidebam, ut tuam prudentiam quamuis singularem, pars hæc, illa pietatem aliquid inuare posset. Proderunt hæc omnino aliquid, sed nec minor sequetur uoluptas ex ijs quæ Enneadum continet lectio. Nullum est enim uirtutis exemplum, quod in illustri sit loco positum, nullum dictum, factum uel memorabile à primordio mundi, ad primam Rom. imperij inclinationem, nulli gentium ritus, leges, mores, nulla demum humanæ uitæ præclara exempla, quæ non hic uelut in albo spectare liceat. In ueberis hic omnem uetustatis faciem, omnis rerum gestarum memoria, uno est loco contemplannda. Erit itaq; quum talis sit explicatio hæc rerum, ut spero, tibi non iniucunda, si eam maioribus curis uacuis aliquando cognoscere non aspexeris: percipiesq; ex eo, ut arbitror, uoluptatem non mediocre, quod dum alias in alijs uirtutes miraberis, que plurimum fuerunt, cum ijs, quæ in te sunt collate, uix sint æquilibrium facturæ. Quod si hæc placebunt, quæ aliena sunt, & ab omni hominum memoria remota, haud dubium, quin multo magis placitura sint, quæ reliqua pars huius continebit historia, que nunc in manibus est, in nostraq; excurrit tempora. Erunt, scio, & in his non pauca, quæ cum aliorum, tum clarissimam nominis tui memoriam, queant ad posteros trahi. Vale.

Hercules Estensis, M. Anto. S.

Accepimus epistolam tuam, accepimus & tuarum Enneadum opus nuper impressum, quod pro tuo in nos amore cognoscendum, nobis tradidisti. Arbitratus es profectò, id quod res habet, nos incredibili recognoscendæ uetustatis studio teneri, quippe quæ in ciuitatibus & populis regundis, plurimum adiuuenti afferant, melioresque semper ac prudentiores in secūdis & aduersis rebus, reddat illorum moderatores. Et nos hoc nomine tibi plurimum debere uolumus, quod multorum dierum lectionem ad

nos miseris, iucundam simul & utilem, & ex qua uoluptatem ferè percepimus incredibilem. Pergemus usque ad calcem tuam historia cognoscere, ne quid nobis incognitum relinquatur. Vnum tamen est, in quo multum nos demereri poteris, si ab inclinatione rerum Rom. ad hæc usque tempora, quod reliquum est historiae texueris: nescio enim quo nam modo recentium rerum ac nostratum lectio, plus secum affert dulcedinis & iucunditatis. Prosequere igitur ut cepisti, tuo isto graui stylo & facundo, reliquam historiae partem absolueres, quam si ad exitum perductam, ad nos aliquando miseris, rem nobis gratissimam efficies, maioreque tibi munere deuinxeris. Vale, Ferraria.

M. Anto. Iohanni Bentiuolo, S.

Si uitæ magistra est historia, ueramque, ut Polybius ait, secum affert ciuiliū rerum disciplinam: digna quidem res est, Bentiuole uir clarissime, quæ ab omnibus summo legatur studio, & ab eo præcipue, qui magnæ alicuius sit ciuitatis Princeps. Nam haud unquam opus est uirtute, qui uult multis prodesse, & ad quem uniuersa ciuitas sua defert desideria: sed is sit necesse est, à quo senatores prudentiam discant, iudices equitatem, negociatores fidem, milites fortitudinem, ciues omnes iusticiam. Quarum uirtutum, quum permagnus sit numerus, nulla in te uiro summo, ut mihi dicitur, ex earum genere desideratur, quæ ad ciuilem administrationem accommodari possunt, quippe qui in amplissima familia, in ciuitate celeberrima institutus, tantum domestica disciplina naturæq; beneficio, in omni uirtutum genere profeceris, ut dignitatem à maioribus acceptam, non solum tuearis, sed maiorem etiam in modum auctam, atq; in perpetuum stabilitam, sis posteris relicturus. Cæterum, tanta est humanarum rerum uarietas ratioque inexplicabilis, ut rerum omnium scientiam tenere necesse sit, qui in summo dignitatis fastigio sit collocatus: ut alterutram fortunam non solum ferre possit, sed omnes illius impetus fortiter infringere. Instruit in hoc uitam satis commodè philosophorum præcepta: sed multo commodius efficaciusq; historiaram lectio. Mouent illa haud aliter, quam si in maligna luce caligantæ aliquo recessu, speciem aliquam intueamur. Exempla autem rerum, quæ celebrat historia, uel quia in illustri sit loco illorum laus sita, qui ea gesserunt: uel quod multo significantius explicentur, hypotyposim habent quandam, ut non scribi illa, sed gerantur deantur: quo fit, ut multo tenacius hæreant animo, faciliorque sequatur profectus. Sed quum multum omnis prodesse possit historia, hæc quam tibi uir præstantissime nunc cognoscendam mittimus, omnium quod sine inuidia sit dictum, est maximè profutura: nec enim solius gentis, populue unius gesta, neque paucorum memoriam annorum hæc continent Enneades, sed res omnium gentium à primæ mundi origine ad urbem Romam Getico bello captam ac directam, qua insigni clade minor facta est Ro. imperij maiestas, continenturq; longissimo hystoriae tractu plures propemodum ætates, quam in quibusdam alijs rerum scriptoribus numerentur anni. Nec eo consilio hæc tibi misimus cognoscenda, quod ita persuasum haberemus, ut multum huiusmodi lectione indigeres: sed quod ita fore putabam, ut quum legenti tibi multa illustrum uirorum monumenta occurrerent, tuas in illis uirtutes agnosceres. Ita enim natura comparatum est, ut quum omnes uirtutes in omnibus miremur, nescio quonam modo ijs maiore studio fauimus, impensiusque probamus, quæ in nobis ipsi, nostro aliorumque emineant iudicio. Verum quocumque modo nostrum à tua amplitudine æstimabitur officium, pergratum mihi erit, si nouæ huic lectioni nuperimeque ex impressoria officina depronipte, adhibe-

adhibebitur Franciscus Beroaldus, uir eruditissimus, & cui tantum in his nostris studijs tribuo, quantum eorum qui fama & celebritate florent, nemini. Vale, Venetijs.

Io. Bentiuolus M. Anto. S.

Accepi nuperime literas tuas plenas officij, testes fidei, indices tuæ erga me obseruantia: accepi & munus characteu, non minus historica narratio, ne, quam splendido nitore preciosum, cuius elegantia uel ex liminari pagina, statim cognosci potest: pro quo gratias tibi uberes ago, gratiam relaturus cum dabitur occasio. Quum repolces, feriatu à negocijs, quibus multiuagis distineor, horisq; succisuius faciam quod cupis, & id quidem animo libentissimo: quod si non perlegam, saltem ex interuallo & saltuatiū legam. Historiam abs te luculenter grahiceq; perscriptam, leget & Beroaldus noster, cui iam translegendam dedi, qui eam probat, & præconio laudis extollit. Ego te iam in meorum numerum ascribo, & si tibi ulla in re gratificari possum, nusquam deero. Vale, Bononiæ.

M. Anto. Guidoni Vrbinati, S.

Nisi uerissimum esse arbitraretur quod Euripides scribit, nunquam has meas Enneades quas Venero nomini inscripsi, ausus essem tibi legendas proponere, illustrissime princeps. Sed quia uerius uero est, quod sapiens poeta ait, ex bonis bonos procreari, nunquam dubitauit, quin Fæderici patris tui, imperatorum qui omnium hominum memoria fuerunt, sapientia & fortitudine clarissimi, tam similibus esses, quam quiuis optimus filius optimi patris similibus. Fuit ille, quod post C. Cæsarem clarissimum ducum nullus, & imperatoris artibus, & studijs literarum præstantissimus, cui adeo utrunque affuit, ut hoc plus an illud ad nominis immortalitatem contulerit, difficile sit iudicare. Successisti tu illi paternæ laudis non magis hæres, quam æmulus, qui quantus tandem futurus esses, duplex in puero tyrocinium ostendit. Puer enim adhuc Odaxio Patuino uiro clarissimo, Græcæ & Latinæ facundia præceptore usus, tam breui utrunque dicendi genus imbibisse diceris, ut omnium opinione reminisci potius credereris, quam discere. Nec minor in armis inuictus, quorum præclarum uicementum apud patrem primò deposuisti, magistrum in eo genere laudis minimè penitentium. Secuta sunt inde eximia militiæ decora. Enim uero, parre adempto, etiam admodum adulescens, quia tamen ad uirtutem natus, non nisi fortia & alta semper petisti. Possem ego non pauca referre, quæ de præmatura sapientia tua inuictaque animi magnitudine, celebri fama feruntur: sed non eo consilio ad scribendum ueni, ut nunc de tuis rebus dicerem, satis superq; ad illas illustrandas supererit locus, in reliqua parte Rapsodiæ huius, quæ nunc in manibus est, quæ in nostros excurrit annos. Illud reticere non possum, stetit nuper uirtutem istam in ea acie inuictam, unde multi uiri fortes exceperant, nesciuisseq; immò noluisse se uicem fortunæ cedere: sed rebus iam perditis, eo consilio locum tenuisse, ut aut uictoriam ex hostium manibus extorqueret, aut in uestigio caderet. Verum hæc in aliud, ut dixi, tempus consilio differuntur. Nunc, quando mihi diceris, uacuo maioribus curis animo, solere libens literarum studia interuifere, nec ulla interim lectione, magis quam historica delectari, nihil ineptè sum mihi uisus facere, quod hanc nostram Rapsodiam, quæ omnium res gentium complexa est ab orbe condito ad primum Rom. imperij lapsum, priusquam publicum sortiretur, tibi legendam tradidi: nec ueritus sum, ne cum Venetorum causa, quibus inscribitur, tum quia complexa sit omnem uetustatis faciem, non aliquid hæc sit lectio tibi uoluptatis allatura, dignaq; existimeretur, cui in tua ornatissima bibliotheca, aliquis omnino uacet

locus. Cæterum, siue sic erit, siue aliter eueniet, ego tanquam omnia probaturus sis, irrequieto pergami stylo residuam huius historie partem, in nostrorum temporum memoriam extendere. Erunt, certò scio, illic omnia cognitu iucundiora, uel quod illustrium uirorum qui tecum hodie florent, res præclarè gestas uelut in tabula quadam intueri, pergratum erit, aut quia non pauca ad tuam principem iucundissime, tuorumq; pertinebunt laudem, gratissimum. Vale.

Guido Vbaldus, Vrbinus dux M. Anto. S.

Vel ex literis tuis, uel ex libro Enneadum tuarum, quas ad me legendas dedisti, duplicem percipio iucunditatem: alteram, quod animaduero non uulgarem tuam erga me beneuolentiam, quam plurimi facio, cum alijs de causis, tum quod ab homine eruditissimo, ac in literarum studijs eminentissimo proficiscitur, qualem te esse, & omnes prædicar, & ipse mihi persuadeo. Alteram, quod in hac historia tua lectitanda, mirum in modum delector: ea est enim uis ingenij & uerborum elegantia, & omnimodorum propè historiaram series abs te in unum conserata & coaceruata, ut facile quemuis ad legendum allicere debeat, uel utilitatis, uel oblectationis gratia. Ita que amabam te ante hæc sola nominis tui celebritate compulsus: nunc autem & amare, & admirari incipio, tibiq; gratias habeo, quod lectionis tam luculentæ compotem me & participè feceris: nam præterquam quod me delectabunt Enneades tuæ, primarium etiam locum in bibliotheca mea consequetur. Ego sanè si quid interea contingeret, quod tibi ex me, aut usui aut dignitati sit futurum, in eo & studium & amorem meum polliceor. Vale.

Ludouicus Odaxius M. Anto.

Adulescens qui librum Enneadum tuarum attulit, à principe meo benignè susceptus est. Ipse uero Enneades ita lætanter, ut nihil supra, quemadmodum ex ipsius ad te literis intelligere poteris. Fecisti rem profectò gratissimam & liberalissimam principi meo, qui sanè dici non potest, quantum tibi afficiatur, quantum ingenio, quantum elegantie, quantum eruditioni tuæ. Nam præterquam quod ex celebri hominum sermone perceperat, ipse etiam nuper adiecit iudicium & sententiam suam nequaquam aspernandam. Quod ad me attinet, ego is sum qui te multis ab hinc annis non amandum modò te mihi, sed etiam obseruandum suscepi. Itaq; & celebritati nominis tui, & immortalitati plurimum faueo. Vale, & Odaxium tuum tibi deditissimum, memineris, Eugubij.

M. Anto. Odaxio.

Accepissam ego comiter hominem, de quo iam tertio ad me scripsisti: nec id fecissem solū, sed quæ familiarissimè etiā tua eram causa amplexurus, nisi ille tuis mihi literis ex occurfu redditis, ita prorsus euauisset, ut iam inde nusquam sit factus mihi obuius, aut si factus est, adeo quidem ignobilis est mihi oblatu, ut dubiū sit, noluerit agnosci, an in hac urbana frequentia non potuerit. Verum si nostra aliquando opera uti uolet, curabo libenter ut re ipsa intelligat, nullam commendationem plus Odaxiana, apud me sibi prodesse potuisse. Quod nostras literas tardius quam tua fuit expectatio, acceperis, doleo uehementer: scripsissem ad te multo prius, nec passus essem ita euenire, si quibus literas dare potuissem, non omnino desuisissent. Sed nihil Odaxio est mihi iucundius, nihil charius. Vale, & quum plus ocij nactus fuero, plura expecta.

M. Anto. Dominico Cardinali Grimano.

Gratulor tibi, pater amplissime, recentem dignitatem, gratulor & sacerdotium, eoque impensius id facio, quo uetustatis huius sapientissimi ordinis in te orando studium & consensus. Et si omnium prædicatione sic habet, ut nullæ tam amplæ fieri possint

possint in tua dignitate accessiones, quod non maiores adhuc amplissimæ virtutes tuæ mereantur. Spero itaque; & opto hunc tuorum successuum tenerem ed processurum, ut qui nunc amplissima tibi gratulor dignitate, multo adhuc ampliore, & quæ nulla possit maior in uita contingere, aliquando gratulaturus sim, qui nunc, ut in præclaro & eminenti conspiceris loco, in sublimi demum conspiciare. Ceterum nulli dubium est, quin philosophia dūtaxat excepta, in qua inter uiros tui sæculi locū obtines eminentissimum, enixè in cæteris daturus sis operam, ut in Aquileiensi ecclesia administranda, optimam M. Barbi Cardinalis, ecclesiæq; illius olim antistitis memoriâ imitatus uidearis: cupiasq; ita enire, ut omnes intelligant, te quantum eruditione cæteris mortalibus præstes, tantū sanctitate uelis & innocentia præstare: sed quū nihil sit pater pientissimè, per quod facilius possis id consequi, quàm si per eos tuæ ecclesiæ negotia administraris, quorū operam Antistes ille optimus probauit, probatam repudiavit nunquā. Exijs hodie (nam per paucis restat) reliquus est Paulus Sanctoninus, uir optimus, & in primis eruditus, & qui triginta circiter annos in uestro illo Aquileiensi ecclesiæ foro, scribē functus est munere, tanta industria & integritate, ut dubium sit, maiorem inde prudentiæ laudem, ac continentiæ reportarit. Nemo unquam tribunal illud adiit, quem comitate & mansuetudine non sibi deuinxerit. Adicio illud, quod uel longa experientia uel prudentia singulari nemo est, qui melius iura illius ecclesiæ norit, qui nota prudentius disponat, disposita utilius tractet. Nec uereor, ne ambiciose uidear facere, qui de homine mihi amicissimo ita scribo. Astipulatur huic meo testimonio tota Aquileiēsis patria, Germani, lapides, & quæcunq; gentes ex eo foro iura sibi petunt. Quod quum Sanctoninus meus sit talis, ut nulli hominum possit id negotiū aut utilius credi, aut tutius delegari, ut si non ad sit omni studio, sit ad id munus requirendus: tuæ erit sapientiæ pater amplissimè, tuq; pietatis, si ecclesiæ rebus, si foro, si totius cleri commodis consultū uoles, ipsum hominē complecti, perpetuoq; fauore & gratia ueri. Erit id cū multis alijs gratū, tū mihi, qui totus ex tua pædeō amplitudine, gratissimū. Vale.

D. Cardinalis Grimanius, M. Anto.

Non miramur te nobis recentem gratulari dignitatem, qui nostrum in te affectum studiumq; penitantes, amari abs te nunquā ueriti sumus: quod quidem non solum animi erga te nostri conscientia, ita se habere nos monet & suadet, uerū etiam disciplinarum quasi pignus aliquod, uel potius quædā, ut sic dixerim, necessitudo uirtutis, solidissimum amoris nostri testimonium perhibet, ut consistere animus tuus, ac contineri in te tam graui & perdifficili nequeat, nisi etiam sublimiora nobis ominetur, augustiora que concipiat. Qualia, si sapimus, si uirū nostrarum modum imbecillitatemq; metimur, nō affectare modò non debemus, sed ne irretiri quidē spe aliqua aut meditari cōuenit: nam dum eas ipsas animo contuemur, demandati plerunq; muneris molem reformidamus, ne similes eorum quos carpit Hieronymus, efficiamur, qui inquit intumescētes putant se, non Christi dispensationem, sed imperium consecutos. Itaque non tam (ut uera fateamur) grata fuit nobis ecclesiæ amplitudo ac dignitas, quippe quæ non parum negocij ac ponderis fecum afferat, quàm fuerunt ea in re utriusq; senatus studia iucunda, quibus perspicere licet, quæ iam hominum de nobis sit opinio, quàm uel frustrari, uel imminui, à nobis accuratè cauēdum est. De Sanctonino tuo, quem ad Scribæ officium tam studiose cōmedas, ut de plerisq; ferè omnibus, decernere quicquam non possumus, priusquā reddamur per eum certiores, qui nostra iurisdictione illic uicario est

A nomine functurus, qui iam dudū ad iter arripēdū accingitur. Demum mi Sabellice id uelim scias, si qua tibi grata per nos præstari queunt, futurum ut omnia facile consequaris. Vale.

M. Anto. Do. Cardinali Grimano

Longiore opus esset excusatione, si causam diciturus sim, cur in tua ista dignitatis accessione, quæ in te pater amplissimè, hoc biennio facta est, nullo adhuc sim usus gratulationis officio: quod etsi obsecrum erat futurum, in tanta amicorum celebritate officiorumq; frequentia, quanta de tuo successu & incrementis ubiq; fuit: quauis ignobile, aliquod tamen potius esse debuit, quàm nullum. Nunc, ut omnia in arctum colligam, ego ad primum de tua dignitate nuncium, perinde ac debui lætatus, gaudium quod ex ea re percepi, tuis omnibus coram & uultu, & uoce testatus sum: nec his contentus, in animo habui confestim ad tuam amplitudinem scribere. Cæterum, persuasum mihi fuit, ab initio oportere me ea gratulatione uti, quæ præsentis esset lætitiæ accomodata, quæ non solum ab homine tuæ amplitudinis studiosissimo, sed ex ea quoq; officina profecta uideretur, in qua illustrium uirorū asidue cuduntur laudes: sed dum tempus expecto, me ditorq; præsentis curas abrumpere, alijs se negocijs super alia ingerentibus, annus mihi unus atq; alter per irritum conatum defluxit: ad postremū uictus, quia quod maxime cupiebam non dabatur, comici adolescentis usus cōsilio, id uolui quod potui. Quicquid enim uno eram uolumine complexurus, scribendarum rerum serie ductus, publicis patriæ monumentis intuli: quod nisi opinione fallor, tuæ sit amplitudini æquè gratum. Nunc quando nulla gratulatio sera est, quæ non sit negligētia prætermilla, gratulor tibi pater præstantissime, præsentem dignitatem, etsi multo antea præuisam, longè mihi tamen, ut tuis omnibus optatissimā, gratulor: & quæ pater tuus uir clarissimus eodem temporis intervallo, omnia sit uitæ ornamenta consecutus, quæ optimus quisque in libera ciuitate optare potest & debet, quodq; ex rei maritimæ imperio, sibi & suis laudē non mediocrem reportauit. Deum uolo præsentis uobis successus fortunare, ut tu foris, ille domi, sitis omni tempore & patriæ & amicis quàm charissimū, digniq; habeamini, quibus hæc & maiora bona meritò contigisse uideantur. Felix sis & faustus pater amplissimè, cui me etiam atq; etiam commendo. Venetijs.

Do. Cardinalis Grimanius, M. Anto.

Nō diffitemur pergratas fuisse nobis literas tuas, quippe quæ ab homine cum facundo, tū amico proficisceretur: non tamē necessarias eas perinde ac tu putas censuimus, quibus uoluptatem tuam ex illustriissimi ordinis huius accessione conceptā depromeres: quod eo facilius in animum induxeris, quod te sponte iam pridem doctrinæ tuæ ac morum ornamentis amauius. Sic natura fert, ut amici in amore respondeat: neq; enim aliud quicquam, ut nosti, certius esse amoris pignus potest, quàm communia literarum & uirtutis studia, quibus amicitie iura, fo lido ueluti fundamēto subnixā, constare diu queat, etiam si nulla citrò ultroq; officia intercesserint: nā etsi conscij nobis planè sumus, Deum benignius ac liberalius nobiscum egisse, non fallimur tamen existimare te, tua ac reliquorum eruditorum hominū interesse, eò facultatis nos prouehi, qua (id quæ cordi nobis est) literariæ rei cōmodo dignitatq; cōsulamus. Nulla igitur tua esse potuit ad nos sera gratulatio, quando quidem exploratum sit nobis, te & absentem & silentem illico gratulari. Quod si amor in nos tuus ullo eguisset literarū testimonio, nō tamē sumus tam anxio importunoq; ingenio, qui literas ab amicis, quāsi ex stipulatu debitas, exigam⁹, & ab ijs præsertim quibus nūc pfitendo, nunc scribēdo districis.

strictis, nullus ferè temporis numerus iners & ociosus effluat. At uerò iam tibi longè plura nos debere quàm cæteris intelligimus, qui impensius munificentiusq; præstare officium contendas, atq; etiā cum fœnore, ut dum memoriam nostri publicis patriæ monumentis intuleris, epistolæ moram, quæ nulla prorsus fuit, purgare uelle uidearis. Sed genio tuo indulgeas licet, modò te quasi cenfore iuste uiris patriæ illustribus adnumeremur. Numina felicitati tibi posterisq; inchoata secundet. Nos proinde & absolutam quam ordiris, lætare historiam cupimus, & siquid præstare licuerit, quod tuo usui aut dignitati futurū esse noueris, operā tibi nostrā, multoq; tua opinione, ppenfiorē pollicemur. Vale. R.G.

M. Anto. Cardinali Grimano patriar^{chæ} Aquileien.

Si nulla maior mihi causa fuisset: has nostras tibi Enneades mittendi priusquam uulgo legeretur, ea certè permagna uideri potuit præstantissime pater, quod in Veneta urbe res ipsa nata est, Venetiq; non mihi in scripta, quibus nihil est, ut arbitror, tibi charius in terris. Cæterum, nihil æquè præsentis mouit officij, ac tua singularis pietas, humanitasq; cum omnibus nota, tum mihi iam antea perspecta. Scilicet dubium fuit, ne non hæc libenter legeres, quæ & tylo & materia meliora sunt, qui nostrarum obseruationū librum, quem tuo nomini iam quinto ab hinc anno inscripsi, non solum legere non recusasti, sed auctor propemodum fuisti, ut in apertum referretur. Quod quum hæc mittendi non una mihi fuerit causa, nec à pietate tua & studijs alienum, satis scio ita fore, ut citra omnem ambitionis suspicionem, nostrum hoc sis officium excepturus, ac si quandoque à maioribus erit curis ocium, non graueris hoc quicquid est, quod mittitur, aliqua ex parte cognoscere. Nam quod ad rem attinet, nō uideo cur lectio hæc non grata sit tuæ amplitudini futura: quippe quæ uarietate sit incredibili referta, uti huiusque exemplorum copia adeò singulari, ut nihil in diuinis humanisq; rebus insigniter sit aliquid actum ab orbe condito ad primum Ro. imperij lapsum, qui in Arcadij & Honorij tempora incidit, quod non hic uelut ex tabula quadam uno possit obtutu perspicere. Sed qualis sit nostra hæc historiarum lucubratio, tu pater pientissime per ocium iudicabis: quæ si, ut spero, abs te probabitur, aliquid certè sumus: si minus, uulgari utar consolatione, ac cufabōq; non consilium, sed fortunam, quod in acdacissimo conatu non industria mihi defuerit, sed euentus. Vale.

M. Anto. Hieronymo Donato, S.

Tua pcepta in me humanitatis, mea q; in te obseruantia faciunt uir clarissimè, ut tam libens quæ audacter tua, quū opus est, utar opera. Recepi ego nuper has meas historiarum Enneades ex imprelforum officina (eas Barbadico principi & Senatui inscripsi) nūc credidi nihil à me ineptè fieri, si priusquam uulgari cœpissent, darem operam, ut à uiris illustribus, Venetijsq; nominis amicissimis, legerentur: quod non tam mea quàm tuorum Venetorum interesse arbitrabar, ut plures scirent hanc urbem, quæ te genuit, instituit, educauit, non solum eruditorum esse matrem, sed externa etiam & alere & fouere ingenia. Quod quum ita esse existimarem, mihi ego uno tempore & alijs Italiae principibus has nostras uigilias cognoscendas, & tribus nunc mitti Antistitibus, Senensibus, Neapolitano, & Michaëli Veneti sanguinis. Misissimè & Grimano Cardinali, nisi mihi diceretur, intra paucos dies Venetias uenturus, ita ut, quum hæc dabam, uulgo ex urbe profectus crederetur, aut certè mox paulo profecturus. Seruo itaq; illi suum munus in operatissimum eius accessum. Cæterum, quia docti omnia studio-

rum causa uolunt, non multis à te precibus contentam, quod ne me quidem petente, tua eras sponte facturus, ut tria hæc nostrarum Enneadum uolumina cū literis, quas ad eos dedimus, tribus illis, per tuorum aliquem cures perfereda. Erit id mihi tam gratum, ut uel hoc nomine uelim omni tempore tuæ debere amplitudini, cui me etiam atque etiam commendo. Vale.

M. Anto. Hieronymo Georgio, S.

Nunquam futurum putassem, ut omnino mihi uerba deessent, sed nunc, ut uideo, defune: nec facile reperio uir clarissimè, qua uerborum forma tibi explicem, quantum tibi debere uelim, quando tu uir ista auctoritate & præstantia tantum laboris adieris mea causa. Nunc, quod reliquum est, des operam rogo, ut totum hoc negocium per te nobis conficiatur: imitare que uir optimè optimos opifices, qui non contenti, caput & brachia imaginis affabre effinxisse, nisi crura & pedes optimè effingāt. Sed ut res facilius transigi possit, mitto exemplum literarum quod maxime desiderabatur. Superest ut excellētia tua uel suæ constantiæ causa, uel quia me, ut uideo, non mediocriter amat, det operam, ut totum hoc negocium ex sententia nobis conficiatur: quod si, ut spero, contigerit, præstabo illi quoad uixero gratissimam beneficij huius memoriā. Illud etiam atq; etiam oro, ut quantum auctoritate tua potes, (potes enim, ut arbitror, plurimū) id cures, ut quàm minimo potest sumptu, res nobis ad exitum perducatur. Vale.

M. Anto. Hieronymo Georgio.

Nullum Hieronymè uir clarissimè, uberiorē peticio ex omni re literaria fructum, quàm cum nostris studia audio à probatissimis uiris probari: nam ea demum uera laus est, quæ à laudato uiro proficiscitur. Et nunc si semper mihi displicuissent, meritò placere incipiam, quod tu uir ista eruditione & grauitate, non solum non negligis quæ scribimus, sed si qua sunt, quæ non uideris, studiosissimè requiris. Essem uerè stultus, si tanti uiri nō mouerer iudicio: sed multo adhuc stultior, si mea culpa accidisset, ut hi nostri libelli serius quàm tua fuit expectatio, ad te delati essent: quum præsertim mora sit semper expectantibus molesta. Cæterum non uolūtas præfenti obstitit officio, sed necessitas. Liber apud me non erat, foris parari necesse fuit: dum itaque omnia librorum uaria excutio, dum liber legnius ornatur, frustra que opificis castigo inertiam, plures & mihi sollicito, & tibi pollicita requirenti, fluxerunt dies. Sed tu uir humanissimè, non moram spectabis, sed moræ causam, pensabisque nostrum officium à consilio, non ab euentu: quanquam mora hæc aliquid tibi lucrata est: tantum inquam ut sortipar sit usura. Pollicitus eram opuscula duo, quatuor mittimus, de magistratibus unum, quod Sereuissimo principi inscripsimus: alterum de situ urbis, Hieronymo Donato uiro clarissimo inscriptū: duo reliqua sunt, quorum hoc de prætoris officio, Antonio Cornelio inscribitur, uiro philosophiæ studijs eminentissimo: illud de reparatione Latinæ linguæ, Marco Antonio Mauroceno equiti, quo nemo castius colit hæc studia, nec impensius studiosis fauet. Tu hæc quæ mittimus ita legito Hieronymè uir doctissimè, ut non nostra magis quàm patriæ causa, quæ tibi charissima est, legisse uidearis. Vale.

M. Anto. Antonio Bonfini, S.

Peropportunè affuit mihi Bōfini tuus ad xv. ca lendas Maias, quo die nostras historiarum Enneades Barbadico principi & Veneto Senatui, quibus opus inscribitur, frequenti legatorum & patrum cœtu, cognoscendas obtuli. Adhibui eodem die optatissimum hospitem cœnæ, petijq; ab eo, ut quādo nostræ huius Rapsodiæ series eò processit, ut iam

iam recentiora omnia mihi texenda sint, tecum ageret, ut de Pannonicis rebus, in quibus ea diutissime uersatus, commentarium (quod tuo comodo fiat) ad me daret: idque ad fidem magis quam ad eloquentiae ostentationem, scriptum: sed uideo quam impudenter faciam, qui scribendi legem tibi constitua. Tu Bónis mihi me amas, & si à me amari nō ignoras, hoc da tuo Sabellico, & ab eo expecta quae ab homine gratissimo expectari possunt. Vale uir doctissime, & quid factorus sis, fac ut ex tuis literis intelligam. Venetijs.

M. Anto. Petro Medio.

Delectantur me mirifice literae tuae, quas de rebus circa urbem gestis ad Volateranum, Antistiti tui principis oratorem, dedisti. Libens ille, quando ita euenire uoluisti, tuam mihi epistolam legendam obrulit: & ego oblatam multo libentius legi. Placuit rei argumentum, placuit figura, quae typum habet, & quod me praecipue delectauit, ad fidem scribuntur omnia. Inuisti historiam quae in manibus est, pro uirili parte, & ut laepius scribendo id facias, te uehementer oro, & obtestor. Id age, & à me gratia uel cumularissimam expecta. Vale.

M. Anto. Rhodie militie magistro.

Perdifficilis uideri solebat mihi Stoicorum sententia, praestantissime pater, ac quidem talis, cui nemo temere accederet, ut omnes in eo uirtutes esse crederentur, à quo una aliqua earum possideretur. Nunc si uera sunt, quae ad me de tua amplitudine constanti fama perferuntur, nil est pater pietissime, cur de ea re quisquam Stoico litem intedat: satis enim tua unius uita ueteri Stoicorum astipulatur opinioni. Enim uero praeter singularem animi tui magnitudinem, qua nihil post Rhodum insula abs te grauius bello defensam, fuit Christiano nomini aut notius, aut clarius. Nullum est, ut mihi dicitur, uirtutis genus, in quo tu pater amplissime, non emines habearis. Multi quidem multa, ac supra quam scribi possit magna, de tua pietate, sapientia, & liberalitate praedicant: multa de caeteris uirtutibus tuis, quae per omnes uitae partes adeo late pateant, ut nihil sit hodie in humanis te uno amabilius, nihil maiore ueneratione dignum: qua ego fama impulsus, iam pridem tuam amplitudinem colo uehementer, & obseruo: & nunc licet ignotus, praesentem animi affectum secutus, satis officiose sum mihi uisus facere, si has nostras Enneades, quae tres & sexaginta continent libros, tibi cognoscendas traderem: eoque audacius id feci, quo minus dubitabam ita fore, ut non mediocrem inde perciperes uoluptatem: quae tota facies uetustatis à prima rerum origine, ad Romam usque; captam à Gothis & incensam, longa sit in his serie agnoscenda. Erunt cum caetera, ut spero, tibi non ingrata, tum rerum à tuis Rhodijs olim gestarum per partes relatio longè gratissima: atque eo fortasse gratior, quo magis uaria, monumentis quae plurimarum gentium inserta. Reliqua historiae huius explicatio, quae in nostra excurrit tempora, tanto, ni fallor, erit tibi suauior pater amplissime, quanto quisque suas libentius quam alienas legit laudes: easque praecipue quae tam graui, quam uero feruntur testimonio. Continebunt Enneades illae quae his proximè subijciuntur, omnium gentium res gestas, à millesimo & amplius hinc anno: quarum omnino pars aliqua pertinebit ad tui nominis immortalitatem, quae in ea tempora inciderimus, quibus tu pater amplissime, nobilissimam insula ab impijs Turcorum armis defendisti, defensam publicè & priuatim, omni rerum opulenta excoluisti, munuisti; tam ualide, ut nullam uim externam formidet amplius. Sed illa tum multo latius dicentur, quum suo erunt loco memoranda. Nunc haec quae mittimus, legito praestantissime pater, maioribus dico curis

uacuis: alioqui stultus sum, si in laboriosa rerum administratione, tam longam auiam tuam amplitudinem lectionem proponere: exi enim quae nunc ad tuam amplitudinem mittuntur, & quid deinceps à nobis expectari possit, facile perspicias: & animus praesentis lectione imbutus, multo ad ea quae postmodum sequuntur cognoscenda, fiet aptior. Vale.

Rambertus Malatesta Sogliani Comes, M. Anto. S.

Contraxi dudum affectuosam beneuolentiam cum immortalis tuae uirtutis praestantia, quae non solum apud nos inclaruit, uerum etiam penetravit ad extremas, abditasque nationes: atque ut mihi satisfacerem, iulsi superioribus annis cum mittere Venetias secretarium nostrum, ut officij causa tuam adiret praestantia, meoque nomine fortunata illi nostras deferret: quod fecisse se ait, & in Riualto & ubi que ex occurfu licuit. Retulit is mihi quam gratè, quam humaniter, quam iucundè salutationem nostram admiseris: demum tuum animum & uoluntate organos aperuit, quo fit, ut iam idem omnia Sabellici mihi polliceri, ut hominis amicissimi nihil sim ueritus: atque ut beneuolentiae huius argumentum aliquod extaret, fretus humanitate tua, qua plurimum praestas, oro te Sabellice, ut in coemeterijs libris quibusdam ad nostrae bibliothecae usum, tuam mihi praestes operam. Pecuniam enumerabit is qui cum his literis ad te uenit. Vale, & si quid tibi gratificari possumus, praesto semper erimus. Si quid nuper impressum est in philosophia, si quid nunc in Sabelliana cuditur officina, fac rogo, ut ex tuis literis intelligam. Iterum uale.

M. Anto. Ramberto Malatesta.

Pergratum mihi fuit humanissime princeps, quod his paucis annis sum hic tuo nomine nonnumquam & amice & familiariter appellatus: sed illud multo gratius, quod tam humane & officiose nuper ad me scripsisti: atque ea scripseris, quae & tua ista fortuna qua polles, maxime digna essent: & ab ijs studijs quae magna ex parte sunt mihi tecum communia, nihil aliena: etenim quae per Deum provincia mihi optabilior delegari potuit, quam ut eruditissimi principis negocium in re literaria obirem: cuius conficendi cupidus, confestim & tempus & locum, cum eo quem ad me miseris, constitui: ut una omnes urbis huius librarum tabernas tibi diligenter excuteremus. Caeterum pluuio die, neque ille tempus serua re potuit, neque ipse lutulentus per urbem diutius uagari. Conueni, quod potui, Antonium Moretum bibliopolam hic longè principem, mihique familiarissimum. Is librorum indice inspecto, paucorum nominibus exclusis, qui in urbe uenales, ut ipse aiebat, non essent, caeteros si qui erant, quos ipse non haberet (erant enim quam paucissimi) ex proximo conquisiuit: hos una in speciosos, atque uelut in fascem unum compositos, in sequentem diem asseruati iulsi, ut rem totam tuo tabellario adhibito licita remur. Postridie ex annua curatione portionatus, quum ob eandem caeli intemperie me domi tenerem, uenit ad me tuus ille, cui excelsa praesenti curatione, duos ex meis domesticis comites dedi, per quos Moretum & monitum & rogatum uolui, ut si unquam in re aliqua se mihi obsequentissimum exhibuisset, in hoc se negotio maxime exhiberet, ut tuae amplitudini omnia rite transigerentur. Quod si fecit, debeo ei non parum hoc nomine: si minus, non mihi, sed necessitati, cui ne Deus quidem immortalis repugnat, ascribas rogo princeps humanissime. Nos quando id quoque per literas petiisti, ut tibi significarem, quid in hac frigida cudatur officina: historiam omniam gentium ab mundi origine quarto ab hinc anno scribere exoristi, ad Augusti principis tempora, longam rerum seriem traximus, ad sanum dico tertio clausum: sumque ingentè alioqui

qui historiae molem quatuor & quinquaginta uoluminibus complexus, quae in sex Enneades partiti sumus. Nunc cogito filum explanationis huius, ad nostra tempora extendere: quod si per uitam contigerit, dabo operam, ut tua amplitudo & omnes intelligant, quanti apud me fuerit illud, quod tu adolefcens ista indole & eruditione, tua sponte Sabellice amare coeperis: qui etsi tuis uirtutibus amplissimis, domesticoque splendore is sis, qui fulgore tui nominis non modo te & tuos, sed uniuersam Italia illustres, sisque propterea nostrae aut alienae laudationis minime indigus: praestabimus nos tamen, quod & minorum sidera, ut tuum lumen uelut repercussu quodam auxillis uideamur. Vale, Venetijs idibus Maijs.

M. Anto. Ramberto Malatesta.

Si nimis audez tibi uideor, tue humanitati ascribas Malatesta princeps clarissime: nam & tu ad me quandoque scripsisti, significasti que te nostra uehementer cupere. Ego, quando non parum est bonis placere, ad meum officium, imò laudè pertinere existimaui, nihil in uulgus edere, quod tu princeps sapientissime non prius delibasses: sum itaque id saepius facturus, & nunc quidem libens facio, qui magnarum hoc uigiliarum opus, quod Veneto nomini in scriptis, editurus, non prius ex impressorum officina exire permisit, quam ad tuam excellentiam deferretur. Habes uolumine uno septem historiarum Enneades, quibus omnium sum res gentium complexus, à protoplasto ad primū Romani imperij decliniam. Lege, & Sabellice qui tui studiosissimus est nominis, quod tua sponte facis, ama. Vale.

M. Anto. Politiano.

Eram ego aliunde nostram auspiciaturus amicitia, ni subitus Atlantis cōterranei tui hinc digressus, non strum in ea re consilium preuertisset. Fuit is annus & amplius Venetijs, ac quam diu fuit, & domi & foris, frequens mecum esse persequeretur. Nullius unquam consuetudine sum magis delectatus: enim uero praeter morum elegantiam, singularemque modestiam, patrio sermone, Thuscisque illa urbanitate, breuiter confectus est, ut eo uno nemo esset mihi iucundior, nemo in hac urbe gratior. Omnia praeter tempus secunda habui in illius amicitia fruenda: etenim tunc potissimum ei uisum est hinc abire, quum me maxime in sui exerisset admirationem. Sed in eo uisus est mihi omne uetustum amicitiae exemplum aequare, quod in tam tumultuario digressu, sine meis ad te literis uenire pertinaciter reculauit, ratus certissimum se nostrae futurae amicitiae pignus secum in patriam deferre, si apud te uirū clarissimum, cui quam charissimus esse uult, ipsius mores & studia commendarentur: tamquam ita cupiat euenire, ut cum uterque nostrum, de ipsius moribus idē sentire ceperit, non infirmus ad amicitiam gradus (ut Crispi placet) factus uideatur. Sed rectè ille: nos uerò scribendi consuetudine, maioribusque officijs illam, his modicis principijs ortam, locupletiorē (ut spero) indies faciemus. Nunc Atlātem ipsum tui studiosissimum, maiorem in modum tibi commendare, nisi urbanissimus poeta moneret peccare eum, qui suos puter cuiquam commendandos. Gratulor quod si pereit tibi lepidissimam adolescentis restitutam consuetudinem, quam tamisper etiam inuidere pergam, donec in utriusque complexu uenero. Vale Thuscini nominis decus, & Marcum Antonium iam hinc amare incipe, qui te ob tuas amplissimas uirtutes amat, colit, obseruat. Venetijs.

Franciscus Cardinalis Senensis M. Anto.

Anceps satis sum profecto Sabellice charissime, unde potissimum exordiar tibi gratias agere, pro tanto ac tam eximio munere in me tuo: quippe cuius ea praestantia est, ea dignitas, ut non minores animo tuo, atque liberalitate, tibi à me deberi gratias

intelligam: facileque superant officia tua meam omnem dicendi facultatem. Ingenij sane tui monumenta à me antea summo semper studio fuerunt celebrata, nunc uerò maxime expectata, non solum quod ea uel styli elegantia, quam pauci adaequant hoc tempore uel materiae nobilitate admodum delectant, sed uarietate etiam rerum multarum, fortunae casibus, temporum uicissitudinibus referta, documentis atque exemplis uitam plurimum instruunt. Admirandum opus aggressus es, nec minus uastum quam orbis ipse, à cuius in cunabulis id inchoasti: nec tamen in tanta plenitudine ordo desideratur, aut modus, tamen moderata cuncta temperasti. Haec nimirum clarissima, & uero eruditissima, & Sabellice dignissima. Verum tuus quoque erga me, atque auunculum meum amor singularis, summum studium, praestantissimus animus, quantum addunt nexum? quantum obligationis? nihil omittis, nihil praeteris, quo clarissimis studiorum tuorum muneribus nos honestes, nobis gratificeris: non uigilijs, non uiarum difficultati, non sumptui, non cure ulli, non laboribus parcis, modo beneuolentiae studium te non deceperit. Caetera abs te uero probatissimo, ac nostri cupidissimo, facile parimur. Pro tantis rebus tuis quae in nos officijs, tatas tibi iure merito habemus gratias, agimusque, quantas à gratissimo quoquam haberi possint: ac plane tales, qualia sunt opera tua, quae sunt immortalia. Vtinam ea aliquando incidat occasio, quo referre quoque, uti percipimus, libentius possimus. Opus tuum nobis charissimum fuit, nec minus opportunum: forte enim medicorum consilio intra biduum digressurus eram ad balneas, meque iam colligebam, uolens animo quemnam potissimum autorem mihi ascerere, qui materia aliqua noua & delectabili iter nostrum exhilararet: cum tuis ecce occurrisset commentarijs, quasi caelitus demissis, desiderium praueeniens meum. Erit itaque tuus liber itineris mei comes, sociusque indiuiduus, & (ut spero) procul nego cijs curarum leuamen, cuius contubernio sic familiarissimè uti constitui, ut ad mensam quoque, ad lectum, in balneum etiā (si uoluerit) admittitur sum. Scimus enim maximos uiros plerumque talia fecisse: quis ergo prohibeat, ut eo loco sint nobis Sabellici Enneades, quo olim Alexandro Homeri Ilias? ac Scipioni Cyri praedia? Vale mi Sabellice, & scias Cardinalem Senensem tuum esse, cuius opera, si qua in re tibi prodesse potest, pro tuo arbitratu utere, uti debes & potes. Romae.

MARCI ANTONII SABELLICI FAMILIARIVM EPISTOLARVM LIBER NONVS.

Petrus Sabinus M. Anto. praecceptoris suo, S.



ANNVS exactis completur mensibus orbis, ut ait ille, ex quo literas dignationis tuae ad meam exiguitatem transmissas, summo animi studio legi, quae tam iucundae mihi fuere, quam quod iucundissimum: praesertim quod in eis significabas, tex iam ab orbe condito historiarum Enneades excudisse, ut sanum etiam tertio clausis: quapropter aiebas nonnulla antiqua, quae pollicitus fueram, epigrammata tibi cordi fuisse. Quare ne putes me promissi oblitum, quod tatum abest, ut proprium mihi nomen citius excideret, statui paucis, & Laconico, ut dicitur, sermone, ad te perscribere omnē huius negocij seriem: tanti enim apud me tua semper fuit autoritas, ut optimo mihi iure persuadeam, rerum qualicumque, mearum rationem, tibi omnino consistare debere. Scito igitur me eo usque in eiusmodi

ueterum monumentorum indaginem progressum, ut partim ex ijs que ipse hinc inde cōquiliu, partim ex Cyriaci Anconitani, & cuiusdā fratris iucundi plusculis quinternionibus, quos Laurētio Medicæ obtulit fidelissimē conscriptos, & ex tota ferme Europa collectos, neglectis reiectisq; uulgaribus, ac plane gregalibus epigrammatis in unum corpus congegesserim, addiderimq; ethnicis ipsis etiā circiter ducenta temporum Christianorum, non Hercule habenda contemptui: sunt enim citra millesimum ac ducentiesimum annum, in nostram usq; ætatem collecta, quæ non mediocri usui scribenti tibi esse possunt, ad confirmada siue improbada nonnulla, quæ ancipitem uideantur sententiam distrahare: & tum in urbe, tum uerò extra urbē pertinaci acriq; studio perferutatis ac discussis quibusq; angulis, rimati sumus ex marmoribus & uermiculatis absidum sacrarum operibus: nec non & ex uetustissimis sacrarum bibliothecarū codicibus. Hæc nos superiore hyeme Francorum regi obtulimus, recitatis ei coram carminibus nostris quinquaginta, quæ uisus est nō aspernari. Sed & cætera in hoc loco calamus deficit, pudet, pigetq; prisca Italorum indolis: eos uer fuculos subiecissim hac abs te in schedula legēdos, nisi ueritus fuissim aures occupatissimas longiore mora fastidire. Et quoniā hoc, nisi me mea fallit opinio, intra paucos menses impressioni mandabitur, est mihi (si Deo opt. max. placuerit) propētissimus animus ad te omnia impressa mittere, ut inde tanquā florido prato excerptas si quid interlucet, quod tuis æternis uoluminibus Enneadum perpetuitati mandatum consecratur. Hæc uir rarissime lōgo ueluti postliminio scripsi, quoniam hunc tabellarium tam eximium, & nominis tui perstudiosum, Bonifacium Brixensem Romano in Gymnasio profectum decus & ornamentum, plusculas hebdomadas ne dicam menses, Venetias cōcessurum expectaui. Vale, & ad nos puillos rescribere non graueris: futurum quantulumcunq; id erit, auro lapillisq; Indicis longè pretiosius.

Io. Ro. episcopus Feltrensis, M. Anto. S.

Si tardius tuis literis respōdi, haud propterea necessarii tui negocium negligentius curauit: quod ex supplicationis exēplo, quod his literis in clusi, facile poteris colligere. Sed supplicatio semel intercepta, diu negocium remorata est: quod potui igitur pro nostra mutua beneuolentia feci, ac sub pontificis in urbem reditum libello recepto, rem ad exitum perduxit. Vale, ac si quid est in quo nostra opera tibi & tuis utilis esse possit, utere illa tuo iure. Iterū uale, interq; tua studia nostri memor. Romæ.

Bernardus Bembus M. Anto. S.

Operam quam à me exigebas tuo nuncio, præstandi locus nō fuit: is enim antea quam mihi tuas literas reddidit, aditū sibi ipsi impetrauerat ad Herculem ducem. Ego autem, quum id fecissim libeter nunc, tum omnia quæ ad tuam dignitatē pertineat, facturum sum libentissimē, etiam si me nō roges: nā, in quo ipse operam meam melius positurū me confidam, quam in hominis doctissimi, eloquentissimi, optime de rupub. meriti, mihi certē amicissimi, dignitate & tuenda & augenda? Itaq; sic existimes uelim, me nullo in tempore, nulla in re, quæ tuum nomen præ se ferat, in qua tibi esse usui possim à te literas expectaturum: neq; te quenquam habere, de quo tibi omnia polliceri possis æquē, ac de me. Reliquum est, ut de septem historiarum Enneadibus quas nuper edidisti, tibi gratuler, & laboribus tuis, quibus uberrimum fructum propositū uideo laudis & gloriæ sempiternæ. Vale. Ferrariæ.

M. Anto. Do. cardinali Grimano.

Ego ad hunc diem, de tua tuorumq; omnium laude & immortalitate, nunquā cogitare destiti: nunc

experiri libet pater amplissime, quāti tua faciat amplitudo hoc sui Sabellici in se studium & obseruatiam. Est mihi filius iam adulus, & literis & moribus, quod mihi patri liceat dicere, optime instructus: estq; hoc anno sacris initiatus, & ad sacerdotiū usq; promotus: uerū tam pauper, ut præter plebeculam unam in Foro iulicē agro, in qua nunc sacris operatur, nihil rei illi sit amplius ad uitam & uestitum: & quod plus me mouet, nihil etiā spei ad incrementum aliquod, nisi pietas tua pater præstantissime iacentem erigat. Sunt in tua Aquileiensi ecclesia haud uno loco sacerdotia, & ut uulgo aiunt, canonicatus pleriq; numero. Faciet rem nō modò piā tua amplitudo, sed & mihi, q de dignitate filij plusquam dici possit laboro, tam gratam, ut uel hoc nō mine uelim omni tempore tantū tibi pater amplissime debere, quantum nulli eorum qui de me optime meriti sunt, si unum aliquem in his locum Mario filio, imò mihi patri destinauerit, atque ita destinatum uolet, ut in eam qui primo altero loco uacauerit, recipiatur. Erit id mihi, ut dixi, tam gratum, ut nihil possit esse gratius: nihil tui magis uelim tuæ amplitudini uiuus & mortuus debere. Detuli ad hęc M. uiro Hieronymo fratri tuo operā meā, & domū gratuitā, ut eius liberi apud me cōmodius in situantur: eritq; si quid in illos contulerimus, eorū quæ debemus corollariū, non beneficij hostimētum. Sis diu felix præstantissime pater, cui me & filium humiliter commendo.

M. Anto. Iacobo Alfigiano.

Gratulor tibi, mihi gaudeo quòd filiolum nactissimus ex tua meaque sentētia. Institutionis ego, tu procreationis: quòd esse cœperit, quòd uiuit tuum est: meum, ut aliquando bene uiuat. Id eo spero facilius futurum, quo maiora in puero existunt ut audio, futuri profectus argumenta. Tam enim facile discit, ut audio, tam tenaciter continet quæ didicit, ut omnium iudicio reminisci non discere uideatur. Sed quo facilius est ductus, memoriaq; tenacior, eo tibi magis admittendum, ut tantisper dū puer est, nec per ætatē apud me esse potest, nihil discat quod sit postea deducendū. Vix credas uir clarissime, quā ea res obster rudibus ingenijs, præsertim in primo literarum tyrocinio: ut multo cōducibilis sit aliud agi, quā ea teneris mentibus inculcari, quæ non paruo temporis dispendio, tacita discēntium desperatione, per minas & uerba sint interdum animis abolenda. Sed satis est puero cautū, ut mihi dicitur, cui? institutio ei credita est, à quo nihil manare possit, quod non Latinum sit & elegās. Quare da operā, ut præceptor pueri sit tibi quā amicissimus. Cōferunt non parum docentis studium discētibus: sed multo plus animi affectus. Vale.

M. Anto. Franc. cardinali Senensi, S.

Tabellariorum ignauia uel perfidia potius fecit, pientissime pater, ut quod in editione nostrarū Enneadum maxime cupiebam, nunc maxime desiderem. Optabam pater amplissime præter cætera cognoscere, quo fauore excepta esset nostra illa lucubratio, ab isto tuo sapientium uerius, quā atriensium seruorū cœtu: & quid in uniuersum de tota re, tua ista Minerua iudicasset, qua nulla meo iudicio est hodie castior in terris, nulla integrior. Etenim licet tua omnibus nota pietas, tuum mite ingenium, cuncta mihi læta desponderet, nescio tamen quonā modo libentius acquiescissim tuarum literarum testimonio. Hæc, quia satis compertum habeo, ad me datas, quoquo modo interciderint, æquē mihi gratæ fuerunt ac si ritē reddita fuissent: & nunc tanquam omnia placuerint, reliquam susceptę historię partem nauiter subtexo, ad nostra tēpora festinans. Quem portum, si aliquando subiuro, spero me ita facturum (modò hæc quæ scribimus tale aliquid polliceri

polliceri possint) ut omnis posteritas intelligat, nihil Sabellicum in omni fortuna & ordine magis miratum fuisse, quā hominum uirtutem, nulli rei magis consultum uoluisse, quā uirorum tui similitum immortalitati. Sed hæc magis præstāda sunt quā promittenda. Nunc tantum adiciam unum esse pientissime pater, in hoc meorum studiorum cursu, quod supra quā scribi possit, me sollicitum habet & anxium: at que ita afficit, ut animus nō nunquam nimia curarum intēione suo cursu excussus, ab infestito negotio procul distrahatur. Est mihi filius annos circiter uiginti natus: ille dico, pater amplissime, quem quarto ab hinc anno, tuum sapientissimum consilium mihi à non mediocri labe uindicauit. Is magnopere ab ineunte ætate, nunc uerò maxime ad sacerdotium anhelat: & iam hoc nomine quatuor annos dedit philosophiæ operam Patauij, mox pontificio iuri daturus, ut non tantum moribus, sed ingenio quoque ad cultum pietatis instructior accedat. Cæterum iam tempus erat, ut aliqua illi proponeretur illecebra, quā secutus multo fortius in officio perstaret, essetque uelut fomes quidam, quo ad religionem & uirtutem incenderetur. Sed qui in ornando filio, aut plus possit, aut libentius uelit quā Senensis meus, est, nisi opinione fallor, nemo. Quippe qui in his moribus & uita qua uiuitur, aut solus, aut cum paucis, mores & studia bonarum artium respicit, ac quantum in se est, nullam patitur uirtutem iacere. Quod cum ita sit, per sanctissimum genium tuum te oro & obtestor pater pientissime, per memoriam auunculi tui Pij pontificis, qua nulla est hodie ad recordationē felicior, nulla ad cultum & uenerationem sanctior, ut si in tanta tuorum beneficiorum affluentia, quanta tua continent sacerdotia, unus aliquis quando uel minimus uacauerit locus, dignetur pietas tua hūc Mario filio meo impertire: nec enim grandia petimus, B aut eximia: hæc licet illis sperare, qui maiores alunt spiritus: humiles humilia decent. nihil ex isto tuo beneficentiæ fonte poterit in filium manare, quod non sit apud me uel amplissimi muneris pondus habiturum. Cupio tuæ amplitudinis, si quid dabitur, non meę tenuitatis rationem habere: uel ita potius comparetur, ut si magnam id fuerit ad tuam amplitudinem quæ dedit, referatur: si minus, ad humilitatem meam, quæ minimis contenta est, sunt scio multi quibus multa debes: ut amplissime pater, aut quòd hodie obseruantissimē colunt: sed omnium necessitudinem ea omnibus præferenda est, impensiusque fouenda, quæ & maxime grata sit, & acceptorum beneficiorum custos diligentissima: talis quidem erit Sabellicus, aut certe non multum diuersus in sui Senensis beneficiorum memoria tuenda: ut & uiuus semper tibi debe re uelit, pater optime, & post mortem quantum debeat, obliuisci non possit. Vale pater præstantiss. cui me, filium, ac totam domum commendo ac trado.

M. Anto. Pomponio.

Quid ego tibi commendem Tryphonem hunc, qui has meas tibi attulit literas, quum studiosi omnes sint tibi quā cōmendatissimi. Cæterum, quia meus tui auditor, & nunc tuus futurus est, commendatione opus fuit aliqua: ea dico, quæ esse potuit quā diligentissima. Dignus est Trypho quem quum eruditione egregia, tum ingenij acutitate in tuis habere uelis, rem gratissimam mihi feceris, si quoties ille ad te ueniet, ueniet autem sæpissimē, ut ipse & alij intelligant esse illum cum sua causa tibi charissimum, tum Sabellici tui commendatione multo chariorem. Erit id mihi tam gratum Pomponio cultissime, ut nihil possit esse gratius. Pari affectu fuit & Stephanio Paschaleius commendandus, qui tibi operam daturus uenit Romam. Audiuit & ipse

me totum biennium, profectum haud quidem pœnitendo: utrunq; ames necesse est, si Sabellicum amas. Enneades nostræ ab orbe cōdito imprimuntur: spero breui fore ut istuc perferantur. Vale.

Pomponius M. Antonio.

Legi literas tuas eo auidius, quòd intellexi frugiferis Enneadibus nigiliarum tuarum extremā dedisse manum: quarum principium adferente Tryphone iuuenē eruditissimo, & doctrinæ præceptoris non solum præcone, sed etiam teste perlegeram: in quo opere, ut antea in gestis floris Italiæ, hoc est Venerorum meā sentētia superare uideris: qui iam multis feculis scripsere stylo copiaque, & utilitate: & certē scio, ut nos ita posteros admiraturos, percepturosque uariarum rerum cognitionem: planeque intelligo æternitati historiarum nimio plusquā satis consuluisse. In meis Cæsariis, utere iudicio tuo, tuaque lima castigatissima, qua nihil accuratius nostra nouit ætas: non repugno, sed acquiesco ingenio exercitatissimo, exactissimoq;. Corrige igitur, emenda, subeasq; officium non lectoris, sed autoris: putaq; libellum à te amicissimo publicari, qui diligentia ueteres prouocas. Mirro epigrammata quædam reperta in prona o tēpli Vestæ sub palatio contra Forum Romanum. Bene & feliciter semper ualeas. Romæ, nonis Maij.

M. Anto. Pomponio Lato.

Afferit tibi Antonius Ister qui aliquando mihi operā dedit, quaternos aromatici pulueris sacculos transfixo corde insignitos, & cum his calamos uiginti. Sintne illi Cnidij, ut petebas, an Gortinij, parum compertum habeo: tantum affirmare possum, eos ut optimos uenisse: uix credas, sed uerius uero est, singuli calami argenteolis singulis sterere: quāti nunquam ulli ad hunc diem, quòd sciam. Sed ego in illis apparatus securus: quia à nobilissimo huius urbis artifice præfecti dicerentur, cupidissime mercurus sum. Tu mi Pomponi experieris an infestor nobis imposuerit: iam dudum cogito tuas Cortesias delicias augere duabus Numidicis. Sed hæc libentius præstabo, quā polliceri possim. Tui Cæsares nondum impressoriam subierunt officinā: subibunt tamen intra paucos dies: daboq; operam, ut quā e-mandatissimi in apertum prodeant. Vale.

M. Anto. Pomponio Lato.

Carus qui has tibi attulit literas, municeps est meus ac per necessarius. Venit nuper Venetias, me & fratrem, quem hic habet, uisurus: fuitque illius accessus a mbobus, ut debuit, non iniucundus: quem ut hic remoraret, eram ego enixē curaturus, ut sub primum appullum tam paratam haberet conditio-nem, quā Neoptolemus nomen habuit ad Troiā, nisi patris literæ superuenissent, quibus ille multis precibus & lachrymis mecum & cum altero Carisio egit, ut sibi filium restitueremus: testatus absentis desiderio se haud diu parem futurum. Inuiti igitur inuitum dimissimus: eritque, ut ipse mihi dicit, Romæ, tibi, ut antea, operā daturus. Tu Pomponi sua-uisime, si me amas, & si à me amari perspicias, da operam ut si hic nos ter pristina conditione breui peregrinatione excidit, noua aliqua paretur, nam suis sumptibus Romæ diutius esse non potest. Erit id mihi tam gratum, quā quòd gratissimum. Vale.

Pomponius Latus, M. Anto. S.

Iacobus Baptista uir & humanus & eruditus, qui est sodalitatis Heremitarum Aurel. Augustinii, tuo iussu Quirinalē ascendit, meque uisit, & post datam salutem, plura mecum de tua facilitate atq; doctrina contulit. Ego soleo supra modum letari, cum audio homines de M. Antonio bene sentire, præsertim quum nostro seculo sis, qui plurimum posteritati tribuas. Viterbiensis Lucas, de quo ambigis, integer est, & cui potest quoduis pretiosum crediti

& quam ferè uix præter primà rudimenta nouerit, literatos amat & obseruat. Munera mihi gratissima fuere: gratius gratissimo etiam, si te coram intuerer. Sed non adeo disiungimur, ut literis saltem id fieri non possit, propter quam causam epistolæ dicuntur inuentæ. Petrus homo diligens & curiosus, secum in reditu feret compendium quorundam gefforum Romanorum, tibi que ostender: si probaueris, permittet diuagari: si contra, dabit ignibus: tuæ censuræ sit, seu uitam, seu interitum præbere, ut antea scripsi. Ut huic rei operam des, te exoro, quamuis tua liberali natura ægrè fers ab amicis exorari: tanta est in te humanitas, ut inuites qui iubeat, non qui exorent. Viue felix, & consuetudine nobilium Venetorum, & existimatione, in qua es, quæ simul & uigilia & labores pepererit. Habeo tibi gratias, quod inter cætera beneficia effeceris, uti Iacobum nouerim. Romæ, pridie idibus Maij.

Pomponius Lætus, M. Anto.

Sæpius ad te scripsi: reddita ne tibi fuerint literæ, in ambiguo est. Dicere potes non accepisse negligentia eorum qui tulerunt. Concedo, sed his responde. Marcus fert literas, eidem que curæ erit dare ad me tuas, quibus nihil auidius, nihil libentius uideo. Marcus is est ex isto flore Italiae eorum quos noui humanissimus: bonarum literarum non ignarus: literatos diligit & ueneratur, & opinione sua ac prædicatione mea te unicum præcipuè colit: & quia nouit quam magna beneuolentia te prosequar, sæpius me orauit, ut tibi doctrinæ que tuæ filiolum quem suscepit certum patris hæredium, commendarem. Obsecro te M. Antoni, ex uinculo antiquæ necessitudinis nostræ, & mutua obseruatione, uti inter cæteras occupationes quas habes, & hanc suscipias. Erudies adolescentem optimæ indolis: onus ingens non erit omnia cum facilitate tua tradendi, tum tenacillius memoria, in quo patrem refert, facillius sequeur profectus. Gratus erit tibi pater, & ad omnia quæ poterit obire negocia, officiosus: hoc tuo beneficio non solum ipsum obligabis, sed & Pomponium, qui totus est tui nominis. Feliciter tua leas cum tua domo. Romæ, ante sextum Calendas Ianuarias.

M. Anto. Pomponio Læto.

Librum de Cæsariis quem ad me misisti, tam cupide legi, quam quod cupidissime: nec res minori fuit usui quam uoluptati, quod tute facile iudicabis, quum ea quæ sunt in calce nostrarum Enneadum, quandoque legeris: quod ut facilius contingeret, dedi operam ut tria ex his Enneadibus uolumina istuc perferrentur: adeo que est ab his proparatum, ut ne tumultuaria quidem recognitio sit expectata: uix pauca in prima Enneade repositi ex archetypi collatione. Maturabitur à me reliquus labor, curaboque diligenter, ut totum uindicetur opus ab omni impressorum iniuria: uix credas quantum cum eiusmodi hominum genere negocij mihi fuerit, dum plures illi menses nos sua incuria exercent: fuerunt omnia difficiliora tractu, quam futura ab initio credidistem. Cæterum, quia labor ille quantum scunque fuit, iam exhaustus est, omnis querela absit uolo à præsentis nostrarum Enneadum publicatione. Quod ad res tuas attinet Pomponi clarissime, nulla iucundior lectio mihi proponi potuit, non solum quia te unice amo, sed quod omnia quæ excultissima ista tui ingenij proficiuntur officina, medio sunt Latio orta, ut cū tua lego, uidear mihi maiorum aliquem loquentem audire. Properassem ego tua illa edere, nisi offensuiculae quædam meum in illis consilium retardassent. Sunt illæ quidem admodum pauca, actales, ut sine reuerentis suspicionem mutari non possint. Verebar ego ne meum

iudicium secutus, ea potissimum tollerem, quæ tu maximè probares. Cæterum, quia sic quoque tolerari possunt, dabo operam ut intra paucos dies impressoriae inferantur officinæ. Vale.

M. Anto. Pomponio Læto.

Non ueteris amicitia obliuione diu ad te non scripsi: sed conditio temporum fecit, ut neque tibi, neque meorum cuiquam sim scribere ausus: nec erat cur à me literas expectares in tanta rerum perturbatione, quum nulla scribendi ratio non suspecta esse potuisset. Cæterum Lucae Viterbiensis hominis, ut ipse prædicat, tibi amicissimi accessus, peruerit omnem mei consilij rationem, admonuitque simul officij, quod inhumanè facerem, ne impiè dicam, si illi istuc redituro, nihil ad te literarum dedissem: præsertim quum post suum huc appulsum frequens mecum fuerit, multaque de te amantissimè familiarissimeque sit mecum locutus: quo factum est, ut paucis diebus quibus Venetijs fuit, tam amicus mihi sit factus, quam unus aliquis eorum qui mecum diutissime uixerunt. Nunc summa omnium, quæ à me tibi scribi possunt, hæc est: quod nos Dei benignitate hic rectè ualeamus, & nostra omnia tam hodie fama & celebritate florent, quam si quando aliàs maximè. Quod præterea ad literarum studium attinet, historiam à prima mundi origine exorari, tantum industria & diligentia profecimus, ut paucis annis res omnium gentium ad humanæ usque salutis annu, quatuor & quinquaginta sumis uoluminibus complexi: digestisque longam historię seriem in sex Enneades, haud inepta, ut arbitror, partitione usus, dedi que hos libros plerisque nostratiū literarū peritis cognoscendos. Sed Põponio multo libentius dedissem, cuius iudicio, aut audacior ad illorum editionem factus essem, aut ad eos diutius premédos, multo cautior. Sed ut cunque res haber, danda nobis opera est, ne quid in illorum editione temerè fecisse uideamur. Nunc ne tantum Meloniam alumnos, & Cadmi filias homo urbanissimus secū ferret: accipies cum his puluinos duos Mæoticos, quos siue Circensi siue uernaculo tomento referis, leuabunt ipsi haud dubiè autumnū æstus, qui molestiores isti urbi incidunt. Attulit & quatuor scorteos specierum sacculos, ex nobilissimo orbis emporio tibi delectos, curuli rota insignitos: adiecimus corollarium crystallina quædam: pateram unam striatam aureo supercillio: craterem uersicolore, quo myrrhini loco uti poteris: pyxidem aureis squamis, ore contractiore, fastigiato operculo: salina duo carchedonij lapidis æmula, & cum his cyathum unum Teutonicum, circulatum nitidius nodis, aureoque labro insignem. Sunt hæc uideo parua, ac propemodum ridicula: sed tu Pomponi suauissimè tui Sabellici animum, non rem expendito, ut magna fiant. Gratissimum mihi feceris, si dabis operam, ut ex tuis literis intelligam hæc quamuis parua, ex fide tamen fuisse tibi repræsentata. Vale, & tuos academicos saluta.

M. Anto. Bartho. Vranio, S.

Ioannes contubernalis meus qui has tibi attulit literas, Vrinum uenit, ut inde emeret mihi quædam ad domesticum usum: uelim, quod tuo commodo fiat, numeres illi eam pecuniam quam hoc anno cū Venetijs esses, tibi mutuo concessi: erit id mihi uehementer gratum. Chirographum tuum secum attulit: fac rogo, ne spe summulæ istius destitutus, minus nauiter quæ uolo istuc conficiat. Gratulor tibi, & filio tuo uiro clarissimo, quod ex uestra & amicorum sententia, sit uobis istuc confectum negociū. Cupio & opto id uobis, & Hunnicibus meis bene feliciterque euenire. Tu, si quid est in quo mea opera tibi utilis esse possit, fac ut scia, & in eo studiū meū facile experieris. Vale. Venetijs uolanti calamo.

Paris

Paris Auximanus antistes M. Anto.

Eo semper animo fui, ut si non quibus deberem, at quibus possem, ingeniosos cultosque uiros premijs prosequerer. Itaque cum talem te in primis esse sentiam, etsi non ut cupiebam, diu istuc tecum esse potui, absens tamen ita apud Pontificem Maximum, & alios principes Romanæ curiæ antistites tuum ingenium & mores probaui, ut non paruo tibi & honori & usui, nostrum hoc præconium aliquando futurum sperem: plura daturus, si plura dare potuisset. Gregorius qui has nostras tibi attulit literas, Venetias uenit tibi operæ daturus: cæterum rei domesticæ angustia pressus, suis sumptibus diu istuc esse non potest. Rem piam facies, & mihi longè gratissimam, si adolescentem iuueris in conditione aliqua comparanda: quod ut facias, te etiam atque etiam rogo. Auximam.

Palladius Niger M. Anto.

Accepi tædem opratissimas literas tuas, quæ mihi profectò multo gratiores fuissent, nisi significasset te dilectissimi fratris filium adolescentem optimè institutum, nuper amississe: cuius immaturus interitus quæto mœrore me affecerit, nullis unquam uerbis exprimere possem. Quare non est expectandum, ut ipse consolandus te consolet. Sed fac me omni sollicitudine uacare, ut maximè sim securus: quis mihi unquam persuaderet, ut tibi uiro doctissimo, sapientissimoque, dolendi legem prescriberem, qui in medio dolore tot exemplis, atque rationibus alios instantantis fortunæ imperu afflictos, tam bene ad patientiam cohortaris: uel qualiter nuper post dilectissimi nepotis obitum, pedestri primùm, deinde equestri oratione consolatus es Coriolanum. Quod nisi doctissimum libellum abs te compositum, superadditum nomen indicasset, atque illi qui huc eum pertulerunt, tacuissent: profectò ea præcepta ab excellentissimo philosopho scripta cõtenderem, quales priscos fuisse lectitauimus. Hæc etiam fecerunt, ut apertissime cognoscerem, atque id apud Tragurinos continuè prædicarem, te unum esse, cui omnia larga manu diu dederunt. Sed licet prædixerim me nullo consolationis, ne uulgari quidem genere apud te usurum, non tamen illud omnino uolebo, nullam scilicet esse ætatem, cui se uisissima uel potius inexorabilis mors parcat. Quæque hæc uita tot periculis subiacet, atque anxietatibus plena sit, cum eo optimè agi, qui quam ocysimè dis soluitur. Sed quid ego hæc, quum potius sit orandū ut ea tandem mihi mittas, quæ toties promissisti, ut quum doctissima scripta tua legero, eorū suauitate delinitus, tantisper concepti doloris obliuiscar. Vale, & nos, ut facis, ama. Tragurij.

Franciscus Niger M. Anto.

Ea est studiorum nostrorum, & ex his exorte beneuolentiæ nostræ conditio, Sabellicæ uir clarissime, ut posthabitis omnibus phaleris, Milesijsque ambagibus, quicquid alter ab altero cupiat, id unicum tantu contendat axioma: hoc igitur est in causa. Vt inuenies tui me nuper in Academiæ suæ moderatorem euocarunt. At quia factione, ut scis, plurima caloca feruent, quæ fortasse, nisi prudenter agatur, nobis nocere possit, te unum ex omnibus de legimus, qui & autoritate tua, qua multum, & merito sanè apud eas gentes uales, & tuopte in nos amore rem conficias. Tu proinde Nigrum tuum benigno fauore prosequere, ijsque medijs omnibus uolo compositum efficere studeas, quæ plurima tibi & optima succurrunt, ut rem ipsam, ut aiunt, ex sententia confarreatus, tibi immortalē sit gratiam habiturus, & quandoque fortasse relaturus. Quod reliquum est, Periarchon nostrum, ubi & tu quoque decantatus es, apud hos patricos tuos pro tua humanitate foueto, nosque tuos penitus amato:

A quia profectò à nobis coleris & obseruaris. Ex Antenorij porticibus.

Christophorus Barzizius M. Anto. S.

Exijt à me de fine oratoris dissertatiuicula, & quidem immatura, omnino non eo proposito, uti perinde atque absoluta, & satis spectata palsim euagaretur. Sed quando, cui illam dedissem, me quidem etsi non obstante, haud quaquam tamen probante, illam multis impressam exemplis emisit: nolui ut ea in primis sub grauem, rectamque cæsuram tuam, quando prius quod oportuerat, consilio uti non licuit, ueniret. Mihi quidem persuasus eum te esse, cuius de omni literatura iudicium, ut constans atque grauisimum sit, ita maximè candidum esse atque fidele. Sed nolim te, quod plerique uiri alioquin boni, ubi de ijs quæ transacta sunt consuluntur, consueuere, quæ reuocari non possunt, laudare. Quin tu puta id totum, mihi adhuc emittam ne an cohibeam integrum esse. Sunt enim & nonnulla nobis uariè conscripta, quæ ex sententia tua uel situ soluentur, uel cultu extrabunt. Tu proinde me ea simplicitate mone, qua me hac de re moneri abs te postulo, & confido. Vale. Brixia.

M. Anto. Antimacho.

Multos tibi commendem necesse est: sciunt enim multi me abs te amari, nec quanti te faciã ignorant. Cæterum, quum pluribus hoc præstem, in nullo hominum genere id libentius facio, quam in his quibus ambo literarum commercio, uelut arcuissimo quodam necessitudinis uinculo, obstringimur. Sed quum ex hoc ordine sint non pauci, quorum causa omnia uelim, nullus certè est de cuius comodis & dignitate magis hodie laborè, quàm Franciscus Brixianus, qui hic omnino mecum est: uir multa comitate, eruditione singulari, uita & morum sanctitate incomparabili. Quid quaeris? paucis mensibus quibus ille domum meam frequentare cepit, facile est consecutus ut tam mihi sit hodie familiaris, quam qui familiarissimus. Asidet mihi quotidie cum Hieronymo nostro, qui æquè mihi ac filius charus est, post publicas lectiones domi Homerum enarrant: asidetque non auditor, sed eorum quæ dicuntur arbiter: callet enim oppido utranque linguam. Vellem posset totus homo breui epistola delineari: est enim ad amulsum factus, qui quæ talis sit, non uereor (docti enim doctos amant) quin adhuc ignotum amare incipias. Sed multo magis ames, si scias quam studiosus sit tui nominis, quam tuæ præstatiæ addictus, quam ambitiose quaerat in tuorum numero esse. Sed tu cur non esse cupias? qui in amicitiam receptus, magno tibi & tuis esse possit ornamento. Quid in re literaria sit, ac quid omnino præstare possit: etsi de se satis uerecundè scribat, ex ipsius literis facile cognosces. Gratissimum mihi feceris, si in eo ornando ita egeris, ut perspicuè intelligat, hanc meam de se prædicationem tanti apud te ponderis fuisse, quanti & ipse credidit futuram, & ego fore recepi. Accedunt Hieronymi nostri literæ, eorum quæ scribimus testis locupletissimi: quæ omnium maximè apud tuam præstantiam ualere debebunt, uel quia tuus sit filius, uel quod sit te patre non indignus: quippe qui summa openititur, ut sit paternæ laudis non tantum hæres, sed & laudis & uirtutis æmulus. Sed de eo ad te plura, quum plus ocij naftus fuero: nunc Brixianum meum totum tibi trado, commendandoque plurimum. Vteret diligentiore commendatione, nisi certè scirem ita futurum, ut omnia sis huius hominis causa libens facturus: uel quia sit tui Sabellici amicus, aut quod tua sit amicitia non indignus. Scripsi hæc ut soleo uolanti calamo, non tam ingenio quam nostra amicitia freris. Venetijs.

TTT 3

M. Anto.

M. Anto. Cantalico.

Si eo inter nos sumus animo, quo qui uerè amat solent inter se esse, superuacua uideri possit omnis mea apud te commendatio: quippe qui pro ueteri nostra cōsuetudine, mutuaque beneuolentia, idem uelle debes, quod & Sabellicus, atque idem nolle. Cæterum quia uterque ab altero distamus, longaque facta est intermissio dulcissimæ nostræ consuetudinis, multa esse in rebus nostris necesse est, quæ tibi minus nota sint in tāta locorum distantia: præfertim si qui sunt nobis amici, si quæ necessitudines interim quæsitæ: quæ etsi communes sunt mihi tecum, quia tamen procul hæc sunt, & ab oculis remotissima; ut commendatione aliqua indigeant: id quum in alijs poterit accidere, tum in hoc Baptista Rauennate Heremitanæ obseruationis, qui has meas tibi attulit literas, nunc cōmendādo accidit: quæ ne tibi minus notus esset, uisus sum mihi nō incepte facere, si per literas hominem amicissimum tibi amicissimo commendarem. Intercedunt mihi multæ cū Rauennate meo necessitudines: sed nulla maior quàm rei literariæ, atque eadem à nostris studijs non aliena. Fauet homo diuinarum literarum peritissimus, supra quàm dici possit, nostratibus literis, qui in eo affectus hoc gratior est, quo minus multi sunt eiusmodi studijs imbuti qui hæc nostra mirentur: sed oderunt omnes Musas ad unum, oderunt quæ Musarum nomen, sunt quæ in eos qui id colunt, animo infesto, ac propemodum hostili: sed ego hæc omnia collegi, ut scires Rauennatem hunc esse in meis familiarissimis. Quare gratissimum mihi feceris, si quid erit in quo tua opera uti uolet, si quantum gratia & autoritate polles, in ista Vmbriæ luce, tantū elaboraueris, ut Rauennas meus per te & Fulginates tuos omnia quæ honesta perer, assequatur. Quod autem secutus negotium in Vmbriam uenerit, ex eo melius cognosces. Tantum habeto, quicquid huic homini accommodaris, perinde erit mihi gratum, ac si res nostra ageretur. Erit, ut dixi, tum mihi gratissimum, tū Io. Harmonio Marso, qui omnino mecum Venetijs est, teque unice obseruat. Quid nostræ Musæ nunc agat, & quid in hac sterili cudatur officina, ex Heremitano nostro cognosces. Venetijs, xv. calend. Septemb.

MARCI ANTONII SABELLICI FAMILIARIVM Epistolularum liber decimus.

M. Anto. Cardinali Senensi.



ATIS cum homine indulgenter egisset natura, clementissime pater, si filiorum causa tantum solliciti essemus: sed inepti sunt & demerentes miseri patres, dum ingenitæ pietati nimum indulgent: sunt quæ hoc ipsum, scio, quum alij plerique experti, tum ipse nuper usque ad ludibrium, qui dum filij causæ impensius studeo, causam & filium penè perdidit. Sed sic profectò est: trahunt cæteri affectus mentem, dolor & ira præcipitant: acceptæ iniuriæ magnitudo fecit, ut neque manus uulneri admouerim, & quia nō admoueri, scire minimè potui quale id esset, aut quàm altè adactum, quæ tunc medicinæ ratio esset adhibenda: quo contigit, ut quum opem & auxilium implorarem, qua potissimum parte curādu essem, monstrare nequiverunt: pueros (quod pudeat dicere) imitatus, qui uel leuiter percussus, quum ad matrè lamentabundi confugiūt, manum aliò quàm oportuit, applicant, manifesto uani doloris argumento, dant suis querelis lachrymas. Sed

A felix fuit noster error, qui presentissimum uani metus tuo salubri consilio inuenit remedium: sum quæ graui molestia leuatus tua opera pater pietissime, quod perinde fuit mihi gratum, ac si totum hoc negotium, quod omnino futurum sperabam, fuisset istic confectum. Nunc, quibus uerbis tuæ amplitudini agā gratias, non reperio. Spero & opto aliquando uideri, quem tua amplitudo cū gratum, tū morem uirum iudicet, dignumque arbitretur in quo suum beneficiū ultrò collocarit: certe animus, cuius sum mihi conscius, nil hodie præter gratitudinem meditatatur, pendetque totus ex unius officij uertute, ut tuæ demum laudis dignitatis quæ quam studiofissimus fuisse credat. Quod præterea tantū res nostræ tuo sapientissimo iudicio probentur, quantum ne ipse quidem postulare auisim, tribuo id ego tuo mitissimo genio, qui non solum ad uirtutem exercendam sit natus, sed ad uirtutis etiam imaginem, uel potius umbram in omnibus fouendam. Cæterum tanti est tuæ amplitudinis apud me autoritas, ut ego qui nunquam mihi placere potui, iam nunc demum summi uiri testimonio confirmatus, nō displiceam, audaciorque factus, subitum cœperim consilium impressoriæ officinæ inferedi sex historiarum Enneades, quibus longissimam rerum feriem à primamundi origine, ad humanæ salutis annos textui, per ampla uerustatis spacia euagatus: quæ cum primum inde exierint, curabo diligenter, ut ad tua amplitudinem continuò perferantur, cui me & totam domum commendo ac trado.

M. Anto. Bernardo Bembo.

Petrus Gurgius qui has meas tibi attulit literas, fororius est Romanelli hospitis mei Hunnienfis, cuius causa Ferrariam proficiscitur, nescio quid à tua præstantia petiturus. Quid ab ea impetratum uelit, ipse multo melius exponet, quàm breui epistola significari possit. Tantum mihi persuadeo, nihil huic præsentem, aut illum absentem esse abs te petiturum, quod tua dignitate & fide incolumi præstari non possit. Pergratum mihi feceris, si cū æquitatis tuæ causa, tum quia tuus Sabellicus uehementer de amici negotio labore, qui ut mihi dicitur, contra tuæ amplitudinis mentem ne decretum dicam, hic fordida aduersariorū premitur calumnia, dabis operam, ut tua absentis autoritate, absens præsentem liberetur molestia. Id qua ratione, & per quos fieri possit, qui te uno melius statuere queat, est ut arbitror, nemo. Tantum habeto, quicquid Romanello in hac causa commodaris, fore ut id tuo Sabellico sit tam gratum quàm si eius res, non aliena ageretur. Vale, Venetijs.

M. Anto. Cassandre Fideli.

Veniunt ad te tandem nostræ Enneades Cassandra: serò dices: serò, sed sic melius quàm nunquam. Malui fidem nostram tempore, quàm re periclitari: in hoc consilium, in illo fortuna accusari potest. Omnia ut scis, officia non euentu, sed animo æstimari debent. Necessitas est ergo tibi spectanda non mora: dum folia in ordinem rediguntur, dum librorum capita tardo peniculi ductu minio efflorescunt, dum textitur uolumen cornibus, & umbilicis excolitur, auro illinitur, unus nobis atque alter, ne sententibus quidem nobis, præscribit mens. Sed quid? si mora hæc in lucro est, earum tunc tibi uoluminis huius biduum copiam facturum: nunc nisi tam graues erunt hæc nostræ Enneades, ut ne biduum quidem abs te ferri possint, poterunt plures apud te dies in hospicio esse, eruntque istic tā libenter, ut alibi locorum libentius esse non possint. Nec parui ducas, quod nunc potissimum ad te ueniunt, quum nostra hæc tenent ieiunia. Enimuerò satis multa tibi nostra hæc euoluenti, sunt sparsim occursum, quæ

quæ à tua pietate non abhorreat. Poteris igitur, nisi graue est, illis succifluas horas impendere: satis abs te datum putabo, si non longam rerum feriem, quod stultum sit petere, sed uelut in transcurso pauca numero, atque ea quidem per partes, cognoscere nō gra uaberis. Vale, & quum partem noueris, in uniuersum iudica. Minerua ista falli non potest.

M. Anto. Paulo Truijsano Brixie Prætori.

Quia mea in te obseruantia omnibus nota est, multi persuasum habent esse me tibi tam familiaritatem, quàm exijs qui te colunt, alium familiarissimum. Sed rectène illi ita existiment, an sua potius decipiantur opinione, non facile dixerim: tantum affirmare possum, meum erga te studium id esse, ut non indignus sim quem tu non in postremis habere uelis eorum qui tibi charissimi sunt: atque huiusmodi fiducia fretus, nunquam uidebor mihi temere, aut ineptè facere, si quories acciderit, ut uel mea, uel amicorum causa oporteat me dare ad te literas, si tecum liberè, ac uelut meo iure agam, contèdamque audacter abs te, si qua re opus sit. Quod cum sæpe aliàs facturum sum, tum in præsentia id facio, nihil timide, ut per literas tibi meos commendem, in quibus Antonium Vicetinum esse non ignores, qui has meas tibi attulit literas. Is quid negotij habeat in isto foro, ipse melius coram exponet. Gratissimum mihi feceris, si in his quæ ad te deferret, quantum tua fides & dignitas postulat, habueris hominem quàm commendatissimum. Noui eum uirum bonum & uerecundum, & qui nihil sit à tua æquitate petiturus, quod non sit idem & iustum. Quare pergratum mihi erit, si ita hominè tractaris, ut cum ipse, tum alij intelligant hanc meam commendationem apud te non parui ponderis fuisse. Vale.

M. Anto. Manerio Regio Oratori.

Clara & illustis erat tui nominis fama uir præstantissime, magnum studiorum nomen, priusquam Venetias uenisses. Cæterum quo celebrior erat de tuis uirtutibus sermo, eo impensius secuta est expectatio, ubi à Ludouico rege inuicissimè orator dictus es Venetias uenire. Verum posteaquam in curia publicè auditus es, ubi de pace, de fœderibus, de futuri belli ratione, deque summa totius rei Christianæ grauitè & accuratè dixisti, multo maior omnibus uisus es, quàm cuiusquam animo antea concipi potuisses. Multi qui te audierunt, tuas dicendi uirtutes mirati: alij aliter, sed honestè & officiosè, sese tibi certatim insinuarunt: sed hi multo facilius, qui aliquo genere uirtutis antecellere tibi uisi sunt: boni enim bonis facile conciliantur. Nec in tanta officiorum frequentia, quisquam parcius Sabellico tuas frequentauit ædes, nemo ardentius adamauit, nec me æquè aliud ac uerecundia ab officio deterruit, uir præstantissime. Sciebam enim in tanta rerum nouitate, quanta his paucis mensibus Italiae partem multo nobilissimam exercuit, unde curarum ingens in te cumulus redundauit, uix posse fieri, ut ad te satis unquam tempestiue accederem: malui itaque parum officiosus, quàm temerarius haberi. Nunc, quia felicissimæ legationis tuæ functus munere, breui ut mihi dicitur, es hinc ad regem abiturus, nisi ad te has nostras Enneades, quas superiore anno edidi: dicebaris enim mihi incredibili cupiditate teneri lectiois huius cognoscendæ. Proposui ego tibi hanc lectioem eo libentius, quod in ea oratione quam in curia ad principem & patres habuisti, uisus es mihi uariè admodum in historia uersatus, cuius rei studio ita fore arbitratum sum, ut lectio hæc quæ res omnium gentium continet, à prima mundi origine usque ad primam Ro. Imperij labem, tam iucunda tibi esset, quàm quæuis alia esse potuisset. Sed quocumque affectu nostram hanc acciperis lucubrationem, ego tanquam omnia egre-

A giè probaris, dabo operam ut in reliqua parte Rapodæ huius quæ nunc in manibus est, facile intelligas, quanti tuas Sabellicus fecerit uirtutes. Vale.

M. Anto. Mario.

Affert tibi noster Opilio argenteos denarios uicenos: de re tua nihil fit in præsentia. Disce parere necessitati, atque ea pati, quæ nolles, quando ego tu à causa fero quæ non debeo. Si proximis nundinarum ferijs ad me ueneris, rem hic factam & rectam inuenies. Epistolæ quas ad me dedisti, satis placuerunt: sed ita placuisse scias, ut in illis aliqua, ne multa dicam, desiderem. Vale.

M. Anto. Zauaristo suo.

Vibianus Sabellicus qui in arce ista Veronenfi publicum merer stipendium, meus est contreraneus, & propterea mihi amicissimus: gratissimum mihi feceris, si, ut tui moris est, quando locum religionis causa inuideris, compellabis hominem, tuamque illi operam deferres, delatam præstabis, si ea aliquando uti uolet: nec est in quo tua auctoritas in præsentia magis illi gratificari possit, quàm si Bernardo Centurioni, præsidij præfecto, hominem senio confectum, & ualitudinarium, per te aut per amicorum aliquem commendes. Erit, satis scio, tua commendatio eo iustior, quo Vibiani ipsius, & Gasparis Sabelli patris eius, uiri clarissimi, fides fuit omni tempore Veneto nomini gratior, diuturnior, quæ militia. In præsentia satis credo eius uoluntati datum, quod magnifico prætori istius urbis, & Bernardo præsidij præfecto, eum per literas diligentissimè commendauit. De ratione meorum studiorum, quum plus ocij nactus fuero, ad te pluribus scribam: quod omnia apud tuos ex dignitate consecutus sis, biennio ante satis tempestiua, ut arbitror, tecum usus sum gratulatione, & nunc cupio & opto, Deum optimū tibi ista secundare, augereque per te uis successibus. Saluto uniuersam ciuitatem, duoque præcipue nostræ amicitie lumina, Iacobū Iulianum, & Dantem Aligerium, & cum his toram Academiam. Vale.

M. Anto. Pimula suo.

Sicum tua Academia uales, bene est: ego quidè ualeo. Accepi munus tuum elegas, Dalmaticas candidas: fuit id mihi æquè ac debuit gratum, sed auctoris animus multo gratior. Tu uerò dic quæso, putas amicitiam nostram huiusmodi egere illecebris? ut aut magis amaturus sim, quia hæc dedisti, aut minus amare potuerim, si nihil esset datum. Nescirem amare, si ita à me Pimula amaretur, ut ad eum amorem, quo illum prosequor, ad di posset aliquid, aut minui: breuique sic habeto, nihil esse te uno mihi charius: quem quo magis amamus, minus huic meæ erga te pietati uerius, quàm amori satisfactum arbitror. Nec uolo inique feras, quod ad te tardius scripsi, quàm uolebas: inhumanè facit, ne impiè dicam, qui plus uelit quàm amicus possit. Sum ut si quando aliàs, multis uarijsque curarum fluctibus obrutus, ita inquam, ut ad nullum humanitatis officium respirare possit animus. Quid? quod ne has quidem literas eram ad te daturus, nisi Trypho homo officiosissimus, amantissimus tui, mei studiosissimus, eas perpetuo mihi conuicio extorsisset: imposuit mihi pudorem amicissimi hominis crebra efflagratio, imposuit & adhortatio diligens. Vale, pergratum quæ mihi feceris, si deijs quæ in Dalmatiæ ora sunt, non literas, sed commentarios ad me miseris, iuuerisque tua opera historiam, quæ iam ad exitum spectat: sed illud erit multo gratius, si quod tua sponte facis, me mutò amabis. Vale iterum Pimula suauissime: uale, inquam, & salue. Venetijs uolanti calamo, pridie idus Maias.

M. Anto. Theophrasto.

Ignauus ego, an tu improbus? qui me tuis ea cura re, quæ in delpicatissimis semper habui. Mirantur gloriolam istam, de quibus ad me scribis, aliena studia, nostra vituperant: esto, modo flores hominum Sabellicum legant, lectum non solum probet, sed amplissimis ornent muneribus. Sed audi, quanti ego faciam istas grammatarum ineptias, quas tuos Circumpadani, ut oracula amplexamini. Scripsi centum quadraginta historiarum libros, qui iam tota Europa (absit uerbo inuidia) leguntur. Dispream, si paginam unam sim cum tota ista literarum fece, quam miramini, commutaturus. Suspiciant illi ex Cimmericis tenebris in quibus iacet, alienas nugas, dum Sabellicum audiant in nobilissimo orbis terrarum theatro sedentem, à multo doctioribus spectari, ac propemodum religiose coli. Vides iam quanti ego faciam istam pædagogorum & trivialis inuentionem, quam plus nimio reformidas. Sed tu non minus improbus, qui me dignum putas, ad quæ de his scribas: quonia, si Deo placet, euenimus, ut nisi ex literarum obscurissimis quisque nostra probet studia, fama sit periclitandum. Nam quod ad Trâquilli cõmentarios attinet, quæ tam nefaria illis calumnia astruitur, ut ciere te oporteat tam fœda tonitrua: aut si qua astrui potest, es ne tu ita humanarum rerum expers, aut tuæ solius aures ita peregrinantur, ut nunquam fando audiueris, nullum ad huc repertum, cui in eo genere scribendi, in omnibus fides constiterit: nisi forte is est, quem Aristarchuli isti unice, ut ais, probant, qui in limitari pagina (nâ plura, Deum testor, ex immenso illo Chryssippi aceruo legere non fuit curæ) ter insigniter concidit: sed nihil ille, ut mihi dicitur, scribit quod non sit à me dictum: at uerbosius procedit, uoluit credo, pædagogis gratificari. Ego doctis & eruditus me scribere putauit, & quasi ad fontem digitorum intendi: nisi forte historiarum ignorantia, aut uerborum inopia breuior fui, quam oportuit. Adjicit ille aliqua: facile fuit inuentis addere. Reponit quædam ex emendatissimo codice: mallet ex suo ipsius ingenio reposuisset, nam illud libri est, non hominis. Sed ego hæc ex stomacho magis, quam ex meo instituto. Tu Theophraste mi recte facies, si posthac ad me confideratius scribes, meliusq; de præceptore opinaberis: nam quod fateris te imparem aduersæ factioni, remitto tibi laboriosam istam simulandi prouinciam, quam tua sponte adijisti: ac si assertorem agere non potes, desertorem agas, modò calumnia abstineas: nam præceptorem insectari nec potes, nec debet. Venetijs, V. Idus Augusti.

M. Anto. Carisio suo.

Ego indifferenter amo Carisios omnes, sed te omnium maxime, cum propter patruum tui uiri omnium qui unquam fuerunt, optimi, meique amantissimi memoriam, cuius refers nomen: tum quia paucis diebus quibus Venetijs fuisti, mirifice delectatus sum tua suauissima consuetudine. Complexus sum in te tunc non minus morum facilitatem, quam eruditionem non uulgarem: quorum alterum tibi domesticum est, ac propè hæreditarium: alterum, quod ad tuam laudem pertinet, studio & labore quæsitum. Esem ego odio dignus, nisi te unice amarem: sed amoris huius erga te mei testem habeo locupletissimum, Carisium fratrem tuum, tuique cupidissimum, cum quo de tuis commodis loquor sæpissimè. Scripsi hæc tam multa de meo in te studio, ne diurni huius silentij nomine sim tibi suspectus, quod post tuum hinc digressum nihil ad te scripserim, non quia non potuerim multis districtis curis, sed quod noluerim: quod te suspicari inhumanum sit, ne impiū dicam, à nostraque necessitudine alienum. Caue igitur id uoluntati ascribas, sed necessitati potius, cui

A nulla uis humana repugnat. Nunc si quid est in quibus opera mea utilis esse possit, recte & amice facies, si ea quum opus fuerit, uteris: nihil est quod ad tuum commodum pertineat, de quo non æquè ac frater tuus, qui omnino mecum est, sim omni tempore laboraturus, qui si in te ornado, me ocio & oportunitate uicerit, quia liberior sit à curis, studio et uoluntate non uincet. Vale, & si me amas, da operam ut hæc literæ Mariotto & Ariadne Catalucij fratris filia, seorsum reddantur, utriusque suæ. Interest enim mea non parum, ne alterutrum intercipiatur, quod ipsorum fraude, sed meo incommodo sæpè accidit. Venetijs, tertio idus Maias.

M. Anto. Aemiliano suo.

Quod sis ex animi sententia regem fortitus, gratulor tibi æquè ac debeo, & ut ista tibi conditio sit usui & ornamento, cupio uehementer & opto. Horrarer te ad perpetuum studium & obseruantiam, nisi in rata indole superuacua uideretur omnis adhortatio. Superest igitur, ut te moneam, & si pateris obtester etiam, ut quàm sæpissimè ad me scribas. Erit mihi tuæ literæ omni tempore & iucundæ & suauis. Mitto ad te Ptolemæum ex ligularia taberna emprum: in quo recognoscendo, neque uoluntas defuit, neque studium. Quum plus ocij nactus fuero, tum plura ad te & accuratiora: nunchæc tumultuose scripsi. Vale Aemiliane iucundissime ac suauissime. Vale & salue. Venetijs, x. Calendas Ianuarias.

M. Anto. Aldegathe.

Amabam te nuper Aldegathe, ac sic amabam, ut ex illustribus poetis unum, in quo plus ne cadoris sit, an uenustatis, non facile dixerim. Accedit extemporale ingenium, ut mihi dicitur, & Phœbo & Musis tam familiare, quam nullius nostri temporis poetæ. Eram ego, huiusmodi hominum prædicatione impulsus, rotus tui nominis, quum ex tuis affectatoribus quidam qui nunc mei sunt, Giganteum bellum, ex tua depromptum officina mihi cognoscendum obtulere: est que id carmen aded mihi in fronte blanditum, aded alludit in recessu (nam Laconicè canis, modò transcurrans haui quædam) ut te quæ antea amabam, iam inde mirari inceperim: enim uero si ex his quæ sparsim legi in uniuersum iudicare licet, neque Mineruam ipsam, neque deorum quempiam eo bello, quod tam longo carmine complexus es, ualidius monstra illa hominum tulisse crediderim, quàm tu tam longi fers carminis onera. Reddidi tibi non petenti tui ingenij testimonium in historijs, ut quatum Sabellicus hodie Aldegathe tribuat, omnis sciret posteritas, si modò hæc quæ scribimus, ad posteros stare poterunt: gaudebamque meo officio tum, quum tanquam illud à me in quæstum mitteretur. Encomiasticum ad me tuum dedisti uarium, elegans, copiosum, omnibus poetis uirtutibus refertum, scenus uerius quam hostimæ tum eorum quæ à nobis in te profecta sunt. nâ quæ tantum mihi tribuis, quantum haud tribuendū puto, tuam in eo agnosco humanitatem: agnosco & studium erga me tuum quo nihil potest esse mihi gratius. Fuisse & carmen ipsum multo iucundius, si ad fidem omnia scriberentur. Sed utcumque ea accipienda sunt, non parum gratum est à poeta summo laudari, modò ita laudemur, ut tantum poetica licetia conferat mihi ad immortalitatem nominis, quatum in nostris, si meliora illa essent, fuit historica fides tibi collatura. Vale, & caue me tam ineptum putes, ut à poeta nostræ ætatis clarissimo, syllabarum rationem pueriliter exigam: nescio quem desipierum apud ueteres imitatus, qui in Olympio Ioue symmetriam maluit, quàm nobilissimam in terris opus cõttemplari. Venetijs.

M. Anto. Antonio Pontano.

Eti nulla maiore op⁹ fuit cõtmedatione, non potui non

non tibi commendare octauam nostræ Rapodiæ Enneadem, quam ex tribus sororibus proxima fœtura ortis, tibi excubendâ poposcisti. Fac rogo, ut testa & facta ad me reuertat: quod facile fiet, si tuo niteris chirographo Sabellici scheda: nec in trâscursu cõtendit quæras: sat citò scribit quæ rectè scribit. Sed nihil est, quod tuam magis operam iuuare possit, quam si laborem hunc cum Francisco fratre tuo adolefcete optimo, partieris, ut quàm tu diligenter exemplar intrueris, tantum ille quæ scripseris rimabundus inspicat, folerti que exploret indagine. Erit id mihi uehementer gratum, & ab ijs quæ de utriusque ingenio & eruditione prædicare soleo, nihil alienum. Vale.

M. Anto. Palladio Sorano.

Misisti qui me rogaret, ut cras tibi ad Crucigeros adfem, tuum de laudibus Deiparæ uirginis Panegyricum recitaturus. Ego etsi Crucigeri hinc tam longe absunt, quàm qui longissimè: ueniam tamen libenter, quum tua causa (es enim dignus qui ab omnibus audiaris) tum multò libentius inscriptionis illecebra adductus, qua nulla posset esse mihi gratior, nulla iucundior audiri. Tu Palladi mi fac quod facis, & omnes ingenij uires in istud intende, his te meditationibus exerce, anti quissimos uates imitaris, quibus diuina magis quàm humana fuerunt curæ. Quod si ij qui in maligna luce, uel Cimmericis potius sunt tenebris uersati, tanto id studio factitarint, quanto magis nostros homines decet, qui non imaginariam, sed ueram sunt lucem adepti, in ueri specula sedentes pietatis alumni. Sed quid alij faciât, ipsi uiderint. Tu Palladi suauissime pietatem cole, ut te in sapientiæ constitutum uestibulo, Prophetæ carmen secutus. Vale.

M. Anto. Manteo.

Quid Mantetus agit meus, uir omnium optimus? studeat, ut sæpè an docet, ut semper? an quod rarum est, pomonalibus adhuc tenentibus, feriat? Verum quicquid agit, iubet Sabellicus suum Mantem saluere: iubet totis uiribus, quod sponte facit obniti, ut quàm plurimi adolescentes ex literaria illa officina, uelut ex Troiano equo egressi, in suum theatrum prodeant. Cæterum, quando multum diuque Flaccus domo absuit, iam tempus est (quod Mantem commodo fiat) ut ad dominum reuertatur, ubi conserui illius suspirant absentiam: quanquam & ipsi illuc sunt confestim aduoluturi, cum tota domo, si Mantetus uir doctissimus ita uelit euenire, amicorum omnia communia.

M. Anto. Io. Carisio.

Hortensis pergula tuæ meæque delicia, iam uelut se pampinis: lilia, quæ à fronte sunt, suauiter florent: à tergo, & quæ sese uitis cubiculo offert procaci occurru, tymbra, mentha, & sisimbrij plantaria uident molliter. Agatha anus nostra non contenta pingue præfectura, etsi iam octogenaria, hereditij quoque sibi curam uendicat: struxitque tibi & mihi sub uite stibadia, cinxitque amaraco, & alijs herbis suauiter olentibus, quas topiario opere in uarias animalium effinxit species sequaci ductu. Cœnatio tibi parata est, tu cœnam para: quotus uerò cœnare uelis, ipse uidebis: à Gratijs licet incipias, poteris, ut tua est largitas, in Musarum numero desinare. Vale.

M. Anto. Amasels fratris.

Gratulor uobis, quod ambo poeticam lauream adepti sitis: cupio decus istud uobis in dies augeri. Vestrum carmen frequenti iuuenum cœtu recitandum curauit: adieci iudicium meum, ut maior rei auctoritas accederet: estque laudatio secuta incredibili omnium, qui aderant, assensu. Hæc scripsi, ut intelligeretis quàm uestra laus sit mihi curæ: uos uerò enim tamini, ut ij demum sitis, quibus non modò is honor meritò contigerit, sed qui multo etiam maiora

A mereamini. Valetè.

M. Anto. Danieli Rainerio.

Vides Raineri, uir doctissime, ut ego uerius sit quod præclare scribit Fabius, esse occultam quædam inuidiam, quæ semper ex humanis meliora decerpit. Desijt in humanis esse Politianus, semper abs te supremè laudatus: ac tum desijt, quum celebritatè florebat, & ætate. Doleo mortem hominis amicitissimi, sed multo magis doleo causam, quæ non magis miserabilis fuit, ut mihi dicitur, quàm pudèda. Sed multum in eo homine amissimus, multum & in Georgio Alexandrino nuper defuncto. Fuit, ut scis, uir ille graui iudicio, & diligentia non uulgari: sed mediocri, ut liberè dicam, ingenio, facundia propemodum nulla: suarum rerum mirator immodicus, alienarum insectator: nulli hominum minus infestus fuit à principio, quàm Sabellico: nullum, postquam res Venetas scripsit, est grauius insectatus. Fuit enim ex confesso Veneti nominis inimicus, quum obseruantissimus esse debuisset, si grato fuisset ingenio. Noluisset credo ab alijs scribi, quæ ipse aut noluit scribere, aut non potuit. Sed audio hominis cauillum, ne delirium dicam. Criminabatur me in Veneta historia, quum diceret non oportuisse sequi me Venetos annales. Ceu Crispus, Linius, Dionysius, & alij Punicos secuti sint, non Romanos: aut ipse cautius fecerit, qui in Vicecomitum rebus prodendis, ignobilibus fratreculorum commentariolis uisus est, ut mihi dicitur, sub ipsis principibus, & in ipsorum principum gratiam conscriptis, quos osculabundus, ut Sibyllinos, & arcanorum mysteriorum plenos circumferebat. Sed sic natura comparatum est, quod maxime placet, id quisque optimum & uerissimum putat. Sed ille, ut dixi, talis fuit uir, alio qui perpetua memoria dignus, ob eruditionem, quæ non uulgaris ei contigit, in quo dum uicium unum præter meum institutum reprehendo, uideo mihi propemodum ille ipse factus. Multo itaque humanior præceptor tuus Benedictus Prunulus, multo & meus Põponius Letus, qui quum doctissimi sint ambo, non modò non lædunt quenquam, sed ne ab ullo quidè lædi patiuntur, quantum in utroque est. Reuertor ad nostrorum hominum iacturam, qua non nostra, non patrum nostrorum memoria in ullo maior accepta est, quàm in Politiano, cui si longior uita contigisset, tam grauis fuisset Romanæ linguæ censor, quàm Græcæ fuisset Aristarchus. Vale.

M. Anto. Antonio Pontano.

Discedere ego multum à me ipso, nisi te multum amarem: etenim quod ad me attinet, indifferenter in omnibus osculor, suauiterque complector mores & ingenium: quæ due uirtutes non tantum tibi adfunt, ut uideo, sed superfunt. Vix ego ausus essem sperare, ut hi octauæ Enneadis libri, tam scitè accurateque conscripti, ad nos reuertentur: difficile dictum est, quàm festiuo, hilarique uultu sese mihi obtulerint, culta facies, nitida, & æquabiliter perpolita, ut nulla literaria officina tantum castum queat typum imitari. Debet itaque tibi pars una nostrarum historiarum non minus, quàm mihi ipsi. Feci ego, nisi opinione fallor, ut ea lectio non displiceret: tu, ut delectaret & placeret. Vale.

M. Antonius Harmonio suo.

Affecit me incredibili admiratione fabula, quam nuper editam & adhuc lucem formidantem, mihi cognoscendam tradidisti: nihil in ea non cultum, non elaboratum, ac supra quàm nostra ætas præstare possit aut soleat. Argumentum, dignitas personarum, sententiarum grauitas, uerba cum uerba, tum figurata, & lepore Plautinis similia. Sed audi quantum facinus egeris: ille tui Sabellici stomachus, qui nihil quod nostri esset temporis decoquere erat solitus, ad unam Harmonij sui lectionem,

tionem, uelut ad nouum quendam & infuetum cibum, rictum erexit, tanquam in coali quid esset, quod iacentē appetentiā excitaret. Cæterum, quantum lectio illa admirationis attulit, tantum nec minus scena in qua acta est uoluptatis. Enim uero non cōtēntus, quod auctoris nomen ferres, tulisti & actoris: in quo genere ad eō omnibus placuisti, ut ego (mitram enim alios, de me loquar) qui spectaculo non solum interfui, sed præsedī etiā tuo hortatu, sicut mihi uisus interdum non in Eremitarum atrio sedere: sed in Marcelli Pompeiū theatro, Plauti fabulā aut Cæcilij spectare. Tu uero quando spem ingentem omnibus bonis fecisti, fore ut per te Comœdia repararetur, enitere quantum potes, ut tua industria Laetialis lingua sibi demum restituta uideatur in hoc literarum genere, uelisq; rogo is esse, quem unum non frustra tunc obijcere possit ueruliani: quod sine dubio fiet, si naturam ducem sequaris, quæ non finxit te poetam, sed effinxit. Vale. Subiecti epistolæ breue carmen, quo testatus sum, quid in uniuersum de tota fabula, immo qd de Harmonij Musa sentirē.

Quæ nuda pedem focco, & palla lugubri,
Mærens comœdia nuper ignobilis,
Errabat Latij urbibus indecens,
Plaudentem caueam, & Graium oblita sophos:
Nunc renascenti proprium reddit decus,
Piscoli Fucini nobilis accola
Harmonius: nemo de sedibus citet
Plautus Elysijs: nemo Cæcilios:
Sat meus scenæ, lat meus Harmonius.

M. Anto. Paulo Suerio.

Tocaris tu, an serio tibi & fortunæ irascaris? tibi, quia semper doceas: illi, quod docenti nihil faueat. Sed tu quid obstanti obitas? cur non arte pugnas, quando uiribus non potes? ut si quæ uelis ire non liceat, eas quæ possis imitareq; peritissimos nauium gubernatores, qui uisū estatis suo cursu exculsi, non quæ ipsi uelint, sed quæ feruntur pergunt porro ire. Si non placet urbana professio, doceas foris: non ubiq; eadem est fortuna: si fortuna ulla est, agit hic nouerca, aget alibi fortasse matrē: non ab re uaria & uolucris dicta est. quanquā non uideo quid hic sit, quod te grauius ferre oporteat. Viuis in luce hominum: omnibus ob uitæ integritatē, & singularē eruditionē, charus & iucundus. Sed quæstus tenuis, & omnia Romæ cum precio: sic enim soles mihi occurrere. Agenūc, & si nō potes hic paruo cōtēntus esse, aduola quo maior spes euocat. En, Iulienſes hinc, in de Rauennates te publicè accersunt, ut audio: alij cupiūt & optāt: statue quandoq; ubi esse uelis, quid sequaris: unde spes maior præterditur, illuc animū inclinēt. Scriberē plura in hanc sententiā, sed uideo ad quæ scribā: satis per te sapis. Vnū illud te etiā atq; etiam moneo, ne ambigendo trahendoque plus nimio rem, patiaris præterentem occasionem ē manibus elabi, cogarisq; te ipsum posthac, non fortunā accusare, quæ nunc, ut uideo, satis indulgenter sese tibi ingerit, pulchra & speciosa pollicendo: nisi & hoc illius ludibrium est, ut quod tanto studio iam antea opraueris, oblatum spreuisse uidearis. Vale.

M. Anto. Palladio Sorano.

Obseruo diem: tu legem serua, qua te mihi prandium paraturū scribis: nō Aristippus uenio, sed homo à Sabinis oriūsus. Duco mecum cōiuiā unū, frugis hominē, ac minime edacem, ne si duo accubuerimus, Timonis & Peanti conuiuū istud uocetur. Sic melius, ut Gratiarū saltē expleatur numerus. Vale.

M. Anto. Mantico.

Queris quid de tua institutione sentiā: dicā breuiter, quod de Socratica, nō quia te Socratē purē, aut tuos Socraticos, nō sum tā ineptus, ut hanc fecē temporū, cū illo hominū flore cōparem, sed quia tu castē, ut ille, & sanctē doces, & tui, Socraticorū more

nō minus præceptoris uitā, q̄ præcepta imitentur. Est itaq; duplex institutio: literarū una, altera rerum diuinarū: nā quū te audiūt, Grammaticen discunt & poeticen: quū mores spectant, sanctimoniam & pietatem. Estq; hic tuorū profectus in eo melior quā illorū fuit, quōd ueram pietatem monstras esse cōlendam: senex ille Atticus, si uetus comœdia uera est, nihil præter nubium uanitatē. Vale.

M. Anto. Paulo Cencio.

Quid rogo, quid factū est? qd me miserū accidisse suspicer? Musa ista. Quiritij lans alumna, iā tertiuū annū silet, quæ multos bonos uerterat in sui admirationē, nō pauca in apertū prodēdo, plura pollicēdo, ut nihil esset tā arduū, quod de tāta indolenō expectariceret. Vnde dira hæc tacendi cupiditas? cuius la hominū irata est? aut cur ipsa sibi æternitatem nō minis inuideret? id ne credere oportet? an ad pōtificij & Cæsarij iuris studia ex longo interuallo respexit? quæ dum instaurare uult, dum reditū meditatur, nō stratia interpolat, immo ut uilia & inepta aspernat: trāsfigaq; ex cōfesso facta, odit carnē, odit poetas, quæ sitæ laudis & querendæ penitissimē oblitā. Ceterum quia res pulchra est iuris sciētia (si eius sciētiæ studio traheris) uetus popularis non possum, nec si possim uelim, tuum consilium non probare, modo ita aliena ames, ut nostra hæc nō odisse uidearis: satis enim amabis, si nos qui aliud face re nescimus, non contempseris. Vale.

M. Anto. Danieli Rainerio.

Petijsti à me, ut orationem qua laudatus est à me Benedictus Prunulus nup uita defunctus, in publicū referre, aut si publicare nollē, tibi legēdā traderē. Et q, petis, utrūq; æquū est, & ego in omnibus tibi gratificari cupio: neutrum tamē expecta, nō quid datum nolim, sed quia incolumi fama fieri non possit: nihil enim adhuc scripsi eorum, quæ oratione illa continentur: quo fit, ut neque illud quicquid est, in apertum referre possim, nec tibi aut cuiquam, cognoscendum tradere. Dicam rem fortasse incredibilem, ceterum tam ueram, quam uerissima est hodie aliqua, aut unquam esse potuit, siue solus hodie id facio, siue cum paucis. Ex scripto, quod fari liceat, nunquam ad dicendum procedo, incredibili paucitate locorum, imaginibusque contentus, unde typus est ac uelut eorum quæ dicuntur ex signatis quibusdam locis, quibus orationis lumina astruuntur, si qua fortē intercurrunt: cætera extemporali- tas suppeditat. Verum quando ita tibi placere uideo, ut laudatio illa in apertum referatur, quia nihil est, quod à me tibi iure negari possit, polliceor fore, ut inter cæteras orationes quæ circiter nūginti numero sunt, à me post paulo publicandæ, hæc quoque tuo nomine prodeat in lucē, ac fortasse pleniore habitu, quā inter agendum uisa sit: tempus enim, aut studium aliquid adijciet.

MARCI ANTONII

SABELLICI EPISTOLARUM
familiarium liber

undecimus.

M. Anto. Francisco, & Antonio Fontanis fratribus,



ISI CERTO scirem omnem uestro- rum studiorum rationem ex paterno consilio & auctoritate pēdere, reprehenderem in utroq; præmaturam istam philosophiæ diligentiam: non quod ante trigessimū annum, ut ait Platon, paru expectat id facere: sed quod noluissem uos iam blandiente profectu, hæc humanitatis studia relinquere,

linquere: quæ pleniusculæ ætate ista percepta, incredibile dictū est, quantum conferant ad omnem disciplinam percipiendam, quā perceptam excolāt, magisq; popularem reddāt. Contrā Dialectica ista, si nuda sit, nihil est ea inaneptius, perplexitatis & odiosæ: ut Cornificius ait, infantia plena: nulla ars tantum ab eloquentia distat, nulla eiusmodi uirtuti magis repugnat. Cæterum quia pater id probat, uir præstanti ingenio & eruditione, probent & amici necesse est. Cupio & opto uobis feliciter euenire, quod omne studium & operam in istam artem contulisti. Admonerem unum illum, nisi Xenophonis sententia obstaret, & diuertijs uis nonnulla parijse pōtissimè: quod ita noua ista miremini, ut ad eloquentiam aliquando respiceretis: quæ res, & in tractando multum istam scientiam iuuare poterit, & ad eā percipiendam, nihil, quod multi falso putāt, erit impedimento. Hæc sentit Sabellicus, uos quicquid egeritis, cupio et opto feliciter euenire: tantum habete fore, ut omni tempore æquē futuri sitis mihi ac patri, charissimi. Valere.

M. Anto. Palladio Sorano.

Legi tua epigrammata culta me herculē, & quod me in his granditer delectat, miræ simpliciteris. Nemo est qui non intelligat te sentire quod scribis: id siue arte fiat, siue natura, non possum non mirari: reperiō tamen in his, nescio quid. Sed id quale sit, nec satis scio, nec si scia dixerim. Tempus et exercitatio egregia artium magistra, monstrabunt puto quicquid hoc est, quod nunc desideratur, adijciet que fortassis, aut certē aliqua uirtute pensabunt. Vale, & quid dialogus πειρὸν θεῶν nunc agat, fac ut ex tuis literis intelligam.

M. Anto. Paulo Suerio.

Cupio & opto tibi feliciter euenire, quod sterilibus poetarum cathedris relictis, te ad Philosophiam contuleris, securus credo eos, qui serō ad eiusmodi studia accedendum esse existimant, Dialecticæ disciplina ante trigessimū annum iuuenibus interdita. Sed tu dic rogo, quid poeticen damnas? quia minus laudis habeat, quā illa: an quod minus sit quæstiosa? si laus & celebritas querit, haud dubie uicimus, qui poeticen tuemur: si lucrum, uide ne sordidissimæ quædam artes, minus quæ laboriosæ istud præstare possint, quod ex philosophia tibi queritur: nam eō uenimus, ut res alioqui diuina, non nisi ad quæstum expectatur, ceu opes non mores ex illa petendi sint. Nūc & illud doceas, quia res ipsa latē patet, ex qua sapientiæ parte τὸ τοῦ ἀναλόγου statuitur: ex physica dices, unde medicæ artis nerui: uideo quid sequaris. Sed dic rogo, quā longa est spes ista, quā diu alenda: ecquando proficere incipies, & postea quā ceperis? quā sera in professione auctoritas, quā cæteræ artes, tum maxime floreat, dum uigent corpora. Contrā una omnium medicina, non prius in homine spectari incipiat, quā inter mortuū sit corpus, senioq; confectū, ut ad nullum minus pertineat lucrum, aut celebritas, quæ inde est, quā ad eum, qui utrunque parauerit: uidenturque mihi medici ijs per quā similes esse, qui oleas serunt, qui iusi dicere cui gratificentur, non sibi dicant, sed posteris: per pauci numero reperit sunt, quibus firmiore ætate accesserit auctoritas, quæ in istiusmodi arte, ut in multis, lucri est mater. Sed ars fortasse placuit, quæ diligens est naturæ contemplatrix: at laus ista potuit & cum poetica cōiūgi, ad quam mihi natus uidebaris: nullus est tam eminens locus in ea arte, ad quem uel modico conatu non facile fueris peruenturus, si diuitias contem- nere potuisses. Sed tu quicquid egeris, nos qui tui amantissimi sumus, non possumus nō probare: aut quod tibi ita placuerit, aut quia, ut putas, sit tuis rebus magis conducibile. Vale.

M. Anto. Paulo Centio.

Confeci tibi negotium: conditio tibi parta est ex utriusque sententiā, ut arbitror: est enim, nisi opinione fallor, & honesta & quæstiosa, et si de quæstu exitus multo melius iudicabit. Scriberem de tota re, nisi penē notior tibi esset quā mihi. Consule te ipsum, cōsule amicos: sed deliberatio ista sit uolo breuissimā: nam qui ad hoc missi sunt, cras hinc soluent oram, si per bonam tempestatem licebit. Cupio & opto te id statuere, quod maximē sit tibi conducibile. Tu siue conditionem consciscas, siue reicias, sic habeto, fore ut ubicunque sis, de tuis sim commodis æquē ac de meis, omni tempore cogitaturus. Vale.

M. Anto. Iacobo Alfigiano.

Scribis te diu multumque deliberasse, nec tamen adhuc statutum habere, quem filiu magnæ spei puerum esse uelis. Ego, etsi satis scio, te eum esse qui nullius cōsilio indigeas, sed qui ingenij præstantia, longaque rerum experientia, rectē possis alijs consulerē: incredibilis tamen meus erga te amor facit, ut quod sentio, id ad te familiariter scribam: nam & uos medici (quod non sine causa fieri arbitror) quum aut ipsi, aut filij grauius ægrotare incipitis, ab alijs curamini: sic in priuatis consilijs, nescio quomodo modo, non tam sibi quisque quā alijs sapit. Cæterum, siue sit operæ precium id facere, siue quod magis credo superuacuum, ea mihi est de tuo filio sententia, de uitæ, inquam, & artium delectu, quæ & magorum apud Alyrios fuisse dicitur, qui paternis artibus filios instruebant, ut per manus ars nobilissima posteris traderetur, essetque uni genti, familieque uelut hæreditaria. Es tu illi pater, cui tantum auctoritatis in ista professione accessit, ut Augustinus Barbadicus Venetæ ciuitatis princeps, tua unius opera, toto sit suo principatu usus: quæ laus, non uideo cur in filium & posteros, quantum humana cura potest prouideri, non sit omni studio propaganda, præsertim quum nulla sit ars in omni gente quæstiosior, nulla cui maiores honores omni tempore contigerint. Hæc Aesculapio diuinos peperit honores, hæc Apollinem huius patrem sanctiore fecit, & augustiorem. Nec frustra ueteres poetæ hanc cælo intulerunt, Pæonem deorum curationi adhibitum mentientes. Quid Hippocrates? cui ob pestilentiam præuisam, & à Græciæ ingressu, discipulorū occurſu, depulſam, eōsdē Græciā habuit honores, quos & Herculi. Mitto Theombrorū, quem ob Antiochum seruatum, magno auri pondere Ptolemæus rex donauit. Mitto Aesclepiadem, qui legatos à Mithridate rege ad se missos, regiaque dona aspernatus, eō fiducia pro- celsit, hominē à funere relato, ac uitæ restituto, ut sponſionem cum fortuna fecerit, ne medicus crede- retur, si unquam ægrotare cepisset. Celebre & Antonij Musæ nomen, cui ob Augustum Principem graui morbo curatum, statuat Aesculapio proximam erexit Romana ciuitas, & tum quidem rerum omnium domina. Sed multo plura sunt felicitatis exempla, ad unius artis decus pertinentia, quā breuis possit epistola complecti. Tantum habeto, esse medicinam rem meo iudicio præclaram, quæstiosam, Deo gratam, hominibus uenerabilem, per quam facillimè ad diuitias, ad honores, & ad ipsam nominis immortalitatem semper patuit accessus. Quare sit potius puer, quod pater est: quā dexteram se offert, fortuna sequēda est. Tu qui eum genuisti, & ad quæ deliberatio ista præcipue pertinet, etiā atq; etiā cogita, quid omnium maximē tibi, & filio expediat: nam quod ad me attinet, quicquid consilij super ea re ceperis, id tibi deū fortunare cupio et opto. Vale.

M. Anto. Hieronymo Squarciaſico Alexandrino.

Gaudebam ego te uelut postliminio in patriam reuere

reuerſum, ocio & ſtudijs domi florere: quæ omnia eo tibi iucundiora eſſe ſciebam, quo diutius deſiderata, poſtq; uarios fortunæ calus recepta: nunc proſolor tanquam à fortuna ampliatus recenti Gallorum incurſu, patria hoſtiliter capta: domo direpra & incenſa, magnaq; pecunia ab amicis redemptus: extorris diceris Circumpadanam Galliam peragrare: ſed tu huc, ſi me audis, propera: Venetam felicitatem, uel ex ipſo urbis acceſſu nõ aliter quam Meſſalæ ſoboles, dictatoriã fortiturus. Vale.

M. Anto. Bartholomæo Maſtſico.

Bis idem dixit ſapiens Aelchylus: bis & Cicero, ut ais, ſed uerius Cornificius, qui uni rei duo affinxit nomina, ut tua fert opinio. Sed miror in re tam perſpicua, iſtam tuæ Mineruæ aciem caligare. Diſtat conſtitutio, quis non uideret à iudicatione, quod mater à filia, quod præcedens à conſequenti, hera à pediffequa, efficiẽs ab effectu: quæ, ſi non paria ſunt, haud tamen diſſimilia: intetio et depulſio, quarum hæc rei eſt, illa accuſatoris ſtatum faciunt: huic ratio ſubijciat, illi firmamētũ: hæc accuſatoris ſunt & rei: utrũ horũ alteri præpõderet, iudex cõſideret: necelle eſt, ut ſecundũ equiora iudicet, q̄ cognitio iudicatio dicta eſt: eſtq; iudicis hæc, ut priora illa accuſatoris, & rei. Sunt itaque conſtitutio & iudicatio, ut nomi ne, ita natura & re diuerſæ. Quæris ad hæc, quid ſit, aliud agere, apud Anneum Senecam: ſic ille ad Lucilium: Tota, inquit, aliud agentibus. Ii mihi, ut bre uiter dicã, uidentur aliud agere, qui non agũt quod agi oporteat. Credidit Stoicus homo, nullum eſſe qui tota uita non ab eo quod uerè rectum & hone ſtum ſit, non aliquo modo aberret. Stoici ita rectum accipiunt, ut nihil ſit rectius, id honeſtum, quo nihil honeſtius: id niſi ſapiẽs aſſequitur nemo. Sic ſit, quia nemo ſit ſapiens, ut ſemper fiat aliud ab homi ne, quàm fieri oportet. De Clodij fororibus, quicquid à me ſcribi potuit, uir noſtra tempeſtate impẽ ſe doctus, ſuis in Tranquillum commentarijs docu it, ut mihi dicitur: nam ſi dicam me legiſſe, mentiar. Ne igitur acta agerem, ſatis habui digitem ad fon tem intendere: ſi fatidicus ille fontis hauſtus, non ſi tim iſtam reſtinxerit, nec Cephiſus quidem pote rit. Vale.

M. Anto. Squarciaſico ſuo.

Quæris à me, quando primum Romę argenteus nummus eſſe cœperit, quãdo aureus. Ego, quia nõ quam magis negociioſus ſum, quàm quum ocioſus, utrumq; breuiter expediam uno duntaxat autore, eſſi grauiſſimo, contentus. Anno urbis quingente ſimo, ut Plinius ait, quinto & octogelimo, quinque nio ante quàm cum Carthaginenſibus circa Sicilia, & de Sicilia ceptum ſit armis diſceprari, primus ar genteus numus Romæ percuſſus eſt. Secundo põſt & ſexageſimo anno, ut idem autor prodidit, ex au ronum primũ percuſſus eſt: quæ ratio temporũ non repugnat illorum opinioni, qui Pœnis in Italia Hannibalis ductu bellantibus, negant apud Roma nos fuiſſe ſignati auri uſum. Interfuerunt anni circi ter ſexaginta & amplius, à primordio argentei numi ad aurei uſum, ut ex Plinij autoritate eſt, pximè demonſtratum, qui annorum numerus cõtinet primũ & ſecundũ bellum Punicum, cum ipſa tem poris intercapedine, qua annos uiginti & amplius, bello utrinque eſt temperatum: quo fareri necelle eſt, aut nullum ſecundo bello Punico fuiſſe uſum ſi gnati auri, aut in extrema eius tempora incidiſſe. Lege Polybium, & tibi temporum ratio melius cõ ſtabit. Quod de Seneca ſcribis, dicam quod ſentio, nec illorum quos ſequeris, obſtabit auctoritas, qui non ratione aliqua, ſed ſua opinione nixi, Senecæ, qui Stoicę ſunt aſſectator diſciplinæ, Tragœdias aſ ſcribunt, quum ipſa uerborum figura, cæteris que di cendi uirtutibus, tantum uterque auſtor ab altero diſtet, quantum lux à tenebris, cœlum à Plutonis re

gia. Stoicus ille, doctus me hercule, ſed obſcurus, breuis, horridus, ac degeneranti ſimilis, ut primus Latinorum Romanam eloqueriam inclinari uide ri poſſit. Conrà quilibet fuit ille Tragœdiarũ ſcri ptor, comptus, nitidus, elegans, uenula uerborum figura, ſtrictuſq; perpolitã, non iudicia ſui temporis, non theatra reformidans. Aſtipulatur mihi non parum urbanifſimi Martialis carmẽ: ſed multo ma gis Sidonij. Non, inquit, Corduba præpotens alum nis, Facundum ciet, hic putes legendum. Quorum unus colit hiſpidum Platona, Incaſſum que ſuũ mo net Neronem: Orcheſtram quatit alter Euripidis: Pugnam tertius ille Gallicanam, dixit, Cæſaris. Vi des quam diſſertè Gallicanus homo urrunq; Senecam, poetam dico à Stoico ſeparet, ut qui de his du bitare non deſinat, dignus ſit qui cum Empe docto ſemper dubitet. Vale.

M. Anto. Fortunio.

Sæpius ad te ſcripſi, ut exiſtis tenebris quando que egreſſus, uelles hic eſſe, uicturus in hac forenſi luce, urbana que frequentia, qua ueri homines ſunt, opibus que & diuitijs aucti, gratia & celebritate flo rent: ad ſunt tibi, ut dicere ſoleo, omnia abunde, que hominem in uitare poſſunt ad uitæ huius inſtitutu: ætas, eruditio, ingenium, uis & copia dicendi non uulgaris: & quod omnium maxime noſtrum pote rit conſilium iuuare, dexteritas quædam pudoris plena, & ad hominum gratiam promerendam, com parata. Nec eſt quod de fortuna dubites, quam per petuam tibi comitem deſtinãſſe uideri poſſunt, qui te Fortunũ dixere. Sed quod iſtic ſperare poſſim, nihil eſt inquis: rudis homo, & omnibus ignorus: quod ſi omnia ad ſint, iſta tamen patronorum fre quentia, celebritas que multorum, non ſolum obſta bit, ſed obruet me perpetuis tenebris. At quicumq; hodie hic clarifſimi ſunt, fuerunt olim ignobiles: & quod tu nunc ueniens eris, qui ſi ad alienum ſplen dorem caligantes foro abſtinuiſſent, nunquam eo loci peruenire potuiſſent, quò te ueturum diſſidias. Sed tu quid mihi offundis iſtas ambages, quum ſtud ipſum tempus quo deliberas, iacturæ cumulo accedat: quin age, et quod futurus es, maturè eſſe in cipias: principio opus eſt, & dimidium rei tibi con ſectum puta. Quod ſi te pudor & merus impediũt, licet Sabellico, cui chariſſimus es, uel auctore, huc properes, uel impuſſore. Semper amici conſiliũ bo num, ſed honeſta ſuadentis, optimum. Vale.

M. Anto. Pontanis fratribus.

Quàm magni gratique ſit animi Sabellici Muſa, uel ex hoc cognolcite optimi adoleſcentes. Fatetur hæc ſe multũ uobis debere: & ecce ambitioſe quæ rit, quomodo adhuc uobis plus debeat. Vindicatiſti nuper partem unam Rapſodia, ab omni ſorde & li tura, nunc, ut hos duodenos epistoliarum libros uin dicetis, rogat, obſecrat, obteſtatur: in ueſtra fide & obſequio eſt, an mox paulo hi libri qui ſunt Ennea dia illius fratres, eſſi argumento & figura multo in feriores, omni ſqualore, & liturarum ſordibus ab ſterſis, publicum optare incipiant: quod ſi aliquan do per uos ſortiti fuerint, ut tutò & ſine hominum riſu, in apertum referãtur, ut uerè, ſic gratè reſtabun tur, nunquã manumitti ſe potuiſſe, niſi in ueſtra pri us officina fuiſſent exculcti. Valere.

M. Anto. Adalmario Maſtſicano.

Quod res noſtras impẽſius laudas, eſt id mihi ue hementer gratum: ſed cur non ſiſi ad laudem na ſcimur, ut Ariſto ille Chius dixiſſe fertur. Eſt præ te rea laus iſta meo iudicio non parua, quæ à iuene laudatiſſimo proficiſcitur: ſed multo maior mihi uideretur, multo que gratior eſſet animo, ſi iſtud par cius fieret: omnis immodica laudatio ſuſpecta eſt & inuidioſa, neque huic ad quem pertinet, magis honori eſt, quàm oneri. Cæterum, ſi quid in nobis eſt

eſt quod placeat, ut tu mihi perhumanè & amicè, ſicego piè & libenter Deo refero acceptum. Is uigi liarum mearum autor, is dux & moderator, mihi la bor, illi gloria. Vale.

M. Anto. Aemiliano Schæmo Placentino.

Quid de rhetoricis ad Herennium libris mihi li tem intendis, Aemiliane cultiſſime? quid toties à me quæris, quod meridiana eſt luce clarius, tanquã in dubium ea res uenire poſſit. Sed uenit, ut uideo, atque multi tecum libentius ueteri opinioni fauẽt, quàm ueritati malè deſenſæ. Ego, eſſi ſatis intelli go, quãtum inuidiæ ſuſtineam apud eos, qui eſſe & uideri uolũt Ciceronis amicifſimi, quòd libros hos tanquam ſubditios eius familie, eximere contem do: quia tamen ex omnibus quæ dicuntur, digniſ ſima eſt cognitio ueritas, atque auditu ſuauiſſima, quid te, quid omnes ueri cupidos, de ea re ſentire oporteat, multo breuius expediam, quàm res tanta poſſe uideatur. Primũ illud & ſcio & fateor eſſe opi nionem antiquitus receptam, & uelut per manus traditã à maioribus. M. Tullij eſſe hos libros, qui ad Herennium de rhetorica arte ſcribũtur: & quod ma gis mirari poſſis, diuus Hieronymus omnigenè ali oqui hitoricæ ſciẽtiſſimus, id credidit. Fuit eius uiri autoritas ſemper magna & grauis apud bonos, eſt que hodie, ut ſi quando maxima: eſt que idem mihi plus quàm amicus, ſed ueritas multo amicior. Neq; enim is, qui quatuor ſerè ætatibus fuit poſt M. Tul liũ, potuit illius ſcripta melius agnoſcere, quàm aut Fabius Quintilianus, qui cum in humanis adhuc a gentem, propemodũ uidere potuit, ſi ad extremum ætatis ille perueniſſet, aut quàm Plurarchus, qui Fa bio fuit non multo recentior. Nititur ille, quod ad rem pertinet, nullius autoritate libentius quàm M. Tullij, utpote qui ex uno tanquam ex typo aliquo eloquentiæ pendere. Verũ in his libris quos de oratoria inſtitutione ſcripſit, nunquam, quod ſciam huius operis meminit, quũ rhetoricos libros quos Cicero à principio ſcripſit, citet quàm ſepiſſimè, re ſtatur tres ad Quintum fratrem libros, rhetoricis il lis ab eo ſubſtitutos: quoniam, credo, non toram continerent artem, citantur orationes per partes, ut ſit: citantur quæ ad Brutum, quæ ad Quintum fra trem ſcribuntur: librorum ad Herennium nulla ſit interim mentio, ac ſi qua ſunt exempla, quæ inde accepta uideri poſſunt, nunc ille ad Cornificium uide tur referre, nunc ad Virginium: uterque enim, quod ſatis conſtat, de rhetorica arte ſcripſit. Plutar chus, qui M. Tullij uitam accuratiſſimè miſit in li teras, non longa nomenclatura operum quæ ex diuino illo ingenio manarunt, libros ad Herenium exi mit numero. Teſtantur id omnes Græci codices quos uidimus: eſſi Leonardus Aretinus uir Græcè & Latinè impenſe doctus, quum Plutarchi uita fa ceret Latinam, ueterem credo ſecutus opinionem, hos ad Herennium libros alienæ familie inſeruit. Quid? quod Plutarchus, quum ſuos Ciceroni magi ſtros redderet, in rhetorica arte ſupprimi neſcio cuius Hermetis nomen: cui ille qui ad Herennium ſcri bit, ſe quandoque operam dediſſe ait. Nec multum me mouet, quod M. Tullius pro Cælio familiarem ſuum dixerit Herennium, quum idem in quadã ad Atticum epistoſa, flagitiouſum & temerarium uocet. Neq; illud maioris eſt momenti, quod in legitima conſtitutione ponitur exemplum ex Ciceronis per ſona: Tullius inquit hæres meus Terentia uxori meæ, cetera nota ſunt. Enim uero ſi illud tale ualeat, ualebit & hoc quoq;: Quintus Cæpio q̄ id tẽpus, ualebit & illud. Agit cum eo Actius iniuriarum: ua lebunt & multa alia que in eo opere ponuntur par tim ſicta, partim ex aliquo memorabili hitoriarum loco ſumpta. Sed audi quantum illi à uero diſſent, qui rem ad M. Tullium trahere conantur. Primũ

ex his quæro, parent ne hunc ipſum cui id opus uẽ dicant, uirum in eo genere literarum longè princi pem, an ſtultum & dementem fuiſſe: & ut Græci ai unt, aſſyſtaton? quod ſi non niſi ſummum credant, quod ſi ſis habendus eſt qui certè fuit, dicant quid ſit quod ad Quintum fratrem ſcribens Cicero probat amphibologias: ad Herennium non ſolum nõ probat, ſed uituperat etiam uehementer. Quid? quod inibi ſcriptũ & ſententias, & cõtrarias leges, unum ait eſſe genus, quanquam cauſa duplicetur: hic ut di uerſa inter ſe diuidere cura fuit. Quid? quod illic omne quod in ſcripti interpretatione uerſat, ad qua litatis quæſtionem pertinere dicitur: hic ſub legiti ma quæſtione ponitur, tanquam finitione agnatum. Illic oris deprauatio reiſcit, ut oratore indigna: hic præcipitur. Et illud quoq; dicant ſi poſſunt, cur ſua forium genus, quum ad Quintum ſcribitur, ad dig num & honeſtum referatur: ad Herennium, ad hone ſtum & utile. Inuẽtio ad eundem Quintum, Di ſpoſitio, Eloctio, Memoria & Pronunciatio, mem bra dicuntur eloquentiæ: in libris ad Herennium ora toris partes, quod & Fabius nõ probat. Ibi docilem fieri auditorem, magis in diſcurſu orationis oſtẽditur, quàm breui explicatione proemij: hic aliter. Quis igitur hæc & alia, multa inter ſe re & nomine diſcrepancia pẽſitat, & ad unum referat, qui nõ affir mare audeat, hunc ſtultum & dementem fuiſſe, qui nõ hoc aut illo opere ſit teſtatur, cur prius aliter ſcri pſerit, aut cur ſententiam mutare noluerit, cum Ci ceroni calumniã aſtruere, tã impiũ ſit, quàm ſi ipſa uioletur eloquentia? Quid ipſa dicẽdi forma? quàm utraq; ab altera diuerſa? quàm neutra alteri ſimilis? Plenus Cicero, multum carnis, multum ſanguinis præ ſe ferens, atque immodico ſimilis. Conrà ille, quiſquis eſt, tenuis & uerborũ parcus, atq; prope modum exultans. Quid? quod & uoce una non ab ſtinet, quam Ciceronis ætas non recepit, ſi Gellius uerus eſt autor? at dicat aliquis, Cuius eſt ergo id opus, ſi M. Tullij eſſe negabitur? Ego eſſi non ignoro, quemadmodum ſum alio loco teſtatur, poſſe quædam huius operis uideri ad Virginium pertinere, coniectura tamen uſus, nec inepta ut arbitror, nulli libentius id uendico, q̄ Cornificio: & quod in rela tione eorũ qui de arte rhetorica apud nos ſcripſere, continuò hæc adiſciuntur, Cornificius hanc Tradu ctionẽ uocat. Quod ſi M. Tullij fuiſſet id opus, haud dubiè unius Tullij multo libentius quàm Cornificij alteri uſue, ut in cæteris, autoritatem ſecurus eſſet. Nec dici poteſt, Ciceronẽ à Cornificio accepſſe, atq; idcirco ad illum tanquam ad inuentorem referri oportuiſſe, quum quiſquis fuit is qui ad Herennium ſcribit, clarè teſtetur, ſe ſuis, non alienis uti exẽplis. Et Cicero, ut dicendi facultate, ita natu maior fuit Cornificio, aut certè æqualis. Adijcio appendicem illam, quòd in libris qui de oratore inſcribuntur, quũ omnia dicendi lumina nominatim Cicero ex peditat fratri cui ſcribit: nihil quod ſciam traductio nis meminit, quæ in quarto ad Herenium ponitur. Habes credo Aemiliane, quod de libris ad Heren nium dici poteſt in utranque partem. Sed hæc quæ contra ueterem opinionem dicuntur, ut uidere eſt, aut uera ſunt, aut certè tã ſimilia uero, quàm quod ſimilimum. Tu quando quid te ſequi oporteat pla nẽ uides, caue illos imiteris qui malunt ſuum erro rem fouere, quàm ueritati fauere. Sunt hi extremi hominum, ut ſapiens ait Heſiodus. Vale.

M. Anto. M. Antonio Mauroceno equiti, S.

Commendauit mihi per literas ſuos Cæſares Põ ponius Lærus, ijs paucis diebus quibus uita deceſſa

fit tantumque mihi tribuit commendatione illa, ut ex ipsius erga me animi affectu, potius ea scripsisse libeat suspicari, quam quod me tam stultum putaret, qui id genus laudis ab eo expectarem. In meis, inquit, Cælaribus utere iudicio tuo, tuaque lima castigatissima, qua nihil accuratius nostra nouit etas: non repugno, sed acquiesco ingenio exercitatisimo, exactissimoque: corrige igitur, emenda, subeasque officium non lectoris, sed auctoris, putaque libellum a te amicissimo publicari, qui diligentia ueteres prouocas. Vides Maurocene, quantum uir ille summus mihi tribuit, qui tam humanè, ne humiliter dicam, res suas nostro subicit iudicio. Legi ego cupidissime historiam hominis nostra etate in recognoscenda ueritate diligentissimi, in qua præter quam quod in integra fide omnia scribuntur, deletur ut me luprà quam dici possit, castissima oratio, ut non Pomponium me legere arbitraretur, sed ex ueribus unum aliquem. Intulisset itaque libens rem nostræ fidei creditam statim librarij officine, ut per me publicum sortiretur, non tam auctori, qui ab eiusmodi publicatione non abhorrebat, ut eius ad me epistolæ demonstrant, quam nostratibus uiris gratificaturus: sed offensus uel quædam, ut ad illum scripsi, nec adeo multæ, nostrum ab ea re consilium retardarunt. Hæc quia non sine temeritatis suspitione mutari poterant, ueritus ne priuam iudicium secutus ea demum tollerè, quæ autor maximè probaret: diu multumque dubitauit, quæ essent mei officij partes in commentarijs his publicandis. Nā Pomponius haud multo postquam hanc suam ad me misit lubricatione, fato decessit. Sed tuiorè uia ingressus, librum archetypū cū Pomponij chirographo ea conditione librarijs obtuli, ut nihil illi adderent, nihil adimerent: quod ut commodius fieret, totum negotium detuli Democrito Taracinenfi, uiro in librarijs officinis exercitatisimo. Miraberis scio in Pomponio nouam scribendi rationem, qui neglecta recentiorum lege, totus ex ueterum quorundam Grammaticorum autoritate pendet. Sed multo magis mirari possis, nudam dicendi figuram, qui moribus & uitæ hominis fuit tam similis, ut nihil sibi ipsi similis esse possit. Ortus est Pomponius, ut eius uita tibi breuiter delinietur, in Calabria, quibus adempto Græcorum commercio, nihil est tota Italia simplicius. Clarum in familia stemma, sed in quo tantus uir non sit legitime natus: ipse quod miror, genesim suam semper in occulto habuit, aut certè ignorauit. Sed cur ignorasse credi possit? quum à suis quandoque per literas & nuncios ad id missos, multis precibus domum accersitus, ut tantas necessitudines non ignoraret: in hanc rescripsit sententiam. Pomponius Lætus cognatis & propinquis suis, salutem. Quod petitis, fieri non potest. Valere. Fuit, etsi nobili loco natus, parum tamen liberali facie, breui statura, colore subaquo, capillo leniter inflexo, minutis oculis, ac sub fronte penitus repositis, sed qui in risu gratiam omnino aliquam mererentur: canitie multa resperius, & quæ iam grandis natus, uelut intempestiua, ut mihi dicitur, offendebatur. Mundus in uictu magis, quam lautus: quippe qui uno ferè cibo uteretur, quum solus cœnaret: uini paulo appetentior. Iuuenis sumptuose & frequenter conuiuatus est, parcius iam senex factus: modica supellestiale contentus, & in qua nihil præter mundiciem probares: uestiebatur ferè Gallico panno, ueste paululum à pedibus retracta: pileatus hyeme, & cothurnatus procedebat in publicum: domum habuit in Exquilij permodicam, & uincam in Quirinali, in qua succisuis operabatur horis: Porrij Caronis, Columellæ & Varronis, quorum studio sissimus fuit, præcepta uel in paruis secutus: pari studio domi hortulum colere, alereque simul amphibias aues, atque omnifariam Correntes: seriatim piscari

quandoque, aut uisco & retibus ancupari, commessariique interim ac potare audius, sub umbra fluita li, ripæ aut fontibus accubas. Vbi puer, & à quo fuerit institutus, incompertum habeo: Romæ, quod satis constat, Petro Montopolitano aliquandiu dedit operam, poëta & oratori sua etate clarissimo: mox sub Laurentio Vallense tantum profecit, ut eo defuncto, continuè in magna nominis celebritate esse cœperit, ut qui ex omnibus illius affectatoribus unus omnium prædicatione dignus haberetur, qui in defuncti locum succederet. Incidit inde in maximum discrimen, quod cum Callimacho, Platina & alijs quibusdam non uulgari eruditione uiris, in Paulum Pontificem Maximum coniurasse putabatur. Estque iam peregrè profectus ea de causa, sub custodia Romam deportatus: sed in quæstione datum est illi noxæ, quod sibi & permultis adolescentibus, qui nostratium literarum studia affectarentur, nomen immutasset. Cæterum in tanto discrimine, nihil æquè illi profuit ac liberum ingenium: homo enim simplex ac nihil mali cogitans, appellatus de Pomponij nomine à Vianeso antistite qui quæstioni præsidebat: Quid, inquit, tibi & Paulo pontifici, si mihi sceniculi nomen indidisset? custodia inde deductus in Romano Gymnasio magno omnium fauore collocatur, principemque locum ab initio adeptus, duo ferme de triginta annos (nescias maiore gratia an autoritate) tutatus est: nulli maledixit, aut detraxit unquam, ac ne pati quidem apud se alienam dignitatem lacerari. Silētium in eo signum non probantis, quæ temerè alij mirarentur, aut carperent: susque deque ferre, quod aliquis de se malè opinaretur, qua moderatione uixit omnibus charissimus: fuit tamè (ex residuo credo odio ignominie calumnioso illo reatu acceptæ) in clerum animo paulo infestiore, & in magnorum antistitum fastu & luxuria insectanda omnino dicacior: sed mordacitas illa tam simplex, ut gratia & fauor ex ea re, non odium illi quæreretur. Plerique antistites ac supremi ordinis longè principes familiariter hunc appellare, inuare etiam pecunia, alijsque muneribus. Ciuili seditione, quæ in Sixti pontificis tempora incidit, eius domo temerè direpta, tam multa sunt hinc inde illi congesta ab amicis & affectatoribus, ut penè plura accepisse credatur, quam amiserit. Vixit tamen paruo contentus, fuitque ab initio contemptor religionis, sed in grauescente etate cepit res ipsa, ut mihi dicitur, curæ esse. Veneratus est omnium maxime Romanæ urbis genium, celebravitque natalem urbis quotannis frequentè doctorum hominū conuentu, ubi adolescentes eloquentiæ studiōsi panegyricis, encomiasticisque actionibus dabāt prima ingenij experimenta. Pari studio ueterem spectandi consuetudinem desuetæ ciuitati restituit, primorum antistitum atrijs pro theatro usus, in quibus Plauti, Terentij, recentiorum etiam quædam agerentur fabulæ, quas ipse honestos adolescentes & docuit, & agentibus præfuit. Nullus unquam magis uetustatem miratus est, nullus in ea recognoscenda plus operæ impendit: fastidire sua secula, ac pro despiciatis habere quæcunque nostra tulisset etas: consistere amenti similis ad omnem uetusti operis occursum: interdum etiam ubertim flere, meliorum, ut dicere solebat, temporum admōniti: capiebaturque adeo Romanæ urbis aspectu, ut semel sit in uita extra Italiam peregrinatus: uisurus, ut ipse ad me scripsit, quæ circa Tanaim Strabo p. incōperitis reliquisset. Romanam iuuentutem paterno dilexit affectu, in qua si quid offendisset à ueteri indole degeneratum, uestri aiebat maiores non tales fuere. Vixit cum eruditissimo quoque mutua charitate. Quærenti mihi, quem ex recentioribus doctissimum iudicaret? Theodorum Gazam respondit: multum etiam tribuere solebat & Nicolao Perotto Sipontino antistiti.

tistiti. Platina & Marsum seniore unice dilexit. Petrum Celsentem, & ipsum cognomen Marsum, Volscum, Sulpitium, & alia recentiora Romanæ academiæ lumina patria charitate fouit, tantumque abfuit, ut horum crescētū laudi sit officere conatus, ut illorum etiam studia, homo minime ambitiosus, præferret suis: per quæ consecutus est, ut eum cuncti patris appellations dignarentur, paterenturque sine controuersia Academiæ principem haberi. Profectebatur antelucanis horis, descendebatque ex Exquilij ad lumen laternæ, nisi pernox luna esset. Nihil ferè legit unquam, nisi ex suo chirographo. Pronunciabat canora uoce & iucunda, minimeque concitata: ob linguæ titubantiam sermo magis castus, quam compus. Cum Varrone diu iustatus est, ut in integrum restitueret. In Crispo & Liuii reposuit quædam: etsi nemo religiofius, timidiusque tractauit ueterum scripta. In poëtas & historicos semper aliquid dictauit. Ipse quātus in lectione fuerit, eius discipuli facile demonstrant. Scripsit de arte Grammatica primo suo tyrocinio, ex ueteri Grammaticorum forma: scripsit de magistratibus urbis librum unum, de legibus unum ad M. Panthagathum: cætera studiorū eius monumēta si qua fuerit, in direptione domus intericiisse credunt. Scripsit postremò de Cæsaribus à iunioris Gordiani interitu exorsus, descenditque in Iustini exilium: estque mira breuitate uisus, sed in qua ipsius studium in recognoscenda uetustate facile agnoscas. Sobria in eo figura dicendi, minimeque ambitiosa: fides & diligentia non uulgaris, quæ lectio eo magis & prodesse, & delectare poterit, quo minus hæc quæ ab eo scribuntur, sunt à multis prodita. Sed tu Maurocene, qui ingenio & eruditione longè præstas, multo melius pensitabis, quid Pomponius sit supremo hoc humanorum operum labore meritus. Qui, quum in his studijs (Græca enim uix attigit) atque in cætera uitalis esset, iam propemodum septuagenarius fatali est morte consumptus. Frequens ciuitas defunctum extulit, celebraturque eius funus ad Cœlij aram antistites circiter quadraginta liberarum ciuitatum, & principum oratores plerique numero, & cum his omnis Romanarum literarum claritas: estque more maiorum pro concione laudatus. Et hæc de Pomponio ad te, ut homo tibi minus consuetudine notus, qualis in omni uita fuerit, non ignorares. Nec quum hæc scripsi, omnia complecti potui, quum librarij hanc epistolam efflagitarent, & si in quibusdam eorum, quæ executus sum, fidem meam non astringo: etenim diu absens pleraque didici ex ijs, qui post meum ex urbe digressum uixerunt cum eo uiro coniunctissimè. Sed multo plura erūt, quæ à me quam diu iuuenis illi operam dedi, diligenter obseruata sunt, ac nunc demum exacta etate ex thesauro memoriæ repetita, tibi uir clarissime huic epistolæ inserui. Vale, & Sabellicum tuum ama.

MARCI ANTONII SABELLICI FAMILIARIVM EP

istolæ liber duodecimus.

epistolæ liber duodecimus.

M. Anto. Cipico Coriolano.



SI quum de amantissimæ coniugis tuæ sceminæ, ut audio, omnium quæ hominum memoria fuerunt pietissimæ, interitu, deque domus conflagratione hac primum allatum est, eram ego tunc de suauissimæ alumni uita uehementer sollicitus, qui longo confictatus uita, exigua iam

spe trahebat animam: non potui tamen Cipice uir humanissime, in domestica illa conflagratione mihi temperare, quin dolore quæ ex acerbissimo tuorum calu perceperam, quia uerbis coram fieri non potuit, per literas tibi significarem: eratque id officium leuamè omnino aliquod tibi allaturum. Sed uix bene in metem uenerat, qua potissimum ratione tuo iustitiam in sinuaret, quum domesticus ille dolor, qui iam antea impenderat, repente in apertum erupit uulnus, amantissimique fratris filius adolescens magni profectus, quem pater mihi instituentum, ac propemodum in adoptione dederat (iam enim totum corpus longa ui morbi cõtaberat) in domesticorum cõplexibus expirauit. Tum ego ad eam cladem, etsi præuisam, at uerò non tam citò expectatam, animo deiectus, non modò partum idoneus ad scribendū sum factus, sed consolatione qua tecum usus eram, ac nescio an etiam maiore quadam, ut mihi in tanto iustitiam & mœrore constarem, indigere sum mihi uisus. Sed ut natura sumus in alieno malo ingeniofius, magis quam in nostro constates, nec lachrymis quidem adhuc bene absterfis, hæc ad te scribere perseueravi, malos, ut uerè dicam, medicos imitatus, qui cū alios ægrotos curent, sibi ipsis mederi non possunt: quæquam non eo inficias, accidisse mihi hæc scribenti, quod uix fieri posse putassem, ut tatisper dum tuo medeor dolori, uel quia in hoc ipsum quod agebatur, maiorem in modum animum intendissem, uel quod præcepta, quæ à me tibi adhibebantur, ea erant quæ sui officij mentem admonerent, multo quidem leuior factus est dolor ille, quem egerrimè nuper ferebam. Tu uerò quantum ea re profecturus sis, incertum habeo: satis tamen scio eam esse sapientiam tuam, constantiam, grauitatem, eam rerum omnium experientiam, ut nullus sit tam acerbis casus, nulla tam grauis iactura, quam tu per te, uel animi magnitudine, uel incredibili moderatione, non fortiter ferre possis. Id uerò quum ita sit, haud propterea nostrum officium superuacuum duxi: nam præter quam quod uerissimum puro Homericum illud, *ἀγαθὸν δὲ καὶ ἀπὸ πῆλκος ἴσθι* *τράϊος*: nescio quoniam modo ingenia ad laudem nata, alienis monitionibus facile acquiescunt, facileque patiuntur ea sibi præcipi, quæ ad suum inrelligant officium pertinere. Sed utcunquæ te consolatio hæc nostra afficiet, satis mihi consecutus uidebor ex his quæ ad te scribimus, si officiosi nomen uiri ex eo feram, quod homini amicissimo in summo iustitiam non defuerim. Nunc uideamus quælo, quo hæc, quæ in tuis rebus facta dicuntur, sint tibi animo ferenda. Verum quia non una es uno tempore clade affectus, sed ut ex Palladij Nigri, uiri clarissimi literis, quas de ea re non multo post ad tuos municipes dedit, abundè cognouimus, nobilissimus ille tuus secessus, domus dico illa mari imposita, de cuius perpicuo apparatu, amœnitateque incredibili multa ad nos iam antea multorum testimonio fuerat delata, unà cum coniuge tua, sceminæ pietissimæ, est incendio absumpta. quæ si quis ex ijs qui uulgò accedunt, ex suo magis quam tuo ingenio expendat, haud dubiè audeat affirmare, eo te maiore dolore esse affectum, quo multiplex iactura minus sit, quam singularis aliqua, tolerabilis. Ego, quum rem totam Cipice confidero, facile colligo, ex incendio illo nocturno duplicem in te profectam esse cladem, utranque meo iudicio ab altera diuersam: unam tibi uiro summo ingenio, summaque doctrina haud nimium grauem: sapienti alteram fortiter ferendam. Et ut hæc, qualia sint, melius cõstare possint, & exemplis hinc tecum agam, & rationibus. Duplex, ut uideo, Coriolane inopinatus ille casus tibi uulnus intulit: unum absumptæ cum preciosa supellestiale domus, amantissimæ coniugis alterum, quam nocturna illa clades flammis obruit. Iactura hæc animæ est, illa rerum:

utra uerò æquius ferenda, qui te uno melius statuere possit, est meo iudicio nemo. Ceterum, quum ita persuasum habeam, arbitratus sum ab initio, in altero te aut nulla, aut certe mediocri cōsolatione indigere. Superuacua est omnis medicinæ ratio, quæ nihil quod curare possit in eo reperiat, cui adhibeatur. Quod ad domus attinet, & rerum deflagrationem, non est cur à me accuratiorem aliquam expectes admonitionem, quum nullum ex ea re dolore, aut omnino leuem ad te peruenire potuisse, certò sciam: nisi forte aliquis ita sit ineptus, ne stultus dicam, qui affirmare audeat, te uirum constanti ingenio & doctrina singulari, qui summorum uirorum exempla ab ineunte, ut audio, ætate tibi imitanda propuleris, qui philosophiæ præcepta non libens modo, & audire, & legere, sis solitus, sed æqua etiã læce expendere, altiusque rimari, nunc à pristino illo uita instituto, tam diuersum abijisse, ut Democritum & Biantem insanos fuisse putes, quorum hic, quum omnia ei fortuna ademisset, nihil se perdidisse restatus sit: ille ne concessa quidem, ut expeditior ad uirtutē accederet, retinere uoluerit. Omitto nostrorum exempla Curij, Fabricij, & aliorum, qui neque habuerunt quicquam, neque habere uoluerunt. Persuasum fuit illis nihil huic deesse posse, qui omnes uitæ rationes in uirtute collocasset, nec diuitias & hæc quæ hodie miratur uulgus, ea esse quæ meliorem quenquam efficiant: essent enim uerè bona, si id prætare possent, nec quæ uiam ad uirtutē commodius expediant: quorum, si alterum inesset, præstantissimos uiros illos, quorum modò mentio facta est, inuitare potuissent, ut ne hic Pyrrhi aurum, ille Samnitium repudiaret. Verum quia neutrum diuitiæ tribuunt, quia eiusmodi sunt, ut nò modò non sedent, sed augeant etiam prauas cupiditates, turpiterque uoluptatibus deseruiant, facile sapientissimus quisque eò adduci potuit, ut ne sua quidem hæc diceret, quæ fortunæ nutu, huc & illuc, temerè transferuntur. Nec me ad eò mouer illorum opinio, qui Platonem, Epicurum, Zenonē & alios pleròque uiros in philosophiæ studijs facile principes, longè aliter uixisse aiunt quàm scripserint, uelut facile sit præcipere, præstare uerò difficile: nec multo plus Senecæ autoritas, qui fortius mihi locutus uideretur, quàm uixerit. Is, quum ambitiose nimis quæsitis opibus incubaret, multum inter diuitem, sapientem, & stultum interesse arbitratus est, tanquam ad sapientiam tuendam conducant diuitias. Sed si Diogenis pera, atque Antisthenis pallio contentus esse potuisset, in expletam Neronis rapacitatem suis opibus inhiantem, nunquam infra personam quam gerebat horruisset: neque de com meatu ab eo impetrando tam diu laborasset Seneca, quia sit magni animi, ut idem autor ait, dare (est enim id copiarum potius) idcirco diuitias sapienti tribuendas dixerim: quin uerius illud dici potuit, oportere sapientē aliquam possidere, ut per ea illum fortuna ad uirtutem exerceat. nota uox est Stoici hominis, qui nihil eo homine infelicitius iudicauit, cui nihil unquam aduersi euenisset. Quo fit, ut si sapienti uiro cōcedendum sit aliquid, hoc uno nomine cōcedi debeat, ut non desit, quare fortuna cū illo possit colluctari: nec multo plus Peripateticis accedo, qui ad beatè uiuendū, hæc quoque uelut necessaria sapienti uiro tribuerunt. Horū in hac parte autoritas, haud plus me mouet, quàm delirii illius apud Aristophanē sentis, qui omnia uult diuitijs seruire: notum est Comici carmen. Quasi uerò recta uiuendi ratio, sine rerum affluentia consistere non possit, quum contrà innumeras cupiditatibus eas seruire, ignoret nemo: nec ferè eas possidere quæquam, qui non idem sit & semper solicius, multo que ad uirtutem infirmior. Sed non ad hæc scribenda ueni, ut à paupertate & inopia, contra diuitias disputarem. Scio ego multa in

utranque partē dici solere: uerum illud potius probarem, nullam diuitiarum iacturam huic uiro oportere esse grauem, qui in uirtute collocatas habeat omnes uitæ rationes. Gemitho ille Byzantius, ni fallor, qui Chrysoloræ fuit magister, homo in Philosophiæ studijs sua tempestate eminens, quum fortè publico in ambulanti, uel ut quidam aiunt, liberali lusu animum remittenti, trepidè nunciatum esset, domum cum omnibus fortuna subito incendio absumi, nihil commotus tantum respondisse dicitur: *ὄχι τὸ πῦρ ἐστὶν ἡμῶν, ἀλλὰ τῆς πόλεως.* Vocem me hercule summo philosopho dignam, & qui non ignoraret hæc quæ alij sollicito complexu fouerent, bonorum que appellatione dignarentur, perpetuæ corruptioni esse obnoxia: & quia fluxa essent & caduca, ob id ipsum ne talia quidem, ut sua uir sapiens possit dicere: non modo stabilia sibi & mansura iudicare: & ut breuiter colligam, quæcunque in hanc sententiam dici possunt. Hoc Cipice status uelim, quoquo modo hæc hominibus eripiantur, siue casu, siue quod magis credo, prouidètia: si is es quem omnes prædicant, & ipse mihi persuadere, si ista demum autoritate, splendore, celebritate dignus, quæ tuis amplissimis uirtutibus tibi inter tuos iam antea parta est, præsentem iacturam esse tibi forti constantique animo ferendam, ac penè contemnendam: uel quia fortem uirum non deceat ullis fortunæ casibus succumbere: uel quòd Christianum hominem uocem patientissimi senis meminisse oporteat, Qui dedit, abstulit. Sed quum ex his quæ breuiter proposui (uideo enim cui hæc scribam) tū singulari ista prudentia & doctrina, qua præstas, non uereor, quin rectè intelligas quæ sint tui officij partes, in huiusmodi rerum iactura perferenda, etenim quum alijs turpe est, tum sapienti uiro turpissimum, tempus quod dolorem leniat, expectare, si dolor ullus in sapientem cadere potest. Nunc superest ut alteri plagæ fomenta adhibeamus, quæ est certò scio non eam uim habitura, quam & nepenthes illud quod apud Homerum Telemacho propinat Helena: erat enim id non solum *ἔχολον*, sed ut eminentissimus ait poeta, *κακῶν ἰατρὸν ἀκαταπαύτων*: omnino tamen aliquid profutura confido, eritque uulneris huius curandi ratio, ut uideo, eo difficilior, quo plures uidentur inesse dolendi causæ. ita nanque natura comparatum est, ut quum ex ijs aliquis quorum uita fuit nobis charissima, sit morte sublatus, nescio quònam modo, non minus nostra quàm defuncti causa doleamus: dolorè ipsum, aut ad epti parit desiderium, aut incommodum, quo superstitis illius morte afficimur. Sed quod magis incommodum, & ob id fortasse minus tolerabile, ex ademptæ coniugis interitu ad te Cipice peruenire potuerit, haud sanè intelligo, præsertim quū te animo contemplor numerosa ista liberorum cohorte septum, quorum quisque per ætatem optimè patrem familiam possit agere: quum domum ancillis, seruis, clientibus frequentem, in quos non autoritatem solum, sed imperium quoque Coriolane teneas. Verentur liberi, metuent serui, amant clientes, charissimum habent omnes, certatim que tibi uni ad sunt, contendunt que præcipuè iuuare, alere, fouere, ut non modò non ministeria uitæ ulla sint tibi defutura, sed superfutura etiam. Quare nò est, ut uideo, cur in rãto ministrorum comitatu, necessitudinum que affluentia, quantam tibi nocturna illa clades fecit, reliquam solitudinem metuere debeas, aut ullum incommodum minus tolerabile: quanquam si quid esset, quod omnino timeri oporteret, pari constantia & moderatione qua reliqua, censerem id tibi ferendum. Nec defunctæ desiderium id esse debet, ut nò sinat te esse memorem haud potuisse eam, si nihil etiam accidisset, quia iam grauis esset annis, diutius esse tecum: eaq; præterea lege

lege natam, ut fatali necessitati cursu uitæ iam penè exacto, non multo post parere cogeretur. *ἢ ἢ ἢ* ut Colophonius ille Xenophanes uerissimè est prædicare solitus, & noster Flaccus: Debemur morti nos nostraque, quapropter quo breuior erit mutua utriusque consuetudinis spes, breuiorque fructus expectandus, eo (quis non uidet) debuit minus tibi desiderij reliquisse. Sed longissimus dixerit aliquis, uir uisus, simulque inueteratus amor, non patitur defunctæ memoriæ tam facile obsolescere. Hic dicas uelim, quis fuit longissimus huius usus non expectandus? aut que potius causa utranque alteri conciliauit? matrimonij que iugum subire coegit? precreationis credo cupiditas: est enim à natura omnibus animantibus uoluntas quædam ingenua, aliquid sibi simile procreandi: sui est uoti uterque; còpos factus. Peperit illa tibi liberos, quum diu per ætatem licuit, repleuitque sua fecunditate domum: nec erat cur ex eo usu quicquam, præter mutuum alloquium, familiare que congressum expectari posset amplius. At id ipsum illa moriens à se tibi relinqui non ignorauit: & tute quoque uerum nunc flexis oculis, aliquid sanè uides, in quo amantissimæ còiugis effigiem intuearis, in quo illius uoce, risu, incessu, perfuraris. Manet itaque tibi integer ille prioris uitæ fructus: manent dulcissimi conubij certa perpetua que monumenta, quibus tu còiugis amantissimæ, illaque tui perpetuò debeat esse memor: & quanquam mors ipsa corpora diremerit, animo tamen, in quo est uera hominis ratio, uterque altero fruimur. Addo illud, quod certò scio te non ignorare, in hunc maximè usum mortales ab initio ex cæra aliæ materia sibi imagines effinxisse, ut quum defuncti, aut absentis in illis lineamenta intuerentur, eorum desiderium inani aliquo lenarent aspectu. Quod si cæra, gypsum, saxa & alia id genus multis hoc præstare potuerunt, quantum magis tot liberorum ora tibi possunt & debent in quibus non solum extinctæ coniugis imaginem, sed uocem, ut dixi, ipsam que propemodum ex oculis animam. Sed hæc eò tendunt, ut nihil in ista domestica clade accidisse arbitremur, quod tua Cipice sit causa acris dolendum. Quanquam si qua doloris inesset causa, te pro tua grauitate & prudentia, merorem & luctum illum non decet admittere, aut quoquo modo admissum diutius retinere. Superest dices, quod ne tu quidem Sabellece neges, ut ademptæ coniugis nomine, sit mihi quàm maximè dolendum, cui præterquam quòd mors sit omnibus acerba, formidolosa, atrox, subitus ille & inopinatus casus, multo atrocior fecerit. At uideamus quæso an ita sit, ut miseri quicquam illi in morte acciderit, aut post mortem accidere poruerit, quapropter te & alios, quib. illius uita fuit charissima, meritò dolere oporteat. Primum, tantū abest Cipice, ut horum quicquam accidisse credam, ut procul etiam ab omni miseria tunc eam fuisse contenderim, quum uel ipsum mortis limen inisteret. Miser, ut opinor, est quem dolor cruciat, cui doloris metus, aut supplicij, malitæ alicuius imminet. At illi non modò non metus propinquæ mortis affuit ullus, sed quum iam mors ipsa haud dubiè instaret, ne animaduersam quidem crediderim. Intempesta non est, ut audio, ignis ille còflatus est: tum dico, quum humana corpora arctissimo premittitur somno: quū illam alta quiete pressam iacuisse credibile est, omni cura, metu, sollicitudine solutam. Fuit illi igitur mors non magis terrori, quàm paulò antè ipsa fuit quies, quum leniter irreplerat: terribilis autem fuit, si aliquanto antea præuisa esset, eius que metus torquere cœpisset animum. non enim mors cruciatus est, sed mora quæ trahit mortem: illa enim dum sumus, non adest, & quia non adest, neque dolori, neque cruciatui esse potest: quum uerò adest, tum

profectò esse desijmus: metus est ergo qui miserum facit, qui torquet, qui cruciat, mortemque ipsam terribiliorem affingit. Is quia tum ab ea longè abfuit, neque miseram fecit, neque, ut arbitror, facere potuit: quanquam si clades illa etiam præuisa esset, affirmare tamen ausim, ab omni metu miseriaque tum eam longè abfuisse. nam si præuisum fuit incendium, aut id illa effugere non potuit, aut certè noluit, non potuisse, stultum est dicere, quum si alia defuissent, uel in subiectos fluctus turo desilire potuisset, litorumque proximitate seruari. Si potuit, & noluit, non metu ullo tum eam consternatam credere par est: sed spem salutis illi certissimam affuisse, quæ ne in extremis quidem casibus hominem desinit, ut Hesiodus ait. Sic Merellum illa olim comitata est, sic Liuiam, quæ Augustæ cognomen tulit, sic nostra tempestate matronam Romæ nobilem, quæ duos natos flammis circumdatos periculo exemit, per medios ignes omnis discriminis oblitam: quin securam etiam uelut inde in tutum abituram, constanti animo flammam ingressam. Quod si nullus ad eam peruenit mortis terror, quia medio sit somno oppressa, & idcirco malum non præuidit: aut si præuisum fuit, quia nihil expauit, manifestè apparet an requàm caderet, miseram esse nò potuisse, quia nullus ad eam periculi metus peruenit. in morte autem sensum ullum esse, stultum est dicere: quippe quæ ubi admissa est, homo utique non sit amplius. Superest igitur, ut quado nihil mali prius illi quàm extincta sit, acciderit, neque in ipso casu accidere poruerit: ut si quid sit, cur eius uicem dolere debeas, id ipsum post mortem acciderit: in quo, si uertissimos philosophos audire uolumus, bipartitè est ea quæstio tractanda, ut aut Leucippum stultitiæ magistrum, Democritum & Epicurum secuti, nullam esse post mortem sensum arbitremur (quod tam impium sit dicere, quàm stultum credere) atque ita, ut non boni quicquam, ita ne mali quidem illi euenisse putandum est: quia nihil utique sit amplius. Quanquam hoc ipsum fortasse aliquis omnium miserimum dixerit, eum qui quadoque fuerit, esse desijisse: quod uel solo admonitu, si uelutementer formidabile. Quanquam, si sic esset, non magis illa nunc doleat, quia esse desierit, quàm quam nata esset, doluerit quòd tam ferè nasceretur. Sed stulta horum opinio, nec magis stulta, ut dixi, quàm impia. Verius igitur illi, qui tunc stabilem, mansuram que uitam inchoari arbitrati sunt, quum illud hominis quod perpetuum est, quod æternum, quod corrumpi non potest, ab hoc corruptibili separatur: quasi tum demum mens hæc uerè uigeat, sui que sit compos, tunc æternitatem intelligat suam, quum uinculis est corporis soluta: quod idcirco à Græcis *τὸ σῶμα* appellatū interpretatur, quia *τὸ ψυχῆ* sit *σῶμα*, id est animæ sepulchrum. His igitur si quis temerè accedat, non modò non formidolosam esse mortem dixerit, sed ualde etiam exoptabilem, perquam ad æternitatem trāsmittimur. Sed Stoici præ cæteris audiendi, qui nostris similima quædam de anima uulgò tradunt: esse ijs qui piè & innocenter uixerint, post mortem parata præmia: impijs & son tibus supplicia. Sic apud Platonem leges demonstrent, habere se apud inferos sorores. Sed hæc ueriora ueris esse præter diuina testimonia, multa que rerum miracula, quæ argumento esse possunt, ipse etiam humani generis prædicat consensus. Quæ quum ita sint, quis non affirmare audeat, nò modò non mali quicquam illi post mortem accidisse, sed præclarè etiam cum ea actum, quòd fœmina in offensa pudicitia, singulari innocentia, religione præcipua, pietate summa, Christiano nomine insignis, omnibus uirtutibus sepra, morte uel non præuisa, uel, quo nihil homini contingere possit optabilius, non formidata, ad certa, mansuram que uitæ præmia

peruenit: omnis metus, curæ, egritudinis expers: non terrenis, ut antea casibus, non periculis obnoxia, non mortis, non corruptionis amplius sollicita: læta præterea, ac felix, quod te uirum summa prudentia, singulari grauitate, celebritate multa, multis que ornamentis præditum, liberis, opibus, auctoritate Dalmatici nominis longè principem, superstitem reliquerit: quod tum demum uita exire contingerit, quòd nihil in ea adhuc uidisset, quod feminarum optima uidere non debuerit. Et hæc Coriolane sunt, quæ in tuo domestico luctu & mœnore, uelut fomenta quedam ad eum dolorè leniendum, quem ex inopinata ista clade uideri poterat accepisse, à me tibi adhibenda putauit. Quanquam nõ uideo, ut ab initio dixi, quis tam immoderatus dolor, in te uirum omni genere literarum florentem cadere potuerit, quem sine præcepto monitue cuiusquam non facile, uel tua constantia perferre potueris, uel ratione superare. Superest igitur ut hæc quæ maiore omnino fide, quam te, ad te scripti officij gratia, magis quam quòd ita opus fuerit à me tibi missa existimes: nam & præclari medicæ artis profectores, si quando grauius ægrotare cœperint, et si omnes adhuc medendi rationes sibi consent, facile tamen patiuntur à minoribus medicis curari, salutaria remedia adhiberi. Sed utcunque res habet, tuæ erit humanitatis à consilio hoc nostrum officium, non ab euentu metiri: hoc enim fortunæ est, illud uerò animi, quorum utrunque magis ueræ expediat amicitia, si qui ignorant, neque ipsi ueri sunt amici, neque tales quibus amicus aliquis esse debeat. Vale.

M. Anto. Benedicto Cornario, S.

Nihil hominū memoria utilius fieri contigit, Benedicte uir ornatissime, quam quod uerus iactura, quam Latina lingua tam bellorum, quam temporum iniuria, multis retrò ætatibus fecerat, paucorum hominum industria nobis resarciretur. Exhaustæ profus, consumptæque erant bibliothecæ: Romanus sermo barbaricæ foeditatis uicio pressus, facie sua & squalore obducta, sordida & neglecta in obscuro esse: nec si qua interrim ingenia emergere, quæ rem tantâ auerent seruitio eximere, ob ipsam librorum inopiam proficere poterant. Multi uarijque hominum conatus extiterunt, sed inutiles illi, & irriti omnes: & iam nihil aliud norat nostra tæpora, quæ uetera desiderare, & quæ semel deplorata essent, perpetuo lugere: quum noua hæc & inopinata imprimendi ratio, quasi munus quoddam cælo demissum, maiore omnino admiratione, quam spe futuri successus prodijt in apertum: quæ res incredibili celebritate, nõ Italianam modò, sed totam penè Europam, mira librorum referit opulenta. Verum sæpe fit, ut spes spei gradum faciat: plerique his paucis annis, partim noua scribendo, partim quæ uetustate corrupta essent, in integrum restituendo, rem auspiciatissime inchoatam, mirum in modum iuuerunt. Velles tamen in hoc publico successu, ut qui ad recognoscenda emendandaque aliorum scripta, librarij officinis suam operam locarunt, communis cõmodi maiorem, quam sui rationem habuissent: effectissent illi haud dubiè, nisi quæ sui nimium studuissent, ut nihil hodie, aut quam paucissima in multiplici & uaria lectioe desideraremus. Cæterum, eorum uel incuria, uel negligentia ita accidit, ut nunc quoque multi uelut anfractus passim lectoribus occurrant, quibus sublatis, facilius omnino conatus fuisset ad bonarum artium studia capeffenda. Id ego uicium, cum in alijs ægrè, tum in Liuij, quòd roties imprimi contigisset, ægerimè ferebam: in quo penè plura mercenaria opera, quam ulla temporum iniuria inuenterat. Nec interea solus ego eam molestiam sentire: erant & alij quamplurimi, qui ob id ipsum eam lectionem cunctantius adiret, quum

nulla alioquin uel utilior, uel suauior adiri posset. Huic igitur multorum siue querelæ, siue sollicitudini occurrendum ratus Bernardinus Erasmus No-uocomenfis, homo, ut te non ignorare arbitror, fide & industria singulari, à me nuper petijt, qua potissimum ratione Liuium in integrum posset restituere: cui ego, uetustissimo aliquo exemplari opus esse respondi, ut pauca hæc quæ ex tãto naufragio fragmenta adhuc restant, emendatius legerentur: tum ille, Quando id inquit, haud facile datur, tu si potes, da operâ quæso, ut clarissimam historiam aliquanto in integriorem nouè impressioni subijcimus. Recepi ego, cum ipsius causa, tum ut ijs qui historiam cognoscendæ studio tenentur, aliquid gratificarer, me id facturum. Sed quum multo plures loci quam putaram, uno atque altero exemplari parum integri occurrerent, pro magno habui negotio, cum ijs quæ obseruata à me essent, uetustioris alicuius cœdici lectionem conferre, qui diutissimè requisitus ex ornatissima bibliotheca tua officiose mihi est demum oblatus. Multa fateor, eram in medio relicturus, quæ lectione illa confirmatus à uicio uindicare perseveraui. Contra, plura quidem in eo sunt, quæ nihilo sinceriore fide (ratione enim & auctoritate conuincitur) quam in cæteris notata obseruauit: quorum ratio, ut aliquanto tibi facilius cognitum esset, quum decadum ordine, tum librorum seruiato, ad ducentos & amplius locos, tibi certa serie digessi: quibus sapientissimo iudicio tuo pensatis, facile perspicias uerissimū esse illud Sophoclis, Gratia gratiam parit. Qui quum cæteris paribus satis emendarum mihi librum concesseris: pari officio acceperis, per quæ illum adhuc emendatiorem habere posses. Vale.

M. Anto. Io. Matthæo Contareno, S.

Recognoui his paucis diebus Iustini & Lucij Flori Epitomen, fuitque ea mihi lectio parum iucunda: non quia non uterque sit amabilis, & ut hic ex Liuij maiestate multum referens, ita ille ex Trogi grauitate: uerum Romanæ peregrinæque; historiam imaginem, uelut duplici tabella intuitus, nõ sine dolore animi admonebar, quantum in duobus uiris, quorum hi lineamenta uerius quam typum expressere, amiserit posteritas. Cæterum, si factorum inuidia ea fuit, ut tãta hominum indole necessariò careremus, haud uulgaris gratia debetur his, per quos demum consecuti sumus, ut si nõ corpus, imaginem saltem tantarum lucubrationum teneremus: quanquam (proh dolor) ne hanc quidem umbram nisi mendosam, claudam, & ex omni parte mancã, librariorum siue inficitia, siue incuria ad posteros trãsmisist. Scio ego uirum nostri temporis, ingenio & eruditione florentem, in hoc multum operæ adhibuisse, ut Florus ipse quàm emendatissime legeretur: sed uel suo ipsius iudicio, uel quòd magis credo, librariæ officinæ uicio parum, quod uoluit effectit: quod tu uir eruditissime ita esse facile deprehendes, si recentia exemplaria (nisi ego quoque pari fraude sum deceptus) cū ueteribus illis contuleris. Nihil enim quod ad eam recognitionem attineret, quæ diligentissima esse potuit, à me prætermisum puro: nec Antonius Moretus uir summa diligentia, ac supra quàm dici possit accuratus, gerendæ rei defuit. Sed sic ego euenire arbitror, ut nihil quod à nolentibus & inuitis fiat, rectè fiat. Tu uerò, quid in hac parte profecerim, uide ac boni consule. Vale.

M. Anto. Antonio Moreto.

Is demum amicitia uerus est fructus, ea uis summa, Morete humanissime, si ijs qui mutuo amant, certo perpetuoque iudicio in uirtute conueniat. Soleo ego, quod tu nõ ignoras, officiosa prædicatione multorum qui his paucis annis sunt Latinâ linguam reparare

reparare adorti, & ingenium & diligentiam probare. Sed quum omnium scripta altius rimari pergo, eorumque uirtutes confesso, qui Sipontino antiliti in omni scribendi genere præferri possit, reperio neminem. Is unus mihi semper uisus est, qui uel natura, uel industria, uel utraque re potius id sit consecutus, ut quicquid dixerit, id ipsum & uenustè & eleganter, & quod urbanissimus poeta potissimum in libro requirit, non sine genio appareat dixisse. Sed tu, siue per te noris quid tui Sabellici stomachus animose capiat, siue quod magis credo, paritudo eorum quæ ex perspicuo illo fonte manarunt, mecum tenearis, nulla unquam lectione, aut sæpius aut libentius nobis occurrat, quàm hac una, quæ semper ambobus fuit suauissima: & ne non semper nostræ uoluntati & studio satisfacias, quia per has ferias non ita, ut soleo, tecum congreddior: per puerum tuum, iam tertia noctis hora, quum iã cenaturus cum meis accubuissem, frugiferum Antilitis nostri opus ad me misisti, quod tu, ut ille mihi prædicabat, diligentis recognitione, rebusque perspicuè eligentis, accuratissime per hos dies imprimendum curasses, Aripui fateor librum cognoscendi cupiditate, quid recitiorè ista cura in eo proficissimus: breuique ex his quæ cæteri transcurfu potui obseruare, industriam tuam, et diligentiam, iam antea Venetæ Academiæ, immò uniuersæ ciuitati perspectam, facile agnouit. Habebunt igitur tibi gratias, quicumque posthac in ipsam lectionem incident, qui eam per te tam emendatam habebunt, quàm ille ipse qui scripsit, in publicum exire uoluisset. Scriberem ad te plura, nisi domestici, qui iam dudum loci suspirare non desinunt, me breuitatis admonerent. Vale.

M. Anto. Princiuallo Mantice.

Tristibus nuncijs, & mox literis multo tristioribus trepidè est huc nuper allati, his paucis diebus uehementer esse in isto Italiae angulo laboratum, partemque multo cultissimam Carnicæ oræ flebiliter afflicta subita Turcorum incursione: quicquid amœni cultique soli est inrer Tiliauenti & Liqueuriam, id totum ferro & igni celsisse uno die: uillas direptas & incensas, agrestes cum omni pecore in prædam abactos: & quod omnium atrocissimum est, præter impuberes, cætera quoque captiuorum multitudo, quæ portò ingens fuit nocte una crudeliter trucidata est ab immanissimo hoste, quum ad Tiliauentum amnem haberet castra: dubium, ut graui præda sese expediret, an quod propius uero est, ueritus ne si cum hoste manus conferenda esset, illa captiuorum manus ex occasione in se confugeret, iuuaretque suorum uictoriam. Sed quæcunq; fuit his causa in captiuos læuendi, multo atrocior ea cædes censenda est, quàm uillarum deflagratio, aut cæterarum rerum amissio. Doleo ego ac debeo ob eam necessitudinem, quæ mihi intercedit cum Hunniensibus, immò cum patrianis omnibus: ob Hunnienses ipsos, res atrociter istius patriæ affectas. Sed hi sunt Princiualli bellorum fructus: incendia, cædes direptiones, aliaque eiusmodi malorum exempla, quæ eo fortius ferenda sunt, quo magis omnibus communia: nulla fuit gens unquam, quam non uis bellica aliquando attigerit. Nunc quia diceris mihi publico nomine castra illa ingressus, ut de captiuis redimendis cum Barbarorum duce ageres: non dubium est, quin non pauca abs te uiro ista prudentia apud hoste fuerint obseruata, quæ non indigna sint, ut in literas mittantur. Facies rem mihi non medio critè gratam, si de omnibus quæ tibi memoria digna uidebuntur, per breue dederis ad me commentarium, iuuabisque historiam quæ est nunc in manibus, aliqua ex parte. Erunt ea quæ ad me scripseris, eo gratiora, quo maiore fide subnixam uidebuntur: si nobis op' est, ut scribere nõ ludere uideamur. Vale.

M. Anto. Frontisco Rosseto.

Legi hymnos tuos, legique cupidissime: eo dico cupidius, quo res fuit diutius expectata. inceserat incredibilis cupiditas animum tuæ istius hymnologæ uidentæ. Sed tu omni expectatione mihi maior occurris: comprus, elegans, uenustus, multo ueteribus quàm nostris propior. Difficile dictu est, quod ex omni parte placeas: fecisti certè, ut te quem semper dilexi, iã & amare & mirari incipiã. Debebit tibi omnis Christiana pietas, sed omnium maxime protomythæ & hymnicines, qui per te habebunt quod & cantet, & utiliter legat. Gratulor tibi Frontice cultissime, gratulor equidem & gaudeo, quod per hæc (nisi multum opinione fallor) factus sit tibi gradus ad immortalitatem nominis. Quod utinam Petrus Antonius pater tuus, uir clarissimus, huic tuæ laudi superuississet: esset omnium ille hodie felicissimus, qui te filium ita indole, singularique profectu, genuisset. Sed is ea natus erat lege, ut fatali pareret necessitati. At uiue tu, uiueque: eo diuti, quo pluribus es profuturus: ac patriis memoriam pietas, quem totum ore refers, ingenio & uirtute longè superas: quantum dico, Ajax Telamonè, Achilles Peleum. Vale.

M. Anto. Petro Contareno Rogerij filio.

Percrebuit rumor, immò constans fama est, pergrandem epistoliarum Francisci Philephi numerum, uelut seruire agmen in ergastulo tumultuari, poscereque liberatè. Est, ut mihi dicitur, uolumen penè immensum: sed quo uerior seges, eo maior prouentus. Gratulor studiosis, quibus non solū librorum copia ingès assidue conditur in librarij officinis: sed quæ semper est aliquod quod nouiter cadatur, atque id nõ inutile. Nam quod ad Philephum attinet, qui eius ingenij studia non probant, quid in re literaria sit probabile, partim meo iudicio intelligit: fuit ille cum singulari eruditione, tum summa dicendi copia ueteribus similior, quàm nostri temporis hominibus. Nõ enim pluuias, ut ait Pindarus, colligit aquas: sed uiuo flumine redundat natura illa omnium rerum capax. Et ut breuiter dicã, dignus est legi, cum propter cæteras uirtutes, tum quia sit omnium qui millenimo ab hinc anno scripserunt, propemodum elegantissimus. Sed tu qui ingenij impensus faues, consule rogo in medium, nec patere, ut unus tanquam senex ille Comicus eiusmodi thesauri incubet. Sūt libri illi epistoliarum apud hominè tibi familiarissimum, ut Hieronymus Alexandrinus in quibuslibet tuis prædicat. Custodiuntur nõ minus religiose, quàm libri ad monetam reperiunt. Vale.

M. Anto. Amasets fratribus.

Dū omnia omnibus cõcedo, quæ mea sunt sæpius desidero: sæpius dixi, sed semper uerè dixissem, deest mihi frequenter & multa & magna. Et nūc unū deest, id est leue, & quod mirari possit aliquis usui fuisse cuiquam, deest tñ. Sunt hæc poemata quæ de cæde Sontica, de incendio Carnico, de Hunnij origine scripsi, quum apud uos publicè profiterer. Est, quis non uidet? res parua, & omnino indigna, quæ ullum sortita sit locum in uestra ornatissima bibliotheca. Verum quia eius sit terræ laudes complexa quæ uos genuit, aluit, instituit, digna uideri potuit quæ uestris liminibus non excluderetur. Si carmen apud uos est, pergratum mihi erit, si per Mariū puerum meum, qui hoc uobis attulit epistolium, ad me id miseritis, confestim istuc referatur: aut si diuti us hic erit, tanquam si in quæstum exierit, ad uos cum lucro rediturum. Valete.

M. Anto. Augustino Barbado Venetiarum Principi.

Nihil est omnino in tua florētissima repub. à qua ego contemplanda nunquam mentis oculos auertereo, Serenissime Princeps, præclara ista publicæ

administratio forma, aut maius, aut pulchrius: cuius effigies, si qualis sit spectantium oculis cerne rerur, incredibiles hominum affectus, studiaque ad se amandam excitaret: cogeretque haud dubie ipsum humani generis consensum fateri, nihil uestris maioribus, qui hanc per manus disciplinam tradiderunt, fuisse in terris sanctius, nihil maiore æquitate & innocentia præditum, quorum memoria non solum ob id merito sit colenda, sed immortalitatis etiam laudibus posteritati consecranda. At quam prudenter illi ciuitatem sanctissimis institutis munitam uobis reliquere, tã tu solertissime princeps, diligenter & accuratè, ex sublimi ista dignitatis arce, uelut ex specula quadã, procuras, ne quid eorũ quæ ab illis sunt ritè tradita, negligentia, aut iniuria eximatur. Etenim præsentem hanc rerum omnium ubertatè, quietem, salubritatè, quæ cũ tuo principatu, quinto iam ab hinc anno huic urbi affulere, secundum Deum optimum tuo felicissimo Genio ascribimus. Quod uerò iuris & æquitatis cultus, ut si quando aliàs, nunc maximè toto Veneto floret imperio, quòd religio & innocentia passim omnibus alludunt, quòd angusta principum sedes, porticus, uis, templa, multa que alia ædificia publica & priuata his paucis annis, aut ab imis sunt fundamentis erecta, aut sumptuosissime instaurata: quòd urbs tota penè nouam atque eã ipsam longè pulcherrimam induerit faciem, non fortunæ tantum, sed æquitati etiã tuæ, prudentiæ & religioni damus. Verum quanquã ea sit sapientia tua, in clypeo princeps, id sanctissimam istius ordinis qui tecum assidue de re publica cõsultat, & solertia & prudentia, ut nõ Venetarum rerum tantum, licet & ipse multum terra marique polleant, sed omnium etiam gentium gubernaculo admotus, quantã uis administrationis mole, sine ullo maiorũ exemplo sustinere possis: nihilominus uelut inuis rector, qui et si omnia cœlo & aquis lóga caller experientia: lineas tñ, & numeros quosdã breuissimã tabellã intuetur, ut non modò non locorum ratio, sed ne temporũ quidem ulla se inscio prætereant momenta. Sic & tu iucundissime princeps, & potes quidè, & debes in tua ista felicissima administratione, si quando per oculũ uacat, illustrũ uirorũ exempla recognoscere: uel eorũ in primis qui in summo rerum fastigio collocati, in suorum ciuĩ cõspectu, nõ in armis uiuere. Sed quũ nõ unus auctor id Serenitati tuæ præstare possit, qui Trãquillo auctore grauissimo in eo genere plus ualeat prodesse, est meo iudicio nemo. Id ego quũ per suam habere, haud inepetè sum mihi uisus facere, quæ eius scripta quib. duodecim ille Cæsariũ uitas fuit complexus, cum uerborum nouitate, tum obsecris historiã inuolucris à quã paucissimis nuper nec sine cunctatione adiri solita, laboriosa enarratione perspicua, atque ob id ipsum multo fortasse utiliora, reddidi. Hæc ego secutus, quia certò sciebam, nõ defuturos qui Cæsareũ nomẽ auerlarũ, nõ aliter Tranquillũ à liberè ciuitatis oculis, quã Homeriũ poetarũ longè principè, ex emendatissima illa Platonis repu. ablegandũ censerent. Cunctantiũ lectionem hanc Serenitati tuæ cognoscendam proposuissim, nisi singulare ipsius ingenium, longèque accuratius quã uerbis ullis explicari possit, id esse intelligerem, ut quæ in alterutrã partè scribitur, ea ipsa & sciret, & uellet, tã ad ipsius usum uitæ, quã ad reipũ salutem accommodare: clemetiam in quibusdam, mansuetudinẽ, innocentia, cæterasque uirtutes, haud tibi iã antea ignotas cõplexus: munificentiã in alijs, industriã, popularitatè, & breui, ut quæque uirtus usui, aut ornamento esse poterit, ita aliã in alio studeas imitari. Cõtrã, si qua uicia occurrerint, nam non eo inficias esse omnino aliqua penè indigna relatu, eorum fœditatè detestatus, meritò tibi gratulandum putes, quòd tanto uirtutum comita-

tu, præsidioque sæpius, ad istud dignitatis culmen accesseris, ut nullus sit turpitudinis locus ad felicissimum istũ uitæ cursum labefaciendũ relictus: enixus inde operam daturus, ut eiusmodi laudis detrimenta, quæ longè abs te semper abesse uoluisti, longius adhuc remouisse uidearis. Sic enim natura comparatum est, ut ingenia ad laudẽ nata, nõ minus uirtuorũ odio proficiant, quã uirtutũ æmulatione: ita ego euenturũ arbitratus, Tranquillũ ipsum, què ex duro, tetrico, obscuro, tractabile feci, planũ ac perspicuum, Serenitati tuæ interim dũ alia lóge utilior tibi Venetoque nomini textur historia, cognoscendũ proposui. Et si fateor, id quod damus, si quis tui nominis splendore intruceatur, omnino exiguũ, ac penè fordidũ. Sed tu mitissime princeps, satis amplum & splendidum facies, si quicquid id est, quòd tuis auspicijs in publicũ reruli, sapientissimo iudicio tuo probaueris. Quòd si ita, ut spero, euenerit, iuuabit me uehementer susceptus labor: sin minus, nec adhuc consilij penitebit: si dum tuis Serenissime princeps commodis studeo, fuero fortasse non paucis gratificatus. Vale.

M. Anto. Iacobo Pontano S.

Et ad filios tuos, adolentes optimos nuper scripti, Pontane uir doctissime, & ad te nunc scribendũ duxi, ut quæ de illorũ studijs sit mihi sententia, non ignorares. Probo dialectice, cui ambo, tuo siue iussu, siue hortatu, impèsius incumbunt. Probo & philosophiam, cui imminet: enim uerò quis rem tantã nõ probet: sed quæ eloquẽtia studia parũ ob hæc frequentent, nec probare possum, nec uolo. Verinã breui epistola tibi monstrari posset, quantum nostra hæc studia, ad quæ ambo mihi nati uidebantur, fuerint ad omnẽ doctrinarũ profectũ eis collatura, si re pulcherrimã nõ cogere uideretur deserere. Nec uerendũ est, ne lectionũ numero nimium oneretur, sequaturque ex labore tædiũ: nihil oneri esse potest, quod sua natura dulce est, & suaue. Quid? quod reficiunt etiã animi lectionum uarietate, ut in plurifariam cibis, appetentia. Sed uideo quæ improbè faciã, qui plus uolo, quã pater: quasi quisquã melius scire possit, quid illis præcipuè conducat, quæ tu qui eos genuisti, cui sunt ambo præter cætera charissimi. Sed qui multũ amant, sepe multum decipiuntur, nec patitur patrius affectus, omnia uidere. Est præterea amici cõsiliũ, si amicus sit, ut poetæ carmen testatur, non inutile. Sed tu uelim id de filijs statuas, quod illorũ sit profectui maxime conducibile. Vale.

M. Anto. Augustino Tremulano.

Perquã uoluptate est, Tremulane, quòd aucter, ut mihi scribis, iuuare cõstituisti serietatè hæc scribèdi meã, uel potiùs ocio sitatè: grãditer enim iuuabis, si per te hoc indipiscimur, ut ne imaginariè & umbratilitè scriptitare uideamur. Enim uero tribulosum scribendi schema, tapinomatãque uerborũ, culpa satis ueniabili & toleranter leguntur in historia: sed illud uituperonibus oppidò obnoxium, si à Platonis semita aberret stylus. sed tu meas hæc apinas uindica ab eiusmodi tericulamentis, oblatia ista opera. Fatim enim uindicabis, si per te fides nobis constabit: hoc præsta, & ridebo hiriantium obloquia: expecto opisthographũ abs te libellũ, quæ me de Gallicana illa expeditione erudiat, per quã Tremulani tui tremere desierunt: est res, ut uides, profarã operæ: nec enim uolo te fabulariter carminari, sed ad fidẽ scribere omnia. stataria nobis opus est fide, nõ fabula: fac ut uerum audiam, & placebis: sed iã parũ Latialiter dices me hæc ad te scripsisse: quid quod sic non aliter Sabellicus Latialis est, si tuis credimus apeniniolis, qui plus sapiunt quã uetus & recens Latium. Vale.

EPISTOLARVM FINIS.

ORATIONES MARCI ANTONII SABELLICI AD CLARIS. EQVITEM AVRATVM ANTONIVM LAVRETANVM, PATRITIUM VENETVM.

MARCVS ANTONIVS SABELLICVS ANTONIO LAVRETANO EQVITI clarissimo, S.



VAM contumax sit hominis natura, & in omnẽ uetitum procliuũ, nunc demum intelligo, Lauretane uir doctissime: pulsat grauior ætas ad ostium, & ego tam ambitiosus sum, quã olim maximè: nec ex omnibus rebus aliud magis optat animus, aliud cupidius requirit, quã quod illi à principio negauit natura: cuius ductu et imperio si hodie uiueretur, nihil optaret quisquam, nisi quod æquum esset & parabile. Succlamat animis experientia rerum omnium magistra, docet, demonstrat, nostrorum temporum ingenia tantum à ueteribus distare (ab ijs dico, quæ eruditore seculo fuerunt) quãtum ipsa distat terra à cœlo: aut, ut notiora dicã, extremus occidens à primo ortu solis: nec propterea desinit ambitiosa posteritas florẽ illum hominum nulli imitabile inepetè æmulari, puuilionum morem imitata, qui non altiore calciatu, non suggestu capitis contenti, in digitos sese erigunt, ut pro ceteriore statura homines æquare uideantur. Laborat alijs fortasse hoc uitio, sed qui me uno ineptius id faciat, est nemo: quippe qui tanquam solus omnium possim sine risu ueterum æmulus uideri: quum iam antea passus sum res meas temerè euagari, tanquam ex hac tenuitate ingenij, quod quã rude sit, & sterile, nunquam alioqui dissimulare sum ausus, queat aliquid proficisci, quod dignum sit legi: tum his paucis diebus duodecim epistolarum libri, sed multo uertius ineptiarum dixissem, etsi me non probante, non tamen prohibente domo euolarunt, mancipem quendam secuti librariæ officinæ: digni qui ut turpia & fœda mancipia, domi cõtinerentur, ne inter atrien ses quidem seruos habendi: & ut improbi sunt, & impudentes, iam ut audio, ad hoc sese parant, ut mox paulò ex officina illa prodeant in apertum, tanquam libertate digni. Sed quo euentu, ipsi uiderint. Ast ego magis improbus, qui tanquam res ipsa sit feliciter cessura, horum sorores pari numero totidem dico orationes: quia uelut iam maturæ uiro diu noctuque flibiliter lamentabantur, quòd diutius domi cõtinerentur sine cultu, & tanquam detraclis uestigia secutæ, ut cum illis publicum sortiantur, sed uideo, uelut ea quæ oculis uidentur fore, ut & fratres & sorores pro ludibrio abeant in ora hominum, eundemque sortiantur exitum omnes, ut Niobes et Amphionis filij. sed cur non sortiantur? quum quædam earum sapiant nostrorum studiorum tyrocinium: sed quicunq; illas manet exitus, in eo uisæ sunt mihi sapere: quod non prius pedem domo extulerunt, quã tuo fuerint nomine inscriptæ, uelut cauterium, per quod ubiq; tutæ essent, secũ habituræ: id ego eò passus sum à me facilius impetrari, quo maior est Lauretani auctoritas in omni studiorum genere: ac quo maior, eo certè habilior ad illas ab omni cõtumelia & obreclatione uindicandas. Quod ut facias uir præstantissime, ut per te sint saltem inter tuos incolumes, nisi pro re inepta inepetè omnia petuntur, te oro plurimum, & obtestor. Vale.

MARCI

MARCI ANTONII SABELLICI COCCII DE LAV-
dibus poetice artis, in Flaccum

Horatium.



Hæc demum in omni disciplina-
rum genere, aut sola est futu-
ri profectus ratio, magnifici &
præstantes uiri, ingenuique
adolescentes: aut certe omnium
quæ in ea re excogitari potue-
runt, optima: ut si qua lectio,
nobis cognoscenda proponi-
tur, delectationem hæc secum afferat & eruditione:
enim uero officium mouet hæc, illa perficit: hinc pro-
ficiendi ratio, illinc dispositio: reddidit hæc meliorem
quam accipiat lectorem, illa ut reddi possit, haud
dubie præstat. Adeoque uel arte, uel natura, sunt
duo hæc arctissimo nexu copulata, ut neutrum si-
ne altero satis proficere possit. Fuerunt, quod ad
præsentem rem attinet, plerique hominum (alii a-
lia uia ingressi) qui uitam iuuare adorti, uaria ac mul-
ta scripserunt: sed qui melius quam poætæ duo illa
effinxerint, fuerunt meo iudicio nulli, potuerunt ne-
plus alijs, aut magis uoluerint, haud facile dixerim.
Id affirmare possum, uiri & adolefcetes optimi, nul-
lum scripta magis quam poætæ ab initio po-
pularia fuisse, nullorum maiore hominum fauore
& consensu recepta: nec ob id credo, quia sit poetice
omnium artium antiquissima, quod uenusta, pul-
chra, eminens, ipsumque humanitatis fastigium su-
pergressa: sed quod naturæ beneficio, ut uulgo per-
suatum est, potius quam studio & uoluntate fiant
poætæ. Quæ sanè opinio usque adeo inoluit, ut so-
li mortalium esse poætæ credantur in Deorum tu-
tela, deorumque frui cõmercio, miserique illarum
cælibus. Quod non solum ipsi testantur, quorum
auctoritas multo in hac parte esset leuior, sed ex no-
stris M. Tullius, & Plato apud suos ueri amicissimi-
mus. Hæc eadem opinio Calliopem matrem dedit
Orpheo, Apollinem Lino patrem: hæc à Pindari do-
mo hostilem iniuriam abitinuit, Sophocli defun-
cto exequias præbuit. Hæc demum adepta est, ut
poætæ pij, sanctique ab omnibus credantur, digni-
que existimentur, qui sacrum caput sacra arbore
præcingant. Sed leuiora sunt hæc quæ opinione
continentur: rem ipsam, si placet, nudam consideremus:
nuda dixi, quoniam nō hodie, ut si quando
aliàs dicturus, locum hunc præmeditatus conscen-
di. Eram ego ueterem hanc dicendi consuetudinē
hoc anno in termillurus, non ut laudatissimum mo-
rem antiquarem, sed ne amicis, toties id officium
reuocando, nimium molestus essem. Cæterum fa-
miliarium quorundam subitæ admonitiones, gra-
uisque castigatio me in pristino instituto retinuit,
& ut in eo perseuerarem, effecit. Hi enim idēdem
prædicantes, multo satius fuisse eiusmodi ritum
nunquam inducere, quam inductum per desidiā
& ignauiam omittēre: facile perpulerunt, ut negli-
gentiæ uel temeritatis potius periculum adire ma-
luerim, quam illorum uoluntati minus obtempera-
re. Nunc agite uiri & adolefcetes optimi, & quam
pulchra, populariaque sint poætæ scripta, quam
præ cæteris grauiā atque sublimia, breuiter cogno-
scite: quæroque illud omnium primum, an quis-
quam hominum tam à re literaria abhorreat, tam
omnis sit iudicij expers, tam ineptus, ne stultus &
demens dicam, ut grammaticorum humilitatem
conferre audeat cum tragica sublimitate: aut Dia-
lecticorum infantiam, cum Comico ubertate:
aut oratoriam leueritatem (de forensi loquor) cum


Alyrica iucunditate: sterilitatem Arithmeticæ, aut
Geometriæ perplexitatem, cum opulentia & luce
heroica: Astronomiæ solitudinē cum elega celebra-
tate. Si quis hæc, quàm magnis inter se spacijs di-
stet minus intelligit, is ne nigrum quidem ab albo
queat discernere, non magis credo, quam Tiresias il-
le Thebanus, qui uisu caruit, aut Phineus potuisset.
Sed quid attinet huic nescio cui uel cæco, uel cæcu-
tienti simili, conuicium facere? Quin, dicat hic quis-
quis est qui disciplinarum ullam putet poetice præ-
ferendam, ex omni scriptorum numero quos om-
nis uidit ætas: Qui præter cæteros, multas uno tem-
pore ciuitates unum in locum audiendi studio con-
traxere? poætæ, qui martiam illam Ro. populi indo-
lem ad prælia & labores natam, in theatralem caue-
am, & angustissimos cuneos coegerunt? poætæ, qui
aures cornibus & lituis assuetas cantu demulcere
potuerunt, animosque omnibus gentibus infestos
tam uarijs affectibus uersare, ut stectus & lachrymæ
risui miscerentur? poætæ, qui exercitus sæpe uictos,
& ob id animo deiectos ad prælium reuocarunt?
poætæ, qui tyrannos urbibus eiecerunt? qui dura
robora & scopulos trahere dicti sunt, flumina fiste-
re, syluestres feras cantu demulcere? an ulli homi-
num præterquam poætæ? Quid quod hi soli ob in-
genij præstantiam, partim dijs geniti crediti sunt,
partim diuinos honores assecuti. Quod quum ta-
les illi fuerint, sintque, hodie, uenusti, culti, elegantes,
in magnis sublimis, in paruis proprij, nunc altio-
qui, nunc humiles, quum copia, tum breuitate mi-
rabiles: stultum est, stultum & delirum dubitare, an
omnium quæ leguntur, maximè poetice lectio de-
lectet: in quo dijudicando, si quis à uero rectoq; iu-
dicio aberret, rudi possit & agresti ingenio haberi,
multum à Musis & Gratijs alienus: dignus qui à li-
terarum sacris, omnique eruditorum cœtu, ut pro-
fanus, quàm longissimè arceatur. Et quia satis con-
stat poetice lectionem præ cæteris delectare, ef-
fectusque ob eam rem præcipuè amabilem, quæramus
nunc, si placet, an & maximè proficit, quod & nos
ab initio proposuimus. Et Flaccus præclare uno est
carmine testatus: Et prodesse uolunt, inquit, & de-
lectare poætæ. Poteram ego uiri & iuuenes optimi,
quorundam doctorum hominum iudicio esse con-
tentus, qui tam piè, quàm uerè primordia philoso-
phiæ, quæ magistra est uitæ, ad poericen referunt.
Cæterum ne cum opinione nuper repudiata teme-
rè in gratiam rediisse uidear, probationibus utar
potius quàm auctoritate: quod ad dicentem perti-
net, si oratoris uult officium retinere, ut nihil dicat
quod si negetur, non possit exemplo aut ratione
probare. Satis nota est credo, partitio illa philoso-
phiæ, quæ totam rem in tres diuidit partes: Physi-
cen, Ethicen, et Logicē. prima illa philosophiæ, quæ
physice dicta est, naturæ opera considerat: altera ui-
tam instruit, reliqua in disputandi, disserendi que ra-
tione sita est. Nunc, quod ad naturæ contemplationem
spectat, dicat rogo si quis est, qui philosophiæ
principia ad poericen non putet referenda. Ecquæ
de ea re sanctior esse potest quæstio, quàm quæ de
deorum natura constituta est: aut quæ obscurior,
quàm quæ de animorum immortalitate: aut diffi-
ciliior, quàm de corruptione & generatione re-
rum. Et tamen hæc primi omnium poætæ tra-
ctasse dicuntur. Monstrant id quum plerique alijs,
tum Plato uir summus: is, in poetice inquit, sum-
mi fuerunt Epicharmus comædiæ auctor, & Ho-
merus tragædiæ: qui oceanum dixere deorum pa-
trem: matrem uerò Tethyn. quibus uerbis ille ad
Homerum, & Epicharmum: haud dubie refert pri-
ma physice disciplinæ elementa: ac tantum tribu-
it, ut Proragoræ, Heraclito, Empedocli, & alijs
physicorum uetustissimis non dubitet præferre. Quan-

Quanquam, quid attinet hæc maiore aliquo studio
asserere: satis superque constat, omne huius ceterarū
que philosophiæ solitudinē cum elega celebra-
tate contineri. Hic cœli conuersiones, ortus & oc-
casus siderum: uentorum, pluuiarum, fulminum, cœ-
terarumque; tempestarum ratio. Hic duplex morus,
loci & naturæ: rationis ille, hic alterationis: per quos
tota generationis, corruptionisque explicatur ra-
tio: hic demum uolucrum, piscium & quadrupedū
natura, gentium mores, & locorum situs. Quid, quod
ne ipsa quidem nomina, quibus poëta utitur, physi-
ca carent ratione? nisi Socratem uirum alioqui sapiē-
tissimum apud Platonem nugari, non philosophari,
arbitremur, qui talium rationem Cratylo inter-
pretatur: & ut breuiter dicam, ita omnes physice di-
sciplinæ partes ex felicissima ingenij natura flu-
xisse dici possunt, ut fontes & flumina ex Oceano:
uti eius carmen demonstrat. Age nunc, & Ethicen
consideremus, an ulli hominum, de ijs loquor quo-
rum scripta ad posteros manarunt, melius mores
effingunt, quàm Comici: aut efficacius hortantur,
quàm Epici: aut uitia grauius insectantur, quàm Sa-
tyri: aut uitam suauis componunt, quàm Lyrici:
aut maiores mouent affectus, quàm Tragicorum: aut mo-
tos lenius ponunt, quàm Elegi: ut non sit absurdū
dicere, quod poëtæ habeat in sua potestate, huic haud
necesse sit philosophos attingere. Argunt illi præcep-
tis, hi exemplis: illi in Gymnasio & arena exercēt,
hi in stadio & agone: illi in cūctis ambigunt, hi pro
decretis ponunt omnia, ut uideantur poëtæ uelut
in tabula quadā uniuersam uitam coloribus & pe-
nicillo exprimere: per quos, si quis minus profice-
rit, ut per alios proficere possit, non magis uanum
sit, quàm stultum expectare. Nec quod reliquum e-
rat dubiū est, ne non omnis dicendi ratio sit ad po-
tas referenda: enim uero tantum abest ut de ea re ali-
quo modo dubitari possit, quod multi, qui de arte
dicendi scripserunt, omnem præciorum legem,
epilogos, signa, argumenta, similitudines, omnem
denique probandi, refutandi que rationem, ex po-
eticæ artis apparatus deprecptam fateantur: affir-
mantque summus oratores, & multa & uaria dicē-
di exempla, uel ex uno Homero mutuatos. O res
eximia & cœlestis poëtice: o mater artium, disci-
plinarumque omnium nutrix: per te Grammatici
præcipiunt, Dialectici disputant, persuadent Orato-
res, Arithmetici numerant, metiuntur Geometriæ,
Musici uoces disponunt, Astronomi cœlestes motus
& sidera agnoscunt: meritò te unam ex omnibus ar-
tibus in deorum tutela constituit uetustas, in Musi-
cum gremio collocauit, cœlo per Vraniam intulit.
Iacent, quod bona omnium uenia dicere liceat, cæ-
teræ artes in hac terrena fece conuolutæ, manifesto
suae originis argumentato. Tu sola omnium recessu,
puroque gaudeas incolatu, Musarum cœtibus, & cho-
reis dedita: mirantur reliquæ disciplinæ in quæ-
stum, sordideque negotiantur: tu sanctioribus lu-
cis gaudeas, fontibus & fluminibus, quæ docta tibi
uetustas dedicauit: terrena despiciens, sublimia se-
ctaris: nullius cõmercij patiens, præterquam illorū,
qui sacri sunt. Vtinam adolefcetes optimi, nobilissi-
mæ artis atque omnium sanctissimæ forma & idæa
oculis cernere: alliceret illa, traheret, arriperet, to-
tum hunc ad se confesseret, mirabilesque omnium
animis ad se amandam concitaret affectus. Verum,
quia id non datur, quæ sint illius præmia, spectate
studiosi adolefcetes. Afferunt cæteræ artes diuici-
as, dignitates, magistratus: at super ea quæ in terris
stulte mirantur homines, nihil præstant: non quia
nolint, sed quia non possint. Contrà poëtæ sacri,
pij castique; habentur, tantumque; ceteris hominibus san-
ctitate præstāt, quantum homines ipsi ceteris animan-
tibus. Ac tantum abest, ut mortē meruant, ullam uicē
obliuionis iniuriā, ut horū munere cæteri homines

Aimmortalitate donentur: æterni ipsi, atque æternita-
ti consecrati. Et quia in pulchris excellere pulchri-
um est, nihil à meo officio alienum me facturum exilli
maui, ingenui adolefcetes, si uobis unum aliquē
ex omni poetarū numero deligerē, quē potissimū
imitaremini. Cæterum, quū multi se uelro offer-
rent, cognitione digni, Flaccus Horatius unus om-
nium mihi dignissimus uisus est, qui ad profectum
artis uobis potissimum proponeretur: ut eius du-
ctu & auspicijs, eō ueniremus, quo uestræ curæ &
cogitationes intenduntur. Hic est ille Flaccus, stu-
diosissimi adolefcetes, qui libertino patre Venus-
iæ in Apulia ortus, tantū liberalibus disciplinis puer
profecit, quantum ea ætate nullus: incidit eius adole-
scentia in turbulentissimas bellorum ciuiliū pro-
cellas, unde emerfus ad poericen, & Musarum ocia
animum reflexit. Idque multo auspicius, quàm
quod arma induisset. Mæcenati primò, mox Augu-
sto principi carmine conciliatus: tantum gratia &
celebritate floruit, quantum ex ijs qui ea tempestate
fuerunt poëtæ, quilibet maximè. Traçtauit omnes
poëtices partes tam uenuste & accuratè, ut ad id
quod agitur, potissimū natus uideatur. Erenim quod
per deum illius Ode est in rota poetice uenustissimè
quid cultius epodo? poetica arte frugalius? uilius
satyra? epistola urbanus? ut prouidentia quadā na-
rus uideatur, in quo omnes uires suas depromeret
Musæ. Quod quū talis sit Flaccus, sitque; sententijs fe-
rox, uarietate mirabilis, cultus, frugi, facetus, omni-
busque; uirtutibus redundans, ite adolefcetes opti-
mi, huncque; omnium maximè diligite, amate, frequen-
ter legite, totū perdiscite: ut qui illius perquam si-
miles fueritis, tantū cæteris poetica uirtute præste-
tis, quantum Flaccus omnibus sui ordinis præstitit ua-
ribus: quippe qui Fabij testimonio, unus propemo-
dum dignus sit legi, uel quia proficit, & delectet ma-
ximè, uel quod se talem præstitit, qualem optimum
poëtam ipse suo carmine demonstrauit.

MARCI ANTONII SABELLICI ORATIO DE LAV-
dibus historiæ, in Titum

Linium.



LVRIVM annorum consue-
tudo fecit, Patres & uiri orna-
tissimi, ingenuique; adolefcen-
tes, ut hæc dicendi ratio, qua
post autūni ferias soleo meo-
rum auditorum cœtum ad li-
terariam ineuntis anni exerci-
tationem, uelut classico quo-
dam reuocare, non mei amplius muneris, uolunta-
rijque officij esse uideatur, sed ueteris cuiusdam in-
stitutum, legisque sanctioris, quam nefas sit mutare:
hoc uerò ut credam, duo præter cætera faciunt: &
quod nihil uestra interesse potest adolefcetes opti-
mi, quod non idem sit & meum præstare: & id ip-
sum quod datur, uel ex eo uobis uehementer place-
re intelligo, quod quotannis maiore quodā studio,
celebrioreque; cœtu uos dicēti mihi adesse perspicio.
Cæterum, quàm utiliter & honestè sit comparatū,
ut studiosi adolefcetes ex aliena laudatione, alta
& sublimia ingenia mirari assuescant, & ea quæ mi-
rentur, omni cura & diligentia niantur æmulari,
nemo est uitæ tam ignarus qui non id planè intelli-
gat. Quid? quod ne exemplo quidem res huiusmo-
di caret? nā quid per Deum panegyricæ illæ actio-
nes apud maiores sibi uoluerūt, quibus magnorum
principū, deorumque; laudes cõrinebantur: an aliud
quod ut mortales tali laudatione accensī, ad splendore
uitæ & nominis immortalitate niteretur. Quia igitur
opera-

operæ precium est id facere: & uos, ut uideo, nihil passuri estis ex hoc meo instituto deperire: requirebam nuper animo, quid potissimum sequeretur, de quo hodiernus mihi institutus esset sermo: quod nec inutile esset relatu: essetque sua magnitudine & nouitate non ingratum auditu: succurrebat interim animo nihil fere eorum esse quibus latè diffusum est corpus eloquentiæ, de quo non ex hoc loco uerba fecerim: sic à me laudata poetice est, sic oratoria facultas, sic historia, sic latinæ linguæ maiestas, & amplitudo defensa. Apparebat igitur ex ijs quæ dicenda restant (restant enim adhuc non pauca, quæ & non ita sunt rei accommodata, sunt tamen relatu non indigna) nihil esse eorum de quo commodius in presentia dici possit, quàm de augustissimis ut bis Romæ origine: unde Liuius, quem quod mihi & uobis feliciter uertat, sum hoc anno enarraturus, suam auspicijsimè orditur historiam. Quibus auspicijs fuerit ea urbs condita, qua indolæ adoleuerit, quibus adula uiribus steterit, qua demum uirtute propagauerit in omnes gètes imperium: uerū quia res nimium multis nota est, atque ita graphice à Liuiio pertractata, ut nemo eius libris legerit, cui non tota rei series sit notissima, acta agā, ut puerbio fertur: ipse potius auctor erit nobis materia ad dicendum, de quo omnis noster hodie futurus est sermo: qui ut breuior sit, ut dilucidior de ijs quæ in reliqua condenda historia illi feliciter euenierint, primò dicam, apparatus operis, & dignitatē explicabit oratio. Sed uos patres & uiri humanissimi, pro perpetuo uestro in me studio, meaque in uos beneuolentia, attentas oro, ut si quando aliàs, hodie mihi adhibere aures: nam, quod ad rem attinet, certò scio ita futurum, ut eorum quæ dicenda sunt, alterum uehementer miraturi sitis: alterum, quod uestrum est iudicium, singularisque eruditio, non mediocriter probaturi: ea est humanarum rerum conditio, patres & uiri præstantissimi, ut satis sit felix in hac uitæ inconstantia iudicandus is, cum quo ita fortuna decidit, ut meritò infelix dici non possit: omnis autem de felicitate sermo, haud multum ab eo diuersus uidetur, quem Plato uir summus de bono tripliciter instituit, ut pars una sit posita in ipsius rei sciētia, quæ *ἀρετή* græca uoce dicitur: altera in possessione quæ *εὐτυχία* reliqua est, quæ ad usum referitur: usum hunc auctor ille summus ad eò præcæteris probauit, ut auri montibus, & huic arti, si qua ars inueniri possit, quæ immortalitate hominem afficeret, non dubitauerit anteponere. Nunc, quem totā Liuij uitam inspicio, omnia illi affuisse uidetur, quæ ad felicitatem consequendam pertinere creduntur: celebris patria, populare nomen, temporum felicitas, maturitas studiorum, sublimis ad scribendum materia, summi principis fauor, & in studiosos beneuolentia, ut benignior natura larga manu tot & tāta in unum contulerit, quot aut quanta in alium eorum qui historiam scripserunt, quod sciam, neminē. In quibus percipiendis, ornandis, disponendis, non solum ille non sibi defuit, sed quod est omnium iudicium, ipseque studiorum exitus demonstrat, longe etiam superstit. Nunc quod ad patriam attinet, quid secundum Romam fuit olim tota Italia Patauius clarior? cuius urbis, si originem quæras ab Illo est: si auctorem originis, Anthenor condidit, Troianorum post Priamum celeberrimus: si opes, centum & amplius hominum milia olim misit ad bellum, cccc. equestris ordinis ex suo corpore censuit: si eruditioem, omnium bonarum artium est hodie domicilium, & quod omnium maximum est, maximeque conspicuum, quum per hæc satis esset nobilis clarissimo partu, multo facta est nobilior. Ab Illo est Patauium: ex Patauii in cluæ Venetiæ, præcipuum hodie maris, terrarumque decus, Christiani nominis ne orbis dicam specimen, cuius stupendus situs al-

ternis naturæ uicibus nescias commodior sit colentibus, an salubrior, an ab omni externa iniuria tutior. Transeo magnificentissimum urbis apparatus, templā, arceas, pontes, porticus, concilia, abula, ædificia sumptuosiora publica & priuata, sacra & profana: quibus plus penè auri inest, quàm tectorij. Transeo omnium gentium commercia, ciuium gressum, statum, alloquium, uirorum & mulierum cultū, ingeniorum præstantiam, morum sanctitatem: ut plane affirmare audeam, aut hanc urbem esse in toto orbe omnium præstantissimam: aut nullam aliam inueniri quæ illi cultu, uirtute, & opibus præferri possit. Nec modicæ felicitatis duxerim aliquem in præclara ciuitate nasci: Plato, cuius auctoritatem se quor libentissime, uel quia sapientissimus fuit, ut inter omnes cōstat, uel quod ueritatis amicissimus, inter pauca quibus est naturæ gratulatus, eo nomine illi gratias egisse fertur, quod Athenis potius quàm alibi natus esset. Et Liuius talis contigit patria, quæ si neque maior, neque illustrior, nisi Romæ natus esset, in Italia contingere ea tempestate potuisset. Age uerò, quod nomen tota Quiritium ciuitate fuit Liuij appellatione popularius? id Tribunus nomen tulit, qui Romæ plebis, totiusque Italiæ causam amplexus, inimicorum fraude perijt, id consul, qui Carthaginensium opes ad Meturam fregit: sed nihil eodem amabilius, quàm quum id Liuius Augusti nomen tulit, ut meritò suspicari possis, non minus gentile nomen Liuius profuisse ad Augusti gratiam in eundam, quā aut styli dignitatem, aut uitæ elegantiam. Age rursus, ecquādo scriptorum cuiquam tanta contigit temporum felicitas, ut difficile sit dictū, maior ne illi materia, an fauor fuerit ab initio comparatus, quanto diu boni satius fuit ea tempestate floruisse, qua maxime res Romana floruit, bonæ artes, & disciplinæ in precio fuere, quàm si eius ortus in Romanorum regum tempora incidisset: quibus præterquam quod nullus fuit in noua ciuitate literarum usus, nulla materia ad scribendum parata: saluti etiam quibusdam fuit prudentiam dissimulare: aut si in tribunicios motus & procellas, quum ciuilibus ocij turbatoribus forum & rostra, non oratoribus sonarent: aut in Punica tempora, quum acie cadendum fuit, aut in armis senescendum: aut in ciuilibus bella, quum bis fuit eloquentia proscripita: aut in ea tempora quæ Augustum secuta sunt, quibus uel unum uerbum imprudenter positum, multis exitio fuit: ut haud qui spīa facile statuatur, temporū ne felicitate, an ingenio magis Liuius profecerit: studio & eruditione, an principis præsentia & fauore. Sequitur studiorū maturitas, quæ tanta illi affuit, ut nulla maior adesse potuerit. Iā satis cōstat nullas latinas ab initio literas in usu fuisse, ac si quæ fuerūt, ad Senonicum bellum usque in infantilibus crepundijs iacuerunt: inde ad excidium Carthaginis puerascere cœperunt: adoleuerunt cum Marco Tullio, cum eoque maturerunt: in delicijs fuerunt sub Augusto: quo extincto tacitò quodammodo uisæ sunt senescere, ut quicumque post illum scripserint, etiam multæ alioqui in his fuere uirtutes, Romanum forum, perspicuitatemque præcipuam, in sermone ueritatem, parum integrè custodiuerint, potuerint ne illi, & noluerint: an re semel inclinata temporū uitio amplius in integrū restitui nequauerint, haud quisquam ut arbitror, facile dixerit. Profuit maturitas hæc non parum, sed multo plus materiam dignitatem, qua nulla maior, sublimior, uberius contigit cuiquam, nisi fortè Assyriorum rex, unde Trogus suam exortus est historiam: sed dissimulatasque Semiramidis libidines cum Sabinarum pudicitia, cum Lucretiæ, Martiæ & Sulpitiæ castitate comparas. Aut Sardanapali plumas, & ceterorum regum ocium & inertiam, cum Romuli solertia, Numæ religione, pugnacissima Hostili indole, Martij prudentia, Pri-

ci con-

sci consilio, Seruij popularitate, Superbi acrimonia: aut Atyagis & Medorum socordia, cum Bruti calliditate, Cincinnati prudentia, Camilli felicitate: aut fugacissimos Perlarum exercitus, cum Romanarū legionum robore & constantia: aut Thebanorum superbiam, æuitiam Lacædemoniorum, Atheniensium imbelliam, cum Romani populi mansuetudine, clementia, & fortitudine: aut Carthaginensium peritiam, cum faciali iure ciuitatis, solemnique bello- rum ceremoniam: aut Alexandri domesticas cædes & intempestiuas ebrietates, cum Scipionis in subscius studio, & Cæsaris sobrietate: aut gentes quas Macedones bello uicerunt, cum Latinorum robore, qui toties sunt à Romanis uicti, cum Samnitium pertinacia: rebellionibus Ligurum, Gallorum ferocia: & breui, si omnium gentium gesta in unum cōferas, haud tanti sint, ut cum ijs quæ unum populum Rom. gessit, aut uirtute, aut felicitate cōparari possint: nec si totus orbis terrarum hoc in quo nunc sumus, templo contineretur, uerendū mihi sit, ne non hanc meam de Rom. populo prædicationem tam æquo animo laturus esset, quo eiusdem populi tulit imperium. Nisi fortè Hispani id audeat inficiari, de quibus sæpius propemodum Romæ triumphatum est, quàm cum ipsa sit gente bellatum: aut Balearum Hispanis propinquæ, quæ cum multis gentibus Merellorum familiaris cognomen tulere: aut Galli, qui Romæ, qui tota Italia, qui sui ipsorum in terra sæpè ad internicionem cæsi dicuntur: aut Britanni toties uectigales facti: aut Germani, cuius gentis cognomen plerique Rom. Cæsarium, quia eos uicissent, gessere. quid Daci, Gærg, Sarmatæ, Pannonæ & Macedones, an non ab his sunt Dacij, Gærici, Sarmatici, Pannonici & Macedonici, partim Romanorum Ducum, partim Cæsarium cognomina? quid Achaia, Creta & Iauria, unde Iauricus, Creticus, & Achaicus. Accedit Bithinici appellatio, & quæ omnium quas diximus longè clarissima fortasse uisa est, Asiatici. Cæterum Pompeius qui de Ponto, Colchide, Hiberia, Albania, Armenia, Cilicia, Cappadocia, Pamphilia, Iudæa, & toto ferè oriente uno die triumphauit: Magni, quod plus fuit, quàm si unius terræ tulisset cognomen, ferè maluit. quid quod Parthi & Persæ, etiam serò, dedere tamen id decus Romanis Cæsariibus: Alexandria cum tota Ægypto, nō solum triumphata est, sed sublato Prolempæorum regno, in prouinciæ formam redacta. Iam uerò Cyrenenses, Hammonij, Nafamones & Garamantes triphandi materiam Cornelio Balbo præbuerunt: sed quid clarius Romæ auditum, aut quid longius illustratum, quàm Africanorum nomina: quorum hic Carthaginem Rom. imperij æmulam fregit, ille fractam sustulit. quid Getulici appellatio? quid Numidici? quid alia mille præclara nomina? quæ planè arguunt Rom. Pop. non solum gloria, imperijque magnitudine præstitisse cæteris gentibus, sed uirtute etiam bellica superasse. Et ne non in plenum prædicatione hæc ualeret, Scythæ & Indi, ad quos Rom. arma non peruenerat: non quia non uinci potuerint, sed quia quam longissimè omnium reposti essent: hi ad aquilonem, illi ad orientem solem ad Augustū Cæsarem legatos miserè, eius amicitiam & societatem petentes: quo contigit, ut hoc principe tantum Rom. Po. gloria paruere, quantum nunquam aliàs, quod proditum sit memoriæ. Auxit hanc felicitatē optatissimus principis genius, qui haud dici potest, maiore pietate ingenia sui temporis fouerit, an honoribus & præmijs extulerit, an præconio ampliarit: quo contigit, ut paucis annis tantum propè Rom. lingua creuerit, quantum ab urbe condita ipsam creuerat imperium. Tenetis crediti uiri & adolecentes studiosissimi, quibus felicitatis gradibus sit Liuius immortale nomen adeptus: nunc accipite quæso, quo sit ille in scribendo usus consilio;

& quibus in uniuersum eius historia redundet uirtutibus. nam hoc illud erat, de quo me altero loco dicturum promiseram, uos adhuc paululum quæso uestras mihi aures accommodate uiri & adolentes optime: tātisper inquam, dum hoc quicquid est, quod restat multo breuius dicam, quàm ab ullo dici posse uideat. Zeuxis ille Heracleotes qui in uuarum figuratone ad eò naturam æmulatus, ut uolucres earum sint, ut proditū est memoriæ, aspectu deceptæ: tabulam Agrigentinis figuraturus, in Lacinia Iunonis templo dedicandam publicè petijisse dicitur, ut aliquot ingenuas puellas detractis uestibus per ocium spectare liceret, ut quod in singulis eximium & elegans esset, una repræsentaretur imagine: ingeniose quidem, & nouo fortassis exemplo: sic Liuius nobilissimam scripserat historiam, quum se totum ad imitationem cōtulisset, uisus est mihi effingere sibi copiam Thucydidi, Herodoti candorem, Polybij diligentiam, & in nostris grauitatem Trogi imitatus est, Caronis ueritatē, breuitatem Crispi. Etenim, ut conuerso dicam ordine, quis eo breuior quàm quum urbis Romæ originē, & origini proxima paucis uerbis explicat? quis ueritior, quàm quum facesse & auerruncare usurpat, & alia à Faunorum & Aboriginum seculo repetita? aut quis grauior, quum aut lenatorum sententias scribit, aut ducum itategemata: aut diligentior quàm quum Fabij, Cincij, Pisonis, Quadrigarij, & aliorum scripta comparat? aut candidior quàm quum aut temporum momenta, aut locorum situs demōstrat? Quis demum copiosior, quàm quum rerum cōsilia, successus & euenta latè exequitur? Quis præterea in magnis sublimior? aut quis in paruis propior? cui maior fides in dubijs constitit? aut in obsecuris significantia? quanta rursus uerborum copia? quantum sententiarum pondus? quid hypotyposis illa, quæ efficit ut ea quæ scribuntur, non scribi, sed geri uideantur? Taceo figurarum uarietatem, etiam nemo fuit in translationibus sobrior: nemo in uerborum nouitatibus uerecundior, Creber in sententijs: in affectibus crebrior, & ut breuiter dicam, nulli maior materia contigit: nullus maior facultate ad scribendum accessit, ut dubium sit, utrum styli, materiam, an materia stylo plus contulerit: tantum affir mare possum, ex omnibus historiæ uirtutibus, quas Cicero præclare colligit, quum sit eadem & uitæ magistra, nullam aliam fuisse unquam: neque ut arbitror, futura est historia, quæ melius uitam possit in omnes ciuiles disciplinas instruere, quàm hæc quam Liuius scripsit: quæ præter quàm quod omnes ciuilibus regiminis explicat formas: regiam, popularem, tyrannicam, paucorum & optimatum potentiam: nullum est uirtutis exemplum, quod in tā longa rerum serie non planè eluceat. nam si iusticiæ spectes, quid Bruto, Posthumio, Torquato fuit iusticius? qui ut iura & leges uerentur, ne filijs quidem partum uoluerunt: si fortitudinem, quid Scæuola, Coclite, Curtio, duobus Decijs fortius? quorum hi legiones & exercitus, illi urbem suis corporibus texere. Quid ad hæc, Catonibus, Lælio, Rutilio & Scæuola prudentius? Quid Fabricio & Menenio frugalius? Quid Numa sanctius? Quid Metello & Vestalibus religiosius? cui Coriolanus pietatis exemplo non meritò præferatur? Cui non puerpera illa, quæ matrem in carcere uberibus aluit? cuius rei monimentum fuit ad posterum pietatis templum publicè constitutum, sed quo ego prouehor? quò me sermonis impetus rapit? quasi fando quicquam breuiter complecti possit, quod Liuius immensis uoluminibus uix potuit, quin in hibeo habenas, Fabij contentus testimonio, qui tantum Romanos ait exemplis ualuisse, quàm omnis Græcia ualuit præceptis. Quū talis igitur sit Liuij historia, ut & ad dicendum multum, & ad bene beateque uiuendum prodesse possit.

XXX

fit. hōē

fit, hoc exemplorum auctoritas præstare potest, illud styli ornatus & elegantia: possitque hæc lectio ita in omnes disciplinas lectorem instruere, ut domi, foris, in curia, in foro, publicè & priuatum, sibi et suis utilis sit futurus, huic dare operam ingenii adolescentæ: nam ad uos hæc attinet adhortatio: omnem curam, studium, & cogitationem uestram in unius Liuij lectione defigite: hunc legite, uoluite, perdiscite, unum hunc eloquentiæ & uitæ moderatorem uobis proponite. Quod si, ut spero, feceritis, satis fore confido, ut uobis usui sitis, parentibus honori, amicis emolumento: patriæ, quæ uos genuit, aluit, instituit, cui post Deum omnia debetis officia, decori & ornamento. Operam & industriam meam ad optatum rei profectum, desiderabit nemo. Dixi.

MARCI ANTONII SABELLICI ORATIO DE LAUDIBUS eloquentiæ in Marci Tullium.



RECTE & utiliter, ut arbitror, à me fieri contigit, magnifici & præstantes uiri, adolescentæque ornatisimi, quod hoc proximo triennio, tribus uelut progymnasticis actionibus, de Historiæ laudibus, Poëticæ & Oratoriæ certis itatisque diebus, ex hoc uobis loco copiose disserui. Neque enim quum dicerem satis habui ostendere, quantum tres illi eloquentiæ fontes, ueraque conceptacula ad demonstrandum, per suadendum, delectandum ualeant: sed quæ cuiusque fuerit origo, quæ incrementa, quis in omni uita fructus, in uarijs disciplinis usus, per partes demonstrandum curauit. Fuitque meum consilium eiusmodi, ut quum illarum uim, splendorem, amplitudinem demonstrassem, uos iuuenes optimi, ingenique adolescentæ, ad eloquentiæ cultum inflammarem, tantumque sermone & dicendi copia cæteris hominibus præstaretis, quantum homines ipsi hoc naturæ bono cæteris præstant animalibus. Sed quum totum hoc mecum reputo, diligenterque considero, multo minoris mihi uideri solet, qui alicuius artis rationem explicat, quam qui perfectum aliquod artis opus, in quo nihil desit, nihil desideretur fabrefaciat. Nec (ut arbitror) Phidias ille Atheniensis tantum sibi laudis acquisiuit unquam, si de auro & ebore, deque toto opificio in frequentissimo Græciæ conuentu disseruisset, quam quod Iouem Olympium ad stuporem usque spectantium subtiliter & ingeniose fecit: quod Mineruam Athenis, quæ ob eximiam operis elegantiam in arce locata est. Sentient aliter fortasse alij (libera sunt hominū iudicia) ego sic persuasum habeo, tantum omnem operis effectum à præceptis distare, quantum corpus distat ab umbra, plenum à uacuo, id quod rectè fiat ab eo, quod quoquo modo præcipiatur. Facile est præcipere (ut dicitur) difficile præstare. Sed quod uerius hoc est, eo minus satis me adhuc fecisse arbitror, qui pulcherrimas artes tantum laudauit: experiar hodie an eloquentia, quæ Poeticæ filia est, historiæ alumna, typum, immo ueram quandam imaginem queam uestris oculis admouere: opus, in quo nihil Praxiteles sculpsit, Lysippus fuderit, Apelles delinauerit: sed uerum hominè perfectum oratorem, si quisquam ad hunc diem perfectus fuit, & qui naturæ prouidentia natus uideri possit, in quo omnes uires suas eloquentia fuerit experta. Et ne uestras aures animumque traham longiore uerborum serie, is Marcus Tullius est uiri stu-

diotissimi, quem hodie uobis cognoscendum, contemplandum, suspiciendum proposui, qui magis ne eloquentiæ debeat, an illi eloquentia, haud quicquam facile dixerit. Vnum affirmare possum, hunc ipsum de quo habendus est sermo, tantum in suo genere eminuisse, ut eius nomen pro oratore: dicendi facultas, pro eloquentia ad posteros sit recepta. Et Cicero tantus quidem fuit, de quo, ut breuiter & perspicue dicam, tripartita erit omnis nostra de eius uita & profectu demonstratio: quæ in priuata illi uita contigerint, primum sunt nobis referenda: proximo dein loco dicendum, quibus ille sit casibus in republica iactatus: postremò erit de eius ingenio & studijs sermo. quæ quum omnia ordine disseruero, & uos quæ dixerò attentè audiueritis, satis scio futurum, ut quantus uir ille fuerit, & qualis, facile iudicare possitis. Plato ille ueteris Academiæ princeps, quo nihil maius habuit Græcia, quum propter alia quædam naturæ gratulatus dicitur, magnifici & præstantes uiri, tum quòd Atheniensis, quòd Græcus, quòd Socratis temporibus esset natus: tantum uir ille summus referre arbitratus est, quo tempore, qua ciuitate, in quibus gentibus aliquis nascetur: quæ omnia adeò peropportune sub ipsum uite ingressum, Marco Tullio affuerunt, ut si in uno aliquo eorū paululū uariari contigisset, nunquā, quod fari liceat, ille in tantum uirum, quantus postea extitit, hodieque fama celebratur, euadere potuisset. Nam ut missa faciam, quòd Romæ, quòd in terra Italia natus est: quorum hoc ad eloquentiam, illud ad uite splendorem & dignitatem manifestum præbuit iter: quid si eius ortus in Romanorum regum tempora incidisset? quū nullus fuit literarum cultus, nulla disciplinarum cura, non qui eas traderent, non qui tradentibus operam impenderent. Quid si exactis regibus, in tribunitias procellas, ciuilesque discordias? quum sæpius in Sacro monte, in Auëriuo, in Ianiculo, quæ in foro, aut in curia dicendum fuerit: quum in armata & sæuiente multitudine, non in togata, non in officio permanente: ubi plus una rudis fabella, qualis fuit illa Menenij, ualuisse, quam artificiosa ulla eloquentia. Age uerò, quid si in Gallicos tumultus? aut in Punica tēpora, quibus tantum abest, ut aliqua eius artis dignatio apud Romanos fuerit, ut qui rem ipsam per id tempus mouere, parum abfuit quin pro maleficis urbe eieci. Quid postremò, si republica Marianis Syllanisque armis capta, quum ius & equitas, & omnia ciuitatis, ne humanitatis dicam, essent iura ac fœdera è medio sublata? quū unius arbitrio omnia fierent, quibus non modò nō honorata fuit eloquentia, sed ad supplicium etiam requisita. At Sylla rempublicam tenente, Roscium defendit Cicero (id enim dicit aliquis) scio hoc ego, & fateor: sed nondum ille quæstor, non ædilis, non prætor, non consul fuerat, non in foro regnare ceperat: nihil adhuc erat, unde inuidia illi constari potuisset, fauebant alij nascenti laudi, fauere potuit & dictator Sylla. Cæterum tanta illi ex ea actione contracta est offensa, ut ad declinandam dictatoris iram, in Græciam nauigari. Feliciter igitur illi contigit, qui Romæ sit ortus, est in Arpino oriundus, qui in præclara ciuitate iam tum Italiæ principe, plurimumque terrarum domina, mox paulò omnium gentium futura: quæ uberem nascenti, locupletemque ad futuram dignitatem præbuit materiam: feliciter, quòd in Italia, quæ ingenium, mores, linguam, ad omnium bonarum artium cultum præparauit: feliciter, quòd ea demum tempestate sit natus, qua non solum domesticæ studia placebant, sed externa etiam accerserantur, quum latè Romanum nomen, Romanaque nominis patebat auctoritas: quum Græcorum commercium placebant, linguamque, & disciplinas uulgò mirabatur homines: quum duo Gracchi rostrat-

Crassus

Crassus & Antonius forum, Cato & Lælius curiam, futuris oratoribus patefissent: quum denique essent, quæ hominum studia ad eam laudem, non solum hortarentur, sed magna etiam prætorum spe propolita sollicitarent. Et quod omnium felicissimè illi contigit, in ea reipublicæ tempora incidit, quibus optimatum factio ex Syllæ instituto, multo plus quam unquam antea in ciuitate poterat. At que hæc illi ab initio obtigere, quibus non solum non defuit, sed beneficio etiam nature & diligentia superfuit: naturæ enim commoda arctissimè complexus, adeò cupide prima literarum rudimenta arripuit, ut omnium iudicio reminisci non discere crederetur: recipere à præceptoribus, quæ illi traderet, non accipere. Mox blandiente profectu, uisum est ingenium illud omnium disciplinarum capax, poetice appetere: cæterum sui priuilegij admouitus, pedestre ire maluit: in quo genere tam clarum futuræ uirtutis apud dicendi magistros deposuit rudimentum, tantum luminis circumstantium oculis offudit, ut non magis charus præceptoribus esset suis, quam condiscipulis & æqualibus uenerabilis. Nobilissimè adolescentæ, & in amplissima fortuna nati, per porticus & basilicas euntem, non ut equalem & condiscipulum, sed ut senem & magistrum, frequentè cætu comitari. O præclarum studiorum munus eloquentia, egregium uitæ specimen: nondum aderas, nec quatenus affutura esses, satis sciri potuit: & te in puero obstupuit doctorum auctoritas, celsit æqualium æmulatio, nobilitatis fastus coluit, affecta est diuitiarum superbia. Quid optandum in uita credam uiri clarissimi, nisi hoc omnium maxime optabile putem? Cuius nō rem solum, sed spem: non præsentis effigiem, sed umbram absentis sic mirantur homines, colunt, uenerantur, ut nō uirtutis nomen, sed cœlestis numen colere se credat. Fuitque ille talis ab initio. Verum quibus usus sit præceptoribus domi, forisque, nec ordine dicere nuncuacat, nec si uacet, facile dixerim. Crispus Sallustius, ut minoræ studia præterea, præcipuam eloquentiæ partem eum ex M. Pisonis consuetudine adeptum credi uoluit. Plutarchus Menippū Carere, Possidoniū & Dionysium Magnesium, in philosophia præceptores illi reddidit: ipsum eloquentiæ profectū, Apollonio Moloni retulit acceptum: huic Romæ primum Cicero sese instituendum tradidit, mox patroni nomen adeptus, recoquendum sese illi reddidit: huius uox illa memorabilis, quum hunc, quem instituerat Græcè declamantem Rhodi audiuisset, Dolebam inquit, prius quod Romani rei militaris gloriæ nostris hominibus ademissent: at nunc quòd eloquentiam quoque adimant, dolendum est. Hoc præceptoris omine, uel oraculo potius, spei plenus Romam reuertitur, ubi tantum celebritatis in foro est breui quæsitum, ut omnium prædicatione in iudicijs regnare diceretur. Conciliauit hæc fama illi populi fauorem, fauor aditum ad rem publicam præbuit: difficile dictū est quàm celeri honorum decursu, quæstor, ædilis, prætor & consul fuerit. Sed multo difficilior quam innocenter, utiliter & sapienter rempublicam administrarit, quàm neminem iniuria læserit, quàm acer patriæ custos, iuris & æquitatis moderator fuerit. Quæstor ciuitatem aluit, ædilis excoluit, prætor instruit, consul seruauit: nec audiendus est Crispus, qui cum hæc im mortalitatis opera in historijs probasset, postea male dictis labefactare est conatus, ut enim quisque infensissimè odit, ita maxime in calumniam est pronus: sed Ciceroni dies dicta est, igni & aqua interdictum, domo, urbe, Italia eiectus exulauit: quæ iniuriæ argumenta sunt, dicit aliquis non innocentia, non seruata reipub. sed per scelus & flagitium administrata: non moderati & sapientis uiri, sed seditionis & amentis. Video qualia sint hæc: sed satis

constat rempublicam nefaria coniuratione ab eo seruata: quo contigit, ut prius in toga sit pater patriæ dictus, nec ipse de se illud temerè scripserit, O fortunatam natam me consule Romam. Quod quū ita sit, non exilium, sed exilij causa spectanda est: nec quousque progressa sit iniuria, sed unde egressa: nō Cato Ciceroni diem dixit, sed Clodius: non eum optimatum conspiratio urbe eiecit, sed sceleratorum coniuratio, sic Camillus, Scipio, Rutilius, Metellus, ab extremæ fortis hominibus in republica uexati: sic apud Athenienses Phocion, Pericles, Themistocles, & Demetrius Phalereus, nihil est his fluctibus tam obnoxium quàm uirtus, quæ quo maior est, eo in aciores incidit inuidiæ stimulos. non enim iactantia & humilia carpit id uitium: sed ut ignis, alta & sublimia petit, ergo non quòd Cicero patriam læserit, in exilium actus est, sed quod eam in summo periculo seruauit. Clodius homo facilegus & incestus urbe expulsi, senatus reuocauit: populus iussit, Italia suis humeris reportauit, xx. ciuium milia cum eo uestem mutasse dicuntur: quo apparer non tam eum non potuisse se rueri, quàm noluisse: nec ego unquam hunc exulem appellabo, cuius absentis salutem omnibus gentibus senatus commendauit, quem redeuntem ad portam urbis ciuitatis oculis & complexibus per diem fatigauit, cui reuerso populus Romanus exercitum & prouinciam demandauit, socios commendauit. Fuit igitur illud nō exilium, sed consilium: non fame interrimetum, sed ante actæ uitæ monumentum, quo nullum maius, pulchriusque in libera ciuitate cuiquam coningere potuisset: per hos ille fluctus, alternosque fortunæ flatus, uariè agitur, iam magna parte uitæ exacta, uelut ex alto & procelloso mari sese in tutissimum philosophiæ portum recepit. Turbato ciuitatis statu, sublati iudicijs, conuulsa domo, Q. fratrem alienato, Terentia probrose exacta, Tulliola immatura morte adempta, quum neque publicæ, neque priuata rationes constarent, illi amplius ad rei literariæ asylum, mens tot cladibus conuulsa uelut ad unicum malorum solatium se contulit. Sed quanto pulchrius fuit, honestiusque id facere, quàm si ad inertiā & desidiam se dedisset, tanto mehercule Romanæ linguæ conducibilis. Etenim uideretur mihi Cicero una manu philosophiam, altera eloquentiā Romanæ urbi intulisse: effecitque rogatorum unus, quod tota alioqui Roma nequiuisset, ut quantum iacturæ per id tempus fecit ciuitas in amissa libertate, tantum in linguæ propagatione resarferit. Fieret itaque nunc à me & honestè & uerecundè, si quū de summi uiri, ac propemodum diuini dicendum sit ingenio, fandoque sim omnia minora facturus, si rei magnitudini cederem, paucis; apud uos restatum relinquerem, quod multis exprimere non possim, neminem unquam M. Tullium, aut dicendo æquasse, aut scribendo assequi potuisse. Nulla quidem pars philosophiæ est, quam non ille erudite, eleganter, & copiose tractauerit. Abit primaria quadam partitione res ipsa, in naturalem, moralem, & quam à loquendi facultate nostri sermocinalem dixerit. Prima illa in physica abijt, & methaphysica: supernaturalia hæc (quod uox ipsa declarat) diuinamque contemplatur naturam, mundum illa, cœlique, & siderum conuersiones, cum ijs quæ ad opificium naturæ pertinent: complectiturque si nearum & numerorum rationem, disciplinas & artes illas, quas Græca uoce mathematicas dixerit. Pars altera in politica abijt, æconomica & moralis, quæ reliqua est in Grammatica, Poëtica, Rhetorica & Dialectica. Si Methaphysicæ spectes, tres illi occurrunt libri, quibus est ille deorum naturam complexus: est quæ de fato & diuinatione scripsit, non multum ab his diuersa uideri possunt: si physica Arati materia de mundi essentia, liber Ti-

XXXX z mæus

maus & Protágoras in Latinum uerſi: ſi politice, ſex de republica libri, quorum unus hodie extat. tres de legibus, totidem ad Ciceronem filium, qui de officijs inſcribuntur: ſi œconomicen, peculiare Xenophontis opus, quod in Latinum uertit: & in Catone maiore non pauca, in eum uſum ſcripta reperuntur. Monatiſce & ipſa non aliqua ſibi uendicat, in Paradoxijs & tota Lælij materia, Tuſculanæ quaſtiones, diſputationes Academicæ, libri de bonorum & malorum finibus, quibus nō Stoicorum ſolum, ſed omnium illuſtrium philoſophorum colliguntur dogmata: non quia alyſtatis fuerit, ſed ut quid è multis optimum eſſet, melius intelligeretur. Ad poëſicen uerò Arati carmen, & tres de temporibus libri pertinent: ad Dialecticen, Topica ad Trebatium. Sed Rhetorices multo plures ſunt libri: duo de inuentione, quibus tres poſtea libros ad Q. fratrem ſubſtituit: & aliud ad Brutum de perfecto oratore opus. Alterum ad Hortenſium & filium, de partitione oratoria: quæ tā multa uariè & copioſe ſcripta, ſi quis altius ſpectet, nihil eum præter id unum in tota uita egiſſe fateatur neceſſe eſt: contra, ſi cui ſua, & forenſia acta, non modò non ad ſcribendum fuiſſe illi ocium dixerit, ſed multo maius in foro & in republica negotium, quàm ut ad ſcribendum idoneus eſſet. Magnus itaq; Cicero in philoſophia, ſed multo maior, ac ſine æmulo, ſi Romanos ſpectes in eloquentia: nullus in paruis proprior, in medijs cultior, in magnis ſublimior fuit unquam: lenis, conciliatus, ſublimis, pugnax, & ad omnes dicendi uirtutes, non accommodatus ſolum, ſed natus: inuentione uerò, conſilio, diſpoſitione, talis ut ceteros oratores qui omni ætate fuerunt, uno duntaxat Demoſthene excepto, poſt ſe procul reliquerit: huius in omnibus perquam ſimilis: in elocutione, ſi diuerſus, non tamen inferior: grauior ille, hic copioſior: ille ſtrictius pugnat, hic latius: ille acumine nititur, hic pondere: nihil illi detrahi poteſt, huic nihil addi: maior ille ſtudio, hic natura. Multæ præterea in multis, qui cum eo uixerunt, quique poſtea ſecuti ſunt, extiterunt uirtutes: ut in C. Cæſare dicendi uigor, in Cælio indoles, ſubtilitas in Calidio, grauitas in Bruto, in Sulpicio acumen, in Caluo ſanctitas, in Pollione diligentia, in Meſſala dignitas, copia in Seneca, in Aphricano uires, uox in Trachalo, in Criſpo iucunditas, in Afro maturitas, in Plinio elegantia. Cæterum quum ſingulæ uirtutes in ſingulis fuerint, laudenturque aliè in alijs, unus Cicero in omnibus eminentiſſimus fuit, ut meritò credi poſſit, à Muſis aliquando, & Gratijs in ſacrarium eloquentiæ admiſſus: unde deprompta ſit illi indoles qua pro Roſcio dixit, copia pro Pompeio, pro Milone ingenium, pro Cælio urbanitas, pro Cluentio fides, in Piſonem acerbitas, ad Pontifices eruditio: unde uis illa qua proſcriptorum filios ad honores retincauit, Agragrias leges publicè diſcordiæ ſeminarium ſuſtulit, qua Catilinam accuſauit, Verrem obruit, Antonium hoſtem iudicauit. Sed quum in omni genere ſermonis humanæ eloquentiæ ſatiſſimum exceſſerit Cicero, aliosque ſine controuerſia ſuperarit, in ijs actionibus, quibus eſt Antonium inſeſtatus, quod opus hoc anno, quod mihi & uobis bene uertat, interpretandum ſuſcepi, adoleſcentes optimi, longè ſeipſum ſuperarunt: uideturque mihi cygni auis notiſſimæ naturam imitatus, qui, ut poëtæ quidam ſuo carmine teſtantur, & Plato affirmat, tum ſuauiſſimos edit cantus, quum fatalem ſentit horam aduentare. ſic Cicero ſenſit quidem & credidit: ſed ut publicè liberari conſuleret, exitiale illud Antonij odium, funeſto eloquentiæ ſpiritu, in ſe armare non dubitauit: quare hoſtis ille nuper iudicatus, ini tum cum Oſtauo & Læpido, ad Euenum fluuium triumphatur, in magno proſcriptorum numero Ciceronem primo loco retulit: nec ita multo poſt ne-

farious homo, nefarij uoti, ſceleſtiſſimo Poplij miniſterio, factus eſt compos: peremit dius ſatelles circa Formias, non ſolum eloquentiæ patrem, ſed ſui capitis patroni: caput & dextram triumphali menſæ intulit. O crudele facinus, ſpectaculumque lachrymabile. O dira & crudelia tempora, tuque Antonij ſceleſtiſſime: tūne in ipſo humanitatis domicilio, in ea familia natus, cui tantum ſplendoris attulit eloquentia, caput hoc eloquentiæ conſecratum, cui toties ſenatus aſſenſus eſt, cui forenſis turba perpetuò ceſſit, quod Rom. Pop. coluit, Italia ſecuta eſt, omnes gentes tantum tribuerunt, quantum rogatorum nulli, tuis remulentiſſimis interponere epulis non dubitaſti? tu diſertiſſimæ linguæ, per quam innumeræ gentes Romanè loqui didicerunt, illud te es auſus? diſperat dies qui te genuit: bibas totā Italiam, denores Aſiæ tributa, fatiges Egyptum luxuria, ſacraſtiſſimo nomini eloquentiæ ignoſcas. An ignoras amentuſſime, quantum odij ex iſto ſcelere faſas? quantum ſis ad poſteros laturus? Inūc, & quādo quod libet, licet, facundum caput ex roſtris ſuſpende: quid aliud id ſit, quàm ſcelus ſceleris addere, tuū dedecus prode, omnium gentium in te odia inſtammare. Spectat urbs Roma ſui eloquij decus, cōtumeliōſe ſuſpēſum: ſpectat quidem & doler. Illud laudat, te execrat: illi æternitatem, tibi exitium ominatur: illud eloquentiæ, te temulentum cupiditates & libidines tuæ: perijſſet & nominis memoria, niſi ad inuidiam ſuperreſſet: contra uiuit Cicero, quem per te extinctum putat: uiuit inquam hodie, uiuetque ſemper: iam nunc Roma ipſa clamat, atque teſtatur uoce, uultque plus illi quàm tibi debere. ſed quid tibi dixi? cui nihil debet, præter ſclera: plus dico quàm cuiſlibet maiorum, plus unam Ciceronis linguam ſibi contuliſſe ait, quàm Bruti indolem in aſſerenda libertate, quàm in ea ſtabilienda Valerij populare ſtudiū, quàm Fabricij continentia, Curij frugalitas, charitas Deciorum, Camilli celeritas, Fabij cunctatio, Scipionū felicitas, Marij ferocia, Pompeij prudentia & auctoritas, C. Cæſaris ſucceſſus. Iecerunt alij clariffimi imperij fundamenta, alij iacta ſtabiliuerunt, multi ſtabilitate uirtute & felicitate auxerunt, ſed ut ſunt res humanæ fluxæ & caduæ, & que fortuna nutu, uel potius providētia modò huc, modò illuc transferantur: excidit moles illa imperij. Ea ciuitas quæ fuit arx & caput omnium terrarū, nunc multarum gētiū famula facta eſt, perijt tempus & uetulaſtas, quæ omnia conſicit, quicquid Rom. indoles, tantaque uirtutum præſtantia quaſiuit, funditus euertere: unius Ciceronis opus nō potuit. Deſerunt Romanis parere Ligures, Thuſci, Latini, Capani, Picentes, Lucani, Brutij, aliæque Italię gentes. Deſerunt Hiſpani, Galli, Germani. Deſijt reliqua Europa: Romanæ linguæ uſum, cuius propagandæ Cicerero auctor fuit, adhuc nulli repudiarunt: quo uno ſe Romanis adhuc inferiores fateantur, neceſſe eſt: quia horum lingua nec alterius gentis ſit omnibus cōmunis. Quo igitur certius, pulchrius, utiliſſimum Romani eloquij, quàm imperij fines propagaffe: eo ſanè maior, plenior, cumulatorque gloria eſt Cicerone apud omnes gētes ſecuta: quæ unū omnium uobis imitandum cenſeo, Veneti adoleſcentes: hunc uobis uitæ ducem, exemplumque proponite, atque eo libentius imitamini, quo meliora tempora quàm illi naſti eſtis, & in repub. ſanctius inſtituta uerſamini: in qua æquatam eſt ius omnibus, nullius eſt licentia formidanda, ubi de repub. liberè loqui licet, cliētēs & hoſpites tueri, ubi uirtuti præmia propoſita, ſceleribus & flagitijs ſupplicia: ſed quū per cetera etiā ſit ille uobis ſtudio ſequendus, tamen in hac lectio ne præcipuè, quæ hoc anno publicè enarranda eſt: hæc

hac adoleſcentes optimi cognofcite, edifcitate, arripite, auideque amplexamini: hanc tanto intētiore operam nauate, quanto maior, copioſior, ſublimior Cicerero hic extitit, quàm alibi: agite, atque ita fore deſpōdeo, ut ex huius lectionis profectu, domi parentibus totique familiæ, in foro amicis & cliētibus, in curia patribus, ac patriæ magno commodo futuri ſitis & ornamento. Dixi.

MARCI ANTONII SABELLICI ORATIO DE PRÆSTANTIA LATINÆ LINGUÆ, IN PLAUTUM.



ARCUS Varro Romanorū literariſſimus, magnifici & præſtantis uiri, ingenuique adoleſcētis, Epistolonis auctoritate ſecutus, Plautino ore credidit Muſas locuturas, ſi Latina lingua loqui quandoque uoluiffent. qui uerbis duo illi tantum Plauto tribuiffe uidentur, quantum Latinorum nemini, quod ſciam: fuitque id teſtimonium, quum mihi ſemper gratum, tum hodie ſupra quàm dici poſſit, & gratum & iucundum: quanto enim maior eſt Plauti laus, quanto dignitas celebrior, pluriumque teſtimonio probatur, eo in maiorem ſpem adducor ita fore, ut omni ſtudio, in dultria & diligentia, ſitis uos adoleſcentes optimi huic lectioni quæ uobis hoc anno enarrandam propoſui, mecum operâ daturi. Cæterum, ſi uerus eſt Varro, ſi uerus Epitolo, qui Varronem in eam traxit ſententiam, uix tantum unius laude nobis gratulandum eſt, quantum communi nomine dolendum, quòd Romanam linguam ad hunc diem Muſæ non receperint: uel quia rudis ſit, inepta & inculta, & idcirco non potuerint: aut quòd magis optabile ſit, quia dea ſint, nec humana uoce indigeant, & ob id recipere noluerint. Sed utrunque res habet, enitar ego totis ingenij uiribus, quæ quàm tenues ſint, quàm parum ualide, nūquam obſcure præ me tuli: enitar inquam, daboque operâ pro uirili parte, ut mox paulò illud omnes te neatis, ex omnibus linguis, quibus humanæ gētes utuntur, quæ ſono, accentu, ſpiritu, prolatione, multum inter ſe diſcretæ ſunt, nullâ ea quam poſtremò Latini habuerint eſſe cultiorem, nullam magis amabilem, nullam digniorem: qua non ſolum Muſæ, in quarum tutela ſunt poëtæ, uti uelint, ſed ipſe ſupremus Deus, in cuius poteſtate ſunt poëtæ, & reges, ſi opus ſit, uſurpare non recuſet: uos uiri & adoleſcentes ornatiffimi huc aures quaſo, huc oculos aduertite, huc animum & mentem intēdite, dum non minus piè quàm officioſe, eum ſermonem qui mihi uobis ſcum communis eſt, à foediſſima calumnia nindico, ſeduloque demōſtro, tantum Romanam linguam iſs quæ ſunt cæterarum gentium, auſpiciatōre ortu, cultu, uiribus, celebritate præſtare, quantum Roma ipſa, in quo nata eſt, & coaluit, magnitudine imperij, nominisque celebritate præſtitit. Et ut de tota re commodius dicam, repetenda eſt nobis prima rei literariæ origo, quarum complexu omnis uis & ratio loquendi continetur: quibus qui præditi ſunt, uulgò eruditi habentur, & ad beatam uitam agendam præ cæteris idonei. Qui igitur mortaliū primi hoc ſingulare uitæ bonum inuenerint, in medio, ut uideo, relinquunt: quidā Phœnicibus id in uentum aſſignant, alij Egyptijs: Plinius, cuius non parua eſt apud omnes auctoritas, antiquiſſimum putat apud Aſſyrios literarū uſum. Qui rem altius mihi perſcrutari uidentur, eius rei primordia ad Aethiops referunt, ut ea gens id inuentum Egyptijs

per manus tradiderit, Egyptij Phœnicibus, Phœnices Græcis, Græci Latinis, Latini ad cæteras gentes tranſmiferint: eſt ſatis conſtat literarum uſum in Libya, & ad occidentem ſolem ex Phœnicie tranſlatitium eſſe: ut ex Græcia in ea Aſiæ ora, quæ à Pamphilio, Licioque mari Helleſponto, Propontide, & Thracio boſphoro alluitur: & res ipſa per tot gentes adhuc euagata eſt: in qua propaganda accidit, ut dum quælibet dialectos, linguarum dico proprietates, ſibi rem accommodat, & literarum figuræ, & figurarum uoces nō parua ſint ex parte immutata, quū una omnibus fuerit ab initio origo, quæ animalium figuris, cæterarumque rerum imaginibus continebatur: quod non ſolum clariffimi auctores demonſtrant, ſed peregrinorum etiam operū uetuliſſima monumenta. Verum cogitanti mihi animo, perluſtranti, quum ipſatum terrarum ſitus, tum hominū uirtutem & felicitatem, nullibi locorum uidentur literę auſpiciatius quàm in Italia conſediſſe: quippe quæ cæteris terris non minus præſtat, cum ſoli amoenitate, tum frugum præſtātia, quàm geſtatum olim rerum ſplendore præſtitit, & nominis claritate: niſi fortè retorridā Aethiopiæ faciē, diluuiā Egypti, Phœnicie in conſtantiam, Aſſyriæ ualutatem, Ionię nutationes, Græciæ ſterilitatem, aut Libyę ſolitudinem audeat aliquis cum Italia comparare: quæ præterquam quod à ſeptentrione qua Gallię, Germanię, cæterisque inſeſtis gentibus contigua, manifeſta naturæ prouidentia perpetuis Alpium iugis uelut nall lo quodam ualidius munitur, ne ullis externarum gentium iniurijs eſſet obnoxia: inter duo maria ad meridiem excurrit, hinc Adria & Ionio alluētibus, inde Tyrrheno & Liguriſtico: ut ſi bellum eſſet, hinc uelut ex arce quadam in cæteras gentes facilis eſſet procurſus: ſi pax, rurfus ex omnibus terris facilis & breuis in hanc unam rerum omnium conuectatio. Tranſeo Apennini ambitum, cuius inflexu utraq; Italiæ faciēs uariè defenditur: hac ab ſæuis aquilonis flatibus, illa ab auſtri intemperie. Tranſeo linguularum in ea regionum dotes: nobiliſſima Liguriæ ſaxa, Hetruriæ metalla, Latij robur, Campaniæ delicias, Lucaniæ ſaltus, Calabriæ ubertatem, Apuliæ pecuaria, perpetuum Bacchi & Palladis in Piceno certamen, Venetæ oræ portus, ſtagna, ſalinas, piſcarius, Carnorum tractus, cum Iſtrię reſeſtu, apricitatem, quid amoeniſſimum terræ cultum dicam? quæ citra ultraque Padum, inter alpes & Apenninum late panditur. Prætereo perſpicuos in ea terra lacus, amoeniſſima flumina, innoxios ſaltus, umbroſa nemora. Tranſeo urbium apparatus & amabilem memoriam. Neapolis uenutaſtate, anguſtam Romanæ urbis ſedem, Florentię pulchritudinem, Mediolani incolatum, ſtupendum urbis huius ſitum, quem duo diuerſa elementa paucarum horarum ſpacio alternis ſibi uendicant: ut ubi nuper erat mare, ſit terra: & mox paulò quæ terra fuit, ſubita operiat inundatio. quid publica ad hæc, priuataque ædificia memorum? quid areas, portus, porticus, naualia? quid diuinam reipub. formam? ducariam maiestatem? ſanctiſſimum ſenatum? iuris æquationem? promiſcuum ciuitatis cultum? quid grauiſſimum in ceſſum? ſtatū uenerabilem? facile alloquium? quid urbis opulentiæ? ut iam Venetum aurum apud omnes gentes in prouerbiū abiit. Prætereo alia urbis ornamenta, quibus facile datur intelligi, aut unam hanc urbem eſſe in toto orbe præcipua admiratione dignā: aut nullam, quæ huic aliquo genere laudis iure præferri poſſit. Eſt itaque Italia ſatis naturæ dotibus inſignis: ſed uirtute hominum, & felicitate multo inſignior. Etenim, quæ per Deum, tellus alia tot genuit imperatores? tot duces? tot exercitus ad bellum miſit unquam? tot triumphos reuulit? ut ſæpius ſit in Italia triumphatum, quàm alibi locorum bellari contigerit. Ac quanta fuerit Italiæ gentis, uel unius etiam

populi Rom. uirtus, ex hoc quod dicam potest intelligi: ceteræ gentes quæ aliquando rerum potite sunt, aliena iniuria imperare desierunt: Ægyptiorum opes (nam hi primi hominum regnum habuere) Scythæ euerterunt, Scytharum Assyrii, Assyriorum Medi, Medorum Persæ, Persarum Macedones, Macedonum & Pænorum Romani. At temp. Rom. nō Carthaginensium periuria, non Hispaniæ rebelliones, non Galliæ tumultus, non Germaniæ eruptiones, non Pannoniæ motus, non Macedonum apparatus, non Græciæ conciones, non Asiæ florentissimi exercitus, sed ipsa suis uiribus confecta, in suum non alienū uulnus concidit. Duo Gracchi eā primò labefactarunt, Sylla & Marius perculerunt, confauciarunt Cæsar & Pompeius, Antonius & Octauius exitio dederunt: concidit per hæc libertas, imperiū per aliquot inde ætates, suo uestigio manit: tā diu inquam quoad maiore Italiæ robore quàm clade, sit aliò translatum. Etenim urbs illa ad dignitatem nata, ne non semper princeps esset, ex imperij arce facta est religionis caput. Jam inde uerò quor augustinam illam sedē sacri pontificis tenuerunt: quot clari antistites? quanta religio? quàm frequens piorum concursus? ut tantum recens fortuna priori præstiterit, quantum cælestia terrenis, diuina humanis, æterna caducis præstare creduntur. Et cum Italia talis sit, tantaq; felicitate prædita, quis usque ad eadax est, ne stultus dicam, qui negare audeat, multo melius, clarius, stabilius, hic quàm alibi gentium cōstitutum esse perpetuum rei literariæ sacrarium? si quidem omnis laus eo nobilior est, eoq; illustrior, quo in maiore est luce, celebrioreq; loco constituta. Nec quod ad urbem attinet, pauci obscuroq; Æthiopyum coloni, qui hunc ingenij thesaurum Ægypto intulerunt: aut Agenor qui Phœnicis, si Agenor fuit: aut Cadmus, qui Bœotiæ, Euandro, nobilitate, sapientia, felicitate, præferendus: quippe qui & rex ipse fuit, & regis filius fatidica matre natus, cum heroidib; & semideis familiariter uersatus: nec sedes quas illi condiderunt, aut conditas tenuerunt, cum Palatio, quam urbem hic condidit, felicitate & fama conferendæ: illæ regum sedes, hæc diuū qui reges subegerunt: illæ ad feruitutem natæ, hæc ad imperium: sunt illæ nunc non urbes, sed urbium caudera: hæc florentissimæ pars urbis nō incelebris, quæ quo uetustior res est, eo plus admirationis habet: nec quia antiquior res sit apud illos, idcirco melior, antiquius Ilium Roma, Patuū centes, sed Roma & Venetiæ multo illis clariore: nō enim res æuo, sed uirtute & prosperitate pensantur. Sed dicat hic aliquis, quid fœdus ne uir optime Latina stadia cum Græcis comparare? aut scripta scriptis? aut ingenia ingenijs cōferre? Ego, etsi planè uideo quantum inuidiæ sim mihi ex hoc certamine concitatus, præsertim quum nulla sit talis comparatio, quæ non eadem sit & odiosa: quia tamen omnis contentio quæ pro patria suscipitur, & honesta & laudabilis est, libens negotio occurram: unde si non ingenij, ar pietatis, quod æquè erit gratum, laudem omnino aliquam reportabo. Vos uiri & adolescentes studiosissimi, attendite quæso dum signa signis, ordinibus conferuntur: spectate initium pugnæ, uarios conflictus, totius rei exitum considera re: ac quæ sint nostratum literarum uires, quantum omnium studiorum genere pollent, cognoscite: profere inde Græcia aciem explicatura, roratis, accensos, & ferentarios, per quos pugnam inear: erunt hi Aristarchus, Crates, Eustathius, Apollonius, Herodianus, Iulius Pollux, & alia illustrium grammaticorum nomina. nam flores hominum nō fecem legimus. Verebor ego his apponere Donatū, Seruū, Apronianum, Laetantium, Priscianum: aut si uetustiora delectant nomina, Palæmonem, Caprū, Diomedem, Phocā, Melissum, Probū, & alios quàm plu

rimos: qui si in ordinem redigantur, non solum manipulos, sed Centurias propemodum explebūt, nec uereor ne multi sint paucis terga daturi: aliarum gentium est fugā meditari, Romanorū, aut in uestigio cadere, aut hostē profligare. Quid poëtæ? stabitne Mæonides ille, uelut Hercules in olympico agone, cum quo nemo audeat cōgredi? An potius hinc Maro fortiter sese illi obijciat, manum cōferturus? qui, etsi paruus corpore, tanquā alter Tydeus inuictus pugnam ciebit: maior ille ingenio, hic diligentia: ille copia, hic uenustate: plus ille carnis habet, hic plerūq; neruorum: succenturiatur illi Antimachi grauitas, Hesiodi copia, Theocriti proprietas, Apollonij diligentia, Pindari ferocia. Huic nostro Macri elegatia, Silij maiestas, Papinij robor, Lucani uigor, Flaccianadoles, Ouidij copia & urbanitas: mouebit inde barbiton Pindarus, mouebit hinc Flaccus Horatius: in de lyram Alcæus, hinc Valerius Catullus. Ornauit Pindarum Alexander, cuius defuncti edibus pepercit. Ornauit Flaccū Augustus, qui ex paupere diuitem fecit, ex obscuro nobilem, qui in amicorum numerum recepit. Audax Alcæus, qui tyrannos infestatur: audacior Catullus, qui C. Cæsaem, à quo tyranni & reges uicti sunt, armatum carmine proficit. Stant inde in cothurno Sophocles & Euripides, stant hinc Pacuuius & Accius. Celebrat inde Elegi Callimachum & Philotam: hinc Tibullum, Propertium & Nasonem. Vendicat sibi Græcia ueterem comœdiam, iactatq; in ea Aristophanem, Cratinū & Eupolim: uendicat sibi Latium recentem satyram, probatq; in ea Lucilium, Persium, Iuuenalem miratur: gestit in focco Menæder & Philemon: gestit hinc multo plures, Cæcilius, Plautus, Neuius, Attilius, Terentius, & Turpilius. Mirantur Graii in historia Cadmū, Milesiū, Ephorum, Theopompū, Eratosthenem, Thucydidem, Herodotum, Polybium, Clitarchum, Dionysium & Appianū: miratur Latini Portium Catonem, Feneftellam, Liuium, Crispū, Trogiū, Valerium, Tranquillū, Tacitum, & C. Plinium, qui uniuersæ Græcorū phalangi, quū elegantia, tum copia tutò opponi possit. Stupuerit Athenæ in Demosthenene eloquiū, in Æschine, Hyperide, Demade, & Pericle, qui coruscare dictus est, et fulmina ciere: at Roma in M. Tul. non solū stupuit, sed eloquiū ipsam, nō hominē se audire purauit: stupuit in Gracchis, in Carone A. Hortensio, Messala, Pollione, Cælio, C. Cæsare: qui nō coruscare & tonitrua ciere dictus est (id enim non hominū est, sed superū) at certe eo ardore dixisse ferē, quo bellauit. clari apud illos rhetoricæ artis scriptores, Leontinus Gorgias, Isocrates, Thrasymachus, Theodectes, Athenus, Aristoteles, Theophrastus, Theodorus Byzantius, & Apollodorus: clari apud Romanos Porcius Caro, Antonius, Cicero, Celsus, Lenax, Virginius, Cornificius, Statrinus, & qui cum quolibet Græcorū diligentia & facultate cōferri possit, Fabius Quintilianus. Illustrant inde mathematicæ artes Architam Tarentinū, Archimedem Syracusanū, Euclidem, Ptolemæū: illustrant hinc Nigidium, Varronem, Boëtium, & Campanum. Insignes illinc astrorum cultu Aratus, Eudoxus, & Empédocles, neq; hic ignobiles, Sulpius Gallus, Manilius, & Lucretius. Sed quò tu is Sabellice? quò contentionis studio raperis? iam eò uertum est, ubi aut uictor Græciæ porrigenq; sint manus, aut in uestigio cadendum. Ecquem tibi Thalerem dabit Italia? si physicen spectes, quem Anaximadrū, Anaximenem, Anaxagoram, Archelaum? quem Pythagoram, Democritum, Heraclitum? quē ex eo numero qui naturæ causas sunt tanta indole perstrutati: uel li causarum demonstrationes intuemur, quem Socratem monstrare poterit in tota turba Quiritium? quem Platonem, Aristotelem, Theophrastum, Senonē, Chrysiptū, Cleanthē, Posidonū, & alios Stoicæ disciplinæ uiros? At uidete quantum

miliū

mihī audaciæ, ne uirium dicam superfit: audeo affir mare, si in aliquo congressu pares fuimus Græcis, fore ut in hoc multo superiores futuri simus. Nā dicitur quæso, utrū maius, eruditius, sublimius, rerū causas scrutari, an caularū causam? utrū præstantius, naturæ opera, an ipsam naturam? utrum mirabilius, quæ oculis & auribus percipiuntur cognoscere, an quæ tantum spiritus elatione? Magnū quidem est de cælo & mundo, de sideribus & planetis differere: de ortu & occasu siderum, de rota cæli conuersione, de pluuijs, fulguribus, tonitruis, corruscationibus, & cæteris tempestatibus: de elementis, de animalibus, plantis, seminibus, arboribus, & lapidibus: & ut uno uerbo dicam, de toto opere naturæ, ut illi fecerunt disputare: sed multo maius & mirabilius, de Deo, qui cæelum & omnia quæ cælo continentur, mouet, disponit, gubernat: haud dubiè, quo nobilior est materia quæ tractatur, eo disciplina & ars præstantior est, maioreque laude & admiratione digna. Metaphysicæ materia deus est: nihil est Deo maius, nihil aur beatius, aut perfectius: ergo neque metaphysice uita est maior scientia, nullā ars sublimior, nullā disciplina perfectior, in qua nemo est ita rerum humanarum expertus, ut Græcorū in hac parte obluclinatione comparare audeat cum Theologica luce, quæ Romanarum literarum complexu cōtinetur: nisi forte aliquis, aut Anaxagoræ tenebras miretur, aut Socratis desperationem, qui se nihil scire cōfessus est: aut Empedoclis arctas ad ueritatem semitas, Democriti cæcitate, ambiguitatem Heracliti: aut duo impietatis præcipitia, Epicurum, qui prouidentiam sustulit: & Protagoram, qui Deum in dubium uocauit. Scripsit fateor Plato aliqua in ea materia: scripsit & alij quidem, sed admodū pauci: fueruntq; omnino minus impij, sed hos in Cimerijs tenebris uersatos affirmet necesse est, qui Augustini subtilitate nō ignorat, q Hieronymi copia, Ambrosij fide, Gregorij pietate, qui Thomæ robor, Scoti acumen, Anselmi indolē, Bernardi suauitatem. Transeo Alexandrū, Egidij, Leonē, Tertullianū, Cyprianū, Laetantiū, & alia Christianæ fidei lumina, per quæ nobis ueritas patefacta est, quam illi nō uiderunt: nec tantū patefacta, sed oculis etiam admodum summū bonū in aperto constitutū, cæli fores sequentibus reclusæ, per quæ cælestis arcani compotes facti sumus, quæ neq; illis contigerunt, neq; ea cæcitate temporū contingere potuerunt. En Italia felix terra, superis amica, mortalibus colenda: & letari fas est & gloriari: celsit tibi Græcia bellica uirtute, celsit imperio, celsit eloquentia sua ipsius confessione, cedit hodie sapiētia, neq; enim disputandi, præcipiendiq; ratio est uera sapiētia, sed ueri Dei agnitio, ueræque religionis cultus: nec mihi Græcia nunc demū inclinata acie Academicos, Stoicos, Peripateticos, aliasq; illustres philosophorum obijciat familias: sunt & nobis multo illustriores, Minoritani, Prædicatores, Heremitani, Carmelitæ, Crucigeri, Iesuani, Hieronymitæ, Petreij, & alij numerosi cœtus, qui & morum sanctitate, ueræq; sapientia lōgè antecellunt. Laetabunt illi nobis capillū, barbā, pallium, & crepidas: nos illis caluam, tunicam, ciliciū, & pedum nuditate: illi præceptis gloriantur, hi quæ plus est, exemplis & uirtute. probat illi inopiam & abstinentiam, hi sua sponte colunt, & obseruant: & quod præcipue est in nostris probabile, quū innumerae sint initiatorū familiæ, ceremonijs, uestitu, calciatu discretæ: omnibus tamen una est sententia, ut Deum in trinitate, trinitatem in unitate colat & adorent: quum ueteribus philosophis, quos uetus iactat Græcia: neq; mēs una, neq; sensus unus in uno aliquo, duobus fuerit. Ergo nihil illi relinquitur. nā hoc dicit aliquis: immò multū meminimus, & fate mur tantum latinis illi disciplinarū nomine debere, quantum filij rectè instituti optimis debent paren-

tibus. Nemo inficiatur, inde ad nos primò literas fluxisse, inde bonarum artium disciplinas. Gloria mur etiam id munus ab nobilibus imo hominum genere, ac longè facundissimo potius quàm à barbaris acceptum: uerū quando sic accidit, ut res nostrorum, ingenio & diligentia supra modum creuerit, sitque maior omnino profectus secutus, quàm ab initio aliquis sperare fuisset ausus. nam quod ad linguæ propagationem attinet, præter Italianam, ubi res orra est, & mirificè coaluit: Hispani etiam Latino utuntur sermone, Galli, Germani, Rhæti, Norici, Liburni, Dalmatæ, Illyri, Pannonies, Triballi, Daci, Scythæ, Sarmatæ, Britanni, & Hiberni: & ut breuiter dicam, latine loquuntur quæcumq; gentes à Tanai & Bosphoro Cimmerico, ad Atlanticum mare, & Ibericum Oceanum longè lateq; Europam incolunt. Ferant itaq; Græci hunc Italiæ succellum, cuius & imperium tulere: nec indignè ferant, parentes à filijs superari, præceptores à discipulis. Clarus fuit Priamus, Telamō, & Peleus: sed multo clariore Hector, Ajax, & Achilles, quā ab illis præcreati sunt: illustres Proconesius Aristæus, & Dionysius Magnæsius: sed multo illustriores Homerus & Cicero, a quibus illi instituti fuerunt, enim uero natorum uirtus, discipulorumq; celebritas, patribus, præceptoribusq; nō dedecori sunt, sed laudi. Quod quū ita sit, uiri & adolescentes optimi, ut Latina lingua origine, cultu, incrementis, luce, felicitate, omnes alias antecellat: sitq; omnium celeberrima, & ob eam rem non indigna, qua non solum Musæ, sed Deus etiam immortalis, si humana sit opus uoce, quum propter alia multa, tum quia uetus in ea contineatur pietatis cultus, sit libenter locuturus. Summa ope nobis adnitendum est, ut & morū integritate, & humanitate insigni, digni illius cultores habeamur. Cæterum uos optimi adolescentes, & hæc simul præstare oportet, simulque diligentiam adhibere in Planti lectione cognoscenda, quam hinc interpretari aggrediemur: qui si, ut strenui milites, mihi frequentes affueritis, quales uos esse & cupio, & opto: dabo operam, ut me Duceum, neque legnem, neq; inertem experiamini. Dixi.

M. ANTON. SABEL O,
RATIO, DICTA VENETIIS IN
funere Zachariæ Barbari equitis &
procuratoris diu Marci, co-
ram principe & senatu.



Nihil est Serenissime princeps, Patres & uiri amplissimi, quod ego aut sapius, aut intētius sim solitus à Deo optimo maximo precari, q siquid ingenij in me est, si quæ dicendi facultas, si quæ cultus, copiaq; sermonis, si quis denique meorum nunc est studiorum usus, aut deinceps esse poterit: hunc ipsum ita mihi omni tempore, loco, occasione disponere liceat, ueltrisq; laudibus, & ornamentis accommodare: ut pro publica & priuata amplissimi ordinis uestri in me beneficentia, non in te tātum Angustine princeps optime, & in hos uiros Patriotics, qui hodie tecum rem Veneram tam feliciter, quàm sapienter administrant, grato sim animo existimandus: sed grata etiam, piaque in eos memoria, qui ex hac uita decesserunt: quando & illi pari studio & pietate contenderunt, ut imperium hoc quàm optulētissimum à se uobis per manus traderetur. Esem ego uerè ingratus, ne impius dicam, si hoc studio & uoluntate in eos essem, qui utiliter hodie in uestra repub. uersantur: illorum memoriam qui tantum

XXXX 4 decus,

decus, tantas opes, sua uirtute quaesierunt: & qui quaestitas tueri, & augere perseverarunt, nullo pietatis prosequeretur officio: patereretur; nefario silentio talium uirorum memoria obliterari: praesertim quum nulla gens in terris, nullus populus, nulla ciuitas post diuinos honores, statasque sacrorum ceremonias, tanta defunctos pietate prosequatur, ac ueneratione, quanta uestra haec quam illi instituerunt, infuturam uobis reliquerunt. Accedit huc, quod & uetus est, & a multis gentibus receptum, ut ijs qui de rebus de suis ciuibus bene meriti essent, non solum magnifice funerarentur, sed pari cocione etiam uite ante actam amplum redderetur illis testimonium, publiceque laudarentur. Quod quum ita sit, satis scio me ex hodierno officio, si non ingenij (nam ora Macedoniae uel me tenue, seu innum & infirmum, obscure nunquam praeme tui) at gratitudinis laude, & pietatis haud dubie reportatur: quod Patritij uiri, quod equitis splendidissimi, senatoris optimi, de rebus de ueris ciuitate bene meriti, memoriam laudaturus, celeberrimum hunc locum conscendi. Id ego, ut studio sius facerem, nihil aequum me ac uestra hortata est pietas princeps & patres optimi, qui cum hunc dignum censuistis, quem tam celebri frequentia, tanto rerum apparatu, nouo penes exemplo extulistis. Caeterum uellem ego quando ad hoc ueni, ut de praestantissimi ciuis laudibus dicerem, tantum mihi temporis ad id dari, ut per omnes ipsius uitae laudes, liberè nostram euagari posset oratio: quod si de ingenij praestantia, de consilio, comitate, temperantia, caeterisque animi uirtutibus: si de corporis cultu, senatoriaque maiestate, si de maiorum splendore & amplitudine, alijsque uitae ornamentis ordine dicere liceret, tam ampla & redundans agenti mihi sese aperiret materia: tam uaria, multiplex, ut non unde principium sumendum mihi esset, aut qua sequendum prospici oporteret, sed instituti sermonis exitus sollicitè requirendus. Verum, quia non adeo multa complecti in tanta temporis datur angustia, dabo ipse operam, ut nullius rei magis hodie quam breuitatis rationem habuisse uidear. Haud sanè tam multa illa studio secutus, quae caeteri in funebri solent laudatione: nam ne Peripateticos quidem sequar, qui hoc quod in uita laudabile ducimus, non solum a bonis animi & naturae habuerunt, sed ab ijs etiam quae in fortunae potestate esse dicuntur: quod genus, si per otium liceat in Zachariae equitis splendidissimi memoria celebranda, ex sententia tractare, uel clarissimum Barbarae familiae stemma, tam diu me in suis laudibus explicandis detineret, ut non esset ad ulteriora peruenire. Sed quid ego stemma dixi? quum uel solus defuncti patris satis dicere fatigare potuisset, si ad hoc uenisset, ut de eius laudibus dicerem. Etenim quis uestrum est, princeps optime, & uos uiri Patritij, qui non aut fama acceperit, aut in huius urbis annalibus & historijs aliquando legerit, quam eminens Graeca & Latina facundia fuerit Franciscus Barbarus huius Zachariae pater: quo consilio in toga, qua in bello auctoritate: nullius credo tam procul ab urbe peregrinantur aures, qui non aliquando fando audiuerit, quanta is olim prudentia, fortitudine, solertia, Britanniam urbem clarissimam longa obsidione defendit: quam inuictò animo uno tempore, famem, hostem, pestilentiam tulerit. proditum memoriae est, quam diu obsidio illa tenuit (tenuit enim integrum annum & amplius) nunquam illum nisi in aperto esitasse: neque interim alium panem quam hordeaceum aut fursureum in eius mensae conspectu: quae hominis frugalitas, & in modicis constantia efficit, ut minore admiratione audiantur quae de Menenij, Curij, Cincinnati uictu: deque eorum patientia qui ad Cassilinum diu assidentem Pœnum tulere, memoriae sunt prodita. Nec dicam quibus ille artibus sit saepe hostem ludificatus: quo successu singulos

A appellando, hortado, subleuando, ciuitatem sanè fidelem & constantem, multo fideliores, constantioresque uestro reddidit imperio: fuitque talis ille. Age uerò, & ipsa defuncti mater quanta, aut quali fuit in dolo? quanta uirtute femina? digna quae Laurentianum patrem, uirum clarissimum habuerit: eum dico qui in Ligustica ora circa Siciliam, circa Padum, toto supero in feroque mari, penes plura uno Genuesi bello pro Veneto nomine gessit, quam omnibus bellis eorum quicquam qui rem Venetam foris administrarunt. Digna quae Iacobum fratrem paternae uirtutis aemulum, qui pari successu, rerumque gestarum gloria, uestrae aliquando praefuit classis: digna quae fuerit iunioris Lauretani amita: qui his paucis annis Othomannicas opes in ora Macedoniae ad Scodram non perculit solum, sed longa etiam obsidione fregit. Qui dein de uestrae classis imperator factus, incredibile dictum est, quam omniter Naupactum defenderit, Lemnum seruauerit, Zazynthum subegerit. Digna demum mulier, quae procuratoris mater fuerit, filia & soror, rarum in Veneta urbe felicitatis exemplum: nec multum ab eo Laedæmoniae Lapidus ac Beronices diuersum, quarum haec trium Olympionicarum, illa trium regum per necessaria fuisse dicitur. Sed haec eò tendunt, ut uel solis parentum laudibus satis superque mihi fuerit immorandum, si omnia complecti uoluisset: ubi & illud unà ostendere potuisset, uerisimum esse quod Euripides scribit: ex bonis bonos procreari. Nam quum tales fuerint qui eum genuerunt, non potuit non optimus is esse, cuius hodie funus celebratis, pietissime princeps, & patres ornatissimi: quanquam in omni genere laudis uir ille tantus extitit, ut non modò non defuerit suis maioribus, sed longè etiam superauerit. Etenim quadragesimo, ut mihi dicitur, ab hinc anno reipublice ad mortuus, penes plures prouincias obiit, ut Phocion ille Atheniensis, quam ab eo tempore annos uixerit. Et ut silentio praeteream domesticos honores, quos incredibili totius ordinis fauore penes prius quam per aetatem liceret, decurrit: ut praeturas & externas legationes, & in his unam ad Federicum Imperatorem, unde sibi & familiae clarissima insignia reportauit. Quid, quod nullus est in Italia populus, nulla libera ciuitas, nullus quidem princeps, ad quem non ille fuerit aliquando oratoris functus munere: quo contigit, ut non pax, non bellum, non induciae, non foedus, non societas ulla sit publice in nita, cuius non aut domi consiliarius fuerit, aut foris arbiter: homo ad negotium, non ad otium natus: ad uirtutem, ut Aristoni placuit, non ad desideriam & uoluptatem: senator grauis, & in dicendo uehemens ac circumspectus, & ad hominum animos in utranque partem uersandos supra quam dici possit, accommodatus: honestatis amicus, turpitudinis hostis, frugi, parcus, industrius, domesticaeque disciplinae exactor diligens: utilis patriae, iucundus amicis, comis hospitibus: & ut breuiter dicam, ad omnium gratiam promerendam naturae beneficio comparatus. Dignus qui patre uero summo esset procreatus: qui matre femina insigni uirtute, summoque loco nata: qui uxore clarissimo principe ortam duxerit: qui tres ex ea filios tulerit praestanti ingenio uiros, de quibus superuacuum fit in praesentia dicere: satis sunt uobis notati, principes & uiri patritij, in gremio ciuitatis orti sunt, in luce educati, publice instituti: uos illos à pueris amastis, fouistis, ornastis, uestroque suffragio extulistis: uestrae sapientiae est, non meum de his iudicare: sed ille quantuscumque fuit, fuit enim, ut scitis, uir per omnia egregius, fatali necessitate perijt. Homo quidè erat, eaque legatus, ut ex humanis aliquando decederet: debemur morti nos, nostraque: nec est mortalis, quem non dolo, & interitus

ritus attingat: uerum tum petijt, quum illi ac sapientissimo cuique mors fuit optabilis: uox, liberis, ne potibus, atque omnibus qui illi in uita charissimi fuerunt superstitionibus, incoluim patriam, qua nihil fuit ei charius: incoluim ciuitatem, reipublicam, opibus & imperio florentem: te principe & reipublicae moderatore Augustine dux felicissime, qui tua sapientia, consilio, innocentia, saluberrimisque genio tuo cosecurus es, ut tam hodie te principe res Venetae floreat, quae à prima urbis huius origine ad hunc diem maxime flourishit. Abijt itaque ille laetus omnique cura & solitudine solutus, optima seculi spe ferens, publicae & priuae felicitatis ad uestrum maiorem nuncius: & iam ex ipso priorum coetu, cui eorum animae qui de rebus benemeriti sunt, conciliari creduntur: ad haec quae sunt coeuerunt, agit tibi gratias pietissime princeps: agit uobis uiri Patritij, agit uniuersae ciuitati, quae se à celebri pompa extulit, eximio hoc exequiarum apparatu, numero clero, longoque flammarum ordine: clamat, fatetur, testatur perpetui amoris sui, studij, officij, obseruati in rebus in ciues, in amicos, uerum se hodie fructum percepisse, cumulatissimam sibi gratiam relatam, una duntaxat cura adhuc haeret animo, quae si quis nostrorum rerum apud eos qui uita defuncti sunt, superest sensus, optimam quae patrem praecipuaque in filios charitate comiteretur, necesse est: hac ille cura incredibili in suos pietate distractus, ex eadem illa priorum sede supplices ad uos manus intendit: multo fleret, multisque lachrymis, tibi clementissime princeps, uobis uiri Patritij amatissimam coniugem, filios suauissimos, nurus, nepotes, atque uniuersam domum suppliciter commendat: hanc suo praesidio, fauore, consilio spoliata, uestrae fidei tradit, in uestraque clementiae sinu collocat, precatur, orat, obtestatur, per patris sui uetus in rempublicam studium: per Lauretani aui fidem, si quid ipse egit aliquando quod uobis, quod patrie, quod uniuersae ciuitati fuerit gratum, commodum & honorificum, ne dulcissimos filios, ne tatas necessitudines iacere pariamini: sed publica & priuata caritate, fauoreque compleros, pie tueamini. quod unum, quum à uestra clementia senserit imperatorem, & tibi princeps optime longa felicitate tempora precabitur, huic urbi incoluitatem, & perpetuum successum, ciuibus felicitatem, uestri beneficii memor inter maiorum manes feliciter quieturus. Dixi.

M. ANT. SABEL ORATIO DICTA VENETIS IN FUNERE BENEDICTI RUGII REGII ORATORIS, coram principe & Veneto senatu.



A EQVVM fuit, & maxime operabile, Serenissime Princeps, patres & uiri amplissimi, ut clarissimus uir Benedictus Rugius, quem Alfonso rex inclitus his paucis mensibus, ad uos oratore misit, quem admodum publico & priuato studio fuerat exceptus, comiter in curia appellatus, ubique benignè cultus: ita hodie suae legationis munere feliciter functus, incoluim ad suos remearet: ut quatuordecunq; honor à uobis illi tribuendus erat, uisio potius, quam mortuo tribueretur. Etenim dignus erat amplissimis hinc honoribus ornatè dimittere: dignus quoque ob excellentissimas animi uirtutes longiorè uitam sortitus esset, diutiusque humanis rebus interfuisset: ac tam diu quoad regiae maiestati, cui meritorè gratissimus fuit, uniuerso regno, patriae, necessarijs omnibus utilis esse potuit: potuisset sanè uiuere semper: nunquam enim non uirtus utiliter operatur.

A Verum quia homo erat, eaque conditione in luce editus, ut fatali aliquando pareret necessitati praecclare ac feliciter cum eo actum existimo, laudoque eius fortunam, quod amplissimis honoribus functus, in amplissima ciuitate, clarissimoque orbis emporio, non solum mori, sed exquisitissima etiam exequiarum pompa funerari contigerit. Cui ne non omnia affuisse uiderentur, accumulatissemè praestita, quaecunq; ad clarissimum funus celebrandum adhiberi potuerunt, publicum decretum tulistis, princeps et patres pietissimi, ut more maiorum pro cocione defuncti memoria laudaretur: ubi non solum uerae laudis illi testimonium redderetur, sed certa orationis serie, uelut in tabula quadam, uetustoque gentis stemmate, omnia eius uitae ornamenta intueremini: quod minus, ut ritè defuncto solueretur, non tam mea sponte quam uestram auctoritatem & imperium secutus hunc celebrem hodie locum cosecendi, inclite princeps, & patres optimi: quod quum ita sit uerum sanè fructum ex omni labore & industria meorum studiorum, ad me hodie peruenisse crederem, si in hoc praestantissimorum hominum coetu, consessuque celeberrimo, tantum sermone praestare possem, quatum uos ipsi arbitrari, qui me huic negotio parem iudicatis. Caeterum quia neque id datur, neque ipse qui ex hoc loco ornatissimo dicitur uenire, iam plures dies aduersa ualitudine confectus, non modò corporis, sed ne mentis quidem sim satis compos: dabo operam, ut si non copia orationis, non ornatu, non sententiarum & uerborum pondere uestrae respòdebo expectationi, breuitate orationis & nouitate satis faciam. Et ne longius hic euagetur sermo, audite quae sermo princeps, et uiri pietissimi, qualis uir Rugius fuerit, cuius funus hodie celebratis: quam non immeritò duobus excellentissimis regibus fuerit gratus, & per amicos reges uobis publicè & priuatum non iniunctus. Et quia omnis laudandi ratio non nisi ex bono proficiscitur, nihilque laudabile statuumus, quod non idem sit & bonum, sitque non una philosophorum de eo sententia, consulto praeterrittam multiplicem illam Peripateticorum de bono partitionem: illi enim quae in potestate fortunae esse creduntur, quia caeco quodam, temerarioque motu, huc atque illuc uarie transferuntur, bona appellare non dubitarunt: quibus quum breuitatis causa, tum quia longè aliter caeteris sapientiae affectatoribus peruersum uideo, tantum abest ut hodie accedam, ut ne in laude quidem sum defuncto positurus, quod Salernum fuerit illi patria, urbs alioqui in amenissima Italiae parte sita, atque medicinae studijs multa olim fama celebris: nec quod claris in ea ortus sit parentibus: patre uiro eius ciuitatis, & nobilitate generis, & opibus longè principe: matre, et si externi generis, Romani tamen sanguinis, illustrique loco nata: quippe quae ob familiae claritatem Martini Romani pontificis auctoritate clarissimo sit connubio locata. Nec quod ipsius maiores trecentesimo ab hinc anno, ut mihi dicitur, amplissimis in ea urbe sint magistratibus, ac penes principatu potiti: transito familiae diuitias, affinitates, clientelas: transeo caetera uitae ornamenta, quae uulgus pro bonis artissimè complectitur, probat, miratur, suspicit: quid liberalis ipsius facies, quid corporis habitus, memoria, ingenij promptitudo: & quod ad sexagesimum usque uitae annum, inoffensa uixit ualitudine: quae licet commodo sint mortalibus, sint & ornamento: uerum quia eiusmodi sunt, ut ijs, qui habeant, uel morbo, uel hominum iniuria facile auferri possunt: non secus ac illa, quae extra laudem posui, sunt à uobis accipienda: nec in bonis, ut philosophorum plerique fecerunt, aliquo modo habenda. Quare agite, & quae animi uirtutes in hoc homine fuerint, iureque laudari possint, mecum

meum considerate: quæ non modo ab illis affuerunt, sed si quid horum superuacuum esse possit, superfluum etiam. Sunt hæc quæ sequuntur idcirco, ut arbitror, bona appellata, quia eum in quo posita sunt, omnino meliorem faciunt: uel certe ob id bona nuncupata, quia eorum sit stabilis, firma & mensura possessio: uel quod propius uero est, quia utrumque simul hominibus præstent. Er ut tota hæc laudandi ratio à liberalium artium cultu sumat exordium, primum omnium fuit illud in puero non solum probabile, sed præcipua etiam admiratione dignum, quod data indole, tantaque facilitate prima, ut mihi dicitur, hausit literarum rudimenta: ut ij quibus illius institutio fuit à principio credita, incertum habuerint, esse illud discere in tam puerili ætate, an ut Plato persuasum habuit, reminisci. Hinc quod satis constat, festinatus ille literarum profectus exiit, hinc præcox eruditionis seges, quæ in causa fuit, ut ex omnibus æqualibus, nemo fuerit præceptoris charior, nemo commendatior, nemo cuius nascendi laudem omnes studiosius faueret. Attingit mox in ipso ceterarum disciplinarum uestibulo musicen: imò diligenter & accuratè percepit natura illa omnium bonarum artium capax. audiuerat credo, eam disciplinam non tantum uitæ utilem, sed omnium in literis studiorum esse antiquissimam, & ut Timagenes scripsit, arctissimam cum cælo habere cognationem. Secuta sunt deinceps diuinarum literarum studia: post hæc nostratia, quæ nomen sibi ab humanitate uendicant: cum quibus ille in primo profectus musicen, ut dixi, copulauit: cæterum tantum sanctoribus studiis, homo ad uirtutem natus, breui profecit, ut rerum diuinarum desiderio accensus, omnia hæc quæ cæteri mortales in terris mirantur, laudat, exoptat, aspernatus, unum illud semper in ore haberet: Irrequiem est cor meum Deus, donec ueniat & requiescat in te. Ex hoc beatissimo fonte cælestis; scaturigine fluxit alius frequens uirtutum cæteris: per quem tantum cæteris hominibus innocetia & pietate præstare est creditus, quantum homines ipsi reliquis animantibus sermone & ratione præstant. Hinc spectata illa in secundis modestia, æquitas in aduersis, in subditos clementia, caritas in propinquos, in hospites beneficentia, studium & amor in cæteros: hinc demum cõtemptus ille mortis ad extremum uitæ custoditus. Nemo ad hæc, si uera sunt quæ de eo homine uulgò prædicantur, bonis artibus libentius fauit, pauperibus subuenit, afflictos erexit, profectos subleuauit: nemo castius sacra coluit, nemo religionem ardentius adamauit. Er quod omnium maximum in eo fuit, maximeque memorabile, nullum sciens uolensue læsit unquam. Tanta fuit innocentia, tanta in omnes iusticia & æquitate. O uirum uerè egregium, uerèque excellentem: dignum quem tantus extulerit senatus, tot clarissimi oratores, tam frequens eruditorum hominum cæteris, tanta nobilitas, in clarissima Christiani nominis urbe non tantum funerari, sed exquisitissimis etiam honoribus tuum nomen immortalitati cõsecrarit. Sed regiæ maiestati id datu dixerit aliquis: imò & uirtuti, quippe quæ nulli gentium, quod omnium aliarum bona sit uenia dictum, gratior fuit, nulli commendatior, honoratiorque quam Venetæ. His ille gradibus princeps optime, & uiri præstantissimi, hoc uitæ instituto, Ferdinando regi à principio insinatus, breui tempore tantum fide, diligentia & obsequio meritus est, ut rex ille omnium, qui nostra tempestate fuerunt, sapientissimus, eximiam uirtutem in nouo homine complexus, non solum ad sua secreta admiserit, sed & secretorum omnium magistrum & præfecturam ultro detulerit: munus quidem amplum & eximium, & quod aliquis, si uirtute non queat, ambitione & malis artibus uelit sibi quæsitum. At Rugius non modo non ambiuit,

sed ultro oblatum constanter repudiavit: non ingenio, non uirtutibus diffusus, non quod tanto oneris imparem arbitrareretur, sed ne ab inuicentia & iusticia cultu aberraret: uitare itaque uoluit non negocium, sed scopulum, haud ignarus rarum innocentia locum hominibus in summa administratione relinquit. Age uerò, qua ille animi magnitudine, quo contemptu amplissima est sacerdotia aspernatus: Basilium credo, & ceteros summa religione uiros imitatus, qui nihil horum habuerunt, nihil habere uoluerunt: satis gnari plerisque mortalium amplum sacerdotium, non tam honori fuisse, quam oneri: materiamque illam in multis esse periclitandi potius quam locupletandi, sed sic res habet, ut dicitur, fugientem sequitur laus, fugit sequentem: quo Rugius huiusmodi honores, aut tutius spernere, aut uerecundius auersari, eo plures illi maiores quo undique regis indulgentia ingerebantur. Etenim non una deinceps legatione functus, & Florentia, Mediolani, in Germania & utraque Hispania: unde tantum laudis & gratia reportauit, ut difficile sit dictu, gratiorne ad suos redierit, an honoratior: postremò Venetias missus, quàm Deus immortalis se popularem egerit: non minus dico, quàm si medijs esset Venetis natus. Laudare genium urbis, mirari situm, publicas & priuatas opes colere, urbana officia & mores imitari, templa inuisere, omnia publica & priuata opera, sacra & profana ita suspicere, ita admirari, tanquam omnia maiora augustioraque opinione sua occurrerent oculis. Erat ille per hæc omnibus æquè gratus: indigenam crederes, non aduenam, ciuem non peregrinum. Quum Alphonfus rex qui eum miserat, prius a eius merita, ut arbitror secutus, Hieronymum simul designauit antistitem: simul, aut certe non multo post, Alexander pontifex Maximus in Alphonfi gratiam Cardinalem destinauit. His successibus facile erat ille, quis non uidet? ad humanitatis fastigium perueniturus, nisi mors improba reliquum uitæ cursum nihilo maiore iniuria, quàm inuidia interrumpisset. Dira mors, dira quidem & crudelis, humanisque rebus semper infesta: merito oderit te quicumque in honoribus & diuitijs, omne uitæ studium locauere: merito profcindit, accusant, detestatur, qui ex rerum humanarum æstimatione pendunt. Sic Macedo ille Alexander iuuenis, sic Marius fenex, de te extremo uitæ tempore sunt questi: ille quia medios magnarum rerum actus fregisset, hic quia ad exitum perueni non passa esses. sed aliorum sunt huiusmodi querelæ. Rugius uerò ab ineunte ætate didicit mortem cõtinnere: nihil nisi quod altum, sublime & perpetuum esset mirari: satis diu eum uixisse ratus, qui rectè uixerit: nec ullius sapientis uitam non longam esse: & quæ si breuis sit tempore: fama & celebritate est perpetua & æterna. nunc quoque si quis eorum quæ hic sunt, est apud defunctos sensus, se felicè ille, se beatum putat, quod Hieronymo fratre suo uiro clarissimo, quod regio ministro à secretis, quod tota domo, familiaque spectante, tantus sibi sit honos funeris exhibitus, quantum ne uiuens quidem ausus esset à Deo optimo maximo precari: & ut grato fuit animo, grataque memoria, huc manus, huc oculos, huc uocem tollit: agitque quàm maximas gratias Augustino principi serenissimo, qui honorificentissimi huius decreti non solum fuit patribus autor, sed pientissimi etiam muneris exactor: agit & huic sanctissimo senatu, agit toti ciuitati, uniuerso que nomini Veneto, quod tanto hodierna luce se honore extulerit, tanta exequiarum pompa, ut nulla maior, pulchrior, præstantior, non modo requiri, sed ne excogitari quidem poterit: fateturque plus sibi hodie dari, quàm si statua aliqua, monumentumue lapideum sibi Veneti ante Auræ ædem, alioue publico loco, statuisent. Conficit hæc tempus, ut cætera hominum opera, uelut Cicero præclare

præclare scribit. Quod in ipsa pietate locatum est, id stabile, id mansurum & æternum putatur: & quia dies, ut dicitur, de die iudicatur, supremus, de omnibus satis se felicem egisse uitam arbitratur: cui tam feliciter mori cõtingerit, atque diem hunc omnium sibi pulcherrimè illuxisse: qui ut ultimus uitæ fuit, ita honoratissimus: quo præclara huius funeris pompa totius sit uitæ cursus illustratus, paratque sit suo nomini indelebili memoria. Quod quam ita sit, à Deo optimo maximo precatur, ut si pieras in defunctos, si cultus, si iusticia superis curæ est, Augustinum principem serenissimum, uniuersum senatum, omnes ciuitatis ordines, pro publica & priuata uestra in se pietate, perpetuò tueri uelit: optatisque successibus & incrementis Venetum nomen augere, ut quantum hodie ciuitas hæc omnibus alijs pietate præstat & beneficentia, tantum omnibus gentibus senio, dignitate antecellat, & imperio. Dixi.

M. ANTO. COC. SABEL.

ORATIO DE ORIGINE ET INCREMENTIS PHILOSOPHIAE, Venetis recitata frequenti philosophorum conuentu, in Gymnasio Riuoaltino.



I quis unquam in doctorum hominum conspectu de re non parua dicturus, meritò extimuit patres & uiri sapientissimi, ea mihi est hodie conditio, ut nisi rei, loci, temporis, meaque imbecillitatis sim oblitus, non solum timere oporteat, sed diffidere etiam, posse aliquo modo fieri, ut non locum hunc ornatissimum, unde præclara indole, singularique eruditione adolescenterum audire consueuit, uidear temerè occupasse. Poteram scio, temerarius uideri, quod me muneris multo maiori, quàm meæ ferrent uires, obtulissent: nisi necessitas, cui ne Deus quidem immortalis repugnat, me tam arduam provinciam adire coegisset. Etenim quid per Deum, magis homini necessarium est in uita, quàm parentibus honesta præcipientibus obtemperare? At præceptores more maiorum pro parentibus ijs uere, quos legitime & sanctè instituerunt: quem locum merito apud me iam pridem sibi uendicant clarissimi in philosophia studijs uiri, Antonius Cornelius, & Fraciscus Bragadinus: quorum hic, quicquid id oneris est, primum iniunxit, ille sua auctoritate iniunctum uoluit: & quia eorum uoluntati repugnare nec debui, nec potui, satis digna mihi uisa est hæc in præceptores optimos pieras, quæ me ab omni temeritatis suspitione uindicaret: præsertim quum apud uos mihi dicendum esset, patres & uiri optimi, à quibus non minus humanitati & officio dari solet, quàm ingenio & eruditioni. Nam quod de philosophia laudibus hodie mihi ueteri instituto sermo habendus est, ut de me fileam, qui ingenij mei imbecillitatem non ignoro, nec dissimulo: nemo est credo, nisi idem sit & stultus, qui copia orationis rem tantam se æquare posse confidat. Quare, si non ita uariè, copiose, accuratè dixerò, ut uestra fuit expectatio: quum nostræ adolescentia date ueniam, uiri ornatissimi, tum ipsius rei naturæ, quæ eiusmodi est, ut nunquam satis abundè tractari poterit. Cæterum erit fortasse noster hic sermo uestris auribus, quibus nihil est alioqui humanius, minus molestus, quod non ea ratione qua cæteri, de philosophia laudibus dicere constitui: quin noua quadam uia ingressus, ea que longè breuissima. Enim uero, repetam ego primum to-

tius rei initia: adiciam inde uirtutes & incrementa: docebo nouissimè quata celebritate & eximiam ratione fuerint apud omnes gentes sapientia professores, quantumque mortalium cõsensu huic uni rei semper tributum uoluerit, per que iuuenum animi ad hunc ipsum sapientia cultum, quaquam nihil sit ipsa re aut pulchrius, aut amabilius, accenderentur. Vos interim patres & uiri clarissimi, huc animu intendite, facilesque dicenti aures adhibete: nam quod ad breuitatem attinet, dabo operam, ut quum omnia conspiciu dixerò, penè prius uidear perorasse, quàm de re tanta maturus sermo institui potuisse uideat. Obseruati est, patres & uiri præstantissimi, ut quæ ad huc diem ex hoc loco de philosophia laudibus uerba fecere, inde ferè exorsis sint, ut literarum initia, & sic dicam, incunabula in remoto caliganti; uetustatis recessu conquisita, in aperto ponerent. Incertum, ut non parum multa & nidisse se & didicisse ostenderent, an pictores optimos potius imitati, imaginis symmetriam, deliniationemque absoluere uolentes. Quod ego mei polliciti non oblitus, ut breuior essem, silentio præterissem, nisi uulgò persuasum uiderem, literarum commentum ad Phœnices Syriae accolos uerius, quàm indigenas referri oportere: quæ in ueterata opinio, etsi assertores habet nihil obcuri nominis, Græcorum tamen uetustissimi rerum scriptores, Æthiopes pulcherrimi inuenti auctores prodiderunt. Ægyptij, qui post illos literis usi sunt, Æthiopum coloni fuerunt, qui ex Ægyptiacis Thebis inde in Phœniciam uenere, earum uulgo Syriæ inuenerunt. Hinc Cadmus in Bœotiam literas deportauit: mox illas Græci Latinis tradiderunt. Cæteris postremò gentibus Romani, Latij, & omnium terrarum domini: & hæc literarum initia, incrementaque fuerunt. Sed quid hoc in literis miramur? & quæ res multo uetustior est, iam ne philosophia quidè origo, quæ fuerit, ut uideo, satis perspicue traditur: Ægyptijs huic pulcherrimi inuenti ad se laudem trahentibus: inde Persis qui Zoroastren celebrat: Assyrij & Indi ipsi quoque: rei tã pulchræ auctores, & dici & credi uolunt: ut nihil minus à mendacio distet, quàm philosophia originem ad unam aliquam gentem referre: sitque uero propius dicere, nullum esse genus hominum, in quo non ab initio reperti sint, qui quum rerum admiratione, tum discendi cupiditate, naturæ opera contemplari maluerint, quàm ocio & desidia marcescere: manifesto rei argumento, quod neque idem nomen ubique sapientia studiosi sunt ab initio sortiti, neque eandem opinionem secuti: quippe qui à Persis Magi nuncupati sunt, hi Chaldaei ab Assyrij, ab Indis Gymnosophistæ, à Gallis Druidæ, ab alijs alio nomine, ut uates, philosophi, prophetae, fuerint appellati. Satis constat rem uetustissimam esse philosophiam, ut quæ in fabulosa usque tempora ab Ægyptijs reijciatur: cæterum omnia omnia uetustatis ambage, Ocho, Zamolxi, Atlante, Vulcano, Zoroastre & alijs nominibus in longissimo uetustatis recessu positus, ad Græcos nostra festinat oratio: quæ gens, etsi paulo serius philosophata est, ingeniorum tamen præstantia, omnique disciplinarum genere tantum est laudis adepta, tantum splendoris & celebritatis in eo genere laudis, ut fulgore sui nominis, cæteris gentibus propemodum tenebras induxerit. Nec Græcorum Musæus, Linus, Orpheus & alij antiquiores uates, qui iidem & sapientes fuerunt, ad philosophiam usum tantum contulisse uideri possunt, quantum Milesius ille Thales, qui sapientia fores ab illis leuiter impulsæ, ut posteris patèrent effectit. Is enim, quod satis constat, primus omnium ad naturæ opera indaganda mortalibus gradum, & uelut certam semitam fecit: secuti eadem disciplina clari Anaximander Thales discipulus, Anaximenes, Anaxagoras, Archelaus, & huius auditor Socrates, qui primus

patres & uiri amplissimi, in hanc quoque partem animi intendite, cognoscite, iudicate quanto ceteris artibus hæc una caput altius extulerit, quanto laetius, solutius, audacius sit per ipsa mundi spacia enata. Vellem ego tantum mihi uel ingenij uel ocij dari, ut ornate demum & copiose de re utilissima dicere uideremur: sed breuitatis admoneor à principio promissa. Ceterum uiribus diffusus, satis abunde mihi dixisse uidebor, si humanissimis auribus uestris in hoc, quod reliquum est, non fuero nimium grauis. Dicam inquam, dicamque breuius quam res tanta dici possit. Occurrit illud omnium primum, quod audaci nimium, ne temerario dicam incepto, quicumque hominum (nam hoc quoque dubie traditur) fuisse, qui primum ob hoc ipsum oculos in cælum sustulerunt, ut rem arcanam, sanctam, nimiumque ab oculis remotam contempserunt, sed multo felicitius res mora est, quam ab initio sperari debuerit: enim uero eò usque uetus illa cœlestium rerum cura proficit, ad eò obtutus ille procacissimus, longumque per uigilium ualuit, ut cœlum nobis uniuersum haud aliter quam solidum aliquod ædificium spectandum, cognoscendumque paucorum cura subiecerit. polos enim, perpendiculari mundi circa illos uertiginè obseruauit sedula uetustas: axemque ab utroque ad alterum per centrum discurrentem horizontem, meridianum, æquinoctialem, aliosque plures circulos: duos tropicos, atque his alios angustiores, arcticum & antarcticum, quæ zodiaci ambitus tot signis, tot gradibus, tot lineis multifariam sectus: quo sanè effectum est, ut ne minima quidem siderum momenta, hominum curam præterire possint amplius. Illud maiore admiratione dignum, quod procacissima ingenia ad eò se cœlo insinuauerunt, ut quæ singulorum siderum uis esset, qui demum effectus, explicare sint ausi: qui per quadrata mundi respectus, qui motus recti, qui obliqui, qui retrogradi, unde solis & lune defectus, unde pluuie, tonitrua, fulgura, comuscationes, unde alicuius cœli tempestates. Quæ omnia, si quis altius consideret, fatetur necesse est, tam ardua rei sublimisque scientiæ repertores, diuino potius quam humano fuisse ingenio secretorum naturæ lege depræhensa: per quæ & Thales Milesius, Anaximander, Anaximenes, Anaxagoras, Hipparchus, Pythagoras, Heraclitus, Democritus, & Romanorum Sulpicius Gallus, Lucretius, Manilius, grande sunt nomen consecuti: digni ea laude uiri, quæ ad posteros manauit: digni quorum memoriam nulla unquam delere possit obliuio. Et hæc sunt disciplinæ illæ, liberales quæ artes, patres & uiri præstantissimi, unde uelut membris quibusdam conflatum est philosophiæ corpus, quæ uitæ magistra est, humanarumque rerum moderatrix optima, quæ cœlestium rationem mortalibus subiecit, cœli fores aperuit. Hæc ortus siderum, occasus, æquinoctia & solstitia monstrauit & docuit: hæc imbres, fulmina, comuscationes, hæc omnes naturæ uices cum suis causis in aperto collocauit: unde procellæ & ceteræ tempestates: quid uenti & unde spiraret: quæ ignis, aquæ & aeris natura: unde uolucres, pisces, & ceteræ animantes: quæ procreandi, quæ alendi ratio: hæc longè lateque terram dimensa, arborum, frugum, seminum, herbarum, lapidum, metallorum uim & usum demonstrauit: hæc hominum cœtus & societate contraxit, mutuaque caritate deuinxit: hæc mores, leges, ciuiliæque instituta excoluit: hæc quicquid supra infraque est, totumque naturæ opus mortalibus retexit: & quod omnium fuit maximè optabile longèque utilissimum, ueritatem tanta cura, tantaque sollicitudine, laboriosaque indagine à ueteribus philosophis requisitam. Ceterum diuina prædicatione (nam id homo per se aliquid non potuit) humanis gentibus demonstrata, ne parum perspicue intueremur, multa uariis, differenterque, uariisque institutis ornauit & excoluit. Sal-

ue cœli indigena, ingeniorumque partus philosophia. Saluo doctrinarum parens, sapientiæ cultrix, si da dux uitæ, artiumque omnium magistra: per te homo homini præstat, per te uerum à falso discernit, quid æquum, quid rectum sit per te discernimus. Tu ad bene beateque uiuendum inuitas, hortaris, instruis. Te tuamque lucem secuti, Lycurgus, Solon, Pythagoras, Plato, & alij sapientiæ antistites, longè lateque terram peragrarunt. Alij ut te liberius colerent, tutius possiderent, uehementer amarent, ultra se opibus priuarunt, patriam reliquerunt, omnes uitæ necessitudines fortiter aspernati sunt. At quanto melior nostra conditio iuuenes & adolescententes optimi (nā ad uos meū conuerto sermone) quanto facilius annitentibus profectus: quibus licet & fas est, Deo optimo maximo gratulari, quod hac potissimum tempestate, & in hac clarissima hominum luce nasci cōtingerit: florētissimaque ciuitate, in qua pulcherrimum pateat sapientiæ gymnasium, clarissimi philosophiæ professores, qui ingenio, moribus, eruditione cuius maiorum sint mentē comparandi. Ianua illa, quæ oculis admota, est uobis subeunda. Hæc duo philosophiæ lumina Antonius Cornelius, Academiæ longè princeps, & Bragadinus meus tantæ uirtutis æmulus, meritoque nuper in ea ad tempus substitutus, qui in conspectu sedent, sunt à uobis audiendi: hos colite ingenij adolescentēs, his operam impendite: horum eruditionem æmulamini, mores & uitam sequimini, ut uobis, patriæ, parentibus, uniuersæ ciuitati decori esse possitis & ornamento: ad quem cultum omni studio, industria & diligentia comparandum, uehementer uos moueo & hortor. Dixi.

M. ANT. SABEL ORATIO DE CULTU ET FRUCTU PHILOSOPHIÆ, Venetijs recitata in Ritu uoaltino gymnasio, frequentissimo philosophorum confessu.



Quam ardua res sit philosophia, quam excellens & eximia, patres & uiri præstantissimi, optimique adolescentēs, quum ipsum rei nomen declarat, quo sapientiæ studiū continetur, tum quod solenni instituto, ex celebri loco roties laudatum quo plenus demonstrando ingenio seruerit: adolescentēs non minus eloquentiæ, quam philosophiæ studiosi, omne ingenij sui acumen, omnem dicendi uim, copiam, facultatem consumpserunt: nec satis ad huc laudari potuit. Ceterum quo res maior est, sanctior, sublimior, minusque tractatu habilis: eo inconsideratius, ne stultius dicam fecisse uideri poteram, si in amplissimorum hominum cōuentu, de re amplissima dicturus, celeberrimum hunc locum mea sponte ascendissem: tam arduo negotio non solum impar, sed tanto ijs, qui ante me de eadem re dixerunt ingenio & doctrina inferior: quanto materia, quæ tractanda est, omnia alia que ad dicendum proponi potuissent, maior est, longèque præstantior. Verum enim uero Antonius Cornelius, uir clarissimus, gymnasiarchus noster, ut Græco utar uerbo, mecum egit: atque eo iure, quo mecū uti potest, & effectū, ut hoc onus amplum quidē, ac multum minus quam meæ uires ferre possunt, intrepidè ac penè audaçter subirem. etenim eius uiri tanta est apud me auctoritas, quanta illius esse debet, cui ob sanctissimum disciplinarum cultum non minus debeo, quam proprijs parentibus, qui me genuerunt, qui in moribus & disciplinis instituen-

dum curarunt. Quod si pro magnitudine rei, quæ dicenda est, noster sermo parum uestra responderit dignitati: illius quæse uoluntati ascribite, quam ego securus, fatius duxi temeritatis suspicionem adire, quam eius auctoritati non acquiescere, cui nihil iure reculare poteram, aut debebam. Quum ob hoc igitur, quod non solum grati adolescentis, sed pij quoque officium præstare uideor: tum quia noua quadam & inuitata ratione sum hodie de philosophia dicturus, futurum spero, ut clementer & humane dicentem audiri me litis. Fiet enim ut si nō copia, non cultu orationis, nouitate saltem sim orationis, sim & breuitate placiturus. Etenim quantum memoria teneo, quicumque de philosophia apud uos uerba ex hoc loco antea fecere, omnes eandem uiam ingressi. Et si multo uariis uerborum apparatus: idem tamen dicere mihi uisi sunt: quippe qui in eoduntaxat occupati fuerunt, ut liberalium artium, quæ philosophiæ complexu continentur, explicarent principia, multiplicique partitione totum philosophiæ corpus percurrerent. Hæc tamen multa secuti, non magis, quia operæ præcipue fuerit, ea uos audire, quam ne ipsi parum multa & legisse & didicisse uiderentur. Sed quid per Deum minus opportunè fieri potuit, quam omnia philosophiæ uaria excutere, ut disciplinarum omnium origo, ut earum partes uno in loco scrupulose & minutè tractarentur: tibi, ut de ceteris sileam, ipse sapientiæ nostra tempestate antistes, Antonius Cornelius federet, cuius gymnasiū tanquā officina quædam totis diebus, rotis noctibus, huiusmodi uocibus, uelut malleorum resulter ictibus. Phormio Peripateticus, quod satis constat, delirus demesque: iudicatus est, quod apud Hannibalem Barchinam omnium, qui tum in terris erant imperatorum callidissimum, eundemque armorum peritissimum, de re militari sit ausus uerba facere. Est & Magnus ille Alexander in Apellis pergula derisus, quod de pingendi ratione coram opifice summo, nescio quid temerè loqueretur. Quis igitur horum sanus, si Phormio delirus: aut quis audiri dignus, si Alexander ridiculus. an non is merito ridebitur, qui artificis alicuius optimi officinam ingressus, suum omnibus instrumentis usum, uelut assidue tractantibus parum notum audeat differendo representare? sed hi uiderint quam aptè tempestiueque id fecerint. Ego quando semita hæc ad eò prorita est, adeoque uulgata, ut nihil iam notius sit, nihil sapius repetitum, quam quæ sit grammaticæ artis accurata præceptio, oratoriae uis, dicendique facultas, Dialecticæ acumen, Arithmeticæ discursus, Geometriæ subtilitas, Musicæ uocalitas, Astro nomiæ sublimium capacitas: quæ cuiusque artium principia, quæ partes, quæ in uniuersum ratio. an affirmare dubitem, ad facieratem esse hæc ab illis dicta, & à uobis audita? esseque eiusmodi, ut sine auditorum offensa amplius ex hoc loco tractari nō possint? Alia itaque uia mihi ineunda est, eaque ut spero, iucundior audiri, ac multo breuior. Primum enim quid philosophia cōferat dicam: inde quoniam modo res tanta sit colenda: postremò quales ea ritè culta percipiuntur fructus. Nunc attendite patres & uiri præstantissimi, attendite studiosi adolescentēs: uos quid ex philosophiæ cultu adepti sitis recognoscite. Hi iuuenes ornatisissimi, quid mecum sperare possint, simul considerabunt. Ceterum, quum de philosophia me dicturum polliceor, haud eam solum intelligi uolo, cuius nomen late patet, cuius complexu omnes liberales artes & disciplinæ continentur, estque omnium artium peritia, atque una efficit, ut sapienter homines diuina confiderent, prudenter & iuste humana disponant, cuius cultores ab initio sapientes appellati sunt. sed nunc de ea erit sermo, quæ non tantum studium sit sapientiæ, sed ipsa demum sapientia, ad quam om-

nes honestas artes, uelut ad metam quandam, aut signum intenduntur. Si ad uirtutem nascitur, ut Chius Aristo prædicare solebat: omnis uitæ conatus, omnis studiorum ratio, tota demum uita huc dirigenda est: hæc propria est hominis, id huius propriū & peculiare bonū, quo uno ceteris præstat animantibus, cum cœlo cognationem creditur habere. Aliā cū alijs cōmunia: uires, forma, uelocitas, imperus, uox, ratio tota nostra est, quæ quū rectè disponitur, eadem est & uirtus: hanc qui adeptus est (adi piscitur autem uniuersique hominum, modò studium & uoluntas adit) is idem erit, qui et sapiens: hic diuitias calcat, honores contemnit, nullos fortunæ imperus reformidat: idem nullis est terroribus obnoxius, nullis seruit cupiditatibus, semper beatus, semper fœlix, cui nihil deest, nihilque deesse potest. Hæc illa sapientia est, hoc illud honestū, cuius facies si oculis cerneretur, mirabiles hominum in se exciteret affectus. Hæc Socratem ad patientiam exercuit, Antistheni pallium detraxit, Diogenem nudū statuit, emulumque naturæ reddidit. Hæc Democritum primò pecunia, dein ut altius uideret, luminibus priuauit. Hæc secutus Plato diu peregrinatus est, Em pedocles sese præcipitauit: eadē hæc Pittacum tyrānis obiecit, Heraclitum in solitudine traxit, Xenocrati omnē affectum ademittit. Eia cœlestē donum sapientia, uicē cultos & magistra optima, amplissimum uerumque bonum, ueraque felicitas: per te insitiam colimus, contremimus timenda, uoluptates excludimus, turpia declinamus, honesta sequimur. Verū quia hæc nō casu homini paratā, posteaquam quid præstet, diximus: ne grauemini audire, quibus artibus optimè quærat, & quo demum cultu perducatur ad frugem: fallitur si quis, ut pecuniam, ut honores, ut dignitates, ita hominibus sapientiam ab homine dari existimat. Voluntate, ut dixi, & studio opus est: nec ut corpus, ita res ipsa multis eger adiumentis. ratio & uoluntas satis ad hoc ipsum homini esse possunt: hæc animus & corpus disponit, uoluntas utrumque exercet: qui ita affectus est, sua ipsius ope fretus, quod uale, efficit: non potu, non uestitu, sed proposito & cōstantia nititur. Ergo sine disciplinis, sine ullo artium cultu hoc paratū homini, nā hoc dixerit aliquis, nihil liberalia studia, nihil bonè ad id cōferunt artes? Cōferunt omnino aliquid, ut postea demonstrabitur. Ceterum haud eiusmodi sunt, ut sapientē cōstituire possint: sunt aliquid dignè cognitu, liberoque homine dignæ, unde & nomē sortitæ uideri possunt. Sed unum illud studij genus uerè liberale dici potest & debet, quod liberum hominem efficit. Id idem est, qui & sapientiæ cultus: reliqua magis nomine speciosa quam re. Neque enim bonum rectè dixeris, quod eum qui possidet, non meliorem faciat: neque sapientiam nominatim, quæ non sapientiore reddat hunc, qui eam sit adeptus. at uidere est, liberalium artium professores quosdam multosque præterea, qui eiusmodi artes mirifice colunt, turpitudini & uoluptatibus addictos. Quam quid attinet hoc dicere, quū huiusmodi disciplinæ & artes, ne promittant quidem discipulis hoc, quod quærimus. grammatici officium in sermone uersatur, habet & historiæ curam: uel si longissimè suos proferat fines, habet & carminis, quid horum sapientiā pollicetur? syllabarū explicatio, an uerborum diligentia? an fabularū memoria? an lex carminis? an modulatio? nihil sanè in his inuenies, quod formidinem tollat, cupiditates extimat, libinam coerceat, quæ primariæ sunt sapientiæ partes. Quid Rhetoricæ, quæ usque ad eò fuit à principio Romanis suspecta, ut uelut res ciuitati perniciofa egrè sit in urbem recepta: satis constat hæc artem, de qua loquor, Lacedæmone exclusam, ut parum uitæ utilem, & apud Athenienses sublati affectibus uelut neruis toto corpore recisis, fœdè sugillatā. Nec

poetices melior conditio, nisi Homerus poetarum eminentissimus, sapiens fuisse dicatur, eiusque carmine ad sapientiam pertinere dicat aliquis, quem Plato humanam sapientiam antistes ex sua republica deiecit: nec iniuria: nam præterquam quod ille ueritatis amicitissimus, fabularum & mædaciorem auctorem non immerito oderat, nemo mihi persuaserit, Cyclopi antrum tam longo carmine ab eo decantatum ad sapientiam pertinere: nec Antiphatis regia, Circes stabulum, Syrenum sedes, Charybdis baratrum fortiosem aut temperatorem fecerint quenquam. at philosophus ille summus fuit, multamque sapientiam eius scripta continere, aiunt doctissimi quique. Esto, sed sapientia hæc prius illi contigit, quam poeta esset. Mōstrat & musice, qua ratione acuta uoces grauesque concordent, ut ex neruis disparum reddentibus sonum fiat concordia, quam Græci harmoniam uocant. Quæ autem ratione humanus animus sibi consentiat, & ex quibus numeris content uita officia, non demonstrat. Explicantur in ea quum alij, tum flebiles modi, quo pacto in summo dolore sit nulla uox flebilis emittenda, nullus in cruciata euilatus non offenditur. Diligentur & ingeniose metitur agros geometria, quod eius nomen perbellè arguit: huc lineamenta artis, huc interualla, & magnitudines spectant: quantum uero homini satis sit, quantum patriæ, quantum parentibus debeat, nec nouit, nec si nouit, docet. Quid igitur artium formas delineare, spacia metiri, rotunda in quadratū redigere: quid uero mens curua à recta distet, penitus ignorare? Age uero, quid Arithmetica multiplicat, hæc partitur, subtrahit, in summam redigit, digitosque auaritiæ accomodat: ea uero computatio suum sapientiam numerum reddere, neque docet, neque docere potest: sed quam parum artes illæ, quarum mentio facta est, ad hoc ipsum pertinent: tantumdem ac nescio an minus etiam ipsa astrorum scientia: nisi forte id effici arbitremur, quum satis exploratum habuerimus, qua parte cœli erret Mercurius, aut qualis sit ipsius occasus, si eum cadentem Saturnus ex aduerso spectet: sed quanto conducibilis sit scire, quid fieri oporteat, ac si qua nobis celestibus prodigijs nunciatur, si aduersa, fortiter expectare, si secunda, non læticia & gestulatione pueriliter efferrit: nonne hoc multo melius sit, quam sollicito suspensioque animo futuris imminere: reliqua omnium est dialectica, quam Stoici eo usque probant, ut solū dialecticum sapientem uocent. Sed hæc ad eorum demonstrationem, quæ sciuntur, præcipue est utilis: docet enim quid uerum sit, quid falsum: quæ uero fugienda sint, quæ præterea experenda non docet: nec sapienter illū efficit, de quo loquor: est enim is si ducitæ plenus, nullis fortunæ casibus, nullis iactibus cessurus, qui demum non solum quid sit rectum intelligit, sed quod intelligit sponte facit, nec præcipere mauult, quam ea quæ præcipiant præstare. Illud cuiuscumque est, uel mediocriter docti, hoc uero duntaxat sapientis. Quid igitur? reiiciendæ sunt pulcherrimæ artes? disciplineque omnes repudiandæ? dicet aliquis, quando hoc quod in primis quærimus, non præstent. Videbor scio, oblitus mei, nec dubiè delirus, si eo consilio hodie ad dicendum uenissim, ut optimas artes impugnarem, quarum sum quidam, ac uideri cupio studiosissimus. Absit igitur noster sermo ab omni calumnia, constat nobilissimis artibus sua auctoritas: sciant tamen hi adulescentes, cō discipuli & æquales mei, quid potissimum eos sequi oporteat. Fatendum est patres & uiri præstantissimi, liberales artes nulli sapientiam tradere: illa dico, quæ abundè superius demonstrata est. Cæterum earum ductu multo habiliorum ad hæc ipsam, de qua loquor fieri aditum: nec propterea illas disci oportere, quia rem tantam dare possint, sed quia animum præparare queant, multoque aptiorem red-

ant, ad eam assequendam. Nam quemadmodum prima illa literarum traditio, quam grammaticè uocamus, cæteras disciplinas & artes non docet, sed his aptius percipiendis facit gradum: ita illæ non perducunt animum ad uirtutem, sed expediunt: nec quia id non præstent, quod ex omni studiorum genere, primò petimus, inuites idcirco sunt existimandæ. Enim uero haud ligna nauim conficiunt: sunt tamen illa ad naualem fabricam in primis necessaria: non constituunt huiusmodi disciplinæ sapientiam, quia res maior sit ac sanctior, quam præceptis contineri possit: at sunt uelut gradus, per quos ad eam traducimur. Suntque certa futuri profectus compendia, per quæ ad metam celerius decurritur. Meditatur sapiens diuinarum humanarumque rerum scientiam, ex præteritis futura colligit, primas rerum causas sciscitatur, quando mundus esse cœperit, sitne semper futurus, quid sit hic animus, quo uiuimus, et unde sit, qualis, & quando esse cœperit, quam diu duraturus. Hæc olim uulgò sapientes, hæc hodie non pauci Christianæ pietatis expertes sollicito anxioque animo requirunt, hæc disputant, hæc animo meditantur, sunt hæc eadē ijs disciplinæ, quas discimus inserta, ac uelut sanguis toto corpore infusa, per quæ Plato est sapientiam antistes appellatus, Zeno, Chrysippus, Cleanthes sapientes habiti: Aristoteles Theophrastus & alij plurimi, nūquam tantum nominis fuissent in philosophia adepti, si per hos gradus non essent ad sapientiam cultum admisi: quod quum ita sit, ut hæc philosophandi ratio à nostris recepta multo plura in recessu præstet, quam fronte promittat: danda est nobis opera adulescentem optimi, totisque uiribus admittendum, ut hæc quoque parte nobis ad uirtutem iter pateat. Ad quod cœleste bonum, quum multa alia inuitant: tum quod philosophia siue uirtutis sit mater, ut quidam existimant, siue uirtutis, res pulcherrima est, & per se maximè experenda: quippe quæ dubium est in maiorene fuerit admiratione semper apud omnes gentes, an ueneratione. hæc illa est, quam Dionysius Syracusanus homo alioqui ad fauicem natus ex Athenis multa obtestatione acceperat: quam uenientem uicta nauis excepit in litus, egressam quadrijugis albis exulit. Hæc quam in Cranio apricantem Alexander Macedo cupidè inuist. Hæc cui Romani fasces se submiserunt, quibus se nuper totus orientis submiserat. Hæc cui Demetrius omnia adempta restituit, cuius causa Augustus Alexandria perierit: Macedonum rex Stagirios restituit. Hæc quam India ab initio coluit, Babylon obseruauit, Ægyptus mirata est, Gallia cōfecrauit. Hæc demum illa est, cuius professor humanis legibus non teneri iudicatus est: quia maior philosophus esset, quam homo, cuius cultor Apollinis iudicio mortalium sapientissimus habitus est. Quia igitur per se experibilis est philosophia, multoque præterea & amplius inde mortalibus contingunt honores, multa laus, multus honor, opinioque & ueneratio supra humanitatis fastigium, cultu dignissima est, summo studio, summaque industria & amplexanda: inuitat præterea nos ad hoc ipsum Veneti adulescentes, patriæ dignitas, amplitudo, cui in primis nati sumus: inuitant parentes, cognati, clientes, quibus honori & commodo esse uolumus: inuitat hortaturque ætas, tempus, locus, & quod omnium maximum spectare debemus Antonij Cornelij uiri summis sanctitas & eruditio: is unus est hodie, quod sine inuidia sit dictum, qui moribus & disciplina philosophatur: aut si plures sint, sanè omnium integerrimè: quicquid eruditionis, continentie, grauitatis hic nobilissimus habet confessus, quicquid curia, forum, tota ciuitas, ex illo uirtutis & sapientie fonte haud dubiè manauit: ferant quæso uir clarissimæ uerecundissimæ aures hæc pauca de se prædicari, assuecuntque aliquando proprias laudes audire. Vos studiosi adulescen-

adulescentes hunc uirum intuemini, hunc colite, au dite, suscipite: hinc uerus sapientie profectus, uera que philosophandi ratio nobis perenda est: etenim non solum docti esse uolumus, sed & docti & boni: quales omnino sunt, qui rectè quidem uerbis, sed multo rectius moribus & uita philosophant. Dixi.

M. ANT. SABEL. ORATIO DE VSU PHILOSOPHIAE Venetijs recitata in Riuoaltino gymnasio, celebri philosophorum conuentu.



HEMENTER mihi uerendum est, patres & uiri ornatissimi, ingeniosique adulescentes, ne nouitas orationis, inuitataque dicendi forma sit apud uos in me hodie suspecta. Etenim diuersa dicere ab ijs, qui non ineptè dixerunt, præterea in eadem materia, aut aliena stultitatis est, aut quæ dicenda sint parum prospicietis: quorum alterum arrogantie suspitione non careat, alterum negligentiæ: sed neutrum certè est. nam quicunque ex hoc loco ad hunc diem dixerunt, quos mihi audire contigerit, ut eruditos & disertos semper miratus sum, & nunc qua de re honestissimè dici potuerit, satis intelligo: nam quæ per Deum materia dignior tractari potuit, aut quis popularior sermo institui in celeberrimo philosophorum conuentu, clarissimamque Academia, quam qui philosophiam laudem contineret: ita enim natura comparatū est, ut suum quisque studium maximè probet, eaque præcipue laude delectetur, cuius sit ipse participes: non igitur quia non semper opportunè de philosophia hoc loco dicatur: aut quod illi, qui ante me dixerunt non copiose & ornate de ea re uerba fecerint: alia in gressus uia ueni hodie ad dicendum, sed meis potius uiribus diffusis, quia eadem quæ illi, neque ornata, neque copia similis eram executurus, diuersa ab alijs ratio in eundem fuit, neque enim qualis sit, aut quanta philosophia, quod plerique faciunt, demonstratur hunc locum conscendi. Sed quam uobis & mihi, iu uenas ornatissimi, sit philosophia cognitio necessaria, ac quantopere sit omnibus annitendum, & nobis in primis Veneti adulescentes, ut & patria clarissima, in qua nati sumus & educati, tandem digni uideamur: digni præceptore clarissimo Antonio Cornelio: digni hac fortuna, qua Venetum nomen, terra marique pollet. Erit itaque hic sermo si non adeo cultus, eruditus, elegans, ut cum ijs, quibus alij uisunt, conferri possit: erit certè non inutilis, & quia nouo argumento constitutus, ob id fortasse audientibus non ingratus. Nunc quado sapius, ut dixi, est idem repetitū, ut nullam propemodum sua sit domus notior, quam quæ fuerit philosophia origo, ubi terrarum prima eius incunabula, qui hominum ab initio philosophati sint, ut tripartitè sit tota philosophandi ratio pertractata, primò naturæ opera inquirendo, mox uitam moribus & officijs excolendo, postremò quæ inuenta essent, quæque in dubium uenire poterant sermone illustrando: quæ præterea sit illarum partium diuisio, in quibus cōsumatur totum grammaticæ artis officium, in quibus Rhetoricæ, Dialecticæ, Arithmeticæ, Geometricæ, Musicæ & Astronomicæ: quæ disciplinarum omnium principia, quæ media, qui fines, qui postremò in omni genere artium celebres fuerint, uitamque & excogitando & differendo excoluerint, multoque eruditorem reliquerint posteris quam à maioribus accepissent. Hæc, ut dixi, toties sunt hic audita, tam crebrò decantata, ut nullus tam exquisitus cultus adhiberi

possit, nulla copia aut splendor, quin minus omnino sint gratie habitura, quam à principio habuerunt: non quia non pulchra sint, & ob id relatu dignissima: sed quod copia, ut pro uerbio fertur, parit fastidium. Quoniam igitur illa satis nota sunt, cur potissimum sint nobis experenda, primū demonstrabo: dein quàm ijs necessaria sint philosophia studia, qui in libera ciuitate constituti sunt, qui & senatoria & forensia obeunt munera, qui ciuicum dignitatem & fortunas, qui totum corpus reipublice tuerentur. Et ut aliquando dicere incipiam, primū nobis quærendum est, quæ sit regiminis forma omnium præstantissima: mox quid sit, cur ciuitas omnium dici possit optima: postremò quanto huiusmodi rempublicam habentibus utilior sit, magisque accommodatus philosophia cultus, quam cæteris hominibus. Ciuitatum omnium quæ hodie sunt in terris uiri eruditissimi, aut Regia est administratio, aut popularis, aut præclara illa, quam optimates habent: quæ quato cæteris præstet, Græci haud dubiè demonstrant, qui Aristocratiam appellant: fuerunt qui oligarchiam ponerent, id est, paucorum potentiam: ad iacobant & Tyrannicam, sed harum utranque Plato parum celebrat: ob id credo, quia non probet. Cæterum regie ciuitati multo difficilius philosophia accommodatur, quæ est iuris & equitatis magistra: omnia hic sibi libido uendicat, nullum ciuitatis uinculum, nulla mutua officia hic esse possunt, ubi quod libet, licet, ubi unius nutu & arbitrio fiunt omnia: quin inuisa est philosophia reprobis, atque omnis æquitatis inimica: præfesse magis uolunt, quam prodesse, magis imperare, si quid uelint, quam officio impetrare. Nero quod satis constat, idcirco est philosophia studia aspernatus, quia persuasus fuisset ab Agrippina matre inuitum esse philosophiam huic, qui imperaturus esset. Multo igitur honestior popularis illa, qualem Thebani, Athenienses & Romani aliquando habuerunt. Hæc utique disciplina instituenta est, eoque diligentius, quo natura est infirmior, & ad lapsum propensior, ob multitudinem, cuius est proprium nihil sapere. Sed ut in populari philosophandum est, ut stabilior fiat: ita in ea, quæ optimatum est, quæ eadem est & Aristocratia, qualem maiores nostri nescias sapienter magis an feliciter constituerint, ut sanctior sit, atque ex omni parte perfectior, ut ante sui sit domina, quam aliarum gentium: sitque non minus uenerabilis omnibus, quam parentia & opibus spectabilis. Nunc uero quando tam hæc, quam popularis illa plures sortitur ordines, ut alij domi de reipublica consulant, alij foris aut militent, aut negociantur, alij officijs uacant, unde quæso prudentiam discant principes ciuitatis & Senatores, qui eam cō filio & auctoritate regunt, unde milites fortitudinem, negociatores fidem, opifices æquitatem: unde cuncti iustitiam, quæ ut sanguis per totum reipublice corpus debet esse diffusa: an ex alio fonte hæc requirenda sunt, aut unde expectanda, nisi ex philosophia sacrario. Hæc bonorum malorumque scientiam demonstrat, hæc quæ uitanda sint pericula, quæ uultro adeunda, quod fortium est uirorum: hæc eadem bona malaque asciscendi, fugiendi que peritiam: hæc bonorum malorumque pro meritis distribuendorum rationem. Sed cui tam multiplex peritia cōtingere poterit, nisi qui sit philosophia præceptis imbutus: aut quod discrimen in rebus habere poterit, nisi quid bonum sit, aut quid malum intelligat: quæ patriæ sint officia præstanda, quæ parentibus, amicis, clientibus, cognatis, nisi hic idem, qui uult ciuis optimus & credi & esse, rectè teneat, quid cuique tribuendum sit. Verum non nobilitas generis hanc tradere potest scientiam, non diuitiæ, non maiorum splendor, non pulchritudo, non agilitas corporis, non domesticæ opes, aut fortunæ amplitudo,

sed ipsa uitæ magistra philosophia. Hæc una ad fortitudinem & temperantiam, cæterasque uirtutes hominum mentes format & instituit. Hæc diuina contemplantur, humana disponit, eademque per fortitudinem docet alta & honesta petere, publicas & priuatas iniurias propulsare, per temperantiam ab iniuria abstinere, æquitatem & innocentiam seruare: & ut uno uerbo dicam, est philosophia omnium artium disciplinarumque peritia. O sublime & ineffabile bonum philosophia, uitæ lux, morum magistra, ciuitatum custos, affectuum moderatrix, uirtutum mater, uitiorum inimica, si non præceptis, tua tamé ui impulsus, tuoque arcano ductu Brutus natorum uitam patriæ posthabuit: tuam secutus umbræ Cœcles Porlenam suo conatu auertit, Scæuola perterruit, Curius et Fabritius paru contenti uiuere, duo se Decij deuouerunt, Brutus & Caro se uita priuarunt: hinc Reguli pietas, Metelli constantia, Lucretiæ pudicitia, Martiæ sanctitas: hinc optima illa uirorum & mulierum fruges, qua Roma magis grauida quam in terra diu floruit. Sed hæc magis laudis studio, quam uirtutis edita uideri possunt: multo pensaculatus hæc Græci. Enim uero, illa Socratis patientia unde orta est? ex philosophia: unde pertinax ille mortis contemptus? ex philosophia. Quid uoluntaria Cynicorum paupertas, cum natura consentiens: quid Peripateticorum diligentia, Academicorum cura, Eliensium securitas, Pythagoreorum abstinentia: an aliud fuere hæc quam philosophiæ partus, ex ipsa sapientiæ officina deprompti. Quod quum philosophia sit ualde utilis, multique reperi sint, qui per eam patriæ salutis fuerint & ornamenta, à suis ciuibus pericula depulerint: nunc belli, nunc pacis arbitri, publicorum consiliorum moderatores, morum & legum ministri, quum denique tibi beatissima sit ciuitas, quum à sapientibus, ut ait Plato cœperit administrari, solusque philosophus sit sapiens, summa est nobis ope adnendum iuuenes istu diuissimi, ut tali nomine digni uideamur: digni qui in ciuitate ornatisima atque omnium, quæ hodie sunt in terris celeberrima oriremur: licet & fas est Veneti adolescentem, quum propter alia multa, tum ob ea, quæ dicam, deo optimo gratulari. Et quod in ea ciuitate nati sumus, quæ legibus & moribus sit optime instituta, ubi libertas, in qua nata est & adulta, tantum uelit quantum uis & æquitas patiuntur: ubi semper ceteris artibus magnus sit honor habitus: philosophiæ maximus, quæ quo maior, pulchrior, celebrior est, maioreque pollet imperio, eo impensus danda est nobis opera, ut optimis artibus & disciplinis instructi, eam utilius adeamus: ac tales simus, ut in senatu reipublicæ, in foro ciuibus, & consulendo & agendo quam maxime prodesse possimus, ut non nobis solum nati uideamur, sed patriæ, ut Plato ait, & amicis, simusque per hæc uniuersæ ciuitati utilissimi. Reliquum quapropter nos naturæ gratulari uolebam illud est, Veneti adolescentem, ceterique Cornelianæ academiæ affectatores: ut quæ admodum Plato felicitatis loco posuit, quod ea potissimum ætate nasci contigisset, quæ Socrate uti potuit præceptore: sic nos quoque non parum feliciter nobiscum actum arbitremur, quod Antonium Cornelium uirum clarissimum præceptorem nati sumus, qui morum sanctitate excellentique eruditione possit, quod sine inuidia sit dictum, ueterum philosophorum cuique comparari: cuius uirtutes quo eminentiores sunt, maioreque admiratione dignæ, eo magis nostra interest, iuuenes optimi, hunc uirum colere & obseruare, omnem curam, spem & cogitationem nostri profectus in Socratico illius si nu collocare: qui si ita affecti erimus, spero immo affirmo fore aliquando, ac breui fore, ut neque patria ornatisima in digni ciues habeamur, neque indigni, qui & à tanto uiro credamur instituti. Dixi.

A MARCI ANTONII SABELLICI

BELLICI ORATIO, DE ORIGINE

& auctu religionis, Veronæ recitata celeberrimo Minoritarum conuentu, magistratibus urbis cum parte ciuitatis multo maxima astantibus.



ERICLES ille Atheniensium lögè princeps, patres & uiri amplissimi, in quo tanta uis dicendi fuit, tanta ad mouendos affectus facultas, ut non loqui, sed ueteris comœdiæ testimonio coruscare, & fulgura cære credere, quoties in publicum uenit de re aliqua dicturus, fertur se nouis uotis semper obligasse, sollicitus, ut credere par est, & anceps, quo circumfusæ esset multitudinis fauore peroraturus. Quod si is, cui tantum eloquij contigit, ut hominum mentes orationis fulgore perfringeret, defigeretque stupore, tãquam persuasionis dea quædam ex eius ore loqueretur, de suæ orationis euentu ita fuit sollicitus: quid me facere oporteat, nisi stultus & demens sim, præclaro & illustri admoneor exemplo: quippe qui omnis oratorij facultatis expers, rudis, ineptus, & quod me magis mouet, de re summa, ex summo loco, apud uiros summa auctoritate & eruditione dicturus processi. Enim uero si Deus Optimus Maximus, cuius summa est potestas, ita uelit hodie euenire, ut singularis quædam contingat mihi dicendi copia, uel qualis in eo fuit, cuius modò mentio à me facta est, an minus me propterea sollicitum esse oporteat, quam ille fuerit, aut minus sermonis huius euentum formidare? Nam quod ad Periclem attinet, plurimus illi de ciuitate fuit sermo, mihi de religione futurus est: popularis illi aderat multitudo, mihi sapientissimorum hominum adest cœtus: ille ex eodem ferè loco dicere consueuit, ego ex sacro, & unde non nisi eloquentissimus quisque dicere consueuit, sum hodie dicturus. Possim iure temerarius haberi, aut certè parum prudens, si tantum oneris mea sponte subijssim, nec prius mecum reputassem, ubi loci, apud quos uiros, de quàm magna re esset mihi in præsentia dicendum: sed necessitas, cui nemo nisi stultus repugnat, hanc mihi prouinciam iniunxit patres & uiri amplissimi: fuitque necesse me eorum uoluntati parère, quibus aliquid recusare nec potui, nec debui: præsertim quum nullum hoc uno maius sit in nostra professione uinculum, quam eorum dicto parère, qui & auctoritate præstant, & eruditione: quo fit, ut si peccandum sit, maiore sim dignus uenia, quam si mea sponte munus hoc suscepissim. Cæterum, ne plus æquo extimescerem, uestra pietas & clementia fecit, patres & uiri præstantissimi, qui si non ita copiose, eleganter & accuratè dixerò, ut uestra nunc fert opinio (sed quid est, quod ex hoc nostro tyrociniò, uestra præsentia dignum expectari possit) futurum confido, ut non tam rei euentum in me, quam officium spectaturi sitis. Et nunc, ut facere uelit, oro uehementer & obtestor patres & uiri optimi. Nunc ne la rius hic spaciatur sermo, iam hinc de re dicere incipiam: dicamque primum omnium de religione, atque bipartitò, ut quid res ipsa sit, & unde orta, ac quantum ad bene & beatè uiuendū sit necessaria, prius quæ rat. Inde quum multiplex et uariis sit in ea cultus, nec unum

unum institutum, quantum Francisci Assisiatis professio omnes alias, quæ sunt in omnibus, celebritate, numero, sanctitate antecellat: dicam postremò pauca de præstantia huius urbis, quæ me genuit, aluit, instituit, quod debitum illi officium, nisi à me hodie persolueretur, non tantum ingratus sim, sed indignus etiam, & indignus, qui credam Veronæ ortus, cuius Verona ipsa, si urbs & ædificia loqui possint, dici nolit patria. Sed iam quid hoc ipsum sit, de quo dicturus sum, ad erite quæso: ac quàm noua sit ratiōe, de tota re hic noster sermo institutus, cognoscite. Religio patres & uiri pientissimi, etsi ab alijs aliter finitur, ut uerè ita piè esse dicitur quædam hominum per pia opera cū Deo religatio. Hæc sanctitatis nexu pietati iungitur, quæ eadem est & Dei optimi maximi agnitio: mouet pietas sanctitatem, sanctitas religionem, religio utranque amplectitur, ac quodammodo religat. Primum igitur omnium Deum intelligit humana pietas, eiusque cōtemplatur naturam, quæ supra quàm dici possit eximia est & excellens: hunc animi conceptum excipit sanctitas, omnes quæ humanæ mētis rationes in eo, quem quoquo modo nouit, amando defigit. Vnde postrema illa oritur piorum operum ratio, mādatorumque obseruatio, quam religionem dicimus. Hæc uirtus patres & uiri sapientissimi, tam hominis propria est, tam huic animali omnium nobilissimo conueniens, tam denique appetibilis, ut nulla sit omnibus terris gens tam fera, tam morum & rerum expers, quæ si non probabilem, non tamé aliquam sibi finxerit religionem. Etenim quid per Deum fuit olim in terris Scytharū gente rigidius? quid simplicius Indis? Æthiopiibus uanius? mendacius Ægyptijs? Arabibus mollius? Afris pidius? qd Getulis inculcius? Hispanis ferocius? bellacius Gallis? quid horridius Germanis? quid Geris immitius? truculentius Sarmatis? Sed in tam uarijs humanarū gentium affectibus, tanta corporū animorūque discrepantia, cultus & morum diuersitate, una omnib. fuit religionis cura, & uelut ingenua quædam appetentia: quo contigit, ut barbaræ gentes inculcæ sine legibus, sine moribus, omnis penè humanitatis expertes, quia diu ueritas in occulto fuit, aut certè paucis nota, aliæ alios sibi deos commentæ sint, aut aliunde acceptos pertinaciter colere perseuerarunt. Cæterum idè affectus in causa fuit, ut nihil ab initio in tota uita, aut sanctius, aut uenerabilius arbitrati sint mortales, ijs qui diuinarum rerum interpretes essent, aut sacrarum ceremoniarū ministri. Sic India Gymnosophistas mirata est, Magos Assyria, Sacerdotes Ægyptus, Iudæi prophetas, Druidas Galli, atque alij alios, quos sapientum etiam appellatione quisque sua uoce dignati sunt, quum omnis ferè eorum meditatio, in diuinarum rerum contemplatione sita esset: unde ipsi gentibus sua cuique est religio orta, aut certè non medio critè aucta. Quanta ad hæc ueneratio, quis honor, quæ sanctitas omnium mortalium cōsensu ijs habita est, penes quos fuit & sacrarum misterium, ut ijdè essent sacerdotes: apud quosdam & reges, quod & uatis eminentissimi carmen testatur, & Romani reges, qui septem numero fuerunt, ipsi quoque sacra quædam per se obire consueuerunt. Sed hæc ad eò multa eò tendunt, ut quum alijs mortalium alia desint uitæ argumenta, religio tamen perpetua sit humanitatis comes. Agitarunt uitam barbarorum quidam sine feminis, agitarunt & Amazones sine uiris, fuerunt que plerique sine moribus, sine disciplina, sine legibus. Alij non mœnia, non ciuitatem ullam habuerunt, multi ne commercia quidem aliarum gentiū norunt aliqua, quidam pertinaciter refugerunt. Nudi agitabant Troglodytæ, nudi & Garamantes. Æthiopum quidam aurum & gemmas contemplere, nullus tamen unquam sine religione fuit: aut quia noluit esse, aut quia

non potuit. Et quum hæc omnium animis hæreat, fitque res popularis religio, uulgoque à mortalibus recepta: nihil tamè hominum opinione est sanctius in terris, nihil decreto honoratius, cultu uenerabilius. Sed quum talis & tanta sit religio, & ab alijs alio ritu, alijs que ceremonijs instituta: hæc quæ Christiana pietas colit, omnium quæ unquam fuerunt, quæque sunt hodie, aut esse poterunt, sine controuerfia sanctissima est, longèque uerissima, quam uerissimus autor, uel ipsa potius ueritas instituit, sanxit, pièque colendam tradidit. Cæterum, quum hæc uario cultu, quanquam pari pietate in plures sit, uelut cœtus & sectas diuisa, quando pulchrum est in pulchris excellere, hæc quam Seraphicus Franciscus insigni humilitate instituit, castitate sanxit, paupertate stabiluit, cui cedere debeat, nulla (absit uerbo inuidia) est alia in terris, in qua si sanctitatem spectes, offerunt se tibi clara diuim nomina: atque omnium primus, ipse optimæ obseruationis auror optimus. sequitur alterum religionis lumen, Antonius Patavinus, Ludouicus regia stirpe ortus, Bernardinus Senensis, & alij plures in diuorum numerum, aut beatorum recepti: quid summi pontifices Alexander quartus, Nicolaus tertius: quid Syxtus quem pontificem Maximum nostra uidit ætas: quid alij multi numero, qui & ipsi non obscurum sunt sacerdotium adepti: sed ego florem religionis delibabo. Quanta præterea eruditio, quantus Theologicæ sapientiæ fulgor, in quo genere non docti tantum, quorum numerus iniri non potest: sed si principes tantum familiæ huius censendi sint, defatigabit longa nomenclatura orationem, nec ramen ad unum dici poterunt. Fuerunt horum præstantissimi, quos non pigeat nominare: Alexander, Alexius, Ricardus à uilla, Franciscus, Maronius, Scotus, Nicolaus Lirensis, quibus meritò annumeres ex recentioribus quosdam, qui eruditione & sanctitate nihilo sint illis inferiores. Mirada adhæc, & super quæ credi possit, luxuriosa fuerunt huius ordinis incrementa: cuius nomen cultusque tam longè lateque est in omnes gentes diffusus, ut penè plures censantur hodie Seraphicæ familiæ uiri, quàm cæteræ omnes simul habeant omnium religionum sectæ. Et ut in uniuersum de tota re dicam, nihil quod sine inuidia fari liceat, maius habet hodie Christianum nomen, nihil pulchrius, sanctius, mirabilius Minoritano nomine: nihil dico, in quo tanta fulgeat uirosum sanctitas, tam celebris ceremonia, tot uiri sanctitate clari, tot fidei assertores, tanta oratorum in doles, disputantium acumen, docentium eruditio. Et quia non unus fando assequi possum omnia, dicite magnifici urbis rectores, dicite ciues Veronenses quantum eruditionis, sapientiæ, acuminis, sanctimonie, quantam uirosum frugem ad hunc celebrem conuentum, qui Veronam hoc anno est uniuerso ordini inditus, occurrisse arbitramini. Vix tanta religio, pietas, in doles, unum in locum coiuu unquam, ut inter cætera urbis huius decora & ornamenta, præsentem celebritatem non extremo loco sim positurus. Gratulor itaque uobis municipes Veronenses, gaudeo mihi plurimum, quod hæc urbs, quæ me genuit, cui secundum religionem nihil esse debet mihi charius in terris, Dei optimi maximi prouidentia, mitissimoque Venetorum imperio, in dies magis magisque illustretur, perpetuisque augeatur incrementis, perpetuis laudibus, ad quas natus mihi uideatur Genius ciuitatis huius. Etenim, ut breuiter dicam, quæ de patria, quæ mihi in primis charissima est, postremò eram loco dicturus: iam quibus condita fuerit auspicijs, & quos habuerit conditores, quia id parum liquidò traditur, in medio relinquam: quin iuulid potius spectate, quam amœno sit loco urbs condita, quàm hilaris locorum facies, blanda, ardens,

& ad sui cultum multa hilaritate, nitore, uenustate inuitans: & quod omnium maximè ad se trahere potest & allicere: ager nõ minus ferax quàm amœnus, in quo nõ Liberi patris & Cereris, sed Palladis quoque, ut cum poetis fabulari liceat, sit perpetuum certamen. Quid apricos colles dicam, quid uirentia & irrigua prata, quid fontes, lucos, amnes, uel quàm amœnè Athenis sese urbis mœnibus infundat, infusus placidè urbem interfluat, quid mœnia dicam, arces, areas, lapideos p̄tes: quid ædificia sacra & prophana, & in his amphitheatrum media urbe allurgens, argumẽto ueteris fortunæ haud quidè paruo. Sunt quidem hæc ciuitatis ornãmẽta non parua, sed multo maiora, magisq; conspicua, quæ deinceps dicentur: quorum illud & pulchrum & mirabile, quod nulla unquam huic urbi à prima origine fluxit cras, quam nõ ipsa suo partu illustrarit. Hinc læta illa uirorum fruges, nobilissimæque prouetus, Catullus lepidissimus, Benaci accola, Pomponius Secundus, Æmylius, Macer, Vitruuius, Nepos, Cornelius: et si Plinius non ciuem suum, sed Padi accollã uocat. Hinc duo Plinij, et si de iuniore Larius nobis litè intèdit: at mauult ipse, si talia sunt curæ defunctis, Veronenfis dici, quid recetiora nomina, Guarinus uir multa eruditione, Domitius, Calderinus, uel ingenij acumine, uel eruditione inter ueteres reponendus. Cõsultò trãseo, qui hodie clarissimi sunt, quos si numero completi uelim, meritò credar ambitione facere: & oratio hæc, quæ iam ad exitum spectat, prohibet me latius euagari. Quid superest igit, nisi patriæ charissimæ atque eidem nobilissimæ gratulari, quam ob hæc præclara munera Dei optimi maximi, naturæ hominumque consensu illi cõgesta, & licet, & fas est ita affari. Salue patria mihi iucundissima, Verona urbs inclyta, doctorum hominum parens, ingeniorum alitrix, sacrarium literarum, & cui plus hoc nomine Italia debet, quàm Græcia Athenis: illa doctos uiros aliunde accepit, tu alijs gentibus dedisti. Salue & lætare urbs pulcherrima, felix & pulchra situ, formosa mœnibus, edificijs in signis, claris partibus fecunda, superis grata, Veneto nomini non iniucunda, eiusque miti imperio, perpetuaque clementia semper felix: atque hodie felicissima, sapienti & moderata magistratuum administratione, quibus tantum semper debere uoles, quantum gratissima quæque ciuitas maximè debere uoluit ijs, quod de se, deq; ciuium fortunis optimè meriti essent. Cupio & opto perpetuum tibi hunc rerum cursum, hancq; laudem Deum optimum maximum tibi tueri & augere, ut Veneto imperio semper incolumi pulchritudine, cultu, uirorumq; præstantia inter principes Italiæ urbes meritò habearis. Dixi.

M. ANTO. COC. SABEL.

PANEGYRICA ORATIO IN FESTUM diem Vincentij martyris, Vincentiæ recitata: celebri cõuentu magistratuum, & uniuersæ ciuitatis.



IMERE nimis & inconsideratè à me factum uideri potuisset, patres & uiri ornatisissimi, quòd Platonis uiri summi præcepto, aut non aduerso, aut stultè repudiato (is enim rem, tempus, locum, quo hominum cõertu sit dicendum, prius spectari oportere credit, quàm quisquis ille sit, qui de re aliqua dicitur est, prodeat ad dicendum) puer ego rudis, inconstans, cui non rerum, non uerborum copia absit ulla, celeberrimum hunc locum, de re nõ parua, & quod plus omnino me mouere potuit, in literatissimorum

hominum cõspectu, cõertq; frequentissimo dicturus ascendi: nisi necessitas, cuius magna uis est, ac plus nimio potens, me hoc onus subire coegisset: cui ueritus ne succumberet (sciebã enim uires meas haud eas esse, quæ insuetã prouinciã & laboriosam facile ferre possent) neq; uolens hoc munus adij, neq; (nã inuitus etiam cogi poteram) pertinacius reculans. Attulit huic necessitati, quã sacra mihi inuixit professio, fiduciam haud quidem mediocrẽ, uestra omnibus nota pietas & religio, patres & uiri humanissimi: quippe quæ ea est, ut mihi persuadeo, ut nullus de rebus diuinis tam incultus sermo, tã sciens & ineptus haberi possit, quem pro uestra pietate non libèret & studiose admodum sitis auditur: atq; nostrum hunc eo libentius, quòd de Vincentio martyre est futurus, in cuius tutela sunt uestri fasces, magnifici urbis moderatores, uestra purpura, uniuersa ciuitas, mœnia, forum, tecta, lares, omnia sacra & prophana, quicquid intra extraq; est. Cæterum, quia ob hæc quæ dixi, nihil uereor, quin pietatè in me potius spectaturi sitis hodie, quàm ullam dicendi facultatè, quæ nulla à me expectanda est: dabo operam, ut si non cultum orationis, nõ rerum pondera, aliasq; oratorias uirtutes, breuitatè saltè præstitisse uidear, quæ ut aliquanto sit lucidior, tripartitè dicã de tota re: dicamq; primum omnium, quæ ratio nominis in hoc cœlitate fuerit: quæ idè martyrij forma: quibus demum miraculis inclaruit, manifestò ad eptæ gloriæ argumento: de quibus omnibus tã pressè & breuiter dicã, ut penè prius sim peroraturus, q̄ sermone, qui de his habendus est, inlitui potuisset credat aliquis. Cæterum, ut nobis promissa breuitas à principio cõstet, non patiar sermonem hunc latius euagari. Cato ille senior, patres & uiri præstantissimi, qui à censura præclare gesta cognomen tulit, quum admodum adolescens, Tarenti sub Fabio Maximo militaret, Architæ Tarentini, qui Pythagoricè affectator fuit disciplinæ, orationè se legisse restat est, ut præclare scribit Cicero, in qua ita demum scriptum esset: nullam capitaliorem pestem uoluptate datam esse homini à natura, cui qui succubãt iure uicti dici possint, & tanquã mæcipia bello capta seruitio adacti. Cæterum, quo pluribus est aliquis uoluptatibus addictus, eo plures sortitus dominos, & uideri, & dici potest, pluribusq; nexibus uinctus in alieno mancipio esse. Contra id malum, si quis ratione frænata, constantia & uirtute conculcat, uerè liber, suiq; non alieni iuris dici potest & debet. Fueritne pestis huius terribimè Vincentius hic uictor, ipsum nomen, quod à uincendo est, nihil obscuro in interpretatione declarat. Etenim quem per Deum alium ab eo hostem, quàm mundum superatum intelligi oporteat, haud facile dixerit quisquã: quippe qui ab ineunte, ut dicitur ætate, pro diuitijs paupertatem sit amplexus, pro splendore nominis & ijs, quæ in uitã miramur, humilitatem & innocentiam: firmissimo uirtutum comitatu uoluptuosa hæc humanæ uitæ blãdimenta fortiter respuit, spreuit, conculcauit. Nec tantum seipsum uicit, sed certamina etiã durissima ab impijs proposita cõstater tulit, minacissimos illorum conatus, qui diris illis tẽporibus tenebras pro luce coluerunt, sacrilegiũ pro pietate, cõtempnit, ut tam piè quàm uerè dicat aliquis, nulli hominũ suũ iustius nomen quàm Vincentio inditum. Cæterum, quãdo ex ijs planè potest intelligi, & quod uoluptatè calcauerit, contempserit, & impiorum certamina, Vincentium indubitato futuræ uirtutis prælagio appellatũ, & quia ea uicturus, à quibus omnia præter rationem uincitur. Cognoscite quæso uiri optimi, per quæ sit ille martyriũ adeptus, obrulit is se, quũ adhuc adolescens esset, circa Valentiam (est urbs hæc Narbonensis Galliæ) Valerio sacrorum antistiti ministro: nec solum ministrum, sed pietatis etiam & religionis discipulum: is quum ingenio non uulgari

gari & sermonis facilitate multa minister pro antistite obiret: discipulus pro magistro (erat Valerius tardior lingua) proponere, adolescens aduentibus multa atque accuratè respondere. Accersitur interim uterque Valentiam à Datiano, qui prouinciã pro Diocletiano Christiani nominis inimicissimo præfidebat: hic ambo de religione appellati, quum Vincentius minacissima præhensis uerba securus audiret, aut libentius refelleret, Valerio procul ablegato, omnem Datianus sæuitiam in unum deflexit. Est itaq; primum equuleo ad motus, multum diuq; per uaria distentus supplicia: incredibile dictu est q̄ patienter, quàm constanter atrocissimum pertulit cruciatum. Enim uero quo acerbius torqueri, eo magis inuictò animo Datiano intrepidus occurrere, & alijs interpellantibus, iubet iratus præses uirgas expediti, ad quam ille uocem exultans gestiensq; per ea sibi uictoriã quæri testatus est, corpus uirgis lacrum ferreo pectine multifariam laniatur: fateri ille nihilo secius Christi nomen, Christum regem celebrare. Frendere Datianus atq; atrocius sæuire, irq; odio plus nimio indulgere: & iam rãtum aberat, ut Vincentio uarijs cruciatibus affecto retrũ illud præsidis ingenium miseret, ut exquirisissimis non contentum supplicijs, quibus adhuc fuerat usus, iuuenem ferrea crate resupinatum, subiecto igni multo infestius torrere cõperit. O fortitudinem inuictam: ò cõstantiam incredibilem, fidem, pietatemque inexpugnabilem: circumstabant suppliciorum ministri ferreis uncis, candenti lamina subter superque, ac quaqua uersum corpus pietati addictum laniare: salem subiectæ prunæ iniiciunt, ut subita uel resiliens, uelut igneis obiectum corpus defigeretur spiculis: iacebat ille immotus, sine fletu, sine euolatione, alienataque à dolore mente cœlum in tueri: inde animus, inde sensus omnes, totum corpus p̄dere, tota mens hominis: & iam uisceribus atrociter disfluentibus in carcerem obruditur, exquisitoribus mox supplicijs torquendus: hic demum certa pietatis præmia cõcepta sunt, non illi solum, sed ijs quoq; qui pro foribus carceris custodia causa stabant, obseruari: tenebris subita luce disculsis, uinculisq; sua sponte abruptis, flores pro muricibus sparsi toto carcere iacere cum eximia odorum fragrantia: qua subita miraculi specie custodes moti, confestim & ipsi ueritati oculis admotè sese adiiciunt. Fremere Datianus multoq; atrocius sæuire: mandat in culcatæ, ut ipse aiebat, pietatis autorem molliori strato acclinarit, ut ad recentiores cruciatu, intentioresque firmior feret. Qui uerit non nihil affectum corpus. Cæterum priuquam ad supplicium repereretur, multo sua uir quies secuta est, per quam emeritã ille creatori reddidit animam: furit impius præses, doletq; uehementer sibi præreptam esse occasionem ad ultimum sæuienti: defunctum corpus feris, uolucibusq; laniari abijcit. Et hoc miraculo datum: fertur corpus importunas aues ex eo loco abegisse, lupũ à laniatu arcuisse fugasseq; alis & rostro incensès: ad postremũ defixo obrutu diu immotè in proximo sedisse, quasi aliquid quod humanis non uideretur oculis circa iacètem cerneret, quod iure miraretur. Nec ita multo post Datiani iussu, ut per omnia elementa eius ira exereretur, sublatum inde corpus, cum molari saxo in profundum est mare deiectum: senserunt & marini fluctus pietatem, sacrumq; corpus ad sepulchrum uicinis reddunt litonibus. O felicem animam, ò mentem cœlo debitã, cuius cadauer non uolucres, non feræ, non pisces uiolare sunt ausi, cui tenebræ sunt in lucem uersæ, murices florere, uolucres non attingere, elementa pietatis conscia in dulserè: fas sit mihi, fas oro diuum meritissimè: nam ex ore infantium & lactantium perfecit Deus laudem: liceat ex hac terrena sede te cœli ardua tenentè contemplari, luceque coruscantem animã, quãdo mor-

talibus non licet oculis, animo ac mète intueri. Ecquæ nunc piæ illius militiæ feras præmia, quàm dulcia, quàm lauua, quàm nõquam interitura: quis laborum fructus, aut quantus, quanta exultatio: & nunc demũ factus uoti compos, ut hæc terrena cõtênas, ut cœlestia mireris ad æternæ maiestatis thronum constitutus: laudas patrem, qui te ad tot præmia creauit: laudas filiũ, quo duce militasti: laudas alium spiritum, qui te sapientia & fortitudine iuuit: gratularis angelicis choris, qui tibi per omnem uitam præsidio fuere: gratularis martyribus, qui exemplo ad ista præmia inuitarunt. O te felicem, ò te beatum, cui lux ista qua frueris nullo est tempore defutura. Age martyr inclyte, & cœtum hunc piorum, qui tuo nomine locum hunc celebrat, colit, ueneratur, perpetua pietate confirma: hos clarissimos magistratus, qui tuis ciuibus præsidio sunt, summaque iusticia regunt, innocentia tuentur, prosperum uitæ cursum impetra: Vicentinos tuos uiros matronasq; omnem sexum & ætatem, ciuitatem uniuersam, quæ te urbis præsidem uocat, omnia uota publica & priuata ad te refert, foueas oro, ac præfens tueare, ut per te semper incolumes, piãq; fortiri uota, hunc tibi solennem diem religionemque per manus à maioribus acceptam, studio pietatèque perpetua seruent, cerimonijsq; & cultu auctam posteritati tradant. Dixi.

M. ANTO. COC. SABEL.

ORATIO DE SACERDOTII laudibus, Venetiæ recitata frequenti sacerdotum cõfessu, in nouam Liturgiam.



VAM uetusta res sit sacerdotium, patres & uiri amplissimè, quanta semper in eo fuerit sanctitas, quãtus honor, dignitas & potestas, præter Christiam nam religionem, in qua nihil est ea dignitate maius (est enim Christus rex noster sacerdos, quod propheticum testatur carmen) omnes sacrorum ritus, uetusq; cerimonia, quæ salutarem illius præcessit aduentum, declarat, manifesteq; demonstrat. Cæterum quo res uetustior est, sanctior, sublimior, eo demeritior sim, si dicere exorsus sperare aut sim (nam quid polliceri dicã) posse fieri, ut aut splendore orationis, aut sententiarum pondere, aliã ut dicendi facultate sim de re tanta, apud tantos uiros hodie satis aptè diciturus. Sed tantũ abest, ut ea polliceri uelim, quæ omnino præstare non possim, ut ne illa quidem copia, qua ceteri de huiusmodi sacramento interea dixerè, sim hodie uerba factururus. Sed noua potius utar ratione, eaq; multo breuiore, quàm illi usi sunt: quippe quæ pro multis & magnis quæ poterat de sacerdotio dici, paucissima sit quædam, sed relatu non indigna secum allatura. Omnia præterea uelle exequi, ut nostri non est ingenij, ita ne huius quidem temporis. Nam si quis cuncta, quæ dici possunt, complecti uelit: tantus ad dicendum sese aperiat campus, ut multo difficilius sit huius exitum, quàm principium inuenire. Ne igitur mihi sit & uobis unã laborandum, ex uberissima illa inexhaustaq; alioqui materia, tria sunt, ut arbitror, omnium relatu utilissima, atq; ob eam rem audita non indigna, de quibus totus hic sermo haberi potest. Primum quærendum est, quæ fuerit sacerdotij origo & uetustas, qui dein de consensu hominum in eo colendo & ornando: postremò quæ potestas & amplitudo sit sacerdotium semper comitata. Quod per uetus res sit sacerdotium, & in suprema uetustatis

uerustatis recessu constituta religio, cui dignitas illa propemodum agnata est, haud dubie demonstrat patres & uiri amplissimi, demonstrant humanæ diuinæque literæ. Nam quod ad religionem attinet, nihil sanè est homini tam proprium, tam à natura ingentium, quàm superos uenerari: hinc certè fuit quod primi illi mortales, qui terram tenuerunt, ubi à lege semel est aberratum, alijs quàm super alia uitæ uita fœdara est, innocentia sublata, ueritatem obliuisci, quia sine religione esse non potuerunt, solem, lunam, stellas & alia cœli lumina, quæ cum ipso cœlo aguntur, ut deos, & colere & uenerari cœperunt: in quo plane errore Ægyptij mortalium, ut ipsi uideri uolunt, uetustissimi fuisse traduntur. Hi nihil aliud supra se esse rati, nisi quod sensu perciperetur: nec cernerent toto mundo quicquam pulchrius, sublimius, mirabilius sole, luna, cæterisque sideribus, lumina hæc diuinitati consecrarunt. Longè aliter Syri, quorum terram primus homo coluit, ut sacræ testantur literæ: hi ueritatis arcanum à protoplasto per manus acceptum tenuere: sed hæc eò tendunt, ut cum ipso homine religionem ortam, æquum sit credere, hæc, qui ueram sortiti sunt, riteque susceptam nullo maiorum demonum cultu prophanarunt, omnium solij pij, uereque religiosi in terris fuere. Contra impij ac superstitiosi, qui uanum sacrorum ritum semel adepti, pro luce tenebras, pro pietate delirium complexi sunt: sed nullum fuit tam uanum, ridiculum, porretosum sacrorum genus, quod ij qui sortiti essent, non omnium optimum putaret: ac tale, ut cæteris, quæ alibi gentium haberentur, merito anteponi deberet: sed quia unicuique suum ualde placuit, hinc certè fuit, ut nullum sit sine cerimonia relictum: nec ullus fuit unquam sacrorum ritus quoquo modo susceptus, qui non suum sortitus sit ministrum: quare æquum sit iudicare, esse sacerdotium cum religione ortum, aut certè non multo post nati fatari necesse est. At stipulæ huic opinioni ipsa nominis ratio, quæ Græcè Latineque sacrorum uocem includit. Sed quàm res ipsa uetus est, tam mehercule apud omnes gentes sancta & uenerabilis: enim uero post dæmones illos, quos per huiusmodi homines stulta coluit uetustas, amplissimi huic ordini semper ab omnibus sunt honores habiti. Nam ut Ægyptios & Indos omittam, quorum utriusque rem eximiam esse, & supra humanitatis fastigium, sacerdotium credere: quid Syri, Scythæ, Galli, quid Græci, quid Romani: an quicquid sanctius in humanis habuere? aut uenerabilius, aut augustius, maioreque admiratione dignum? Romulus, Numa Pompilius, & alij Romani reges, in quibusdam sacris obeundis sacerdotum uice functi sunt. Cæsar Dictator non nisi cum morte pontificatum deposuit. sic Augustus, sic Cæsarum plurimi, qui siue sanctiores uideri uellent, siue uenerabiliores, pontifices fuere. Redeo ad externa exēpla, ac multo uetustiora: Melchisedech qui mysticam Christi personam gessit, & sacerdos & rex fuit. Quid Anius ille Troiani Anchisæ hospes: nonne & ipse, quem admodum poëtæ carmen significat, utrunque decus tulit? quid Aaron Moysis frater? quid alij logo ordine pontifices, qui in Iudæa fuere? & in his quidam regia stirpe orti. Iam uero tanta olim Hierosolymis sacerdotio dignitas accessit, ut diu qui in ea gente pontifices essent, tam diuinarum quàm humanarum rerum summam, pari potestate administrarent. Et ut ad Romanos nunc redeam, qui tantum exemplis ualuerunt in omni genere uirtutis, quantum tota Græcia præceptis. Quid apud hos fuit sacerdotio sanctius? quid pontifice ipso sublimius aut augustius? penes quem omnis fuit sacrorum pote-

stas: quid augure, quod ad religionem attinet honoratius? Vestalibus uenerabilius? quibus falces, purpura, Curulis sella, & omnis honos celsit. Sed quid ethrica consistamur? Christus rex, ut à principio dixi, sacerdos fuit: sacerdos & Petrus Bariona, quicquid illius nomē primus tulit in terris: sequitur ingens diuorum cœtus quod sacerdotio functi sunt: summi pontifices iam inde longa serie ab ipso militantis ecclesiæ primordio ea semper ueneratione & autoritate fuerunt, ut nihil humana pietas crediderit esse in terris pontificio nomine maius, aut uenerabilius. Et ut de sacerdotio in uniuersum dicā: nihil habet Christiana religio hoc ordine sanctius, nihil sublimius, inuolabilius, ut ij, qui sunt eam dignitate sortiti, omne humanitatis fastigium transcendere credantur: tantoque propius ad beatitudinē accedere, quanto longius à se omnem alium uitæ statum relinquunt. Sed quàm uetera sint sacerdotij initia, & qui honores apud omnes gentes sint ipsi rei habiti, breuiter, ut arbitror, ac nescio, an breuius etiā quam res tanta tractari debuerit, adhuc est à me demonstratum. Restat ut de ministerio, quo hic sacratissimus ordo fungitur, quàm breuissimè dicā: uerum quia de re seria & sub altissimo sacramento contenta, reliquus sermo futurus est: absit uolo omnis ueterum sacrorum uanitas, absint & Romanorum aliarumque gentium in hac parte deliria: res uera agitur, diuinitusque instituta: quid rogo patres & uiri optimi: quid inquam, aut re sublimius est, aut opinionum mirabilius Eucharistiæ sacramentum? quæ mēs, quæ ratio, nisi fides adsit, capit tantæ rei magnitudinem? panis modicus, qui forma cernitur materia tractatur: quoraque uini portio sacerdotis magisterio in carnem & sanguinem abeunt: quibus diuina persona quæ fuit in Christo, contenta est. Et qui cœlum & omnia continet, potestate regit, sapientia gubernat, qui æternus, sacer & immensus est, humanis tractatur manibus. O mysterium immensum. O potestas admiranda: conficit sacerdos quem angeli adorant, cui cœlum & elementa parent, timent inferna: plus manus una rite operata potest, quàm quicquid in terris hominum, in cœlis angelorum est. O munus immensum, preciosa ministeria & humano generi salutaria. Per uos demum homines uident, quod tot propheta, tot sanctissimi reges, quum id animo optarent, precibus contenderent, uideri non poterunt. Per uos ueritatem tenemus, uera luce fruimur, cœlestium rerum participes sumus. Per uos superas scandimus sedes, ueramque indispicimus uitam. Quod quum tantum sit in sacerdotio, quantum nullus lingua explicare possit: sitque res ipsa uetustate mirabilis, multoque mirabilior dignatione & potestate, ite patres & uiri pietissimi, hunc diē per laudes & solennes ceremonias transigite: sit lux hæc læta atque hilaris, multaque celebritate insignis, qua Callistus per necessarium meum, uestrique obseruantissimus sacerdotio ascitus est, primum sacris operatus, primamque Deo hostiam obtulit: quod sacrum, quæ pia libamina, piæque oblatione, quum ipsi auctorium uobis, uniuersæque patriæ bene & feliciter uertere, riteque in posterum secundari uehementer cupio & opto.

Dixi.

FINIS ORATIONVM.

MARCI

MARCI ANTONII COC-

CII SABELLICI POE-

MATA.

M. ANTO. SABELLICVS, GEORGIO

CORNELIO EQVITI AVRATO, S.



VLLA maior sanctiorque est charitas, Corneli uir ornatissime, quam ea quæ est cum patria unicuique nostrum indita à natura: quæ quo nobilior est, honestiusque in ea uiuere contigit homini, eo certè charior est, multoque amabilior: quæ duo si in te & urbe quæ te genuit, diligenter spectes, nulli hominum fuit unquam dulcior patria, nulli esse potuit quàm tibi, cui hæc scribuntur. Nam quid per Deum est hodie in terris Veneta urbe clarius, pulchrius, maioreque admiratione dignum? aut quid ipse Venetiæ habent tua domo celebrius, clarius, felicius? in qua præter uetus stēma gentis, cuius si altius sit origo repetēda, clarissima omnium quæ unquam in omni gente fuerunt, reperiuntur cognomina. In quo recentiore memoria censeatur Georgius auis tuus, qui Gallico bello captus, memorabile illud constantiæ fideique erga patriam retulit Attilij exemplum. Ea insunt rerum ornamenta, quæ multo maiora sint, quàm priuata domus capiat. Enim uero incluta soror tua (quod nulli unquam quod sciam contigit in libera ciuitate) à Principe & uniuerso Senatu publica adoptione, filia appellata est: celsit eadem Cyprij regis connubio: tulit, fertque hodie reginæ nomen. filius tuus adolescens alta indole supremo Antistitem ordini ascitus, Puniceo est galero ab Alexandro pontifice maximo donatus. Tu equestris fulgens dignitate, pluribus magistratibus functus: coniugio, liberis, cognationibus, clientelis florens, tantum possides, quantum Venetorum (ut fertur) nemo, sed quo splendor iste maior est, maiorque fortuna, eo, quis nescit, iucundior est tibi patria, quæ te ad hæc ornamenta genuit, illustri loco collocauit, opibus abundantem tuetur. Quod quum ita credere æquum sit, & ego persuasum habeam, non uidebā cui nostrum hoc Venetæ urbis Genethliacō melius inscribere possem, quàm tibi uir præstantissime: cui cum propter ea quæ dixi non ingratum fore arbitrabar, tū quia in omni genere studiorum nihil (ut mihi dicitur) libentius spectas, quàm carmen: nullius ordinis uiris libētius faues, quàm poëtis. Nunc si quid ocij datur à publicis & priuatis negocijs, id huic carmini cognoscendo, quo felicissimæ Venetæ urbis cōtinetur ortus, libens impendas uelim: ac simul illud spectes rogo, si tne magis ineptus equo sedens Sabellicus, an pedibus iter faciens. Peterem ut & sequens carmen cognosceres, quod ad uestræ urbis apparatus pertinet, nisi ueritus essem ne plura petam quàm æquum sit: pauciora impetrem quàm uelim.

Sat itaque mihi & Musis dabitur, si hoc quicquid est, cognoscere non dedignaberis.

Vale.

M. ANTO.

M. ANTO. COC. SABEL.

RERV M VENETARVM PA/ negyricus primus, quod Geneth/ liacon inscribitur.



VIS superum mihi plestra dabit? quis certa roganti Ocia, padet iter: Cirrhæaq; in antra receptum Instruet Aonio cantu: uidet Adria mater Pulchra diem, flauo quo Tybridis æmula tandem

Abluit æquoreis nascentem fluctibus urbem: Urbem terrarum imperio pelagi q; potentem, Quam gremio coplexa fouet: Nō Phœbus & Euan Non mihi Pegafides dederint in carmina uires Ex Helicone Dea: tu qui super æthera magnum Præpetibus uolitas pennis: qui q; ardua cœli Scruatatus miranda canis, pater urbis aquosæ Dexter ades cœptis: neq; enim nunc horrida bella Condere fert animus, uanasq; cupidinis artes: Sed gentis dux alme tuæ primordia, & urbis Dulcia nascentis sunt in cunabula curæ. Tu genus antiquum, causasque, & tempora rerum Da uatem memorare tuum: si grata uetustas His tibi diue locis pario de marmore templa, Quæsitumque procul phario de litore corpus, Æternum imperij pignus sacravit honore. Deniq; cœlicolum si nulla frequentius ara Humana pietate calet: terraq; mariq; Supplicibus uotis Veneto tibi Marcelitatur, Da faciles cursus (sunt nam tua carula & undæ Quicquid ubiq; iacer) da tuto insistere portu. Sparserat antiquæ fatum lachrymabile Troiæ Dardaniam sobolem miseranda origine orbem: Hinc alias alij diuum responsa secuti, Sortiti terras: gelido pars una sub axe Constitit: hi Libyen profugi uidere calentem: Hesperias illi gentes maioribus acti Auspicijs: sedjt Laurenti litore uictor Dux Anchisades Romani sanguinis auctor. Hinc Vesta illa potens, arcanaq; sacra penates, Siluia progenies, albanaq; purpura patrum. Hinc gemini fratres, proles mauortia, & ingens Roma fuit: Roma imperio quæ insignis & alta Fruge uirum sese sublimibus intulit astris: Vndi uagam sed quæ uetus excipit Adria Thetis: Quaq; latus læuum uicinæ nubibus Alpes, Squalentesq; humeros penè alto in gurgite tingūt. His medijs terris quas flumine sulcat anteno Hinc Silis, inde rapax Athefis: post Pergama bello Euicta, Antenor per ferrum lapsus, & ignes Argolicos, fatis concessa sede quieuit. Ocyor hic cursus, nec enim tam grandia rerum Pondera moliri fatorum immobilis ordo: Sed melior fortuna fuit, quæ certa trahebat Imperia, & nullos unquam frustrata nepotes. Venerat Antenor: sed non Sigeia tantum Dardanij sunt signa uiri, regemq; secuti. Ipsa uix comites dederat, lociosq; laborum Etentus fortuna parens: quos Cromnia mater Miserat ad Troiam Veneros: quū Phocidos Aulis Tot Danaas classes, ultriciaq; arma teneret. His circum Iliacas arces dum læna ciceret Prælia magnanimum regem furialis Enyo Abstulit: & Stygijs undis damnauit & orco. Morte ducis perpulsa phalanx Antenoris armis Hæserat: at postquam Priami domus excidit ingês, Exilij comites facti: per tela, per hostes, Perq; nouos casus, & mille pericula rerum, Euganea potiuntur humo: tum Troius heros Virtutes ne uirum, an diuim responsa secutus,

Incertum est, quoscumque sacra deduxerat Ida: Quosque dedit Scythicis undis obiecta Carambis, Nomen ferre iubet Venetum: Venetamq; nocari Quæsitam bello terram: populumq; laremq;. Quis pro fata deum, & tu Sors ignara futuri, Crediderit gentem extorrem, tam magna daturam Momenta expertis rebus? totq; urbibus olim Tor populis mite imperium, regimenq; futuram? Sed sic Byrsa potens, paruis sic martia Roma, Exortam auspicijs paulatim scandere cœlo Progeniem meminere suam, primordia cunctis Esse dedit natura parens non grandia rebus: Neclæris mora longa fuit succelsibus inde: Condidit Antenor spaciolis mœnibus urbem: Euganeumq; simul dudum fera bella mouentem Haud semel euictum, patrijs procul expulit oris. His magni Alcida comites post Martis Iberi Prælia, & infames superatas cursibus Alpes, Confedere locis: alto cognomine falsi Sanguine se claro genitos: tum maior haberi Res Venetum cœpitq; nouis se gloria rebus Tollere, & Oenotrios longè transcendere fines: Quantum flaua Ceres, Cereriq; immixtus lacchi Cultus habet, terrisq; uagus discurret amœnis. Hinc qua frugiferos ambit celer Abdua campos, Litus in Adriacum: septenaq; ad usq; Timauū Flumina: ab Arctoa rursus cœloq; niuali Præcingunt Alpes: tepidoq; infusus ab Austro Eridanus, Venetis tantum concefferat armis: Victricisq; tulit gentis terra Italia nomen: Tanrarum sed tristis opum mox cura laborq; Per dubios rerum motus perq; horrida bella Succelsus fregere nouos: hinc Gallia fractis Alpibus: inde ferox surgent Germania & omnia Arctoi rabies cœli: læta ocia terræ Motibus asiduis, subitq; euertere bello. Nec meminisse iuuat quotiens ab origine prima Fluxerit huc Rhenus, Rhenoq; nocentior Ister: Aut quas hic rerum clades, quas uexerit ille: Nec quàm præcipites post Gallica damna, procellas Sparserit hic terris Geticis furor excitus oris. Sed quid nunc Scythicas clades? quidue Hünia dicā Tempora? in Hesperium nomen tu protinus omnè Europam iurasse putes: proh fata dolorq; Cardine ab extremo de uexerat ultima Thetis Infandas armorum acies: infandaq; bello Pectora: non ulla nisi quam fecere, ruina Contenta ire uiam: diros arcere furares Non potuit uis ulla patrum: non ipsa niuosis Occurrens natura iugis: non flumina sæuis Cursibus: Oenotrias subito gens dira tumultu Fregit opes: sparsum uidit miserabile uulgus Adria mœsta suum: pulsumq; à sede uertista Æquoreis trepidare uadis: medioq; profundo Calibus infractum: terramq; & summa pauentem Sidera, parce nouo nimium indulgere dolori Cromnia progenies: & tu precor Adria mater Præsentis cognosce deos, hisq; annue fatis. Si domus Astaraci, Phœbeaq; mœnia nunquam Versa forent flammis, non in clyta Roma fuisset: Carthago non illa potens, ni morte Sichei Fratennisq; eiecta dolis Sidonia Dido Exul in ignotis sedisset fœmina terris. Quid uehat ignoras seges hæc immensa laborum, Exiliumq; frequens, diiectaq; fata tuorum. Quid si res Venetas tot sæuis casibus actas His sistat fortuna locis? medioq; profundo Destinet imperium, mansuraq; limina genti? Haud aliter quàm quum saxo concussa uetusto Pars montis diuulsa ruit, subitq; fragore Condidit in pelagus: tum quanquam uertice multo Emincat, pateatq; recens licet area ponto: Huc tamen instabilem fluctus propellit & illuc: Nec certò finit esse loco: si cœperit unquam

Inniti

Inniti illa uadis, fundoq; cohæserit imo, Inconculsa manet, longoque immobilis æuo. Ventorum ridet rabiem, pelagiq; furentis Aspernata minas, statio est tutissima nautis. Nunc tibi cuncta labant, tristi que impulla ruina Fata premunt: uerum fœda hæc & dira remittet Tempestas, aderuntque tui sine turbine soles. Sunt mundi rerumq; uices, has terra fretumq; Alternis agitant: alternant ignis & aer: Vsq; adeò summis una minimisque negatum Certo stare loco, stabiliq; insistere cursu. Hoc quoque triste nefas, & ineluctabile fatum Excutiet uentura dies: iam candida Parcæ Incipient lætis tibi currere stamina fufis. Immenfum succedet opus, Venetisq; sorores Fatorum adijcient miranda uolumina rebus. Sed quid ego hæc tanquam uenturis obruta fecilis Nec dudum uulgata cano? nil maxima tellus Quod maius miretur habet: nil denique pontus Quum Venetas respexit opes, famamq; decusque, Imperium, & medijs surgentem fluctibus urbem. Quin potius sacros quando hæc sibi uendicat ortus Æternum memoranda dies: huc sedulus ultro Pieriam contendo chelym: sed læta paranti Dicere, adhuc superat quæ cædida plestra morètur. Vix etenim sæui iam uulneris alta cicatrix Cœperat exactis sensim se obducere lustris, Cæruleosque abscissa sinus, disiecta capillos Adria, adhuc nitidos lachrymis tergebatur ocellos Inuidiam factura deis: quum tristis ab arcto, Rhiphæis que excussa iugis uis Hunnia flammis Obruit incautam: nec iam grauiora timentem Quàm dudum perpeffa foret: tum denique fatis Littus, & eiectæ cesserunt mœnibus urbes. Ac uelut æstiuus subito quum mensibus anni Induit obscuram faciem sub nubibus æther, Fulguat, & toto crebescunt murmura cœlo: Tum si fortè ruat rutilum per inania fulmen, Disijciatque cadens ueteris fastigia templi, Excultumue caput surrectæ ad nubila turris: Cœlestis dum flamma micat, dum cuncta fragore Dissiliunt, gremio complexæ pignora matres Attonitæ sine uoce sedent: nec cura futuri Vlla metus mentes tremefactæ uoce corda recurfat. Interea si flamma recens, maiorq; ruina Concidat, irato terris Ioue: tum pauor amens Omnia præcipitat: iam sese & cuncta perisse Mens humana putat: talis fuit Adria: tales Supremis euicta malis sub pectore curas Verlabat, quū iam ferus omnia perderet Hunnus: Iaq; Aquileia potens, placidasq; Limenis ad undas Exciderat Scythicis pinguis concordia flammis: Altinumq; uetus, doctæq; Antenoris arces. Iam uicina freto tellus, & nobile littus Ter face barbarica mersum tristiq; fauilla Sparserat anti quos præsentia in stagna colonos. Flebat Amyclæi cultu spoliata Timauū Nympha uerus, patrisq; moras damnabat inertes: Quod non septenis Dryadas quum fortè uideret, Attonitosq; malis Faunos incumbere ripis Assurgens iuuisset aquis, clademq; leuasset. Flebat, & inuisos quærebat condere fluctus Damnatæ Cilina uadis: his questibus ire Mœsta per arua Silis, uiduisq; Liqueta campis. Has alij centum iactatis fontibus amnes Exequias patrio lachrymasq; in fundere busto: Paulatim sed tristis hyems sese illa remisit: Celsit & ipsa maris Genio, fatisq; futuris, Per tot lustra tenens series immensa malorum. Tum nitidi uenere dies, uultuq; sereno Fulsit uterq; polus: medijs tum blanda sedentem Fluctibus extorrem gentem complexa benigno Exceptit fortuna sinu: decesserat olim Inuita Aufonijs terris atq; urbe Quirini,

Imperij quum pompa uetus, nomenq; decusq; Bistonias Latio presserunt pondere terras: Opatuntq; locum regno sceptrisq; futuris. Hic quæ Cyaneis agitata cautibus undas Transmittunt, tenui Neptunia claustra meatu: Quaq; freto Inachia uestigia pressa iuuenæ, Tristia dant rapidos testantia nomina cursus. Illa quidè lachrymis uultumq; obducta per omnè Oenotriam falces Romanaq; signa secuta est. Mox ubi dilectæ superis confinia terræ Attrigit: hic hærens, lachrymis sic creditur orsa: Tene ego terrarum specimen Saturnia tellus, Cuius dextra potens rerum moderatur habenis Dum sequor, incertas fatorum conscia curas Destituiam? tunc immo dicis allueta triumphis, Quæ uirtute uirum, rebusq; innixa secundis, Sub pedibus domitum terrarum despicias orbem, Prælidio spoliata deum, ueteriq; fauore Mox ruere incipies, retroq; abiecta referri. Non erit hinc cultrix Tarpeia rupis ut olim Imperij fortuna comes: uix excider omni Ut reor Hesperia: nec si iam littore toto Submoueor, primaq; ueror consistere terra: Fluctibus in medijs sedes optare recto. Dixit & Oenotrijs egressum finibus agmen: Fulgentesq; aquilas, tot iam quibus illa per annos Fida comes fuerat, lachrymis ipectabat obortis. Tum fletu perfusa genas, miserabilis uno Obtutu defixa sedet, mœretq; tuendo: Dum procul ire uidet, totisq; excedere campis Signa mari terrisq; olim gratissima, nunquam Ad uisus reditura suos. tum deniq; ab imo Pectore dat gemitus, postquam uanescere contra Omnia prospexit, sensimq; affecta retorfit Lumina in Aufonias terras, quæ Martia septem Roma fedet tumulis, lachrymansq; hæc ore locuta (est. Felices inquit sedes, felicia templa, Romuleiq; lares, quos demum inuita reliqui Accipite: extrema nanq; hæc uos allo quor hora. I, licet æternum iam me Deus auocat ille, Ille Deus qui cuncta regit, qui cuncta gubernat: Cuius iussa sequor: neq; enim mihi certa potestas, Qualem Roma putas, finxitq; in docta uetustas: Illius immensis alienas quærere sedes Cogimur imperijs: sed tu mortalia tantum Desine mirari: non arx eris orbis, ut ante: Ar pietatis eris: dixitq; & iussa sedere Finibus Hesperijs, immensas suspicit Alpes: Suspicit, & cœlo surrecta cacumina damnat, Perpetuasq; niuis: liquidumq; per aëra lapsa Præpetibus pennis, uarioq; insignis amictu: Perfringit gelidum talanibus Apenninum. Hinc uada prospexit Vari scopulosq; Monæci, Deuexumq; latus, quod Gallica uerberat unda: Quoq; Ligur succinctus arat: mox littore leuo Accelerat, limosq; oculos huc flectit & illuc. Protinus occurrunt iniectæ fluctibus arces: Incubat, & uacuum præscribit flexibus orbem: Ingeminatq; instans plausus, geniumq; locumq; Penè probat: sed fata uerant, similemque uolenti Sidere conuellunt: Ligurum confinia Macran Tuscorumq; auulla uidet: iamq; Herculis ara Offerit sese oculis, iam iam se lucidus Arnus, Tyrrhenas placido qui gurgite uerberat undas. Huc quoq; deflexit uolucris fortuna parumper Lumina, & auertens liquidas agitata per auras Præpetes iter celerat: nec te Populonia mater Respicit, aut Pyrgos ueteres pinguësue Grauiscas, Hinc procul in spectata flauentis Tybridis unda Ingemuit, mœstosq; oculos detorfit in austrum: Ac uelut orba parens natum luget ademptum, Ne totiens doleat, lachrymasq; effundat inanes, Proxima busta fugit: cineresq; uidere sepultos Mens affecta nequit: Romam sic illa propinquam

Zzzz Non

Non potuit spectare suam: sed concita cursu
 Inde procul fugiens Laurentia praeferit arua,
 Nec Circeia iuuant Ithacis immitia regna,
 Diraeque Letrigonum sedes: non Dardana nutrix,
 Non litus Phrygio quod quodam insigne sepulchro
 Aemulus effecit Triton: non nobilis urna:
 Aula nec Istmario perijt quae Acheloia cantu.
 Praeferit inde tuos tumulos Palinure, nec ultra
 Respicit aequorei, refugit uernantia Pesti
 Littora: non Siculam patitur spectare Charybdim
 Scyllaeosque; audire canes, latrantia saxa:
 Inde auersa ruit, nec te Lacinia plausu
 Herculeiue probat littus geniale Tarenti,
 Linquitur Ionij obnoxia fluctibus Hydrys:
 Quodque; satis fida potuit statione placere
 Brundisium, fugit illa tuos Gargane recessus:
 Quaeque; inculta fecat Latio fatalibus undis
 Auidus, & Venerem quam Dorica perdidit Anchon.
 Hic quamuis late circumsonet Adria fluctu,
 Non Senonum placet ora ferox, non proximus illi
 Multifido qui se traducit in aequora lapsu
 Eridanus: nec quae pelago dedit Adria nomen,
 Alludit sed laeta locis: lentire putas
 Iam fatale solum, terrasque; astare repostas.
 It procul, ac celeres curtus librare per auras
 Incipit, & laeto sese demittere plausu.
 Spargitur Adriaco passim non una recessu
 Insula, qua Dorim insulam, lateque; uaganter
 Littus ab insano fluctu defendit & austro.
 Huc simul iratum praesentit Nerea, Thetis
 Natarum comitata manu se proripit alto,
 Glaucaque; furtiuo complectens flumina nexu,
 Aequoreas undas undis fluuiatibus ultrò
 Milcet, & ignoto geminat noua pignora furto.
 His fortunatis nullus tunc incola terris:
 Aut si fama uetus uera est, perrarus agebat:
 Lasciuus sed sparsa choris per densa uagari
 Agmina Nympharum, lentaque; sub arboris umbra,
 Naidibus mixtae Nereides alta fouere
 Ocia, & aprici uernantia littora circum
 Spargere fatidicos cantus ad sidera cigni.
 Substitit, & mentem Oebalio demulsa canore,
 Terque; quaterque; uagos repetitis plausibus orbis
 Explicat, & caelo sensim demissa sereno
 Fata secuta deum felicibus incubat oris.
 Sic ubi in Eoo reparauit saecula busto,
 Sensit & inuisa se exutum membra senecta
 Lætas ad Aethiops remeat, terrasque; beatas
 Aspiciens, læto phoenix clangore salutat.
 Tum uero insontes populi, quos pallidus auri
 Nil mouer aspectus, uisa procul alite currunt.
 Allapsamque; polo excipiunt, uotisque; receptae,
 Mille optant annos maioraque; tempora uitae:
 Tam placido fortuna gradu, praepesque; uolatu
 Affuit, & superum fati allapsa per auras
 Desiluit aethereas: lætos sentire putas
 Accessus toto plaudentes aequore Nymphas,
 Prostratumque; fretum, ripisque; inflexa canoris
 Flumina: & hæc circum meditantis carmen olores.
 Illa autem caelo libratis molliter alis
 Labitur, & stabiles dextro sibi numine terras
 Deligit, atque; omen secum fert læta futuri
 Imperij, cui terra olim seruiret, & aequor.
 Tempore iam ex illo pallam succincta sedebat,
 Exceptura suos felix fortuna colonos:
 Quos ubi deiectos uidit iam sede uerusta,
 Infractosque; malis medio sibi quaerere fluctu
 Effugia, aridens sese uenientibus offert,
 Pronaque; in amplexus duplices simul explicat ulnas:
 Sulcipit & trepidos pergit complexa fouere.
 Non secus ac uiso personae horrentis hiatu,
 Quum natum trepidare uidet, matremque; uocare
 Praecipitante metu: sit nutrix obuia, & illum
 Excipit, ac forum gremio iam uana timere

A Blanda uerat, secumque; nouos miserata pauores
 Abstergit lachrymas, mulcentiaque; oscula figit.
 Ad non admotos tunc respicit Adria uultus,
 Non blandos irata sinus: quin plorat & odit
 Infandas tot passa uices, iam federat alto
 Septa mari miseranda manus, iuuenesque; senesque;
 Confortesque; thori, traductaque; pignora nati:
 Ipsaque; nobilitas, praefagia certa futuri
 Imperij, horratur sparlum per caerulea uulgus,
 Damnatas totiens bellorum casibus urbes
 Linquere, & undoso circum dare limina ponto:
 Manufrosque; optare focos, pro mœnibus unda
 Stet, quibus aduerso quaeque; exeat obuia bello:
 Hic mansura domus, fas hic fernare penates,
 Cladibus innocuos fas libera iura tueri.
 Extrulit his animum dictis generosa iuuentus,
 Consiliumque; probat: iam iam mens omnibus una
 Deserere intastas terras, altumque; tenere.
 Iam tegetes humilesque; casae, iamque; alta palustri
 Culmina consurgunt calamo: pro dulcibus aruis
 Littus & unda placet: proque; ipsis mœnibus alta
 Aequora multiuago sese cingentia fluctu
 Bis terdena uago distinguitur insula Nereo:
 Quas rerum natura parens collegit in orbem,
 Omnia cernere erat has inter crelere cultu:
 Quotque; salo steterant numero, tot castra putas
 Disponi, & uastis simul oppida surgere campis.
 Vrbs erat una tamen, sed qua stetit alta profundis
 Insula septa uadis hinc atque; hinc ardua ripis:
 Res dedit ipsa loco nomen: nil cedere turbæ
 Sedula nobilitas, urbi que; intenta futura
 Hortatrix operum stabat, pariterque; mouere
 Consilia: ut cultus genti, utque; immota maneret
 Religio, qua parte forum, qua prima senatus
 Limina, & his cultris superum confluere ara.
 Et iam tempus erat, quo auersi cornua tauri,
 Auratumque; caput radiatorum uerbere pulsar
 Phœbus, & à tergo uentorem respicit Helles.
 Vernabat stratum zephyris mulcentibus aequor,
 Sidereque; poli sese iam mollibus horis
 Induerat, uarios tellus adoperta colores.
 Certabant passim scopulis & litore curuo,
 Aequoreae uolucres, alterno ad sidera cantu.
 Ibat in amplexus sublimis & oscula natae,
 Iuppiter & læto radians Cyllenius astro,
 Infernum fugiebat auum, mersumque; profundo
 Aethere, & Antipodum meditantem praelia Martæ.
 Hæc erat astrorum felix concordia, & anni
 Temperies, quando uulgi claudente corona
 Nobilium stetit ille palam uenerabilis ordo.
 Hic urbis quae prima pia fundamina genti
 Ponere, & extructo placuit noua limina saxo:
 Non augur lituo innixus de more uetusto
 Inspecturus aues, extistit admotus aruspex:
 Sed pius in niuea productus ueste sacerdos
 Constitit ante aras, supplexque; hæc ore locutus:
 O mundi supreme parens, o rector Olympi,
 Qui super aethereas nubes & sidera, trina
 Maiestate sedes, profugis da conditor orbis.
 Nam tua turba sumus, mansuram sedibus urbem
 Condere, quam tumide amplexa pro mœnibus undæ
 Perpetuo seruent, pergantque; augere nepotes,
 Si iussu pater alme tuo, uultuque; potenti
 Aethere se medio tellus libauit & aequor:
 Si uoluerit discretus aquis sublimius ignis
 Constitit, obliquo septenaque; sidera lapsu
 Contendunt aduersa: polo totque; ardua secum
 Lumina perpetua raptat uertigine mundus:
 Si caeli, rerumque; uices, si mensis & anni,
 Quaeque; inferna regunt tua grandia iussa sequuntur,
 Da stabilem sedem, mansuramque; moenia dextra,
 Hunc populum fundare pia: da fluctibus altis
 Crescere nascentem lætis successibus urbem.
 Per te antiqua ratis quum cuncta immerfa iacerent
 Diluio,

Diluio, incolumis per caerulea uasta cucurrit,
 Rectoremque; suum seruataque; femina rerum
 Restituit terris, qua primum illaesa sededit.
 Ter tua dum Iudam seruas: Nilumque; Pharonque;
 Dextera percussit, tumidamque; refregit Erithen.
 Cui per lustra uago rigidis è cautibus undam
 Elicis, & largo immentis erroribus actum
 Rore leuas: tantum pieras uetus illa mouebat.
 Tu genus humanum, & forem miseratus iniquam
 Antiqui sceleris, quam caelum & cuncta teneres,
 Ingenti complexa manu: te Virginis aluo
 Includi, atque; humili cingi dignatus amictu:
 Passus & exiguis, quae sunt immanis coire:
 Non ortus laeare tui, procul astra secuti,
 Grandia ab Eois portarunt munera reges:
 Thus simul & myrrham, myrrhaque; potentius auri.
 Oblituit latices uersos in pocula Bacchi
 Mundus: & admissa multos iam morte receptos.
 Terga insuera potens glauci tua planta cucurrit
 Nereos: & uacui tibi ianua celsit auerni.
 Te Stygij tremuere lacus: te pallidus orcus
 Fugit, & admittam tenebrosa in tartara lucem.
 Tum uero illa uetus, numerosaque; turba piorum
 Postibus æteris Erebi, fractisque; cathenis,
 Vindice te superas uictrix emerit ad auras.
 Denique; si caelum, si te ipsa elementa sequuntur,
 Obseruantque; tuos labentia temporanurus,
 Dexter ades, uotisque; pijs pater annue, & aram
 Hanc tibi perpetuam praesenti numine firma.
 Da populum antiqua se religione tueri,
 Successusque; augere suos: da grandibus ausis
 Digna euenta precor: stabit sine diuite cultu
 Nunc hæc parua tuo quae nomine tollitur ara.
 Nuda colet pieras, at si non irrita uora
 Hæc fuerint: centum his terris tibi grandia templa
 Cœlitibusque; tuis radiabunt marmore & auro.
 Dixit, & intonuit læua de parte ferenum:
 Iuueruntque; preces populi non improba uota,
 Et fauor, & tacitis conceptum mentibus omen,
 Iam Deus & lætis labentia curibus astra
 Signa dabant manifesta polo: iam mollior annus
 Et formosa dies aderat (si uera uetustas)
 Hæc lux illa fuit mundo quae prima recenti
 Fulsit, & è summo missam quae sensit Olympo
 Prima Dei lobolem: plaudebant omnia ceptis,
 Sidera, terra, fretum, feruensque; accentibus æther.
 Iam uero superum monitus, & læta securæ
 Omina, mille manus operosaque; brachia mille
 Sese operi expediunt: pars hæc fundamina sacris
 Prima locant aris: instant pars claudere sulco
 Et qua tecta fori: nec adhuc miranda federet
 Curia: sed qualem rerum fortuna linebat:
 Sic feruebat opus: passimque; antiqua locorum
 Mutari facies pro culmo uluaque; palustri
 Confurgunt fragili postes & limina textra.
 Materies hæc prima fuit: nam marmor, & aurum;
 Et quibus ipsa recens urbis nunc forma coruscat,
 Illa uetus meruit pietas, peperere nepotes.

VENETAE VRBIS GENETH,
Iiaci Finis.

M. ANTON. SABEL DE

VENETAE VRBIS APPARATV
Panegyricum carmen, quod oracu-
lum inferbitur.



IC ubi in alterno fortuna immobilis
 æstu
 Accubat, & reb. nō impacata secūdis;
 Dat pelago uariare uices, tibimaximè
 rector (& omnis
 Vndarum, cui glauca cohors deseruit;

A Thetios aula uagæ, si uera est fama, per umbram
 Reddita uox caelo tua grandia fata retexit.
 Illa per obscurum noctem dum sponte per artus
 Insinuat se grata quies: allapsa iacentem
 Terque; quaterque; ciens, ultro hæc tibi fatur ad aures.
 Hic ubi sacros actus, & grandia regis
 Monstratis monumenta tui, magni aliger orbi:
 Vndois quæ septa uadis nunc hospita tellus
 Te tenet, æternum tua molliter ossa quiescent.
 Annuas fati: sed quæ tam certa futuri
 Tunc mens aula foret, clara hæc penetralia cultu,
 Hoc rerum sperare decus? quis limina Diuum
 Tercentumque; aras posse hoc confurgere fluctu
 Crediderit uares? sed sic cui summa potestas
 Iusserat, immotas deducere stamina Parcas.
 Nuda erat hæc rere facies, quam stagna refusi
 Nereos, & placido sulcabant flumina cursu,
 Nondum cœlicolum sedes, hominumue superbi
 Fluctibus extabant postes: non littora circum
 Aurea sublimes feriebant sidera turres.
 Stagnanti non ulla freto naualia, nulli
 Remorum pulsus, non lenta celumata nautum:
 Sed pelagi planctus audiri & questus ad auras
 Nocturnus uolucrum.
 At quamuis hominum cultu deserta iacerent
 Omnia, credibile est, nam mens afflata propinquo
 Numine fata uidet: fati nec caeca futuri
 Villa obstat caligo pijs: tibi nocte silenti
 Hanc, quæ sparia iacet spaciosa per aequora, molem
 Obuerlatam animis: curuisque; hunc flexibus orbem
 Scilicet arcana suspensus luce per umbram
 Iam mediam: tacito quærebatur pectore, qualis
 Illa recens templi facies cui Palladis arbor
 Proxima fortè fuit: nascenti occurrere Phœbo
 Pergeret, & festa ceruice afflaret euro:
 Clauigeramque; senis dextram, nomenque; magistri
 Mirarus seruare tui: mox læua per undam
 Lumina laxabant longo pomeria ductu.
 Extremumque; latus gelidam quod suspicit Arcton
 Illa uetus pieras baculo subnixæ tenebat,
 Quam non mille olim clades, non morbus, & atra
 Funera natorum subita fregere ruina.
 Humidus hinc limes, fluctu tibi uisus aperto
 Currere ad Hesperios fluctus, quæ Martha sedebat
 Virgineo stipata choro: dehinc curua per austrum,
 Perque; sacras diuum sedes: arasque; madentes,
 Rursus ad Eoas currebat semita metas.
 Hic subito miranda fides: per littora, & altos
 Fluctibus extantes scopulos, quos caerulea curuis
 Area discurrens spacijs complexa tenebat:
 Culmina diuorum surgunt, clarique; penates,
 Perpetuique; lares hominum: suprema relictis
 Nubibus aeræ tolluntur ad æthera turres.
 Vnde hoc quod passim testis, & postibus aurum
 Fulget, ais, pelago? quis tunc huc, quis Hymettia saxa,
 Taygetumque; tulit uiridem, niueamque; Carystos?
 Quid sibi uult hic aequoream concussis ad urbem?
 Quid Tyriæ Phariæque; rates hæc stagna frequentat?
 Diuitias huc ferre suas, quid Vesper & Arctos
 Sic properat, denseque; premunt hæc littora puppes?
 Vnde frequens statio hæc? stipataque; puppibus ora?
 Quid tunc secant passim fluctus tot millia cymbæ?
 Quid nunc Chalcidicis obnoxia fluctibus Aulis
 Iactat mille rates Danaum? quid stebilis Helle
 Se sub Achemenia queritur iacuisse carina?
 Maiores oriuntur opes: sed marmore & auro
 Hæc quæ templa micant, Petreia nomina seruant.
 Nimirum manet hoc postquam terrena relinquet
 Clauigerum penetrare senem, limesque; uetustum.
 Hæc quæ su discum confurgit ad æthera turris,
 Herbidus & tota campus deseruiet ora:
 Fallimur, an contra responderet Virginis ara?
 Ara puellari cœtu uenerabilis: heu heu
 Nocturnas cohibere faces, & dira ministræ

Semina flammam: sed longe cautius ornat
 Vicinus sua sacra chorus: defendit & ignes
 Fatidicus nil damna timens tam tristia uates.
 Nec qui terribiles uati parferere leones.
 Quæ moles hinc dextra sedet? quæ uerbis imago
 Cæruleis prætexta uadis: naualia mirum
 Nihæc sint: ecce rudes longo nunc ordine sedunt
 Pontibus æquata tercentum fronte carinæ.
 Ecquæ congeries sparti? quæ immensa rudentum
 Materies, uasta iacet hæc contortilis aula?
 Aut quos remorum Boream confusus acruos?
 Velaq; Thraijcium Boream fractura, Notumq;
 Strucillibus congesta tholis, uncosq; tenaces.
 Vel quæ uulnificis telis stipata recumbunt
 Tecta adoperta procul? ni olim mentita uelustas
 Effret una deos, sæui hæc sacraria Martis
 Credere, & æquorei poteram penetralia regis:
 Tor galeæ, clypei q; caui: tot protinus enses
 Argolicas potuere manus armare, Phrygas q;
 Inter Pergameas arces, ripasq; sonantes
 Fatalis Scamandre tuas: te in Baetra mouentem
 Nine, & Abydenis metantem Persida campis.
 Membris hic uerò campus naualibus hærens,
 Herbida quem uestit facies, succincta pharetris
 Agmina quis labor exercet? quid figere metas
 Vtq; procul tendunt? uel quæ in se nostra retorquet
 Lumina tercentum stratis domus ardua fulcris?
 Suprema pietate patet sanctissima partu
 Virginis alma parens: sed filia sanctior una est:
 Læua suburbanis incumbit fluctibus, hancq;
 Vndiq; circumstant uitrata fronte ministræ.
 Hunc propiore tholo tam tetrica tecta tenentem,
 Haud equidem agnosco, cælesti lumine quâuis
 Os radiat: quid pulla toga est, tunicæq; niuales,
 Cælitis ante pedes? quid tam numerosa recumbit
 Calua cohors? stantem cuncti mirantur & orant.
 Ignota illa etiam facies extrema prementis
 Stagna fenis, madidos qui longius exit in austros,
 Canices ueneranda genis, proluxaq; barba,
 Mortales oculos, humanaq; pectora tangunt.
 O pelagi uentura dies, ð tempora rerum.
 Quos ego suspicio Paro de marmore postes?
 Aut quos sub niuea famulantes ueste ministros?
 Sed quò iam retrò capimur? quæ obliqua sacrorum
 Hanc geminos inter fluctus sibi uendicat aram
 Relligio? aut quales surgunt à fronte penates
 Cælicolum regi? sed cur altaria cultu,
 Cur auro gemmisq; uacant, ingrata uerustas,
 Cur non Dalmatico splendet hæc templa metallo?
 Quæ magis altus honos decuit: sed nuda tonantem
 Nuda iuuat pietas: litat hæc, non cultus & ara.
 Sed mihi quis fletus infantum perculit aures?
 Quæ miseranda manus puerorù hæc curua recurvat
 Atria? scire uetor, rapiorq; per arcta uiarum:
 Nec satis agnosco campo qui cultus aperto
 Còminus affedit Thrax lingua hic, Graius amictu:
 Nec propiore tholo multo mihi notior ore est,
 Ille acri qui uetus equo, pietatis amore,
 Ignarusq; doli, sua pallia diuidit orco.
 Prouehor in Boream, gelidamq; Lycaonis Arcton.
 Ecce iterum immensi genitrix ueneranda tonantis,
 Sese offert gremio centum complexa ministras,
 Glauca sub extremis quâ mœnibus æquora rauco
 Marmure dissiliunt: contrâ, lux trina coruscant
 Vltiore solo: natua ueste quis ille est
 Stigmata grata gerens, cui circumfusa ministrat
 Turba frequens exuta pedes, & fune recincta?
 Quod simul Oebalijs terris quum bruma cohercet,
 Perq; numæ sylvas densæ coijere palumbes:
 Aut quum sæuit hyems pascim per stagna, lacusq;
 Equoræ glomerantur aues, lentaq; sub umbra
 Accubat ætuis ouium grex Appulus horis:
 Tam numerosa manus pergrata silentia feruat
 Quæ delecta sui, cultumq; propagat.

A Nec quæ uirgineo frontem uittata decorè
 Inde a uersa sedet, studio submota uirenti,
 Nota mihi facies: sacris operata sacerdos
 Plurima, perq; uices solennibus incubat aris.
 Vel quæ hæc ante oculos dextra læuaq; reclusis
 Porticibus picæ disiectaq; robora pascim
 Materies proiecta iacet? quæ turba pharetris
 Certat Ithyreas sumptis imitari artes:
 Est domus an potius sunt hæc penetralia diuim?
 Porro æquata polo, gemini fastigia fratres
 Alta tenent: sed ferri acies intenditur illis.
 Infandas inhibere manus, neu perditæ sæui
 Infontem sobolem: iam iam pieratis amore
 Optat uterq; mori, cæloq; admota rependunt
 Supplicia: alternum sidus fulgebis uterq;
 O meritò proles cælo spectanda, quid ultra
 Vana Therapnæos miratur Græcia fratres?
 Martigenas quid Roma suos? Acheronta reclusis
 His sua cuiq; dies: at uos conuexa tenentis
 Sidera, uos pedibus lunam calcatis & astra.
 Sed cui Chalcedico latè hæc pendentia saxo
 Mausolea uacant? quando huc aut unde relatæ
 Exuuiæ? Phrygios arcus, Scythicasq; secures
 Aspicio: sed scire nefas quo ex hoste trophæa
 Hæc sint, aut quales pascim pendentibus umbræ
 Claudantur tumulis: quis plenis caluis inerrat
 Porticibus cœtus nigranti cultus amictu?
 Heu quæ flamma nocēs hæc aurea tecta prophania
 Postibus inuast: nocturnæ occurrite pesti:
 Ferte citi lymphas, iactatis ordine saccis.
 Inualuit sed dira lues: heu damna meorum:
 Artis Apellæ quantum nox abstulit una.
 At meliora ad sunt: latè tenet improbus ignis
 Omnia: nec deest in medium qui conferat aurum,
 Quiq; trabes & saxa ferant: en altera rursus
 Mœnia, & aurato surgunt fastigia saxo.

B Nec procul hinc geminæ consurgunt uirginis aræ:
 Quarum dextra situ, saxo quò d exesa uetusto,
 Stat rudis aspectu: nec quem post terga reliquit
 Agnosco Diui faciem: nec notior ore est
 Hic, qui doctiloqua meditatatur murmura lingua:
 Aurea uerba sonans: ast hæc, quæ læua recumbit
 Virginis ara recens, proh quanto affurgit honore.
 Quid sibi uult hominù subitus concursus eodem?
 Quid chorus iste recens? congestaq; munera totis
 Postibus? aridet Spartano blanda metallo
 Frons procul: hæc Libycæ cômédatur purpura uenæ,
 Niliacusq; lapis, Phrygiusq; & quicquid Hetrusco
 Littore Luna secat, secuitq; Argiua Carystos.
 Sed rapimur dum plura sequor, quæ Graia sacerdos
 Vicina regione sedet uittata capillos,
 Pallentesq; affecta genas, pallamq; recincta?
 Nec satis ille senex notus, cui tempora cana
 Mitra tegit, sacroq; caput confurgit honore:
 Dulcior affatu, quâuis & murmura linguæ
 Nil trinitale sonent: iamq; in se nostra retorquet
 Lumina siderei mater formosa tonantis.
 Sed quid me fessum rapiunt hinc fata retrorsum?
 Obijciturq; procul iuuenis, qui nuda reuinctus
 Membra iacet medijs flammis, nec dira recusat
 Supplicia, admotumq; rogam non sentit, honore
 Percitus arcano: hinc oculis, hinc pectore toto
 Pendet, & admotas non respicit ore ministras.
 Accubat ardenti, furas nudatus & ulnas,
 Contectusq; humeros, uentrisq; extrema rigenti
 Cortice, demissi cui sunt pro ueste capilli.
 Nimirum hic ille est, celebrat quæ maximus orbis,
 Quiq; tuis castum fatorum conscius agnum,
 Iordanes immerit aquis: uox ferrea mundo
 Inclamat: Properate uiri, sit semita regi
 Vndiq; aperta suo: sed quid crucis agmen ad aras
 Conspicor armiferu? uel quæ manus impigra circù
 Excubat? an nunquam statio hæc tam fida remittit?
 Heu nimium segnis, quid me hæc uocata morantur

Per

Per geminos scopulos surgentia limina diuim,
 Huius dextra quatit palmam, quatit ille sinistra
 Præmia deuictæ per tot certamina terræ.
 Fallor, an arcanos cæli scrutata recessus
 Hæc aus illa potens, quæ nunc super ardua mundi
 Præpetibus uolitat pennis, nunc læta relabens
 His sacrata uadis sibi debita templa reuifit.
 O diuim memoranda domus circumfusa tellus:
 Ecquæ nam superum non his simulacra coruscant,
 Littoribus? sparsis en circum tempora canis
 Fatidicus uates magnus cui uoce sacerdos
 Proditur ante diem terris, nunc sidera pulsant
 Vertice, & exhaustis uni cadit Ida metallis:
 Dalmaticumq; latus, Chalcisq; undosa resedit.
 Miratur sua templa senex: miratur honores,
 Fœmineumq; chorum, & plena sacraria diuis.
 Cui super imposito parua hæc uacat ara sacello?
 Aut qualem ante oculos proles Alpheia molem
 Suspicit? ex summo surrecta palatia cælo
 Miratur? quorum latè candentia duro
 Saxa adamante rigent, falluntq; cacumina sensum.
 Hic te suspensum, dudumq; incerta mouentem
 Marce reor raptum (neq; enim pia credere cuiquæ
 Arbitror esse nefas) liquidumq; per æra uectum,
 Continud ante fores aurataq; limina templi
 Aligeri statuisse manus, qui missus ab alta
 Affuit arce poli, ne te tua fata laterent.
 Tum uerò ambiguos uifus per cuncta ferentem,
 Hærentemq; animo, nec adhuc bene prima tenetè
 Limina, purpureo affatus sic cœperit ore:
 Quid tu suspensus premis hic uestigia? diuim
 O cœtus auctore senex: lux fida piorum
 Ne dubita, nil uana uides: tibi nuncius adsum
 Sedibus æthereis, teq; hic uentura docebo.
 Hæc templi facies, quæ marmore splendet & auro:
 Cuius adacta polo radiant fastigia Graijs
 Artibus, & fuluo signis distincta metallo:
 Ter geminaq; procul surgens testudine pendet:
 Tercentum nitidis hinc atq; hinc fulta columnis:
 Cui uenosa Thafos latus hoc præstruxit, & illud
 Taygetusq; uirens, nec non cerealis Hymettus.
 Aspice quàm uarijs serpent Afarota figuris
 Sparsa solo, quæ uestit onyx, quæ blandus apistos
 Molle rubès, croceus maculisq; inspectus ophites:
 Et nomen cui flamma dedit cyamosq; thaosq;
 Quid carchedonios, precio saq; nomina mille
 Venarum consecuta loquar? sacraria quanquam
 Sint hæc digna Deo, multum ueneraberis illis.
 Te postes, te thumma colent fastigia: nulli
 Seruati usq; solus plus hic tibi tota uocabunt
 Limina: post cineres defunctaq; membra iacenti
 Hic tibi certa quies, age nunc tibi fata tuorum
 Expediam: cernis uacua hæc ambita uetustis
 Atria porticibus, sublimis curia læuam
 Degrauat: an spectas qualis confederit ordo?
 Bis centum coiere senes, quos purpura uestit,
 Canices mento, & tacito uenerabilis ore
 Maestas: uetus illa fuit, fuit indole talis
 Curia, quam doctæ quondam uidistis Athenæ:
 Vidit & insonos talis sua Roma Quirites.
 Aspice ut in medium sedeant, censere parati:
 Quisq; æqui rectiq; tenax, ut cultus in auro
 Sublimisq; throno sedeat uelut arbiter illis:
 Purpureus quem uelat honos, cui candida barba
 Subnixus folio tacite moderatur habenis.
 En tibi quàm nullo subeat suprema tumultu
 Limina, patricius nec supplex ambiat ordo:
 Sancta sed immoto seruet uestigia ritu.
 Subter strata fori, trepidis subbellia feruent
 Septa reis: iræ hic regnant, rabiesq; dolorq;
 Ancipitesq; metus, infandaq; murmura uulgi.
 Ima tenent fontes, damnataq; crimina sæuis
 Supplicijs: gemitus cæcis traetæq; catenæ
 Inlulant tenebris, quod si componere fas est

A Nomina perpetuis fato debentia rebus,
 Sic procul æthereis Styx sedibus atra recessit,
 Inferniq; lacus: sic iam minus improba penis
 Quamuis dira satis consurgunt mollius arua,
 Elysijs uicina iugis: tuq; impiger adlis,
 Et mea digressus latè hinc uestigia serua.
 Hæc geminæ quarum fastigia cæssa columnæ
 Astra petunt, scelerum diras expendere pœnas
 Aspicient fontes, toto nec maior in orbe
 Iusticiæ tum cultus erit: sed suspice qualis
 Fulget apex, quantumq; illi sit sideris instat
 Dum procul igne micat: nec quæ subiecta recubùt
 Sint tibi tecta moræ: latè hæc sine currat & illa
 Porticus, & spacijs latè discurrat apertis
 Area: sed postes & puluina diuim
 Luminibus serua: nec quas post terga relinquis
 Bassanas mirare fores: sacraria pandit
 Nascenti geminæ tulerint cui nomina fortes:
 Nomina nunc noctis tenebris immerfa, sed olim
 In medium uentura diem: iam respice quales
 Virgo tenet sedes, celebrat quam terra, fretumq;
 Suspiciunt quam templa poli, quam tartara rurius
 Effugiunt: eadem multum statione propinqua
 Miratur laudatq; senis pia limina uatis.
 Quæ procul æquatis tollunt se frontibus ultrò:
 Hæc uetus, illa recens: ambæ sed uirginis aræ.
 Sed quæ dextra sedet, quam supplex turba fatigat
 Afsiduis uotis, cumulatq; altaria donis:
 Afsider huic custos succinctus murice, palmam
 Concutiens dextra, sublimiq; hospite gaudet.
 His submota locis fluctuq; iniecta trifulco
 Culmina prisca colet saxoq; instruta uetusto
 Maurius: ignorus terris nunc Marce, sed olim
 Insignem faciet pietas: fouet altera magnos
 Aliger: ante polos pontumq; & tartara mecum
 Mente satus pura, rerumq; ab origine prima.

B Respice ut eiectum pedibus premar aureus hostem
 Victor: & examen librans stet pronus in hastam.
 Sed caueas lux fida poli, ne corruat ingens
 Turris apex, feriatue cadens per inania fulmen:
 Proxima templa tenet, lapidoso infringitur imbris
 Cui iuvenile caput Solymis deiectus aduffis
 Procubuit, moriensq; manus feruare nocentes
 Vrgentis populi didicit, crimenq; leuare.
 At nunc diffusi carpit pius ille cruoris
 Præmia: stant aræ, nitido stant culmina cultu,
 Sacrificusq; chorus: sed quæ mora legnis inertes
 Nos tenet: eia oculis opus est, & præpete gressu:
 Huc ades, & diuim quæ sint prope templa docebo.
 Hæc q; amplexa crucis gestat uenerabile nomen
 Regibus infestum Strygijs, cui nobile flauum
 Præcinxit diadema caput: memorabilis olim
 Multum prole sua, sed famam cultumq; perennem
 Cultra dabit pietas: stabit succincta ministris,
 Hospitij memor antiqui, uatisq; propinqui:
 Martyris inde aram trinis prope fluctibus udam
 Respectans: nunc adde gradum, & uestigia retrò
 Corripe, & hunc nigro læua qui occurrit amictu,
 Atq; huius dextra perstringas limina planta.
 Accelerans ne quære precor: sunt nomina prorsus
 Nunc ignota uiris, sed erunt post inclyta terris.
 Collegæ secreta tui, nec tecta requiras,
 Quæ contrâ abducta se condunt fronte: per æra
 Perq; graues sonitus properans atq; arcta uiarum,
 Differtas opibus cerne hinc atq; inde tabernas,
 Nobilis aurata quam semita currit ab ara.
 Nec te tantarum teneant miracula rerum:
 Sed diuos mirare tuos, sedesq; beatas.
 (Iam tibi notus erit) uicina sede propinquus,
 Cui subducta uia non grandia templa recumbunt.
 Haud procul aspicio antiquæ testudinis aurum,
 Quam rerum seruator habet: stat proximus illi
 Exectam qui humeris pellem, ceu pallia, portat.
 Non ratibus te ripa frequens, non feruida pontis

Agmi-

Agmina defigant, nec quas Germania diues
 Explicat hinc merces, illinc sua stamina Seres.
 Quin errata prius repetens tria compita retrò
 Prospice bis lenis sacratam fratribus ædem.
 Hinc Sophie penetrale sacrum, campumq; uirentē,
 Qui iacet ante fores, & quā mox dextra recedit
 Ut uirgo ster cincta rotis, irasq; minaces
 Negligat, & fidens solum miretur & ora.
 Virginis ora suæ, prohibent hæc dira timere
 Supplicia: auxilio ternis simul excubat aris
 Diua parens: hinc signa mouens uictoria nati:
 Tercentum inde uiros, pietas quos iunxit alitq;
 Hortanamq; manum, magni hanc tutela Gigantis
 Arma timere uerat: sed quis madet usq; supremis
 Fluctibus: an spectas regū hic qui ex stirpe creatus
 Ut miseras contemnat opes, diademata calcet.
 Cernis & inde senem diuersa in parte sedentem,
 Quiq; utraq; manu diuina uolumina uersat.
 Celsit ille licet merito tibi magna paranti
 Scribere, & ingentes quisquis cantauerit actus,
 Et regis monumenta pij: post ecce uirentem
 Vendicat ipsa uiro dulcis facundia palmam:
 Et nunc uirginem propius iam respicit agmen,
 Sed maius miratur opus, quòd ad ubera cernit
 Virginis admotum, cœlum qui & cuncta creauit.
 Hoc stupet ille senex, non gradia recta, nec aurum,
 Seruitiumq; frequens, plenisq; altaria donis.
 Hoc stupet aduerso obtutu Marcellus, & oræ
 Arbitræ extremæ felix, & iuncta duobus
 Flusca sedens diuis: nec non pia cominus unctrix
 Fluantes resoluta comas, tergensq; capillis,
 Quos sine sine pedes lachrymis rigat anxia sacros.
 At qui præcella stat nixus turre sacerdos,
 Quiq; altis obiecta uadis altaria seruat,
 Idem olim Oebalio, quā Carnica regna Timauro
 Latè obueria iacent, post te tua templa tenebit.
 Nunc age, & hic sæua insignè quæ compede cernis
 Quantus erit, nunc scire nefas, sed in astra receptus
 Hisq; olim terris, templo sacratus & ara,
 Vltro aderit, manicas nexis & dura relaxans
 Vincula: dexter abi, & celeri fastigia gressu
 Pontis age exupera, nec quæ post terga relinquis
 Sint tibi refqua moræ, licet his plus fuderit auri
 Posteritas opulenta locis, quàm Lydius Hermus
 Voluat, & Hesperijs Tagus impiger obruat undis.
 Nec procul illa lenis facies toleratibus apta,
 Humanisq; inuicta malis, quæ suscipit Arcton,
 Extremamq; urbis calcat miserabilis oram,
 Te teneat: nec quæ circum naualia, crebro
 Artificum resonant pulsa, non atria & una
 Permixtæ pueris lusu glomerant puellæ.
 Sed tu quid dudum spectas, quid lumine fixo
 Respicias auratam collegæ immobilis urnam?
 Iamq; hinc tolle gradū, & quæ se tibi cernuus offert
 Fatidicum cognosce senem, qui turris ad ima
 Accubat, & rectam mecum per opera securus,
 Perq; salicta uiam, duplicem properemus ad aram
 Virginis hanc, placitura procis (mirabile dictu)
 Lumina cui rapier cœlo deuota uolenti
 Virginitas: ne offensa ruat, iam Graia Carystos
 Sicario diues meditatatur dona sepulchro.
 Sanctior affinis longeq; beator ara,
 Cui sacrata dabit uenerabilis hostia nomen.
 His dare thura focis, discreta sede ministras
 Olim cernere erit: nunc enis ripa salictis
 Vndiq; operata iacer: nec qui modo separat Isthmus
 Arctior allaplam Tethyn fluuialibus undis
 Semper erit: nec cur iam desinet esse requiras.
 Quin dextrum potius scopulum pes occupet, illic
 Quæ datur apicis statio nunc ardua mergis
 Immodico stipata choro, miranda sacerdos
 Nuda pedes, & recte latus succincta sedebit.
 Talis in aduersa famulantum cœtus arena
 Per Stygios gestata lacus & flumina auerni,

A Nunc nido radiata polo crucis alma fouebit
 Signa renax, nec qui extrema metatur in ora
 Limina, plicaror quondam, nunc incola cœli
 Marce tuum remoretur iter: deseruet illi
 Quamuis casta manus, multusq; altaria circum
 Stabit honos: quin ambo aduersam inuisimus orā
 Fluminis, & retrò scopulum per aperta remens
 Littora, deuexæ facies hæc parua lacunæ
 Discimus, ut sedes diuis (mirabile dictu)
 Vna duobus erit, reddet tamen ampla capacem
 Religio. caput incanum barbaramq; uerendam
 Propice nunc uatis palmas mirantis & ulnas,
 Quæ regem tetigere suum: sed discere dignum est
 Gaudeat ut luco, lætusq; recumbat in umbra.
 Nec semper breuis hæc quæ amplectitur area lucū
 Quum zephyri spirant, calamis stridebit & ulua.
 Mille simul radij percussas pectine telas
 Percurrent sonitu: nec quæ mox Gallia & omnis
 Daunia tendebunt, lassent tot uellera dextras.
 Hic quoq; post geminos pontes suspensus ad auras
 Qui tibi largit apex, rueret nisi diuus ad ima
 Accubet innixus lateri, feruetq; uetustis
 Sedibus ambiguam molem, stat proximus illi
 Cui optare thronos cœli Zebedæia coniunx
 Inficia fatorum innixa est. In que ocys aram
 Cœlitis, & uastos surgunt qui à fronte penates.
 Nunc rerum simulachra uides, sed uera nepotes
 Omnia conspicient hæc, quæ lachrymabilis urna
 Tollitur ante oculos, & gemina cum stirpe parētes
 Conteger effigies quos torserit impia tauri.
 Corruat hic anceps uertex, qui nutat ad auras
 Quæ tholus hic dexter delubraq; sacra recumbunt,
 Ni regat ancipitem molem, teneatq; supremæ
 Virginis alma manus, subnixaq; cominus ara.
 Sed tu marmoreos postes limenq; uetustum
 Ne nimium mirare precor: quin protinus hinc te
 Proripe & accelerans: surgit quæ tépla propinqua
 Limite, cui pateant ne sit cognoscere curæ:
 Huc geminam sed flecte aciem, quæ lenis ab austro
 Flectit in Hesperios sensim sua lumina soles
 Medoacus scopulumq; sinu curuog; meatu
 Alligat implicitum: nomen uada grande madenti
 Alta dabunt ripæ: syluis nunc Marce corufcis
 Omnia mersa iacent: olim commercia mundi
 His feruere locis, Maurosq; uidebis & Indos
 Mercibus alternis inter se iungere dextras.
 Quicquid habet rerū tellus, huc quicquid & equor
 Puppibus aduectum precio mox tranhigit orbis.
 Hærebunt ripis oneraria turba carinæ,
 Et uocum ambiguo resonabunt cuncta susurro.
 Quid fora terna loci memore nunc, mentasq; beatas,
 In mensisq; ingens argenti pondus & auri.
 Aut quid uotiuam trepidatis ignibus aram,
 Quantaq; porticibus geminis spaciabitur umbra,
 Hic ubi in extremo riparum margine mollis
 Sylua uiret, quicquid nunc lenior occupat alnus,
 Nobile marmor erit: tantum mutare ualebit
 Longa dies: surget iuxta uicinior astris
 Pons opere insignis, ripamq; amplexus utranq;
 Fluminis, & cunctis calcandus gentibus olim:
 Huius dextra latus claudit, quæ terra sub altis
 Aggeribus gemet alpinis tumulata metallis.
 Par onus excipient passim conclauia centum
 His differta locis: sed onus puto gratius illis.
 Nanq; Arabum messes & odoris mercibus Indus
 Horrea stipabunt: accumbet diuor intus
 Area: portabunt procul huc sua munera Seres,
 Hesperiaq; rates tepidis quod mersit ahenia
 Docta Tyros, Cœæq; olim radiog; colorq;
 Explicuere manus: nihil ambitiosa ueruitas
 His conferre queat: stabunt uenalia longo
 Margine riparum populo quæ sita, receptis
 Obtulit hospitibus quæ mystica dona sacerdos.
 Nec plus hic infra maioræc pondera gerum,

Quam

Quam supra æquatis suspenderit lancibus auri
 Posteritas: nunc adde gradum, mecumq; retrorsum
 Aspicias densa stipatas merce tabernas.
 Nec noua academiæ facies, sacrataq; diui
 Limina detineant: sed tendere longius ultra
 Perge precor, gentisq; tuæ cognosce futuram
 Luxuriæ: his mensis quarū nunc conspicias umbram,
 Cernere erit quicquid gemmarum prodiga mittit
 India, quicquid opum pelago scrutatur Erythra.
 Nec sua templa coli post hæc pius abnuet ille,
 Qui simul accitus quæstus odisse nefandos
 Dicitur, & uitæ contrarius ille prior.
 Oderit inde nefas, sed habendi insana cupido
 Has circum sedes adiget fœdare nepotes.
 Sanctius inde procul templum sacrabitur huic, qui
 Pastorum excipiet dotalis munera terræ,
 Primus ab imperio: uerum hæc sacraria linque,
 Et quæ dextra uolēs colet is, qui ab Apollinē nomē
 Tam uerum quam grande feret: iam cominus ecce
 Post geminos fluctus pandunt se limina Pauli:
 Limina quæ uultu stricog; tuebunt ense
 Ille senex: magno rotum qui concutit orbem
 Eloquio, monstratq; uiam quæ mittit ad astra.
 Inde erat unda triplex, inflexaq; femita nobis
 Exuperanda prius, quam religio sãtãtẽnt
 Templa Syri, cui ni permissum cernere coram,
 Traiectumq; latus ferro contingere dextra,
 Quòd sibi certa salus Stygijs remeasset ab undis
 Credere non potuit: sed quæ se dextera nobis
 Area diffundit, breuior uia ducit ad umbram
 Frontensis luci: luco hoc gaudebit & ara
 Inter cœlicolas non ultima fama decusq;
 Si quando ad uitæ superas emerferit auras:
 Sed famæ maiora manent momenta sedentem
 Limite in aduerso, ritus & iura parantem
 Scribere supremis pacatæ ciuibus aula:
 Altius hic alius lunam transcendit & astra,
 E regione sedens: magnæ alitis instar in auras
 Nititur æthereas, & sidera uerberat alis:
 In læuam nunc flecte oculos, nec discere tentes
 Cui sacer hic fuerit limes, quem contigit ulua.
 Multa latent quæ longa dies post deteger: at tu
 Hanc cœlo educatam molem, lateq; uagantem
 Suffice, & ingentes maneat quàm pulchra nepotes
 Religio iam scire potes: uenerabile nomen
 Virginis hærebit templo, iam cernere fas est
 Sacrorum qui cultus erit, quàm densus ad aram
 Seruiet usq; chorus: sed tu per cuncta uagari
 Desine luminibus: nec diria Mausolea
 Te teneant, passim radiant quæ marmore & auro:
 Nec quæ porticibus uacuis bina atria currunt,
 Pontificis quæ tecta senis secreta recumbunt.
 Quin age & augusta digressus uirginis æde,
 Hunc mecum mirare uirum, quem Gallica uestit
 Penula, & innixum baculo domat ulcus aperti
 Ingninis: hic terris olim, mox urbe uagatus
 Inter odoratas syluas, opulentaq; dona
 Perpetuò contentus ager: nunc protinus ecce
 Fluctibus incumbit geminis, cui Græcia nomen,
 Cui tellus hæc templa dabit: iam respice contrā,
 Qualis uirgo sedet sæuum pressura draconem.
 Sed nec uirgo ferox dudum properantibus obftet,
 Quin per aperta foli diuæ ueniamus ad ædem,
 Sacrificumq; chorus, mollis cui Syria & ingens
 Detulit extremo nomen Carmelus ab ortu.
 Contiguas nunc præter aquas, quæ femita rectum
 Monstrat iter molire gradum, nò pauca supersunt:
 Et quæ trigeminus se fundit in æquora fluctus,
 Siste pedem, uultuq; nouo postrema tenentem
 Culmina prospicte: nostri hæc illa hospita regis,
 Quæ simul admonita est uitæ melioris, abegit
 Dulce ministerium: castis nunc septa puellis
 Læta sedet, luditq; choro, miraberis olim
 Retia mille uagis pendentia pontibus: hic quæ

A Explicat extrema cursum uia mollis in ora,
 Baretis sed templa senis, quæ proxima surgunt
 Pontibus, & pueri quam dux habet aliger aram
 Possit procul spectare satis: nunc aspice dira
 Supplicia, & iuuenem in fontē post terga reuinctū,
 Telorum quem spissa seges confixa per artus
 Texerit: ast illi pieras immensa reponet
 Præmia. respondet contrā, sed notior austro
 Ara uetus, Latia hic artis sunt tecta foresq;
 Veste sacra Latius custos, per cætera Graius.
 Solis ad æstiuos ortus pia limina diuis
 Omnibus hæc statuet uicinis sedibus olim
 Postera religio, sacrisq; operabitur agmen
 Virgineum: sed quæ tellus procedit ad euros
 Confurgent geminæ sedes: hæc uerget in Arcton,
 Illa Notum: similis facies ambabus & ætas:
 Sed cultus non unus erit: comes ille supremi
 Regis, at hic martyr: cœlo sed dignus uterq;.
 Haud nunc scire licet, sed tempora longa recludet,
 Quis sit in extremæ latitans qui margine ripæ
 Personam sub ueste regit, mitramq; iacentem
 Luger, & ignora miserabilis asidet aræ.
 Sed melius sperare licet, ne indulge dolori
 Chare senex: iam iam tuta tibi linter in unda est.
 En tibi sacra cohors, quamuis ignobilis adis,
 Expedit hospitium, pelagi dum sæua remittat
 Tempestas: aderunt placidi sine turbine soles.
 Littore in aduerso quæ plurima uerget in austrum
 Insula, cernere erit nostri qui nomina regis
 Marce ferant: contrā paucis comitata sedebit
 Virginibus princeps, Latijs quæ in montibus ultrò
 Supplicia expendet, trinæ dum lucis amore
 Prodere non dubitat sancti commercia cultus.
 Martyr erit qui templa colit uicina, sed undis
 Hoc discreta solo: diuo, quis crederet, olim
 Omnibus huc annis ueniet tuus ille senatus
 B Gratatum populusq; frequens, quòd turbine sæuò
 Sit patriæ seruatus honos, armisq; retenta
 Libertas: festa patietur luce reuinctus
 Medoacus sua terga premi, nunc aspice quali
 Septa choro radiet uiridi lux alma recessu.
 Sed tu quid circum iustras naualia, & altis
 Horrea culminibus: quin hanc quæ læua recumbit
 Miraris sedem Latij pastoris, & aram
 Cui trinus præfedit honos, triplexq; potestas.
 Hoc caput extremum uolucres quæ currit in euros
 Insula, uelluolæ rostrum quæ imitata carinæ est,
 Perferet impostam molem, limosa refusus
 Obruta nunc undis, uluaq; immerfa palustri
 Hinc atq; inde iacet: planta calcabitur olim
 Humidus hybernæ scopulus qui suscipit Arcton,
 Omnia feruebunt densis hinc puppibus: inde
 Quæ Notus usq; ruit salis, horrea uasta patebunt.
 Fors & multa dabit terræ post copia nomen.
 Quæ contrā ingenti tellus tibi curua recessu.
 Obijcitur, sua sacra colet, diuosq; chorosq;
 Æmula nunc certè reparantis cornua lunæ.
 Ast urbis post instar erit: quam uincere cursu,
 Aut æquare uolet, ni mox pius armiger illi
 Vetus equo in festam uenienti intenderit hastam.
 Hic tibi sacrorum cultus, teq; in clyta circum
 Centum cœlicolæ seruabunt tecta, piosq;
 Rite sibi iam quisq; chorus, sibi quisq; ministros:
 Nec minor alter honos, uenturaq; gloria rerum.
 Nam tuus hic pelagi populus regnator, & idem
 Terrarum placidus rector, censebitur auro
 Fluctibus Hesperijs, & Lydo ditior Hermo.
 Regia quod Cæsi cepit, quod Perfica regum
 Gaza uetus: quicquid uictò mox abstulit orbis
 Roma ferox, unigenti genti pia fata reponet.
 Diues erit rerum populus, diuesq; senatus,
 Inq; toga duplex patria spectabitur ordo:
 Omnibus unus erit cultus: ius omnibus unum.
 Hæc modò discrimen fugient, at cætera cuiq;

ZZZZ 4 Infrues

Instruet affectus, sumptusque oblita cupido.
Iustitiae sed cura tenax, nec parvus honesti
Gentis amor, facies candens, flauusque capillus.
Dulcia congressu & tacitae commercialis linguae
Haec te fata manent: atque his laetabere regnis
Fortunata senex, ueniet labentibus annis
Certa dies, qua cuncta tibi quae insomnia monstrat
Ipseuidens spectes templo sublimis ab alto.
Nunc spe laetus abi, meritisque haec omina firma.
Dixit: & in reuens auras lux illa recessit,
In sedes abitura suas: tu protinus orta
Iam luce excuteris somno, numenque precatus
Rite secundaret uisus: nec plura moratus
Surgis & accelerans sequeris pia iussa magistri.

DE VENETAE VRBIS ARA
paratu, Finis.

MARCI ANTONII SA-
BELLICI CARMEN, QUOD
Vicentinus crater inscri-
bitur.



Quam uetus hic labor est, qua te tellure reposta
Artificum statuere manus: an grata tonanti
Nec nisi Sigæo dona haec tractanda ministro.
Palladia sunt artis opus: num Mulciber antris
Trinacrijs media positus in cudiibus Aetna,
Prima Dionæe Veneri solatia pacti
Connubij properans nitidum curauit in orbem?
An magis hic ille est, cuius nunc splendet imago
Siderea regione post, qua lubricus anguis,
Quaque ardens stellis confurgit Apollinis ara?
Forsitan & Bitiae hoc auro iamque hospite capra
Pulchra propinauit Dido, uel uictus Hydaspes
Pelleum stupuit iuuenem cratera tenentem.
Sunt haec an potius, quoniam quaecumque uetustas,
Si modo uera refert mirata est, meritis & haufit
Multa dies, nec adhuc miranda toremata caeli
Tam ueteris restant: liceat mihi credere saltem
Partem hanc Mentorei mundo superesse laboris.
Aut Boethi, aut cuius Rhodiæ reuocatus ad aram,
Euchius ipse suas fertur stupuisse ministras,
Spirare excusso credens praecordia thyrsos.
Vel si iam ueteres artes fraudantur honore,
Iunior hinc aliquis natus melioribus annis,
Credere si fas est, celebretur muneris auctor.
Ingenium felix, & felix dextera, cuius
Aethere dum medio tellus suspensa retundet
Tethyos undiuagae ferientis littora fluctus.
Dum mundi solisque uices uariabilis annus
Sentiet, & solitos seruantur sidera cursus:
Hic te semper honos, semper quaesita manebunt.
Nomina, quae uiolent non ulla obliuia Lethes.
Plus uno manus una loco sibi uendicat aui,
Aequat & aeterno tantum sua fata labori:
Praxitelis Pario quantum non marmore dextra,
Quantum nobilibus tabulis non magnus Apelles.
Sic Venere insignis licet hic, sit & ille Lyæo,
Quicquid clara Rhodos mirata est, quicquid & ipsa
Cecropis alta domus, nec non Iouis ara Triphilli,
Exemit longinqua dies: Euphranoris ille
Pastor in Idaeis memoratus uallibus, uno
Qui uultu percussor erat, qui cultor amoris,
Quique trium iudex (si uera est fama) dearum,

A Parrhasijque triplex longo labor excidit auro;
Sustulit haec aetas, aetas atque inuida fata
Heu nimium meliora premunt, ac fortius urgent
Mortales quaecumque probant: haec gurgite caeco
Inuolunt, subterque regunt obliuia Lethes.
Sed tu sperne nefas dirum, tua fama superstes,
Tu quoque, semper eris, fuit impar muneris aucto
Fatorum inuidiae: at uiuet pars una laboris,
Cui non longa dies obstit, non dira senectus.
Parcite posteritas, audaces parcite dextrae:
Hoc saltem uiolare decus, sit gentibus olim
Omnibus exemplar terrae, sitque aequoris inftar:
Archetypusque poli, lunam gestantis & astra.
Hic campos spectare licet, lucosque uiuentes:
Hic nemora, atque altis deiectos montibus amnes:
Hic capreae innixae scopulis, damaeque fugaces:
Territus hic onager, cursuque agitatae anhelo
Per rupes & saxa ruit: latratus ad auras
Hinc atque inde canum per denia lustra resultat.
Hic plaga praecipites qua torrida uergit ad austros,
Nunc medijs Libyis passim uenantur arenas:
Nunc saeva inter se committunt bella leones,
Haud procul hinc tellus, qua corniger obtinet Ha-
Qua nudi Garamates arat, post mollior ora (mo:
Notior, & pluuijs Niloque admota tepenti:
Ecquando orbe breui tenuique in margine quiscumque
Latus explicuit terram? proh dextera felix.
Ecce Indus Tygrisque rapax, em clarus Hydaspes,
Et qua se prodit roseis aurora quadrigis:
Ignotos aperit saltus Gangetica tellus.
In laeua nunc flecte aciem, procul aspice mundi
Frigore damnatam, saenisque aquilonibus oram.
En tibi uasta palus nuper sulcata carinis,
Sarmaticis facta est, quis credat, peruia plaustris,
En Tanais uolucris Maoticus incola cursu,
Et niuis immensa, & Rhiphaeae rupis alumnus.
B Si quis ad Hesperias hinc lumina flexerit undas,
Protinus hinc Calpe, inde Atlas, qui sidera fulcit,
Herculeaque procul succurrent ordine metae.
Hac Tethyn terrae infusam, laetaeque uaganter
Cernere erit: medio non una hinc insula fluctu
Tollitur, in numerum sparguntur gurgite toto:
Et qua saepe minax Tyrrhena per aequora lassat
Caeruleos Neptunus equos, qua triste carinis
Murmurat Ionium, & uasto sonat Adria fluctu:
Quaque freques scopulis arctat sua brachia Nereus:
Ac uelut illa nimis spaciosis fluctibus erret,
Ingemit, & fauces angustas inuidet Helle:
Circuit oceanus complexu cuncta supremo,
Inde patris gremio uideas lasciuia natare
Agmina Nympharum, quarum pars una bimembri
Saepius eluso ridet Tritonas amore.
Aut niueos exuta humeros, sparsisque capillis
Delphinum insidunt dorso: pars altera somno
Depressos tridunt paulatim ad littora phocas.
Ast ego quid terras, protenta quid aequora tantum
Inspicio: heu nimium stulte mortalit curat,
Cui caelum spectare datum: quin protinus ultrò
Hoc super impositum, summo quod prominet auro
Contemplamur opus: late omnem signifer oram
Circulus excurrens bis senas ordine formas
Explicat: hic Aries infelix portitor Helles,
Taurus & anacum gratissima sidera nautis.
Carcinus hic ardens, Nemeesque infamia syluae,
Mitis & Erigone, & tacitis quae noctibus aequat
Libra dies: lequitur Chelae mox Scorpius ingens,
Scorpius Hemoniae, cuius post terga Sagittae
Vicina regione micant: his proximis inistat
Aegoceros, superas qui mergere nixus ad auras,
Haud procul Idæum puerum miratur & urnam:
Ultima templa tenent Pisces, quos mater amorum
Merula Palaestina pro se dedit hostibus unda.
En piger arctophylax uixitque immobilis Arctos.
Frigida plaustra polo uicina: en lubricus anguis: En

En alie rerum sparsae per climata formae,
Quas numerare labor: liceat mihi discere tadem,
Nam tua forma satis nota est, quae terra, quis amnis,
Quod mare, quae demum ditissima littora tantum
Materiae peperere decus: num turbidus Hermus,
Num Tagus, an potius flauis uada frigida Rheni.
Aut hanc quum Latij Ephraeia moenia flammis
Procubere solo, subita tum merfa fauilla,
Ac resoluta rogo speciem traxere metalla.
Saepè & Callaicus haec grandia munera terris
Hesperiae legere manus, haec legit arenis
Saepè etiam Libycis Garamantidos incola terrae.
Sed quid multa moror, cerrat quocumque parata est
Vena loco, ueterem dextrae superare laborem:
Contra perstat opus, centumque infigne figuris
Contempto in se oculos conuertit, & ora nitore:
Ecquis tale decus, tam grandia dona putasset
Ad uatis uentura manus? qui nuper honesto,
Qui modico contentus erat, cui tota supellex,
Leotulus, & lecti comites pia cura libelli:
Haud aliter quam quum subitum per inania fulgur
Concidit, atque simul mentem simul ipsa recurfat,
Lumina flamma micans, late stupor omnia coplet,
Sic humiles stupuere lares, tenuesque penates.
Sic mihi tota domus, postquam per tecta refluxit,
Fictilibusque meis inspecta est aurea lampas.
Ha quanto melius inter gemmata niteres
Pocula dignus eras Phrygij quem dextra ministri
Sisteret ante louem, ob quod Iuno fletet & Hebe.
Vel poteras, quia uana ferunt conuiuia caeli,
Regales ornare dapes mensasque beatas.
Inter mille micans pateras, chrysendeta mille,
Ut dubias inter stellas & sidera uesper:
Aut matutinis surgit quum roscidus horis
Lucifer, ac toto spargit sua lumina mundo.
Sisque licet similis reparanti cornua Phœbae,
Punior electo, Venerisque decentior altro.
Denique sis talis, quo non mea limina digna,
Quamuis grata latis, tanto non dignus & ipse
Munere censeris ualeam Vicentia pulchra:
Non indigna tamen, gentis fortuna decusque
Non potuit, si nota loquor, non tradere magna.
Hic mihi fas urbis primordia laeta ferre,
Euganeam sobolem fas hic ab origine praesca
Dicere, grata mora est mentem per laeta uagari.
Exuerat monstros nuper Tyrrinthius orbem
Consumptis superum fatiis iam saeva nouerca
Fregerat imperia, & tristes Eurysteos iras.
Iam Tartesiis opibus spoliisque superbus
Geryone, occiduis uictor remeabat ab oris.
Ille boues nitidas, armenta que laeta per omnem
Egerat Hesperiam, iam candida terga Pyrenes
Presserat, & geminos consumptis Marte sagittis,
Saxorum iactu obruerat per Celtica fratres
Littora, non praeceps Rhodanus saltusue maligni
Conatus tenere uiri: natura sed illi
Surreptos caelo scopulos alpemque nituo sanè
Cursibus obiecit medijs: hic frigore steno
Abruptisque iugis luctatum perdidit agmen
Alcides: passim multos errore uiarum,
Euitosque malis per saxa infamia fertur
Desseuisse uiros: plantis pars magna perustis,
In tumulis meliore solo confedit apricis.
Ast ubi laeta fati Tyrrinthius attingit arua,
Ac repidis se meritis aquis, meritisque suoribus
Torrida membra gelu uernabant omnia circum
Molliter afflatu zephyri, perlucidus amnis
Gurgite caeruleo laetus, ripisque canoris,
Frontentes passim lucos, camposque uiuentes
Saepius inflexus cursu sulcabat ameno.
His uero incertum est capri dulcedine terrae,
An potius fessis longarum errore uiarum
Incluta progenies, clarique a gente uetusta
Euganei sedere locis, uel forte secuti

A Herculis imperium, qui ut clarae semina gentis
Post famam ignotis terrarum spargeret oris,
Magnanimos comites laetas sibi figere sedes
Iusserat, antiquumque decus uirtute tueri.
Sed quaecumque olim (superum sic fata ferebant)
Laetae causa morae tantum uoluentibus annis,
Mox fortuna uirum laetis se rebus ad auras
Extulit aethereas: tantum creuere secundis
Gentis opes, late uergentibus ex alpebus usque
Littus in Adriacum, qua flumina laeta pererrant,
Qua saltus & rura nitent, gratasque Lyæo
Expediunt umbras frondoso uerice colles,
Cesserit Euganeo tellus antiqua colono.
Tempore iam ex illo facies mutata locorum,
Castella in tumulis altisque in montibus arces
Argolicae posuere manus: Vicentia nondum
Pulchra fuit, uel (namque incerta ut fama per aures)
Non insignis erat, sed erat sine nomine tellus.
Inde adeo multis sese uoluentibus annis,
Post Asiae excidium, consumptaque Pergama flammis,
Antenor patria profugus per relata, per hostes
Erutus, Adriacis uictor confedit in oris.
Tum Veneti comites rerum fortisque futurae,
Troica signa ducis, melioraque fata secuti,
Euganeum bello uictum pepulere uerustis
Sedibus, & uictae dant iura & nomina terrae.
Nec Venetis post longa quies, sed Gallia crebris
Motibus, infames Alpes, penitusque repostas
Aspernata niues, subitis effusa procellis,
Incautas euerit opes, atque oia fregit.
Illa ferox bello, rebusque elata secundis,
Non prius abstinuit, uictoriaque exiit arma,
Finibus in seipsis quam praedae in parte recepta est.
Hic uero incertum Veneti noua moenia praesca,
An Veneris mixti multo post tempore Galli
Fundarint auibis laetis atque omine laeto.
B Felices animae, quamuis odiosa uetustas
Nomina uestra tegat, semper mirabitur orbis
Formosam longè formosis mœnibus urbem,
Quam uictae statuere manus, nunc ludere Clio
Incipias, memoresque uelim quae nominis olim
Laeta causa fuit, mox quae cerra mina tellus
Praebuerit superis, quum nodum credita cuiquam
Caecicolum tutela loci, regnumque fuisset.
Nuplerat antiquo, si rite audita recordor,
(Namque ego tu Cyrrhae doctumque Heliconae teneba)
Mortibus Euganeis Dryadum pulcherrima Fauno.
Audiuere simul, coetuque adiere frequenti,
Dijque deaeque omnes, colles qui & rura gubernant:
Quae fontes & stagna colunt, quae flumina propterea
Florida prata tenent, thalamo tedisque paratis,
Pars festos celebrare choros, pars uictibus ultrò
Depositis saltu blando se mergere fluctu.
Hi nitidos laudare lacus, lucosque uiuentes,
Fluminaque & fontes, regnum sibi quisque locorum
Optare: interea iussi discumbere, lautis
Accubueret toris: primus conuiuia Bacchus
Exhilarat, mox culta Ceres: inde ordine cuncti
Certatim cumulant totis sua munera mensis.
Post epulas dulcesque iocos, nam (sacra Lyæo
Inflabant, primisque iugis feruere Cithæron
Creperat) assurgit Bacchus, coetuque soluto
Primus abit, Saryri montanaque numina Panes,
Atque graues uino seruant uestigia Fauni.
Aestus erat, comitesque trahens tardo agmine fessos
Sponte sub arboribus, gelidasque ad fluminis undas
Decubuit, tacitisque Deus per florea rura,
Perque solum Phœbi paties, tumulosque propinquos
Fert oculos: subitò terrae dulcedine captus,
Ecquid ait nunquam ob Cererem mihi regna licebit
Ex altis proferre iugis, atque ima tenere?
Non me Naxos amet, non Orgia nostra Cithæron
Audiat, ad currum rygresque uenire recusent,
Si deinceps terram hanc paulatim assuescere nostris

Non cogam imperijs, testis mihi Phœbus & ipsæ,
 Quas fortè aspicio spaciantis fluminis undæ,
 Cæruleusq; pater: dixitq; & mitibus horis
 Mandabat pascim præcingi vitibus holis:
 Affuit atq; nefas inuitis auribus hausit
 Bassare furibunda Ceres: procul improbe clamat,
 Quid mea regna paras odio inuertere cultu?
 Quid temulenta cohors Cerealibus incubar aruis?
 An ne eiecta domo totiens Semeleia proles,
 Cui ne multa loquar, matris non contigit alio
 Esse satis, rigidis demens pro collibus arua
 Presserit, & Cererem regno exuerit uetusto?
 Adit magna Pales, assint mihi Naiades omnes,
 Quæq; nouis ornant fertis mea templa Napææ.
 Dixit, & auulsa alnos detorquet in hostem,
 Perculsumq; loco turbat: tum iussa secuta
 Naiades assiliunt, pascimq; pauentia fundunt
 Agmina: nec genitor præcinctus aridine frontem,
 Flumineis desedit aquis, sed gurgite toto
 Fertur in aduersos cuneos: tum liber & omnis
 Celsit uicta phalanx, iam iam per aperta ruentes
 Diffugiunt Satyri celeres, Fauniq; bicornes:
 Errassentq; diu rapido sub sole propinquas;
 Ni fuga præcipites tumuli traxissent ad umbras,
 Illuc multa gemens, cursuq; agitur anhelus
 Liber & intractum Dryadum decesserat agmen:
 Hic tum læta Ceres ridens: Habet improbus ille
 Inquit agros, & quæ demens quæ fuerat arua.
 Ite & culta Pales tumidis sub collibus ima
 Occupet, ac solers densis obstacula riuis
 Hostibus obijciat, seruentq; obiecta Napææ.
 Vos glauco genitore satæ mea cura puellæ
 Naiades, has ripas & amœna fluuenta tenere.
 Cæruleusq; senex lætæ pars maxima pugnae,
 Quod semel est meritis, seruet per sæcula nomen.
 Soluerit is quando primis conatibus hostem,
 Bacchilyona nocent: uerum (si audita recordor)
 Tempus erit quando his campis hæc flumina circû,
 Qua tellus Maratha iacet, formosa sedebunt
 Mœnia, & humano splendent omnia cultu.
 Hic ubi terra leue intumuit fruiturq; sereno
 Æthere, & allapfos gaudens circumspicit amnes:
 Altius extabit sublimis turris ad auras,
 Amplaq; tecta fori niueo surgentia saxo,
 Prætentasq; duplex diffundet porticus umbras.
 His obiecta locis spaciabitur area latas
 Frontibus, assurgent cælo prætorica contra:
 Intus & hæc ingens olim sacrabitur ara,
 An ne urbis Genio incertum patriæ ue parenti.
 Iaq; age & hæc tumuli mollissima terga propinqs
 Fluminibus, quæ obuersa iacent, uallesq; uirentes
 Aspicite, & quæ sit facies mutanda docebo.
 Non hic uultus erit semper, sed splendida pascim
 Limina, & æquata procedent fronte Penates.
 His quoq; marginibus quis credere possit? & illis
 Fluminis aduersi cultissima tecta sedebunt
 Perspicuiq; Lares: spectabunt sæpè puellæ
 Naiadas in uitreis undis, spectabitis illas.
 Ac blando certare choro fortasse licebit.
 Parcite sed cultu contendere, parcite forma.
 Mortalis soboles genitæ mortalibus illæ,
 Cætera fidereis poterunt certare deabus.
 Tu quoq; marmoreis superabere pontibus olim,
 Tuq; senex, fraterq; tuus qui proxima Reuro
 Irrigat, & nauis patiens iam factus uterq;
 Illulres eritis terris: hæcq; agmine multo
 Fertebunt, quas spissa tegunt nunc gramina ripæ.
 Nunc nerò Hesperias, qua sol declinat ad undas,
 Flectenda est acies, ubi frondens lucus opacas
 Explicat ante oculos umbras, arx uertice summo
 Gessit assurgens cælo uicina uideri.
 Hinc longè incipient dextra læuaq; uagari
 Mœnia, & ambiguum præscribere flexibus orbem.
 Nec uicos memorare uacat, nec strata uiarum.

A Nec quibus illa modis sparsas per compita metas
 Expedient: foelix quæ hæc omnia uiderit ætas.
 Suspiciet rerum formam geniumq; locorum
 Fortitan Hesperia: at mores censusq; beatos
 Cultoris populi torus mirabitur orbis.
 Progenies haud ulla unquam tam grata fouebit
 Hospitia, ac nulli sic publica munera curæ
 Semper erunt, gens infestis inimica tyrannis:
 Seruitij impatiens, quæ libertatis amore
 Libera ab Adriacis undis huc transferet arma.
 Inde nouo imperio, magnaq; sub alitis umbra
 Longius assueto lætis ager ocia rebus.
 Tum populo miranda fides, tum cærus honorum
 Cursus, & ingenti procedent tempora luxu.
 Tum mollis cultus, conuiuia læta uicissim,
 Nympharumq; chori, & iuuenum certamina mille.
 Nec uetus interea studium cessabit habendi,
 Sed maius uirtutis erit: suus artibus altis
 Hic locus, hic requies studijs, hic alta patebunt
 Præmia, & optati meritis reddentur honores:
 Deniq; tempus erit, quo se dum uerterit annus,
 Pallas, & insignis clypeo gradibus & hasta,
 Nec non Phocaica præcinctus tempora lauro
 Phœbus in has migret terras: hæc mœnia læti
 Ciuibus immixti celebrent pergantq; fouere:
 Nutriet ingentes populos urbesq; potentes,
 Hæc spaciantis humi facies, quam claudit ad Eurû
 Adria: ad immotas arctos, & plaustra Booræ
 Alpini incumbunt scopuli, qua turbidus Auster,
 Quaq; leues spirant zephyri, hinc latus Apenini
 Incubat: inde uagus sinuosis flexibus errat
 Nobilis Eridanus: sed tantum hæc diuiter cultu
 Finitimas inter clarum caput exeret urbes:
 Quantum inter corylos ripis fluitantibus alnus,
 Aut frutices inter uibernaq; lenta cupressi:
 Vicerit hæc alias studijs ciuilibus olim,
 Vicerit & terræ genio, rebusq; secundis,
 Mœnibus haud equidem nomē tam parua futuris
 Causa dabit: sed quando ingens uictoria fluxit
 Ritè meis uotis, Bacchumq; his uincere terris
 Contigit, inde loco maneat Vicentia nomen.
 Hæc ait, & totis circumfert lumina campis,
 Edocet, atq; simul nomen cultumq; locorum,
 Qui tum nullus erat, nec erant sua nomina terris.
 Sed satis audita refert: Hæc inquit ad auctros
 Planicies qua immensa iacet subiecta propinquis
 Collibus, & fratri placidis complexibus ultrò
 Reuro coit: quanquam fama cariturus, & alto
 Nomine subq; ipsum amplexu, subq; oscula quos-
 Portus erit, statioq; freques ad eunda carinis. dā
 Nec procul his ripis rarissima tecta recumbent,
 Tecta quibus tenues præbebunt nomina campi:
 Inde Garis mixti uicinis uallibus Hunni
 Æternam statuent famam, cultumq; perennem.
 Hic mihi præripies Bacchus pulcherrima terræ
 Iugera, & immenso quam clausere omnia muro,
 Papillioneis tradet seruanda colonis.
 Haud longè hinc geminas ubi sese scindit in undas
 Bacchilyo, & duplici domitus traducitur alueo:
 Quaq; humilem dumeta regunt desissima collem.
 Educet facili sublimes cardine postes,
 Mox Scrofina domus: nusquam iam larga patebit
 Hospitia, inuisentq; olim nec limina falces
 Sæpius ulla noui: surgent Cullania contra
 Tecta bono spectanda solo meliore colono:
 Exin paulatim quæ dextera terra recedit,
 Frustraturq; oculos, dum sese montis ad ima
 Ingerit: heu quanta hic nobis certamina fines
 Ancipites hostiq; dabunt, custodierit ille
 Improbus apricos colles, ut pendat & arua.
 Vos contra gelidos fontes cliuosq; perennes,
 (Nulla magis nam tela timer) conspargite riuos:
 Sed siue hæc terris duplex custodia nomen,
 Siue dabunt potius uicini uiscera montis,

Qui

Qui quondam effodient penetrare in tartara iussi. a
 Iamq; adierit nobis Rhetorum a gente uetusta
 Interpres legum soboles oriunda Tri-
 Hisq; admilla locis niueo de marmore postes
 Erigat, & triplici cingat prætorica cultu.
 Tum Bromius colles, uos prara, ego rura tenebo:
 Interea præstat, ne quid sibi uendicet ille
 Seruari hæc: licuit semper sua iura tueri.
 Heu quotiens nudis errasset collibus æstu
 Iam medio, undarumq; expers Lenæus & umbrae:
 Ni pagellanæ uastis penetrantibus illum
 Languida susciperent deiectum membra cauernæ:
 Hic heu turus erit medio iam fidere cancri:
 Nec canis æstiuu metuens turbabitur astro.
 Sic fatius quam quum late certauimus ambo
 Palladis arbitrio: litis mihi Nantos & illi
 Causa fuit, tellusq; ferax, cui barbara nomen
 Res dabit indignum: sub iudice uincere uterq;
 Certus erat, sed fraude noua tum uictus uterq; est.
 Illa equidè haud hominū superumue exēpla secuta
 Eximit ambobus dubiam interfata, sibiq;
 Mox addidit humum, dictamq; referit oliua.
 Vestit adhuc terram rarissima Palladis arbor,
 Sed tum pingue solum sylua frondebit opaca.
 Hic uerò ad læuam si quis modò lumina flectat,
 Protinus aspiciet terras, quibus Orgia nomen
 Nostra dabunt: siquidem cursus spectabit anhelos,
 Nocturnasq; faces, ritusq; ignara uetusti,
 Bacchica sacra coli, non mystica nostra putabit
 Posteritas, campis soboles Podiana propinquis
 Diues erit: nunc cuncta situ squalere uetusto
 Aspicietis: iam tempus erit quo Mœsia nullo
 Audeat his terris diues contendere cultu.
 Nec memorare uacat, fuerint ubi prata Nouenti,
 Qua Picafetinis mox Cullea rura nitent.
 Illic Caltus erit, qua nunc nemora alta uirescunt
 Cognatis ambita uadis: Sælectia contra
 Discurrunt procul aduersis pomaria campis.
 Nunc & ad Eos ortus, qua gurgite rauco
 Defertur Thesina rapax: aduertite mentem,
 Hic Portuna domus tectisq; ex rurtibus altis
 Fontibus irriguus & lætis dominabitur aruis.
 Hic cultus facilis, totis hic ludere ripis,
 Mollibus hic herbis lentaq; iacere sub umbra
 Fas erit: inde procul campis Barbarum opimis,
 Crisniumq; ferax nostro iam uincere cultu
 Contendent Libyem, famosaq; regna Lyeurgii:
 Finibus his olim conserto Marte propinquas
 Inter se populi fœdabunt sanguine terras.
 Nec minus uberibus regnis ac diuite gleba
 Diues erit soboles: tesquosa Nucaria nomen
 Cui dabit æternum diuesq; Thiennia proles,
 Canusianeis loca sunt nunc in uia fundis.
 Ad boream rursus uolucrum, gelidosq; triones
 Flectite nunc oculos, totamq; aduertite mentem.
 Hic ubi nunc uiridi uestit se gramine campus,
 Mœnibus assurgent Berresina regna futuris
 Clerini rus dite laris, gentisq; beatæ
 Deliciae molles: at qua fluit Astacus amens,
 Quaq; tegunt ripas coryli syluæq; uirentes,
 Florentes Cricoli Dresinia tecta nitent.
 Culta Suesano procul, hinc Santricia rastro
 Luxuriabit humus: uiduas quas cernitis ulmos,
 Quaq; nemus densum blanditur mollibus auris,
 Rara capitralis fumabunt culmina uillæ:
 Villa solo diues, medica sed ditior arte.
 Pomiferam Lupien, geminiq; noualia ruris
 Interiecta locis: hic qua se collibus offert,
 Blanda soli facies, gelidis quam circuit undis
 Astacus & culturæ magalia rara Subellæ
 Cernere erit: tuq; his una spectare bere terris
 Frituola, quæ ripis fluuiosq; imposita sonanti,
 Candida saxa dabis templis decora alta futuris.
 Procinus ambiguo lapidosa Maroflica cliuo,

Hæc quoq; causa recens pugnae, Bacchoq; mihi quæ
 Ancipitis ni fallor erit, nanq; alt. Briganti
 Mœnia, & ærijs quæcumq; in collibus arua
 Vitibus apta sedent, quondam concessimus illi.
 Hic equidem ambigui uergit, qua lucidus Æthon,
 Fessus ad Antipodas, turbabunt omnia fines
 Indiscreta locis, pascim commixta iacebunt
 Bacchica regna: meis subiectos mœnibus horros,
 Ipsa colam: hæcq; una mecum pagella fouebit
 Prædia grata domus nec non Suffaria proles.
 Magdalu Bromius tumulu, quæ pampinus umbris
 Vettiet, at uiduæ nunc sunt sine uitibus ulmi,
 Perspicui fontes penetrantia ueltra puellæ
 Naiades: inclament quamuis, Bacchoq; reculent
 Contiguo manare loco, iamq; ardua templa
 Sint illi concessa semel, uos ima tenete.
 En quæ nunc nulla est, sed consita uitibus olim
 Costa erit: aspiciam inuisis concedere regnis.
 Has anguina colet tandem gens inclyta sedes,
 His quoq; contiguos soboles Caldonia colles:
 Sed nusquam Saryri celeres, Fauniq; bicornes,
 Nec qui pampineis Bacchus moderatur habenis,
 Tam nitidos rerum cultus, tam mite fouebunt
 Imperium: quam ubi uicifere post lustra Thienæ
 Tercentum itererint, gens hic portuna superbas
 Extruet ingentis sublimi culmine sedes.
 Sors priuata domus, sed qua non ditior agri
 Vlla erit in Venetis terris nec diuite cultu
 Lautior: hic geminas stabunt ad sidera turres
 In medio thalami, atq; altis laquearibus ampla,
 Longius excurret magno penetrantia luxu.
 Porticibus nullis, nulla se mollius aula
 Iactabunt Saryri, Saryrisq; docentior Euan:
 Finibus hærebunt medijs gens clara Thienni,
 Tam laetis oriunda locis: haud longius inde
 Qua sese uario subducunt ordine colles,
 Iam Verulata domus cultissima regna tenebit.
 Quid referam Carras, & quæ rigat Astacus arua,
 Tot sedes habitura nouas tot ritè colonos?
 Quid Sumane pater quam culmina densa sedebunt
 Verticibus subiecta tuis? hic alta Plienis
 Strabunt tecta uiris: illic Portunius arctos,
 Nec Scios inde procul deductum nomen ab umbra
 Clara Scios, quondam claros habitura nepotes.
 Muria progenies malum splendescere rastro
 Coget, & aëria innectet uitibus ulmos:
 Seruiet & gratis Phœbo rudis insula luscis,
 Luscis qui doctas olim Permeisidos undas
 Lambere, & Aonios audebunt scandere colles.
 Longius hinc gelidi montes Arginia claudent
 Arua iugis: nec non bellaci ex arbore dicta
 Interiecta locis uallis, quam perfluit Agnus:
 Quæq; dabit genti clarum Dresinia nomen.
 At sumnota procul, nimiumq; abstrusa reuoluo,
 Quin propiore solo fatalia stringimus arua.
 En qua inculta iacet densa adoperta salicis
 Planicies, urbis primo post mœnia gressu
 Gallicus occurret campus: quæ Braschius heros
 Braschinæ fulcanda dabit noua prædia genti.
 Protinus hinc culmus, quicq; ulmea strata tenebit
 Hippodromos: rara hospitibus post tecta recubent,
 Irriguis imposita locis, ac limite paruo:
 Vnde procul spectatur apex, qui uertice ad auras
 Assurgens gemino, geminas sublimius arces
 Fulciet, & nostris latè dominabitur aruis.
 Nuda nec aduersa rotis spectabitis annis,
 Quæ iuga respondent: contra, sed nerrice summo
 Arx sublimis erit, quæ proxima uergit ad auctros,
 Caligantis humi facies, quæ fumidus aer
 Humanos hebetat uisus Leonicea Phœbo
 Mœnia, & Aonidum studijs insignia surgent:
 Hic mea regna forent, nostro seruiret aratro
 Pinguis humus: ni huc q squalentibus imminet oris,
 Quiq; humeros Phœbo nascenti pandit apricos,
 Vitibus


Viribus & patula collem conseruit ulmo.
 Neua progenies, nullis mihi credite terris,
 Nobiliore lacu fundet sua musta Lyceus:
 Quid te Seregium memorem? quid saltibus imis,
 Quæ duce mox Brenno fundabunt mœnia Galli,
 Quosue Maraneæ ualles iam ritè colonos
 Excipient, steterintue alræ qua culmina uillæ.
 Nunc age & hæc môtis lôgissîma terga propinqui
 Solibus incocta afsiduis quis crederet unquam,
 Gaudia quanta paret Bromio quàm nobile regnû.
 Et nisi se molli curuaret terra recessu,
 Effugeretq; oculos genium sedesq; bearas:
 Cernere erat: nunc cuncta tenent decliua syluæ.
 Aspicient Costæ hic olim uincta columnæ,
 Aspicientq; lacus, gelidisq; in fontibus undas,
 Floccardosq; lares fecundaq; rastra minores
 Laudibus extollent miris: nemo amplius hortos
 Phœacum aut nemus Hesperidû mirabitur ullus.
 Id nemus, is lucus toto memorabitur orbe.
 Haud tam culta quidè, quanquam uicina fouebûr
 Portuni, atq; illis uicino limite Iulci.
 His Michaëlini Veneta de gente nepotes
 Montibus accingent insuetas uitibus ornos.
 Nunc tantum uolucres, ignotaq; Iustra ferarum
 Cuncta tenent: quid iam feri non posse putemus?
 Iamq; adeo læto ridebunt omnia cultu.
 Illa soli facies spectat, quàm mollius Euros
 Haud tunc talis erit: sed plurima uitis & arbor
 Confrat limitibus Bacchum traducere Nyfa
 Gestiet, & Phœbi doctas Helicone sorores.
 Mitis erit tellus genio, sed mitior illa
 Hospite, qui claro Braschorum sanguine natus,
 Iam senior sacras complexus Apollinis artes:
 Haud tantum hospitio excipiet Parnasia lætus
 Agmina, sed uatum curas pietate fouebit.
 Huc iâ sepe aderit, sed quos mira arte propinquis
 Finibus arborea tumulos præcinxerit umbra
 Regulus, inuiset Phœbus Phœbiq; sorores,
 Sæpius hunc illæ lætum cognomine gentis
 Romuleæ ornabunt numis lauroq; uirenti.
 Vltimus hic uertex, qui proximus imminet amni,
 Menibus & ualido circumdatus aggere, gratas
 Præparat, & Baccho sedes unde improbus ille
 Despicens campos & culta noualia pestum.
 Inuidia hæc quotiens stimulis agiturus iniquis,
 Fas omne abrumperet, non æquo aut legibus ullis
 Indulgens: rumulo præceps ac fulminis instar,
 In mea regna ruet: non pax, non fœdera nobis
 Certa aderunt, nulla ambiguus concordia rebus.
 Ille meis instans opibus sæpè horrida bella
 Inferet, ipsa autem in antiquo cedere regno
 Vistâ uelim: contra perfans illata repellam.
 Nec prius insidiæ fœdæq; ultricibus iræ
 Sollicitudinibus: non deniq; triste remittet
 Hoc odium, quàm sit rerum mutatus & ordo.
 Iam semel atq; iterum uacuis mihi reddita regnis,
 Amplexu medio lachrymans Proserpina dixit:
 Infernos trepidare lacus, Erebumq; pauere,
 Conforremq; thori iam ferrea claustra parare,
 Ex adamante fores, murosq; Acheronte refuso
 Cingere, ab Elysijs audiri uota precesq;,
 Polcentum promissa pijs noua femina cœli.
 Ille equidem mundi rector, rerumq; creator,
 Quem Styx atra timeret, tellus quæ pontus & æther
 Creditur astrifero tandem dignatus Olympo,
 Non qua luce potest: humili sed opertus amictu,
 Humanum statuisse genus seruare uetusto

A Seruitio, nostroq; instans auertere cultu.
 Fatidicos dixisse senes, dixisse Sibyllas
 Iam fore ut intacta dignetur uirgine nasci
 Certa Dei soboles, toto qui tristia mundo
 Nubila discutiat, portasq; refringat auerni.
 Eximet hoc regnum, quod iam tot Iustra tenemus:
 Nosq; unâ Deus ille potens detrueret & orco.
 Vana superstitio, iam quos uesana uerustas
 Credidit esse deos: densa caligine meris,
 Cultores cultiq; una uersabimur umbra.
 Tum noua religio, terrisq; enixa supernum
 Regem diua parens, solis ueneretur ab ortu
 Littus ad Hesperium gelidam qua suspicit arcton,
 Quaq; patens tellus madido se subijcit austro.
 Non tumulus, non uallis erit, non lucus, agerac:
 Deniq; non littus, medijs non fluctibus ulla
 Insula, quæ diuæ templum, quæ uirginis aram
 Nongremio complexa suo, pia thura fit illi
 Solemnesq; datura preces. hæc sæpius illa
 Dum fouet amplexus matris, dumq; oscula carpit,
 Illachrymans secreta Deum mihi fata reterxit.
 His ergo fundata iugis heu uirginis ara,
 Quæq; colant gentes sublimia templa patebunt:
 Hic uota excipient, circumq; altaria donis
 Suppliciter stabunt populi: tum nostra silebunt
 Nomina, deipecti ridens mendacia cultus
 Posteritas damnabit auos, qui turpiter unquam
 Tam uanos finxere deos, immensa fouebunt
 Ocia securæ gentes: discrimine nullo
 Hos colles, & quæ sub collibus arua uidemus,
 Paulatim duplici studijs affueta labori
 Triticeos fetus & nupras uitibus ulmos
 Haud inuita ferent: omnis feret omnia tellus.
 Hæc nos damna manent: sed uos pia turba puellæ
 Naiades, & curæ quibus hæc arua Napæe,
 Afferuare datos hinc atq; hinc ordine fines:
 B Ac dum fata sinunt, lætis incumbite rebus.
 Viuite contentæ his regnis, hæc diuite terra.
 Sic fata ex templo cœtu per amœna soluto
 Flauentes diffusa comas, pallamq; recincta
 Frugiferis inuecta rotis sua templa reuist.
 Sed ceptum dum carpit iter, mihi fortè canenti
 Affuit hincingens, qua se Parnasia rupes
 Fluminibus Permesse tuis perfundit, & umbra
 Gaudet odorata syluæ numerisq; canoris.
 Tum mihi flaua Ceres cômiffam ex ordine pugna
 Præsidiumq; datum terris urbisq; futuræ,
 Et decus & nomen mirandaq; fata reterxit.
 Tempore iam ex illo didici quæcunq; paraçta,
 Nunc uates operose uides: iam desinetantum
 Munera mirari, genium si & prospera rerum
 Tempora: si mores spectes, cultusq; benignos,
 Virtutesq; uirum: hæc oculis & pectore toto
 Suspiciens, mecum Aonio dignabere cantur:
 Hæc Clio, at mens obtutu tamen hæret eodem,
 Nec ualet expleri, decies licet anxius hora
 Euganeæ decus hoc mirandaq; munera gentis
 Aspiciam: cia age perspicuû & memorabile donis:
 Viue diu: Pylumq; imple, uel Nestora totum.
 Nestora quid dixi, uitas precor omnibus annis,
 Sisq; mihi dum fata sinunt, dum uita manebit,
 Instar & immensi pergratum pignus amoris.
 Munificamq; urbem mecum atq; urbis amicæ
 Nomina magna colas: cui si concedere censu
 Cedere muneribus credor, non credat amoræ.

CRATERIS VICENTINI FINIS.

MARCI

M. ANTO. COC. SABEL. A
 EXTENSORALE CARMEN,
 de Italiæ tumultu.



NDE hic Hesperia subitus fu-
 ror insilit? heu heu
 Quid Latium tam triste fremit?
 quid Marius & acer
 Appulus in regnum coniurant
 ocia? contra
 Quid furit immesum, repetita-
 que corripit arma
 Marte ferox Calaber? proh tristitia fata dolorq;,
 Ecce iterum Oenotrias stimulis agitata per urbes
 Discurrit Bellona furens: cui terror eunti
 It comes & fœtæ curis ultricibus iræ:
 Scilicet indignum superis, ac molle uideri
 Damnatam bello Oenotriam secura fouere
 Ocia iam uideor terris procul usq; Sicanis
 Inspicere, armorumq; acies crepitumq; tubarum
 Audire: en subito passim perculsa pauore
 Agmina diffugiunt, & qua Lacinia rupes
 Incubat Ionio: nec non qua fluctibus Hydrus
 Argolicis obiecta feder, Garganus anhelos
 Hinc atq; inde gemens strepitus horrescit, & arma
 Parte alia Peligna fremens Mars concutit arua:
 Iamq; Amiterninis trepidatur montibus, & qua
 Perpicuus latè spaciatur Fucinus ingens.
 Marus in arma ruit, flauis nec Tybridis unda
 Mitis ut antè fluit, concussit buccina nuper
 Tartarea antiquum Latium: nec rauus ut olim
 Vicinus clangor montes tremefecit, & omnes
 Clasica nec uiridi tantum Feronia luco
 Audijt: Italiae extremis exciuit ab oris
 Armorum turmas, & sæua in prælia traxit.
 Iam uelut æstiuus subito cum mensibus anni
 Turbine præcipiti cinxerunt æthera nymbi,
 Ventorum fragor insequitur, syluæq; resultant,
 Abruptiq; micant ignes, tonat arduus æther,
 Induiturq; minas passimq; armenta uiriq;
 Diffugiunt, campis brutescit terra relicta:
 Talis corda pauor, tantusq; in celsis & horror
 Ausoniae urbes, qua spirat turbidus auster,
 Neu trepidate uiri, sed spes hinc discite uestras,
 Quauis cuncta fremunt, bellumq; & dira minentur
 Prælia, terra, polus, terraq; minaciæ æquor.
 Si qua fides uati est, & mens præfaga futuri
 Concidet omne nefas bellorum, omnisq; remittet
 Impetus: excelsis Siculis regionibus esto
 Pax summotâ loco: uerum non flebilis omni
 Exulat Hesperia, qua se secura receperet
 Iam pridem naçta est: habet & cui fœdera, cuiq;
 Ocia commendet, & qui pro pace nec ulla
 Martis adire uices, maioraue fata recuset:
 Indigna pax sit, non tristitia respicit arma
 Sfortia progenies, cuius cognomina tantum
 Ingenio distant, quantum uel Maurus ab Indo
 Subtrahit, aut quantum se regia ditis Olympo.
 Nominis ille quidem magni, laudisq; paternæ
 Amulus & fratris uestigia nota secutus.
 Principis esse negat summi, temerè arma mouere,
 Finitimòsue duces infando inuoluerit bello.
 Parcere sed uictis, uel si nec pace nec ullo
 Imperio ualeant, armis frænare superbos.
 Talis & ipse fuit genitor Mauortius heros:
 Non prius abstinuit, uicticiaq; exiit arma,
 Quàm non quæsitos, sed quos sibi fecerat hostes
 Bellorum fortuna comes uicisset, & omnem
 Pacatam, & secum iamq; ocia læta fouentem
 Cerneret Italiam, tales tum pectore curas
 Versabat dux ille ducum fortissimus: aut quum
 Præsidio nudata pio, prædæq; relicta
 Accelerans trepidæ protexit mœnia Romæ.

A Aut quum bis duro seruata est Thracia bello,
 Nec Picenus ager tantis aut Umbria rebus
 Crimen erunt: uenia dignus qui credita nulli
 Occupat: officient tibi hæc, quid Gallia Martis
 Tunc orchestra uentis, quum post tot Iustra quieuit.
 An prius exura est bello, quàm Sfortia proles
 Poit uarios casus & magni fata Philippi,
 Insubrum uacuis moderari cœpit habenis.
 Ecquæ deinde quies, quando Ticinus & ingens
 Eridanus clari fluxerunt mitius amnes,
 His studijs ac arte potens Galeatius inde
 Extitit: ille autem patrijs uirtutibus instans,
 Ante diem, & primo cum uix pubesceret æuo
 Accinctus ferro, nondum patientibus annis
 Flaminiam bello, quum iam ferus omnia Mauors
 Verteret, explicuit, Ligurumq; ad fræna rebellem
 Mitis aggressus studijs sine Marte retraxit.
 Sed felix res nulla diu: nil profuit, heu heu,
 Hesperias illi longè lateq; per urbes
 Pax uarijs defensa modis, secura tuendo
 Ocia procubuit: quem non timuisset in aula
 Hostis erat: sed non tam nobile corpus intultum
 Concidit: expendit crudelis dextera pœnas.
 Non fratris pietas, non ultrix cura iacenti
 Desuit: ille equidem capitis post dira nefandi
 Supplicia, Insubrum tandem temonè recepto
 Fratrem amplexus sobolem, trepidosq; penates,
 Præsidio populos commissaq; mœnia rexit.
 Nil patriæ interea laudis, nil in dolis altæ
 Oblitus qua frater erat: sed clara suorum
 Exempla, & magnus uestigia magna secutus
 Proinus omne nefas bellorum, irasq; minaces
 Longius Ausonia statuit depellere terra.
 Quod facere ut posset, populos sibi fœdere iunxit,
 Magnanimosq; duces, quos scunq; alit Itala tellus.
 Sed fortuna uiri maioribus excita fatis
 B Explorare ausa est, quid uirtus ardua posset,
 Quid præstare animus uitæ melioris amicus.
 Implicuit bello Italiam, populosq; ducesq;:
 Acribus exciuit stimulis furialis Erinys.
 Vipereas impexa comas, pallamq; recincta
 Quicquid ab ærijs terræ patet Alpibus usque
 Ad freta Sicaniæ, Scyllæq; infamia saxa,
 Calcabat Bellona ferox: non pacis ut ante
 Cura uiris aderat, Larijs sed finibus exul
 Longius errabat, pullo dea tristes amictu:
 Ingrueratq; furor Martis, passimq; uagatus
 Littus utrunq; maris percussit impere uasto.
 Sed magis atq; magis cultis quæ Fellina campis
 Panditur, incubuit, nimborumq; ingruit horror,
 Intonuit, tremuitq; senex Bænactus & errans
 Mincius ingemuit lenior bis ponte reuinctus
 Corniger Eridanus, no dofaq; uincola fleuit.
 Vtraq; ripa nefas sæuisq; impulsa procellis,
 Armorumq; horrere acies, & bella pauere
 Viribus huic Venetus totis perstabat, & omnem
 Excipere Italiam, atq; unâ quaterè Hercules urbem.
 Inde ingens robur, nec non uis ampla Latini
 Nominis, aduersum soci: lia iura tueri.
 Interea immemores alij, non Sfortius heros
 Pacis erat, solus medio discrimine nunquam
 Lumina magnanimus bellando flexit ab illa.
 Quin etiam mœstam, postq; Itala regna sedentem
 Solari, & reditus blando præterdere uultu.
 Illa etiam hunc unum lachrymis suffusa tueri,
 Maiorumq; monere ducem meminisse suorum.
 Et iam castra breui spacio diuersa coibant,
 Quæ se Cenomanis atrollit Brixia campis:
 Duxq; duci instabat, signisq; minantia signa.
 Interea omne nefas bello pendebat ab uno:
 Quum subito unde suos flexissent fœdera gressus
 Sfortiadæ pietas, animumq; & læta retorfit
 Lumina, damnatis belloq; & tristibus armis,
 Longius excitam iam iam grauiora timenti

AAA


Reddidit

Reddidit Oenotriæ pacem, populosq; ducesq;
 Sed ipsam Venetis æterno fœdere iunxit.
 Macte esto uirtute tua, tantoq; paternis
 Laudibus assurgens, fraternaq; indole maior,
 Quanto plus omnem Hesperiam terraq; mariq;
 Quam partem pacasse fuit: tibi cedit uterq;
 Hæc studia, has artes, fideiq; hæc iura secuti.
 Te dux magne colunt reges populiq; potentes:
 Te celebrant, tecumq; fouent socialia iura.
 Te memorant, studiumq; tuum, mentemq; fidemq;
 Laudibus extollunt, surgit concordia rebus:
 Neu trepidare uiri, qui electam longius olim
 Reddidit Hesperia pacem, ni fallimur, idem
 Non illam eijciet, mœstamq; & ad ipsa sedentem
 Limina: sed rursus, iubeant modò fata receptam,
 Vt qua parte uiri meritum minus Italia tellus
 Senlerat, inde magis laudis nunc ampla reportet
 Præmia, mox Calabris statuer dux inclytus oris.

TVMVLTVS ITALICI FINIS.

M. ANTO. COC. SABEL.

CARMEN AD CIPICVM CO/
 riolanum de domus defla/
 gratione.



VERA NE Dalmaticis subitū
 mihi nunciat oris
 Cipice fama nefas? inopinaq;
 damna tuorum
 Spargit in Adriacos, fines? iac-
 cet ignibus ergo
 Nocturnis cōsumpta domus,
 quam Thyrsifer Euan

Verticibus Nyfæ, Phœbus uocalibus antris
 Prætulit Aoniæ? quænam hospita recta subibunt
 Ex Helicone deæ, quum Phocidos arua relinquit
 Docta cohors? Latiasq; Numæ festinat ad aras.
 Crudeles flammæ, nunquam crudelius aufæ,
 Non hominum sedes, superum nō templa cremare.
 Concidit Argolicis flammis Tritonia Pallas
 Iliaciq; lares, læuoq; superfuit igni
 Cisseis: nec quum subitam per templa fauillam
 Vetales sparere foci, sunt uirginis ulla
 Membra afflata rogo: tantum tibi Liuia crines
 Perstrinxit medijs acies Vulcania campis.
 Exemplo potuit, raperet licet omnia læuus
 Ignis, & obscuro trepidarent cuncta tumultu
 Parcere, uel medijs flammis, si fata dedissent,
 Consorti fortuna tuæ: sed pensa colosq;
 Coniugis infestæ pariter fregere forores.
 Heu superum leges, & inexorabile fatum.
 Quid pietas, quid culta fides, quid profuit, heu heu?
 Connubio seruatus amor, quid sanctior ætas,
 Quid tibi stemma duplex, altræe quid indole nati?
 Sed quid uana queror, neq; enim si fata morari,
 Forma, genus, pietas & quæ uelut optima terris
 Miratur mortale genus, formosa Lacenæ
 Rapta foret facies: iam uiueret Hæctoris uxor,
 Viueret & Naxi curuis quæ infesta cucurrit
 Littonibus, postquam pelago rapientibus austris
 Actæas uolitare rates, ac perfida uidit
 Lintea, & Egiden decies impunè uocari.
 Nec Phædra infaustos secum quereretur amores
 Per lauros & densa ruens: myrteta uagantem
 Qua uidet Hypsiphylæ, qua mœstas Phillidos ubras,
 Perfidiãq; Phrygum manes fugientis Elisæ.
 Nec ferro incumbens casto traiecta cruore
 Fœdasset parrios moriens Lucretia uultus:
 Durassetq; procul sancto bis iuncta Catoni
 Martia: & imphario thalamis quæ exuta profundo
 Impleuit clamore ratem, gladiosq; nefandi
 Holpitis Elysijs damnat Cornelia campis.

A His alias centum adijciam, si luderè cantu
 Plura uacet, quarum haud terram subijisset imago,
 Si quid haberet inops, quod sæuæ opponere morti
 Vita queat: fato heu fortem discrimine nullo
 Debetur quicquid lunaris semita calcat.
 Occidit hic aliquis ferro, perit ille ueneno:
 Hunc rapit atra lues, hunc æquoris obruit unda.
 Mille quidem mortis causæ, morièdi lex tam è una,
 Quæ si cœlicolùm nutu uariabilis esset,
 Memnona non mater, mater non fleisset Achillem,
 Orpheæ Calliope nunquam: supremus Olympo
 Iuppiter intuitus: natum per rura iacentem
 Troica, Sigæa uultum flexisset ab Ida:
 Dijs geniti experti quod inexorable Clotho
 Voluit opus: quid multa gemis? quid pectora tūdis
 Cipice? num thalami nostris non legibus ortam
 Consortem rebare tuam: num credulus illi
 Semper inexpectis reparari flamina fuis?
 Hæc alij statuenda putent: tu despice uulgos,
 Ingentesq; imitare uiros, quos æmulus ultro
 Sectaris, propiusq; uolens uestigia calcas.
 Nec quod tam subita uitæ pars altera flamma
 Luminibus fit rapta tuis, tibi uulnus adactum
 Alius, & lachrymis tantum medicabile credas.
 Sit subitum quodcunq; dolet: nec torqueat ante
 Si quid obesse potest: nō mors licet improba penas
 Sed mora mortis haber: pietas quoq; coniugis esse
 Tanta tuæ, recti studiumq; & cultus honesti,
 Vt nequa offensum subita sit morte cadenti
 Vel dubitare nefas, neq; enim cui proxima uirtus
 It comes, esse potest mortis uis ulla timori.
 Illa quidem nuper curis exuta supremis,
 Coniugij sobolisq; memor, lætissima campos
 Circuit Elysijs, & amœna uireta pererrat
 Pierio dilecta uiro: qua pulla uirentes
 Subtexit lauros uictasq; innectit honori.
 Quæq; iterum Stygijs reuocatam sedibus ambit
 Orpheus Euridicen seq; & sua carmina iactat.
 Hic centum thalamos uatum tædasq; secutæ
 Illustres animæ: uenientem plausibus illam
 Excipiunt: pariterq; omnes mirantur & ornant,
 Spargentes manibus flores & lilia plenis.
 Hæc uatum matrem, uatis uocat illa maritam:
 Vocibus his læta incedens se cœtibus ipsa
 Misce, & errantes boreas thyaosq; secuta
 Elysijs soles secum miratur & astra.
 Tu uerò interea prærepta coniugis umbras
 Sollicitas lachrymis, inhibes nec fræna dolori
 Cipice: sed tristi reparans suspiria luctu
 Terq; quaterq; die, superos & fata dolendo
 Insimulas, lamenta ciens Erebiq; poli;
 Inuidiam factura deis, iam desine plura
 Dulcis amice queri: non si quas Adria pulsat
 Dalmaticæ fiant cautes clamoribus aptæ
 Perpetuasq; simul iactent ad sidera uoces
 Proficiant, reuocentque graues ad pensa forores.
 Sed tu nec superum fati, nec legibus ullis
 Fleteris: amplexus cineres tepidamq; fauillam
 Coniugis indulges lachrymis, at respice natos,
 Quorum Pieriam iste chelyn, tibi barbiton ille
 Tendit: uterq; tuos luctus lenire paratus.
 Si numeri, si plestra ualent: en Terhys & omnia
 Natarum tibi cœtus adest: tibi longius ecce
 Nereidum mœsta Triron ciet agmina concha.
 Istuc multifido transmittit gurgite Nymphas
 Nobilis Eridanus, & qui contractior undis
 Mergitur Adriaci Athetis, Togilonus & acer
 Bacchilio: fama q; duplex fraudatus & undis.
 Sed fortunatæ felix fulcator arenæ
 Medoacus, glauca præinctus arundine frontem
 Naiadas his glomerat placidus, qui culta pererrat
 Arua Silis, nitidisq; fluens Liquentia campis:
 Te Romatinc satæ, longeq; per æquora uectæ
 Tiliauentæ discunt seruare forores:

Æquoreos

Æquoreos cœtus & cœrula regna natate:
 Has tua post sequitur proles, Varane tuusq;
 Stella chorus, tacitoq; errans breuis Alla meatu.
 Flumineas pelago Natifio dat & ipse cateruas:
 Et quem septem surgentem fontibus hauit
 Cyllarus, Oenotriosq; fecans celer Arfia fines:
 Titius, & qui te procul Adria pulsat Iader.
 Iâ Phorci chorus omnis adest, iâ flumina quicquid
 Prolis habent: en Dalmaticis è collibus istuc
 Accelerant Satyri, montanaq; numina Panes:
 Vndiq; circulant magni solamina luctus,
 Teq; orant omnes, lachrymasq; hortantur inanes
 Ponere, nec iusto plus indulgere dolori.
 Cipice quid clamas aiunt? quid pectora pulsas,
 Conuellisq; caput? pedibus quid frontis honorem
 Phœbeas calcas lauros? plectrumq; lyramq;
 Odisti? Elysijs non possit talia coniunx.
 Non stertus petit illa tuos, planctusue requirit,
 Non lachrymis cineres spargi, non busta capillis:
 Te memorem uult ipsa sui, uiduumq; cubile
 Perpetua feruare fide, nullamq; putare
 Vel Dryadam dignam, uel quas alit æquoris unda,
 Quam pro se thalamis uacuis adiungere possis.
 Vt secuta tori tumulis felicibus erret,
 Subtrahit ecce simul natas tibi cœrula mater.
 Ipse simul Dryadas pinu præinctus acuta
 Inde procul Syluanus agit, tu respice nato
 Egregiam sobolem: hanc animis, hanc pectore toto
 Cipice docte foue, damnataq; carmina rursus
 Castaliumq; reuise nemus, numerosq; chorosq;
 Rursus ama, Phœbiq; iterum reuocaris in artes.
 Hæc illi: sed prima tibi solamina plantans
 Dum moueo infelix uates, meditorq; dolorem
 His lenire modis: en uulnere saucius ipse
 Penè pari tecum lachrymas & tristia iungo
 Iam dudum lamenta miser, tibi causa doloris
 Flamma nocēs, gelida luctus mihi partus ab unda.
 Nam dum fratre fatus teneris mihi creditus annis
 Solibus æstiuis mergit sua corpora fluctu
 Sæpe puer, sensim teneros allapsa per artus
 Irrepsit scelerata lues, lentaq; peremptus
 Heu puer infelix macie mihi clauditur urna.
 Ecce breui dum forte tuos abstergere luctus
 Aonia contendo lyra, sic indigus artis,
 Quæ leuet infandum uulnus, quis credere possit
 Arte alios curare paro: proh stulta doloris
 Ambitio, subito quin casu abiectus uterq;
 Vir confor te tori, partrius fraudatus alumno,
 Iungamus lachrymas ambō, pariterq; fleamus:
 Inq; uicem nostras alterno carmine sortes
 Deffuisse iuuet: uel si pudor ullus inhaeret
 Pectoribus uatum, libeat meminisse quid illi,
 Quidue sit in terris hominū nūc, quicquid oberrat,
 Quas leges natura dedit mortalibus: aut si hæc
 Dissimulanda dolor suadet, sequimurque uolentes
 Vulgus iners, Musæ immemores studijq; lyrae q;
 Succurrat saltem quod flendi fluctus & ignis,
 Quæ duo materiam præbent, hæc cuncta resoluēt.

DE DOMVS DEFLAGRA/
 tione finis.

M. ANTO. COC. SABEL.

CARMEN IN MVNITIONEM
 Sontiacam:



SARGITVR Illyricis rapi-
 dus de montibus amnis,
 Hybernis quum creuit aquis
 haud peruius ulli:
 Proxima nā præceps ripa in-
 dignatus in arua
 Ferè, & infano bacchatus grā-
 dia cursu

A Saxa trahit, uulvasq; rotat cum gurgite syluas:
 In lætos grassatur agros, hominumq; labores
 Sternit ouans, gaudetq; suo non sine teneri.
 Ipsa sed Herculeo quum sidere canduit æstas,
 Indigus ille sui, diffusas colligit undas,
 Contentus modicis (detur modò) finibus ire
 Adriacam leni scissurus gurgite Tethyn.
 Huius in occasum uergentem uomere ripam
 Carnus arat: sed quæ Phœbeos suspicit ortus,
 Illyricis mixti gaudent fulcare Liburni.
 Impia sed postquam Turcorum signa reclusis
 Euboici claustris pelagi, per tela, per hostes
 Inuasere semel Venetos sine uindice fines.
 Haciter infestis armis, ac sæpius ipsa
 Hostilis rabies Latias se fudit in oras:
 Heu quales clades, quàm tristitia damna colonis
 Attrulit Oenotrijs Sontij tranabilis unda.
 Ha quotiens missis supetato gurgite turmis,
 In prædamq; dari sensit, flammisq; teneri
 Vicinos stridore lares, humilesq; reuelli
 Liminibus uersis miseranda sorte penates.
 At ne longâ foret series tam dira laborum,
 Æternusq; labor populis, quibus ipsa tueri
 Claustra datur Latij, nullusq; hostilibus usus
 Insidijs: Veneti statuit pia cura senatus
 Immensum munire uadum, ripamq; tenerè
 Fluminis, Illyrici quæ se subducere colles
 Incipiunt, con surgit opus, magnumq; per æquor
 Sontiacam longis perstringit flexibus undam,
 Vtq; ubi te uastæ lustrant Aquileia paludes.
 Hic mihi tende chelym, totumq; Heliconæ recludè
 Musa precor: meminisse iuuat (nam quæritur) unde
 Tot pariter coiere manus, Venetumq; secutæ
 Imperium tantam potuerunt condere molem.
 Brixia Cenomanos præmisit iussa colonos,
 Et qui cognatæ sulcant uicina Cremong,
 Pinguia rura uiri, nitida quos alluit unda
 Larius, attritos iussi renouare ligones.
 Vicetina cohors, & qui dilecta Lyco
 Rhetica faxa colunt, posito properauit aratro,
 Iustus ab Enganæ cultor discedere terra,
 Taruisiumq; ferax raltis armauit agrestes:
 Hos Bellunenses, hos Feltria turba secuta est.
 Quiq; Opiterginos colles, qui stagna frequentant
 Nobilis Altini, Carni uenere recentes:
 Diffusos per rura uetus Concordia mittit
 Agricolas, & qui curuo profcindit aratro
 Tiliauenteo magnam discrimine ripam:
 Qui Natifona bibunt, scissi uetus accola Turri
 Assuit: agrestes Vtinum dat nobile turmas,
 Cæsareis Vtinum campis quod scandit in arcem:
 Quam super extructam numerofo milite molem
 Pannoniæ posuere manus, stat ducta sereno
 Sublimis, gaudetq; polo uicina uideri:
 Austria sensit onus, quiq; aspera rura Gemonæ;
 Tarcenti qui saxa colunt, auxere cateruas.
 Barbarico populi contenti uiuere ritu,
 Effera quæ primas pandit Germaniã cautes.
 Ergo his tot manibus lectis ad iussa paratis,
 Diuiditur sub sorte labor: mox ipsa uideres
 Robora succidi, durasq; securibus ornos,
 Fraxineasq; trabes uerti: propellitur ilex,
 Procumbitq; teres uulsi radicibus alnus.
 Truditur infelix, si proxima constitit, ulmus.
 Rupibus excisas cautes hic obstruit, ille
 In glebas succidit humum: pars ducere fossas,
 Pars uctare trabes, ipsam pars maxima molem
 Cespitibus crudaq; instant attollere terra.
 Ac uelut in Siculis fufæ quum collibus Hyblæ
 Vere nouo populantur apes sua pabula flores,
 Certatimq; nouum referunt in castra laborem:
 Pars lecto iam rore uenit, pars iussa recedit:
 Turba frequens magno confundit prima susurro
 Limina: ponit onus ueniens, hæc illa reponit,

AAAA 2 Insti

Insuperq; fauis, studio sic undiq; ceptum
 Feruet opus, surguntq; rudes ad sidera turre.
 Cynthia ter fenos uix dum compleuerat oibes,
 Quum producta procul bis denis milibus ipsa
 Constitit Assyrios moles imitata labores:
 Stant denſæ turre, stant propugnacula mille,
 Pinnarumq; super series immensa superbit.
 Nec de penilibus pugnandi pontibus ulus:
 Nec crepitant molles duro sub pondere crates,
 Non tabulata tremunt, summotenus ipsa recedens
 Dat spacium pugnae moles, amplumq; relinquit
 Curriculum, gaudetq; suis se uiribus uti,
 Inq; uicem foruli sublidunt turribus, unde
 Inuisum tormenta queant procul istibus hostem
 Pellere, & admotas fracta testudine turmas.
 Vasta ferè medio subnixa est area uallo
 Infestum complexa uadum, quâ sæpius hostis
 Ruperat: hanc placuit fossis atq; aggere multo
 Cingere, nunc Venetis statio tuissima castris.
 Non tegetes, humilesq; casas magalia culmus,
 Non gramen stipulae q; leues, non alta palustris
 Vlua tegit, fragili conſurgunt limina testa
 Vrbis in effig; em: portas & strata uiarum
 Aſſimulatq; forum, nec non delubra: sed ipsa
 Qualia Fagineo posuit noua Roma tonanti.
 Virifero iuxta tumulus se uertice tollit:
 Hic quoq; Bacchus amat, p̄fuge de nomine dictus
 Phafidos: hanc fama est fraterna caede cruentam
 Magnanimum Aſonidem Colchis cū patre relictis
 Per uarios casus, per deuia regna securam
 Pellicis aut ultam connubia dira Creuſæ,
 Pollutamq; manus natorum sanguine iunctis
 Anguib; errantem miseranda sorte per orbem
 His olim sedisse iugis, tacitisq; sub antris
 Medeam magicis exciſſe ambagibus umbras.
 Hinc quoq; ſuſpectæ uoces sub nocte ſilenti
 Audiri, ſtrepitusq; refert pars credula uulgi.
 Hinc qui Sontiaci ſpaciante margine molem
 Viderit, Hesperium ſeſe ſpectaſſe draconem,
 Menaliæ ſue puter ſinuofis flexibus arctos
 Neſcentem tardis agitatum curſibus anguem,
 Nunc uetus Ogygios attollat Græcia muros,
 Aſcribatq; deis Neptunia mœnia: laudent
 Mirenturq; ſuos Parthi Babylona labores:
 Nec ſileat Pharios iam barbara Memphis honores,
 Aeternumq; ſui memoret pia buſta tyranni
 Caria diues opum: magnam uulgata per orbem
 Tercentum populi celebrent delubra Dianæ.
 Maius enim mirantur opus, iactantq; minores:
 Tor potuere manus coniungere ſeſton Abydo,
 Tor conſanguineo Lacinia laxa Peloro:
 Ingeſta tellure freto, bimaremq; Corynthon
 Fluſtibus æquoreis cognata auertere terra.
 Stat moles turrita ſuo ſub robore nixa
 Barbaricos ultura dolos, triſtesq; rapinas.
 Tempus erit, quando hæc circū noua mœnia uictus
 Proſtratusq; ſolo pœnas dabit impius hostis:
 Atq; aliquando datum Venetos inceſſere fines
 Pœniteat, cernatq; ſuos ſub ſtrage teneri:
 Hic, unde in noſtros toties graſſatus agreſtes
 Victor abibat agens ſubitam ſine uindice prædam,
 Ipſe ſui exuuias morientis ab hoſte referri
 Sentiât, & coruis linqui ſua membra Liburnis.
 Pars inter foſſas ſubq; ipſis turribus altis
 Corruet, extrema moriens pars altera ripa
 Sontiacas diro maculabit ſanguine lymphas:
 Puniceoq; fugax odioſa cadauera uoluens,
 Sontius Adriacos uariabit gurgite ſtutus.
 Hinc Veneti Danaas Turcorum cæde ruinas,
 Chalcedicamq; ultri ſtragem primosq; labores
 Auſoniae claros referent ex hoſte triumphos:
 Sic quæ barbaricas potuit contundere uires,
 Gens domitrix rerum, uictrix terrarq; mariq;
 Romanum tranſgreſſa decus dominabitur orbi.

A M. ANTO. COC. SABEL-
 LICI POEMA IN CAEDEM
 Sontiacam.



Vò præceps fortuna ruis? quò
 pergitur ultra
 Oenotrium delere decus? ſat
 triſte recensq;
 Fleuimus excidium Latij, qui
 clauſtra tenemus.
 Hunc etiam proſ triſte nefas,
 quæ cernere uictum

Proſtratumq; ſolo Venetis ulioribus hoſtem
 Mœnia debuerant noſtro maduere cruore:
 Heu triſti munita loco, ſatisq; ſiniſtris.
 Quam non mille manus, non bina peregerat æſtas,
 Haud potuit moles populos feruare propinquos,
 Præſidium ſuum, non publica caſtra tueri.
 Perſtitit incolumis nunquam ſtatione remiſſa,
 Suſpectum complexa uadum Trieteride tora:
 Fecerat inde fidem patrijs à ſinibus olim,
 Sæuas poſſe faces trepidataq; tela repelli.
 Reppulſit at nullus, ſed ſe compeſcitur ira
 Turcorum interea cædem meditata, nouosq;
 Bellona diſtante dolos: nec deſuit auſis
 Euentus, potuit ſamam præuertere curſus,
 Quo ſe dira phalanx Larias effudit in oras.
 Ac uelut impactum decies per nubila fulmen,
 Luſtarumq; diu, flammis ſi cædat hiulcis
 Humor, & excuſſus per inania corruat ignis,
 Ante ferit quàm flamma micet, ſpaciolaq; cæli
 Tempa tonent: fallit uigiles uis concita ſenſus.
 Cœperat Hesperio Titan ſe mergere fluſtu,
 Verſus in Antipodas: iam ſerua lumina ueſper
 Compoſitura diem prono ſpargebat Olympo,
 Quum ſubitò, quâ fortè celer per ſaxa cauasq;
 Luſtatus ualles mireſcit Sontius aruis,
 Ante oculos inſpectæ acies inimicæ; ſigna.
 Propter aquas uiridi ueſtit ſe gramine campus,
 Sarcantum Illyricæ dixit uetus accola ripæ.
 Conſtitit hic hoſtis, Venetisq; obnoxia caſtris
 Caſtra locat, celeres curſum preſſere cateruæ.
 Deſilit omnis eques, quærit pars pabula campis:
 Excutit è uenis ſilicium pars ſemina flammæ.
 At delecta cohors nullo progreſſa tumultu,
 Flumineam calcat ripam torrente ſuſcit,
 Inſueta aſſimulans lento diſpendia greſſu.
 Miratur tamen interea ſaſtigia ualli,
 Suſpectisq; adieſta uadis caſtella, ſtupentq;
 Ceſpitibus ſtructas nullo non ordine turre.
 Pergitur, & raciris oculis deſcendere tendunt,
 Qua detur ſibi parte uadum, qua parte ſuperbi
 Aggeris oppoſitas moles & clauſtra refringant.
 Ieiuni ſeu nocte lupi balantia circum
 Septa ſedent, auidoq; ardent abrumperè morſu
 Caularum teretes nodos: læuitq; tuendo
 Terra famas multo uix tandem explenda cruore.
 Ipſæ intus glomerantur oues, timidiq; ſub illis
 Succumbunt foetus, toto trepidatur ouili.
 Sic ubi Sontiacæ conſpecta eſt margine ripæ
 Errabunda phalanx, totis ſtationibus ingens
 Exoritur clamor: uocat hic, ille arma requirit,
 Caſtigatq; moram, diſcurritur ordine nullo:
 Induit hic aliquis leuem thoraca, comantem
 Ferr alius galeam: multi calcaria poſcunt,
 Cornipedemq; legunt, humeris pars ecce rigentem
 Loricam inducit, lateri pars alligat inſem.
 Vtq; omnis conſedit equo galeata iuuentus,
 Protinus in turmas abeunt ſua ſigna ſecuti:
 Sed quid tela tenes uirtus peritura, quid ipſa
 Te nox atra mouet, nocturna q; continet umbra?
 Nunc age uel dubiam ſuperato gurgite pugnam
 Conſere, nunc inſta caſtris, hoſtemq; laceſſe.

Noſturnos

Noſturnos cognoſce deos, lux craſtina neſcis
 Quid uehar: heu magno ſtabit decedere nocti.
 Iam cælo propulſa dies conceſerat umbris,
 Perdideratq; ſuos tellus obduſta colores:
 Duſtores iuſi inſonnem traducere noctem,
 In fortes abiere ſuas, commiſſaq; ualli
 Munimenta citi reperunt, ſeruantq; per umbram:
 Sed non omne uadum, non omnia clauſtra reſenta
 Præſidio, nullo quædam cuſtode tenentur.
 At non Flammurium noctis compeſcunt umbra,
 Non tenebræ tenuere ducem: ſed tempore, quo ſe
 Frigida iam medio traducunt ſidera cælo,
 Mille rapit leſtos equites, greſſuq; ſilenti
 Depreſſum ſuperare uadum, ſaltumq; tenera
 Edicit, nanq; ante ſuis ſub ſole cadenti
 Inſidijs ſaltum monſtrarat cominus aptum:
 Inſta facit feſtina phalanx, fluuiòq; relicto
 Collibus Illyricis tenuis quâ ſemita uallum
 Diuidit, elapſi per amica ſilenti tendunt.
 Eſt uallis, in qua Gramma ſecat non mitibus undis,
 Hinc Pogoretani ſe pandunt ordine colles:
 Eminet inde iugum, inde & Liciniſia ſaxa
 Conſurgunt, cædis rabies hic alta reſedit:
 Hic omnes latuere doli, Tritonia coniunx
 Pallida luſtifico cælum referabat Eoo.
 Colleſtæq; notis denſarant æthera nubes:
 Itala ne ſurgens ſpectaret funera Titan.
 Impiger at geminas ad flumina corripit alas
 Flammurius, ſubitòq; amnem tranare tumultu
 Imperat, & Venenum multa ui inuadere uallum:
 Terdenas tamen ad pugnam diſcrimine leſtas
 Vltiore uadi ripa tenet ipſe cohortes.
 Aſt ubi conſpectæ caſtris ſunt cominus alæ,
 Inſeſtasq; inferre faces, Martemq; ciere:
 Protinus Oenotij repetunt ſua ſigna manipli,
 Duſtoresq; ipſi in medium conferre parati,
 Conſilia ecce adſunt: cunctis decernerè ferro,
 Quandoquidè hoſtis aedeſt, animis ſententia ſurgit.
 Tutius at quidam circum caſtella laceſſi
 Hoſtem poſſe uolunt, multis concurrere campo
 Mens erat, & uirtus quæ non ignaua patèret.
 At funeſta nimis uicit ſententia nullo
 Exemplo ſeruata ducum: quacunq; liceret
 Siue æquò pugnae loco, ſeu detur iniquo,
 Vrgere inuiſum totis conatibus hoſtem.
 Conſtitit una tamen cunctis mens, omnibus unum
 Conſilium, aut Latio hoſtiles auertere curſus,
 Aut ſi non ualeant, uiram pro laude paciſci:
 His animis pugnae partes ſub ſorte capeſſunt,
 Inq; ſuas abeunt fato rapiente cateruas.
 Hic mihi Muſa ueſtim leſtas ex ordine turmas,
 Duſtoresq; ipſos, patriamq; & nomina pandas:
 En uulguſ diuerſa ſonat: tu ſola canentem
 Admonuiſſe pores rerum non inſcia uatem.
 Præſuit ipſe hoſti, quæ proxima conſtitit alæ,
 Iuxta Atheſis natus gelidas Hieronymus undas:
 Cœperat infelix iam dum uergentibus annis
 In ſenium læſæ requiem ſperare ſeneſcæ.
 Huic comes it natus fortisq; audaxq; iuuenta,
 Puniceoq; inueſtus equo fulgentibus armis,
 Ante aciem ualidam ualidus ui concutit haſtam.
 Impiger hanc iuuenis turmam Badouarius agebat,
 Nomine patricio Venetaq; hic indole dignus,
 Per medias acies ibat ſublimis in armis,
 Nomine quæq; uocans, acuensq; in prælia turmas:
 Præſuit & fratrum maior Picinina propago,
 Fortis aui uultum referens, laudisq; paternæ
 Emulus: Ambracio Stelenium genitore creatum,
 Et te frugifero Furi generate Salerno
 Nobilis ala caput: lenis duſtoribus hoſti,
 Ac totidem inter ſe nexis datur obuia turmis.
 Succedit numeroſa manus, fatisq; ſiniſtris
 Hanc regit Alcidae magni Maluetia proles
 Nomen habens, hanc Phlegæus regit exul ab aruis;

A Orbe uagus fugiens regalia teſta Gubernus,
 Acer Anaſtaſius, Calabrisq; eieſtus ab oris,
 Pauper in exilium ſocijs cum coniuge natis
 Zurilus, emeritos armis qui impenderat annos,
 Militia attollens æuim; tenuesq; penares,
 Italus eximijſ aderat ſpectandus in armis,
 Funeſtæ infelix gaudens cognomine terræ.
 At quæ progreſſæ ſubmiſſa eſt ala ſecundæ
 Reſtorem te magnè ſenex Caldore, tuamq;
 Sortita eſt ſobolem: nec non Galleſia tellus,
 Quem genuit tellus campis uicina Falifcis.
 Conſilij hunc olim magni fecere tyranni.
 Participam, magnus potuit, felixq; uideri,
 Ni fidei in uulguſ malè prodita iura fuiſſent.
 His quoq; magnanimū Fauſto cognomine mixtū
 Vidit læta phalanx meditantem bella Ierardum:
 Inde alias alij traducunt ordine turmas
 Duſtores Latij: iam proxima ſignâ canebant,
 Inſtabatq; hoſtis, multoq; in bella tumultu
 Ibat, & illudens Martis ſimulacrâ ciebat.
 Protinus hinc ergo inſeſtis incurritur haſtis:
 Inde cadunt uolucres neruo ſtridente ſagittæ.
 Tollitur in cælum clamor, reſonatq; per imas
 Horrendum ualles diuerſis uocibus Echo.
 Itala turba pedem proferet, reliq; remiſſis
 Succellu modico perſtingit cominus enſes.
 Barbarici ceſſere cœli, ſenimq; reſpreſſo
 Vi ſimulant ceſſiſſe gradu, nunc teiſgâ prementi
 Dant timidi: nunc ecce leues ſinxere recurſum,
 Illuduntq; hoſti, & toram conuicia iactant:
 Rhæticus hic ardens iuuenis duſtore creatus,
 Vicinus exclamat ſocij, propellimus hoſtem.
 En trepidi ceſſere loco, pauciq; reſiſtunt.
 His dictis perſtringit equum calcariſibus, inq;
 Aduerſam multo conatu impingitur alam:
 Per medios hoſtes uadit, paſſimq; uagantes
 Diſſipat, & campo uictor diſcurrit aperto:
 Cui leo iam grandis ſyluis ac matre relicta,
 Quam Libycis uenatur agris, armenta q; paſſim
 Conturbat: nunc hos tauros, nunc impiger illoſ
 Inſequitur, carpitq; fremens auidusq; cruoris
 Incaſſum media cædem meditatur arenâ.
 Ventum erat ad fauces anguſtaq; ſaxa uiarum,
 Immitis quâ Gramma ſluit, campisq; relictiſ
 Omnia circumſtant multo damnata pauore:
 Subſtitit, hoſtilisq; ſenex haud inſcius artis,
 Rhæticus inſclamat, Quònam, quò pergitus ultra?
 Tela tenete uiri, curſumq; inſubete priores:
 Barbaricam agnoſco fraudè, malè credimus hoſti.
 Còprime nate graduſ, ſumimū (mihi credè) pericli
 Imminet, experto iuuenis concede parenti.
 Vix ea ſatus erat, quum læua è parte propinquis
 Conſurgunt hoſtes latebris, magnoq; fragore
 Præcipitatur eques per ſaxa abrupta cauoſq;
 Anfracſtus uallis: conſternitur obuia ſylua,
 Protritusq; apparet iter quacunq; citato
 Procuruſ uelana manus ſe proripit: hæſit
 Obſtupuitq; gemens aſpectu exterrita primò
 Noſtra phalanx, inde ingentes ad ſidera uocceſ
 Extollunt: retrò ſocij, ueſtigia retrò
 Vertite, fraus ingens inſtat, iam ueſtite curſum:
 Quos malè perdidimus capos, repetamus apertos;
 Conclamant, gelidosq; nouus pauor occupat artus:
 Quid facerent miſeri, porro quos antè fugarant,
 Verſi in bella fremunt ruſſus, frontemq; laceſſunt,
 Inq; larus læuim rabies effuſa rubeat.
 Dextra ſuit moles, dexter quoq; Sontius annis:
 Hinc quoq; ſigna mouet, ſubitò clamore cohortes:
 Traijciuntq; uadum neglecto gurgite, & ipſam
 Vicinam uallo complent mox agmine ripam.
 Ac uelut immites ſi euerant æquora Cauri,
 Inq; ortum tuat omne fretum, ſi lætus Eois
 Euris equis ſubitò fuſcis ſe prodat ab Indis,
 Thracius ac boreas fremat hinc, inde urgeat auſter,

AAAA 5 Affi-

Affligunt sese fluctus, retroq; coactos
 Difficiles agitant cursus luctantibus undis.
 Sic ubi se Venetæ senserunt undiq; turmæ
 Deprensam iam fraude premi, nituntur iniquis
 Emerisse locis: in se confusa iuuentus
 Præcipites committit equos, glomerantur in unum
 Cæsa acies: equus ietus equo ruit, atq; uiro uir.
 Audires gemitus suspiriaq; alta cadentum,
 Inq; caput multos multosq; in terga iacere
 Cernere erat, Stygia strages crudescit Erinny.
 Interea primam à tergo circumuenit alam
 Hostis, & in multum deuoluitur ira cruorem.
 Itur in omne nefas, passimq; miserima cædes
 Editur: hic inter galeam thoracis & oram
 Extremam feriens prorsus ceruice recisa
 Dejicit ense caput pessum, truncumq; labantem
 Præcipiti deturbat equo, calcatq; per herbam:
 Diripit ille humerum busto, totoq; lacerto
 Dextra cadens pressum digitis morientibus ensem
 Detinet: ecce alius solo, mirabile dictu,
 Et caput & galeam, conum quoq; diuidit ictu:
 Crura abscissa iacent, abscissaq; cruribus arma:
 Sternitur actus eques passim, saltuq; maligno
 Decurrunt Veneto surgentes sanguine riui.
 Peruia fortè fuit moles, & a quantibus olim
 In portæ confissa modum: certaminis omnis
 Hic furor, hic rabies, hic sanguinis alta cupido
 Hæserat, hac per stragem & densa cadauera nixus
 Barbarus ire uiam certat: manus Itala contra
 Afferuare uadum, sæuumq; auertere uallo
 Flammarium, multumq; ferox distracta fuisset
 Pugna loco: sed ubi iuuenè Nebulone profectum
 Dissectum per membra sui uidere Philippum,
 Celsit tota cohors, heu quæ tam dira cupido
 Militiæ patrijs potuit te abducere terris
 Infelix iuuenis: non fama obscura paternæ
 Pauperis sue domus, sed te tua fara premebant:
 Indolis heu quantum lugebit Mantua, quale sit
 Crinibus effusis Clio suspirat alumnus.
 Ductbris post fata sui Nebulonia pubes
 Sternitur, effractis cuneis fuscisq; manipulis
 Fit uia: prorumpunt hostes, multosq; trucidant.
 Non aliter fractis stabulis armenta leones
 Diripiunt sternuntq; solo, multoq; cruore,
 Faucibus infestis ieiunia longa reponunt.
 Iamq; acies deuota neci se densat in orbem
 Exiguum, glomerantur equi, quibus Ilia pulsus
 Fessa quatit, rigido rigescit lingua palato:
 Ceruix laxa iacet, gelidus fumantia sudor
 Crura rigat, fessos calcaria sub dita iam dum,
 Sessorisq; sui nihil ipsa hortamina tollunt.
 Desperat compressus eques, iam prælia paucis
 Tela mouere datur: sese spissantibus instat
 Barbarus, & medio cumulat noua funera saltu.
 Hic ductore fatus multos compellat, & inquit,
 O socij quàm dura instet fortuna uidetis:
 Cædimur hic passim, pauciq; resistimus hosti.
 Nunc opus est animis, nunc quæ uia sola salutis
 Panditur, infestis armis per barbara signa
 Aduersasq; acies campos repetamus apertos.
 His dictis erecta animo generosa iuuentus
 Fertur in oppositas totis conatibus alas,
 Terq; uiam ferro nixa est sibi sternere, terq;
 Vista manus retrò multorum cæde repulsa est:
 At dum bella ciet, nexatq; infensus hostem
 Rhætica progenies armis, insignis ab alto
 Incautus cono iuuenis deprenditur: ille
 Multa premens caput enodat, galeamq; resouit:
 Crinibus arreptis alius iuuenile recidit
 Cum tota ceruice caput, procul ipse recisum
 Aspicit infelix genitor, procurrat & amens
 Clamitat: Ecquis te patri mea sola uoluptas
 Eripuit? certe ipse tuos aut nate superstes
 Viciscar manes, ultusq; hinc uictor abibo,

A Aut terram mordebo iacens, sic fatus in hostem
 Irruit: alt illum creber circumstetit ensis,
 Opprimiturq; solo non uno uulnere ibidem.
 Ambracius socias dum fortè ulciscitur umbras,
 Acriter occubuit medio certamine ductor.
 Præsidio spoliata suo gemit ipsa furitq;
 Infelix acies, morti q; addicta futura
 In gladios & tela ruit: manus impia contra
 Excipit amentes cursus, hostemq; trucidat.
 Per rupes & saxa iacet, uallesq; cruentas
 Interclusa manus: facinus proh triste pudorq;
 Nominis Aufonij: nonnulli in uincula uictas
 Prætere manu: Latij uis alta cruoris
 Sontiacas uariat tepefacto gargite lymphas.
 Parte alia primæ fuerat quæ proxima turmæ,
 Tertia quæq; fuit multum per iniqua locorum
 Luctatæq; diu angustas euadere fauces.
 Nam leuis infidijs subito quæ emerferat ala
 Per rupes cautesq; uolans infederat omnes
 Terrifico clamore uias: iam cæde recenti
 Conspersæ instabant acies, tergumq; premebant.
 Hic quoq; in angustum pressi traxere ruina,
 Præcipitesq; suo nixu (miserabile uisum)
 Procumbunt equites, rabies Mahometia circum
 Funditur, Oenotrijumq; haurit sitibunda cruorem:
 Increpat at pauidas reuocatq; in bella cohortes
 Acer Anastasius: Quid nos pauor ille leuabit?
 Quid socij, exclamat, quid tam male cedimus hosti?
 Non fuga tuta, leui cursu gens prouocat Euros.
 Nec quod tam turpi studio glomeramur in unum,
 Marbecios tandem uicti uitabimus enses:
 Indole si Latia digni Venetæq; fuisset
 Militia, mecum retrò conuertite cursum:
 Hostibus est etiam fosso qui pectore telis
 Sanguis eat, multi his dictis in prælia uersi
 Instaurant alacres magno certamine pugnam.
 B Sanguinis inuisi multum diffunditur ardent,
 Infensæq; utrinq; manus se cominus urgent,
 Telum relo hæret, ensisq; retunditur ense.
 Sed quid bella acies frustra peritura iuuentus?
 Fata obstant: nihil inuitis confidite diuis.
 Hic dum sæua ferox meditatur prælia ductor
 Hortaturq; suos, ingenti uulnere uictus
 Celsit Anastasius pugna, uitamq; relinquens
 Flamminæ dulces moriens reminiçitur oras.
 Hic quoq; Cenomani uirtus animosa Tibaldi
 Occidit: hic belli consors patriæq; necisq;
 Martius: ipse etiam moriens pressisse putaris
 Funestam Serzana solum: tua fata secutus
 Furius: hic etiam multi, quos fama recondit,
 Magnanimi periere uiri: sternuntur ibidem
 Pugaaces equitum turmæ, pedumq; cateruæ:
 Turbantur Veneti ductorum cæde manipuli,
 Diffugiuntq; palam fusi per lubrica saxa,
 Perq; imas ualles conspersaq; robora tabo.
 Terga premunt falcari enses Scythicæq; sagittæ.
 Præcipitat, sternitq; uiros, hauritq; cruorem
 Flamminiana manus: cumulat cadauera passim
 Cornipedesq; iacent: rurpem qui ex agmine primi
 Tentauere fugam, & campum irrupere patentem,
 Quâdo inimica super mixto premit agmine turba,
 Haud miseram effugiunt mortem, sed cæde soluta
 Oppressi per rura cadunt: Maumetius ensis
 Obuia scuta uirum, fulgentiaq; arma recludit.
 Nunc humeros, nunc crura metit: discrimine nullo
 Dissecat infelix uulgu, lateq; uagatur.
 Polluit anti quæ cædes uestigia Mossæ
 Præcipiti distracta fuga: sic deniq; lassâ
 Non satiata tamen rabies inimica refedit.
 Felices animæ, quæ fortia facta secuta
 Fortiter almificamq; fidem Venetumq; tuendo
 Imperium Latio fudistis limite uitam:
 Dum decus & Veneti stabunt peneralia Marci
 Gentis & inuictæ sulcabunt æquora puppes,
 Semper

Semper uester honos supremaq; facta manebunt.
 Itellect, superas lætæ conscendite sedes:
 Hic decus, hic uestra seruantur præmia laudi.
 Vos uerò algentes bello, belloq; fugaces,
 Effugij solo pollutæ crimine turbæ,
 Elysiæ ualles & amœna fluenta tenere.
 Restitit ut campo uictor Maumetius heros,
 Contratasq; uidet diffusa per arua cateruas:
 Ne quid ait, nostri diffusum sanguinis hostis
 Esse sciat, nostrorq; leuet sua damna cruore:
 Ite citi, fortesq; uiros illustria bello
 Pectora ab Aufonij's passim secernite truncis.
 Lætaq; furtiuus mandentur corpora flammis.
 Protinus excurrunt equites, atq; ipsa cæcessunt
 Iussa ducis, mediaq; suos è cæde reuollunt.
 Hic gemit, & cæsi procumbit in oscula fratris,
 Exanimemq; attollit equo, flammæq; requirit:
 Ille madens lachrymis traducit funera nati:
 Fata patris natus per densa cadauera quærit:
 Dat socium focus flammis, aliusq; propinquum
 Ferit humeris: tacito properantur singula luctu.
 Barbara simplicitas dic cur tua funera condis?
 Scilicet ignotum est tot fortia pectora nunquam
 Tot Latio potuisse uiros occumbere bello,
 Incolumi tibi stante manu, saluisq; manipulis?
 At dum Sontiacæ decrescunt margine ripæ
 Barbara busta uirum: collectis undiq; signis
 Proxima castra petit uictor, solioq; potitus
 Utq; erat è Latia conspersus cæde refedit
 Flammarium: cingunt castrensia rostra cateruæ:
 Ductores post terga manus, hucite reuinctos
 Armiferamq; inquit, subito mihi sistite prædam.
 Dixit, & in crudum defixit lumina uulnus,
 Ingentesq; animi uultu compeuit iras.
 Captiuos ad rostra duces, turmasq; sequaces
 Victrix turba trahit: proh nomina clara superbæ
 Militiæ nudata caput manibusq; reuinctis,
 Poplite ad indignū flexo uenere tribunal.
 Ipse autem patriam uictor nomenq; requirit
 Ductorumq; genus, præclara stipendia, quæ tunc
 Cæsa forent bello, tacitoq; audita recondit
 Pectore: magnanimos uultus miratus & ora,
 Fortunamq; uirum, quos tristia fata manerent,
 Impius infando multos non multa moratus
 Seruitio damnat, pariterq; ad uincla referuat.
 Innotat inde nefas: Reliqua hæc mihi corpora ferro
 Cedite, mille cadunt in cædem proximum enses.
 Sternitur infelix acies discrimine nullo,
 Non uirtus, non alta domus, non clara parentum
 Nomina, non florens ætas, non profuit ulli
 Canities: atq; ipsi etiam miserabilis hosti,
 Illyris Aufonio spumescit ripa cruore,
 Testaturq; nefas: solio crudelis ab alto
 Spectat, & exultans laudat noua uulnera uictor.
 Deniq; iam Latio conspersus sanguine rursus
 Exclamat: iam iam felices præmia pugnae,
 Quâdo quidè merita est, habeat Maumetia pubes:
 Ite, uirum galeas fulgentiaq; arma, uagosq;
 Cornipedes totis læti deposcite campis.
 His dictis festina phalanx se proripit, atq;
 In prædam diuersa ruit, passimq; iacentes
 Diripiunt gladios galeasq; & commoda bello
 Scuta uirum spoliant, multaq; in strage uoluntant,
 Fœdæq; desituunt fœdos per gramina truncos.

M. ANTO. SABEL. CAR.
 MEN IN CARNI CVM INCENDIUM.



AM fuscis profecta rotis nox atra
 ruebat
 Oceano, uallesque umbris comple-
 xa cruentas,
 Et campos ubi pugna fuit, stragem-
 que tepentem,

A Victricesq; manus, inimicæq; castra tegebat.
 Etiam tempus erat, placidam quo lassâ quietem
 Summotis captare solent animalia curis,
 Lethæusq; sopor seifos complectitur artus,
 Cunctorumq; oblita fouens humana laborum
 Corda leuat: sic terra filet, silet arduus æther.
 Sed qualis nox illa tibi, proh fata dolorq;,
 Iulia terra fuit? requies non ulla, sed ingens
 Terror & immenhi uulgu pressere pauores.
 Nanq; ubi uulgata est uicina per oppida tanti
 Nuncia fama mali: pueri, iuuenesq; senesq;
 Attoniti siluere diu, gelidusq; cucurrit
 Ima per ossa tremor: sed non discrimine ranto
 Cæsarum uexare metus, præfensq; monere
 Excidium, quantumq; mali lux proxima ferret
 Succlamare animis: languor sic excidit omnis,
 Compressusq; dolor stimulo grauiore refedit.
 Pro se quisq; fugam properat, noctisq; per umbrâ
 Commigrare parat: trepido pars concita cursu
 Sublatos humeris confecta ætate parentes,
 Pars rastro, humilesq; lares, agrestia sacra
 Curibus extollunt: agit hic armenta gregesq;
 In præceps, sobolem cæco trahit ille tumultu.
 Quis stragem illius noctis, casusq; sinistros,
 Indignostue queat dictis æquare labores?
 Audires gemitus, suspiriaq; alta cadentum,
 Votaq; necquicquâ obfcuras iactata per umbrâ,
 Quor currus, quot uersa solo carpenta iacere,
 Cernere erat: ualles resonabant luctibus imæ.
 Diffugitur, pars hæc Aquileia resqua pigrasq;
 Adriacam Dorim, quæ non sensere paludes,
 Pars illa ignotas syluas, & densa ferarum
 Lustra petit: multi præcinctas mœnibus urbes,
 Munitasq; altis comprehendunt montibus arces.
 Hæserat, non nisi miser fiducia uictor
 Hic spectat: gemitu conuictus tur ergo
 B Undiq; cæcifico nox perstrepat atra fragore.
 Vertice uittifero collis confurgit ad auras,
 Cæruleis quâ Turrus aquis determinat arua
 Iulia ab Illyricis uicino fonte colonis:
 Hic præclara tribus uicis arx alta uetusta
 Stat fundata manu, corrupto nomine prisca
 Tarcentum dixere patres: hinc Carnica centum
 Frugifero munita solo castella uidere,
 Agrestesq; licet uillas, camposq; iacentes:
 Flumina, & Adriacam stagnatè proxima Tethyn,
 Dalmaticos fines, & lapidis ora Timau,
 Quasq; ferox primas pandit Germania cautes:
 Artenios colles, & flumina Tiliauenti:
 Flumina Otopiacas circumlabentia rupes
 Hinc spectare datu: patet hinc prospectus ad ipsas,
 Quas pleno cilina trahit torrente ruinas.
 Apparent Auiana procul, Facilinaq; rura:
 Et quâ uittiferos mitis Liquentia campos
 Irrigat, & Venetæ se porrexere paludes:
 Inde Opitergini colles, litrusq; relictum
 Nobilis Alcini, fluuiio & quæ fulcat amœno
 Arua Silis: Feltrinæ cautes, Taurinumq;
 Euganeæq; procul caligant montibus arces.
 Hinc quoq; prospectus latè decurrit in æquor.
 Aspiceres medio fluctu uolitare carinas:
 Nunc pluuijs correpta notis, nunc acribus euris
 Vela rapi, Gnidias longè mentita columbas.
 Huc ego pestiferi depulsus mœnibus Hunni,
 Bis geminos fratres, pergrataq; iura securus
 Hospitij, trepidos gressus instante tumultu
 Corripui, torusq; pauens hac arce refedi.
 Mœsta dies aderat, pauidumq; retexerat orbem
 Sudifico cœlum boreæ concesserat auster:
 Victus ad extremas Libyæ decesserat oras
 Improbus, & cæco siccatat carcere pennas.
 Igneus interea Phœbus prodibat ab Indis,
 Frigida terga premens tepido quæ admouerat axi
 Scorpis, & dubias cursu quas nuper anhele

Preferat aucto spectabat fidere chelas.
 At tellus deserta silet, deserta putares
 Omnia, & hesternis uacuum cultoribus orbem.
 Nuda iacent, nullisq; sonant mugitibus arua:
 Lanigerosq; greges, hirtasie errare capellas
 Nusquam cernere erat: tractos non feruere currus
 Audires, concussa solo non rastra sonare.
 Horror erat, cultos campos uillasq; iacentes,
 Tot uicos, mundumq; ipsum spectare relictum.
 Haud aliam terrae faciem uultumq; fuisse
 Crediderim, postquam sese cohibentibus undis
 Emergere freto colles & Phocidos arua:
 Tanta Promechiden Cyrrhae in rupe sedentem
 Sospite connubio stupuisse silentia credam.
 Iam multum progressa dies, mediumq; tenebat
 Acibus actus equis Titanius axis olympum:
 Quis subito ecce nefas, quae proxima mœnibus Hūni
 Rura sedent fumare procul, piceosq; sub auras
 Tollere uisa globos: iam iam (miserabile uisu)
 Ecce alius, mox deinde alius, mox undiq; creber
 Insinuat surgens immensa uolamina fumus:
 Heu simul exclamant, qui circum forte sedebant.
 Heu patria infelix, te ne hanc infausta cadentem,
 Hæc ergo suprema dies, hæc fata manebant?
 Iulia terra cinis, cinis & lacrymabile tantum
 Nomen erit?
 Audires gemitus, & circum nuda sonare
 Pectora, & hæc secum iactantes talia matres:
 O miseræ fortis dira hæc in tempora natæ:
 En patria incensa, uersisq; penatibus omnes
 Extorres, rerumq; inopes lustrabimus orbem.
 Credibile est superi sæuos peccasse parentes:
 At tantum infontes nati, teneræq; puellæ
 Non meruere nefas. ô pignora nostra doloris,
 Ingratum quocumq; uentris onus: quid mirum annis
 In lucem & mitem uita meruistis ad
 Ibitis exili comites, eritisq; senectæ
 Longo errore uagæ peregrinis sarcina terris.
 Hos inter fletus atq; omnia dira sedebam.
 Interea uolucer late diffunditur ignis:
 Circumferre faces hostes, per rura uagari.
 Continuo quicquid cultæ telluris ad eorum
 Gurgite præcipiti sinuosus Sontius ambit:
 Quicquid ad occiduos rursus zephyrosq; reptentes
 Tiliauentæ flexus sibi uendicat undæ,
 Nil nisi flamma fuit: boreas incendia miscet,
 Flammaramq; æstus tollit uiolentus ad auras
 Flatibus arctois: uolitant per inane fauillæ,
 Inuoluitq; diem cæca caligine fumus.
 Ac uelut in Latijs memini me sæpius oris,
 Ipsa sub autumnum præreptis mensibus arua
 Agrestis succensa manu mox cuncta uidere
 Igne rapi, & subitis agros deferuere flammis:
 Interea uires si suggerat ignibus auster,
 Dissertitur totis acies Vulcania campis:
 Conflagrant uallesq; imæ collesq; supini:
 Cum stabulis tegetes, agrestia tecta, pecusq;
 Et nemora, & densas syluas uluasq; palustres
 Corripit ignis edax: abeunt in deua flammæ:
 Quam procul ipse sequi potuit prospectus ouates.
 Sic quoq; bacchato sinuosa incendia tractu,
 Perq; domos uacuas & Carnica regna uagari
 Prospiceres: fama est captæ Neptunia Troiæ
 Pergama & Iliacas nocturnis ignibus arces
 Exarsisse: uetus facies, tamen illa malorum
 Vix tam fœda fuit: maiora incendia nunquam
 Expauit mortale genus: licet alta uetustas
 Aeolias rupes Aetneaq; monstra sequatur,
 Et Phaethontæ mendacia prisca fauillæ.
 Phœbus ad Hesperiam Tethyniâ flectere cursum
 Cœperat, & feræ surgentes leniter auræ
 Æthera purgabant: clarescunt undiq; flammæ,
 Undiq; triste nefas, immensaq; damna patescunt:
 Quacunq; aspicias, ignis spectatur & æther.

A Hanc rerum faciem miserandaq; fata sedebam
 Ateonito similis spectans, lacrymasq; ciebam,
 Excidium patriæ & fortem miseratus iniquam.
 Quâdo mihi ante oculos fratrum se maximas offert,
 Fratrum, qui sibi me uarem uatisq; Camœnas
 Hospitio iunxere pio: comitatur euntem
 Lecta manus iuuenum: ille ardens iuuenilibus annis
 Spicula bina gerens dextra, parmamq; sinistra.
 Me uidet & dictis longè compellat amicis:
 Quis tam triste nefas hospes dilectè? quis unquam
 Crediderit patriam hanc tam tristia fata manere.
 Obruimur flammis, & tristi mersa fauilla
 Cuncta iacent: quicquid sæuus non possidet ignis,
 Occupat & circum grassatur barbarus ensis.
 Tu uerò quando hæc tutissima mœnia cautus
 Prendisti, indignos animo ne admittre timores.
 Quid quod & hos arcis, quos cernis ad ima iacere,
 Tergeminos uicos, Tercenia tecta tueri
 His paro: nanque aut fortunas seruabit auitas,
 Auerretq; atros nostris à mœnibus ignes
 Hæc dextra, aut uitam multo cum sanguine fundâ.
 Cui ego: quando ferox hostis Vulcania circum
 Semina disseiuit, ferrum undiq; & undiq; flamma
 Circumstet, quid te iuuat obiectare periclo
 O iuuenis fidens animi? quin fortiter arcem
 Hanc potius tutare precor, tua dextera uictos
 Nos teget, atq; arx hæc defensa tuebitur omnes.
 Deniq; quid contra tot fortia pectora uirtus
 Vna ualet, furor est, uictis non cedere rebus.
 Ille autem contra: mène hoc discrimine quisquam
 Cessantem, signisq; moras per uora trahentem
 Viderit? ignis edax coram mea regna cremabit?
 Prorsus & ad motæ stringent hæc mœnia flammæ,
 Nec tantas ulciscar opes: prius ipsa dehiscat
 Christophoronq; uoret tellus, aut rector olympi
 Fulmine lethæas rutilo me tradat ad undas.
 Publica fata sequar, fratrum tibi cura meorum
 Sit precor: hospitij serua pia pignora nostri.
 Hæc ait, & lacrymans nobis se proripit, illum
 Ductorem delecta manus comitatur euntem.
 Ingemui, mecumq; animo non pauca mouebam,
 Quum subito in se oculos incendia seua retorquet.
 Carpsit interea desertas undiq; terras
 Ignea uis, totis acies Vulcania campis
 Circumfusa furit: lambentes sidera flammæ
 Cernere, & undantem mixta caligine fumum
 Horror erat, referens oculos tum moestus amicum
 Aspicio, hunc tacitis compello uocibus, hisq;
 Alloquor: ecce omnem patriam considerare in ignes
 Cernimus: at quid nos tanto in dulgere dolori
 Liuisine iuuat, sic improba fata ferebant:
 Hanc cecinere olim, sub nostraq; tempora Parca
 Protraxere diem, nihil hæc suspiria curant,
 Nil lacrymas, nequeunt his teretica fata moueri.
 Quin ags compresso gemitu dic ordine (nanq;
 Iulia non tantum tellus, sed plurima mundi
 Pars bene nota tibi est) uicos atq; oppida passim
 Fumantes uillas, dominos ac nomina pande.
 Ille autem lacrymis contra sic orsus obortis:
 Quid me tot sæuos casus, tot damna meorum
 Dinumerare iubes, patrijs procul æditis oris,
 Quem non iste dolor tangit, lacrymabilis hæc lux
 Cui non semper erit? pauciter læsere potentes
 Atq; inopes, quæ nostra cremant confinia, flammæ.
 At si ritè uacat nostros audire dolores,
 Priuatosque iuuat casus cognoscere: quamuis
 Gestiat Herculeas Phœbus contingere metas:
 Incipiam breuiterq; sequens ex ordine dicam.
 Aspice Sontiacas nubes quæ fumea ripas
 Texit, & affurgens candentem flammam fauillam
 Ad superos alterna uomit, Pogoretia tecta
 Hostiles rapuere faces: Licimiba rupes
 Proxima polluto cælorum sanguine uallo
 Ecce nefas Siculos colles imitatur & ignes:

In

In læuam conuerte oculos, camposq; patentés
 Aspice, & hesternis rorantia prata cruore.
 His uicina locis superas se tollit ad auras
 Flamma, sub angustæ rapuit quæ mœnia Mossæ:
 Barbarico contra supremum carpitur igni
 Fara ferax: nec non Meriana mapalia cultis
 Medææ subiecta iugis: heu quanta Lyæo
 Damna parant sæuæ, miscentq; incendia dextræ.
 Vritur & magicis tellus suspecta cauernis,
 Hospitis antiquæ tellus de nomine dicta:
 Viuat & huc ipsum traducat carmine Phasim:
 Quilicet in somnæ potuit mulcere draconem,
 Ignipedesq; iugo multo medicamine tauros
 Subdere: præsentem poterit restinguere flammæ
 Nulla Colchis ope, non hospita tecta tueri.
 Haud procul his tumulis monstrat te uersa cadentè
 Et quæ frugiferæ fenserunt damna Craullæ,
 Nomanosq; lares: nec grandia nomina profunt,
 Nomina prostratus bello quæ exhorruit orbis:
 Nec qui diuersis miscentur fluctibus amnes
 Defendunt Viscona suum: generosa refuscis
 Cœlitis exundant æstu magalia Viti:
 Vos quoq; triste nefas, palmaria tecta recurfat
 Ignis edax: heu quæ lugebunt horrea patres,
 Quos Aquileia tuæ pascunt altaria diuæ:
 Disperunt tenues Porpetia regna fauillæ
 Aucupijis insigne solum: tua prima uoluptas
 Deliciæq; omnes pereunt: hic dulcis alumna
 Porpetane tuæ cessent uolucresq; canesque,
 Et quæ iam dudum te reuicta lecta trahebant.
 Ardet Agonaron, dirasq; offensa refugit
 Proxima Nympha faces: generosior Antoniani
 Fumant humus, fumatque litus cerealibus aruis
 Castulo, & armiferi nemoralia tesqua Georgi:
 Virginis æthereæ sedes oblonga, feraxque
 Meretum, fatisq; ruunt Roncheta malignis.
 Heu pietas, quot uerso loco suspirat eodem
 Prædia, & inuisa cernit feruere fauilla,
 Quæ numerosa cohors Aquileia fama uetustæ
 Virginis æternum desertatq; mœnia seruat.
 Conscit ignis atrox Laurentia rura, luitq;
 Aemula Campano felicia musta Lyæo:
 Arripit esse procul fenilia densa Papiæ,
 Percotumq; cremat cinctum nemoralibus umbris
 Perniciosa lues: humiles uiolantur agelli
 Perdoctiq; lares, centum nec scita uirorum
 Pectora, nec tantos sapiens grex reppulit ignes.
 Vertitur infelix Tifanon, puteiq; minores:
 Teq; Pigardi feris quæ uberrima cingeris aruis
 Samaranga premit: patriæ miserabile fatum
 Cusniana luunt, & prædia miseriana,
 Tecta q; uenanti pergrata Terentia turbæ.
 Eueris heu quanta locis his damna reportat
 Sauorgnana domus: res dilabuntur auitæ,
 Nec seruare datum quæ sita nepotibus arua.
 Tu patrias sedes subitoq; euita pauore
 Corda leuas populi, desertaq; mœnia seruas
 Nicoles: fuluo iuuenem quem cinxerat auro
 Cæsariana manus: rursus spes altera prolis
 Inde procul Trifstanus abest: ille acer in armis
 Præsidio aut Arim firmat, seu prorsus in hostem
 Comparat agrestes, acuitq; in prælia turmas.
 Quò soboles generosa ruis? nil proficis: ecce
 Mersa iacent flammis proauiq; quæcunq; pararunt
 Inclyta gesta tui: septenis mensibus olim
 Præfuit hic patriæ patrias molitus habenas:
 Quicquid & hoc genitus peperit, qui primus auorū
 Patritium Venetos inter libauit honorem:
 Quicquid auus, cuius clarys factura nepotes
 Nomina clara refers: quod sobria cura parentis,
 Quod patruelis honos auxit (miserabile uisu)
 Suisulit una dies, quid te dolor urget in iram
 Præcipitatq; furor: fatis hic ulciscitur hostem
 Marte sub aduerso, qui se ad meliora referuat.

A Dum miseranda queror, cōsurgit mœnibus Hūni
 Proximis ignis atrox Carnania tecta laresq;
 In subitas abeunt flammæ, tristesq; fauillas.
 Ecce columbiferas casulas noua flamma capessit,
 Pieriasq; rapit sedes, quibus ante solebat,
 Ausonia quoties esset mihi redditus urbe,
 Stradolidosq; lares linquebat Tyrius uti.
 Sæpius hos lucos & amœna fluuenta colebat
 Phœbus, & ipsa suum comitata Polymnia uarem:
 Luminiana micant flammis salientibus arua:
 Sturniferumq; premunt Vulcania tela Rifanon,
 Laufachiumq; ferax, Clauianaq; tecta, piosq;
 Qui Stephanon coluere lares: quos Syluia, quosq;
 Admouet umbriferos propius sub sylua penates:
 Nec texere suos errantia tecta colonos.
 His heu quanta locis quot tristia damna recensent
 Vtneq; gens clara uiri: Sufannius ecce
 Ille senex nostræ mitis tutela Thaliæ,
 Quod doleat, quod ploret haber: dolet aduena, pleæ
 Cuius signa fouet flauentis forma iuuenæ.
 Flet quoq; calua cohors dira hæc dispensia clerus,
 Clerus Vtineæ famulatus uirginis aræ.
 Talibus attonitum fatis luxilla Maninum
 Vidit, & infanda hæc merentè damna Detalmum:
 Contigit haud ulli maior facundia lingua,
 Nec tantus fandi cultus, popularior ulli
 Nunquam sermo fuit, nunquam præsentius ipsam
 Rem populi iuuat quicquam: sed iranstulit ecce
 Vterius se dira lues: cerealibus aruis
 (Iulia rastra colunt) piceus se tollit ad auras,
 Perlambitq; polum mixta caligine nimbus.
 Nec mala Sumpichia infelicia tecta recepta
 Peste uacant: fumant fenilia Galeriani
 Glaunichiumq; uetus: fatis damnatus eisdem
 Talmæ, & uillæ flammis crepitantibus orbæ
 Culmæ, ipsa ruunt, iam iam populabitur ignis
 B Flambrius & sedem: dederas cui Carpine nomen
 Cœlitus euerit postes fax dira Mariffæ,
 Iunctaq; dumosa Laurentia tecta Gradiffæ,
 Ardet amatricis culmen miserabile uillæ:
 Nec non cœruleis sedes perstringitur undis,
 Quæ Mariane ruis, Blaucia ripa receptum
 Teitatur splendore nefas: nil ergo fugaces
 Naiades aut undæ poterunt prodesse propinquæ.
 Sed nec segnis opem uicinis turribus amnis
 Ferre parat, uiridi pereunt quæ margine ripæ:
 Tollitur ingratas Bugnifius ardor ad undas
 Glandicumq; rapit: uolucris consumitur igni
 Quicquid in his tertis tenuit modò maximus ille
 Interpres legum, clarum cui ciuica nomen
 Res dedit, en quid te magnis exercite rebus,
 Nos quoq; quid iuuat, quòd tu rot millibus unæ
 Prælatas quondam ter senis mensibus alto
 Aggere Sontiacam firmasti ex ordine ripam?
 Proh lacrymæ fletusq; mei suspirat ademptas
 Illius nunc pectus opes: lacrymisq; madescunt
 Lumina, quæ uatis castas cognoscere curas
 Dignata est: his ne saltem concedite damnis
 Tiliauentæ, sed opem præstare puellæ
 Cæruleo genitore læcæ: restinguite flammæ,
 Vicinumq; nefas oro: sic omnibus æuis
 Plenus eat, plenoq; pater se gurgite Tethyn
 Voluat in Adriacam: nulli quoq; noxius idem
 Credatur, canosq; premit frons glauca capillos.
 Quin procul inde aciem qui me tum fortè docebat,
 Huc refer hospes ait, & quæ memoranda superflunt
 Damna uide: nam quæ post flumina Tiliauenti
 Cernimus, atq; ultra caligine mersa relinquo:
 In Boream reflecte oculos ripamq; sinistram
 Fluminis: infensumq; lupis prædonibus ecce
 Vertit flamma solum: Martenia rura recurrit
 Ignis edax, septumq; parant cui robora nomen.
 Brixia adusta iacet, uilisq; Fauonia Baccho
 Sucnifias luget sedes abbatia proles,
 Clemonæ

Glemonæ sublime decus: tres ordine fratres,
 Ingenio longè pollens ac corpore quisque:
 Murutiana leui caligant tecta fauilla,
 Quæ prostrata solo proles Gurgetia plorat.
 Desere sed tumulos, campestrisq; arua parumper,
 Vtneisq; faces subiectas mœnibus hauri.
 Aspice claudit opem cornaria nympha nuceto,
 Procumbuntq; lares diuicq; mapalia Marci:
 Fertile Blessanum, Varianaq; limina, nec non
 Basilicæ flammis sternuntur culmina pictæ.
 Nec Coleretani pro tristitia damna penates
 Peste carēt, sed quid lachrymis lōginqua notamus?
 Proxima Vtneis flagrant caprilia muris:
 Laupacum rapuere faces: huc respice, & ipsum
 Cui tu glauca dabas nemorosum popule nomen.
 Luxuriata cremant salientes prædia flammæ,
 Prædia quæ seni soboles clarissima fratres
 Leguleo genitore sati præculta tenebant:
 Inter Iuleas proles haud clarior ulla,
 Nec maior mihi uisa bonis est artibus ulla,
 Philertina domus illis: hanc turba clientum
 Languentesq; colunt cœtus Phœbiq; sorores.
 Hinc nati patrisq; senis consulta reportant
 Sæpe rei: populus medicas hic consulit artes:
 Ternaq; Pierijs resonant hic pleetra Camœnis.
 Haud procul ecce nefas cui nomina contulit amnis
 Fumat humus: stabulis cortalibus improbus ignis
 Vergnatijsq; fuit tectis, paruūq; recurrit
 Reciolum: haudq; illi prodest quod cōminis undæ
 Hinc atq; inde fluunt: hic prædia uersa Georgi
 Vtnei pars clara fori, uillamq; cadentem
 Coniugium atq; ipsos flecti prope Niccole natos,
 Saltus & ad læuam Macredia saxa relucent:
 Tuta Remaniasæ nec sunt tibi culmina uillæ.
 Sed quid triste nefas cerno? noua flammæ pacem,
 Frugiferasq; recens Volias circumuolat ignis.
 Captis erga suis cessabunt arua colonis,
 Sordescuntq; situ clari uineta rosaci?
 Vix hæc damna tulit quondam quum Vesuius arsit.
 Vidit & in cinerem uerti sua regna Lyæus.
 Heu quam grata perit sedes, heu damna meorum
 Cultoresq; mei: hoc uobis haud debuit unquam
 Hostiles licuisse manus: mox talia questus
 Ingemit, & lachrymis hæsit meus hospes obortis.
 Ipse ego quando nihil cœlum nisi prorsus & ignes
 Vndiq; cernere erat, surgens haud plura requiro.
 Interea Phœbus toto se merferat orbe
 Fluctibus Hesperijs: at nulla crepuscula, nullæ
 Inter tot flammis noctem traxere tenebræ.
 Sic mensis, qui nonus erat numerandus ab imbre,
 Luctibus & lachrymis tristes abiere calendæ.

M. ANTO. SABEL. CAR. MEN, IN NAVFRAGANTEM Diui Petri Cymbam.



L VCTVAT alma ratis, medioq;
 ciecta profundo
 Vltima uota facit gelida dilapsus
 ab arcto,
 Incubuit pelago boreas, cui pror-
 fus ab imis
 Aequora uersa uadis timidus curuantur in austros,
 Huc omnis decurrit hyems: sed remige fesso
 Solus adhuc instat clauo, scopulosq; minaces
 Horret, & ambigua puppim regit arte magister.
 Sit licet ipsa breuis, turbæq; capacior alnus
 Exigua, pars est ingens tamen orbis in illa.
 Hic reges, clariq; duces, hic summa caputq;
 Imperij, hic populis species inimica tyranni:
 Hic hominum quicquid trinum ueneratur & unū
 Ritè Deum: nihil heu cæcæ & sine lumine mentes
 Cimmerijs merfæ tenebris, nil referet inquam,
 Quod pars hæc proram teneat, pars illa carinam:

A Quodq; alij antennæ capiant, alij ardua mali
 Corripiant, quippe una salus atq; omnibus unum
 Imminet exitium. eia animos deiecta q; membra
 Tollite, & assumptis pariter confurgite remis:
 Hæc uis dira freti arctois excita procellis,
 Inuictis æquanda animis & fortibus ausis.
 Pars hæc uela regat, tractet pars illa rudentes:
 Ipse sed ò trepidæ rector uelit esse carinæ
 Remigijq; caput, cuius Neptunia nomen
 Regna timent: regat ille huius non infcius artis,
 Nec fera tempestas quicquam arctois procellæ
 Officiet: sed læta ratis mox tuta subibit
 Ostia, littoribus totis ac præpete porta
 Supplicibus uotis soluet se grata iuuentus.
 Tu Vaticanam iam iam moderamina lembi
 Adriacis committe deis, ea numina præfimt,
 Illa regant cunctos, illis sint omnia curæ.
 Tu comes interea, comitumq; horrator adesto
 Christus pater, lapsasq; noua formidine mentes
 Erigito: surgantq; simul regesq; ducesq;
 Horrati pater alme tuo, remisq; receptis
 Verberet insanos fluctus undasq; minaces
 Experrecta manus: tanti pars prima laboris
 Sicania rex magne tua est: qua parte recumbis,
 Hac magis atq; magis dudum malè cogitat æquor.
 Proxima Tyrrenis agiterur palmula nautis:
 Succedat numero Insulbrum qui regna ministrat,
 Mantua cuiq; uetus, cui tu Ferraria ieruis,
 Germanos Gallosq; duces discrimine tanto
 Interea cessare nefas: licet ardua mali
 Antennasq; premant, eadem fors uersat & illos.
 Tu quoq; Pannonia rector fortissimè, si qua est
 Quæ te sollicitet pelagi feruentis imago,
 Surge age, Sarmaticas dextras animosq; iacentes
 Confirma, si qua antiquæ uirtutis in illis
 Pars infracta manet: nec quæ curuantur in ipsam
 Pars ratis Hesperiam tuta est à Gadibus usq;.

B Nereus occiduis malè temperat æquora nautis,
 Hac quoq; parte decet iam iam sublapsa leuati
 Corpora: uelle mori est, medio cessare periclo.
 Surgite inhorrescit facies uesana profundo,
 Subliduntq; attri penè ipsa in tartara fluctus.
 Heu segnes nimium segnes, heu languida patci
 Membra leuant: alij passim per transtra forosq;
 Deiecti lachrymis intenti, & luctibus ipsum
 Turpiter exitium supremaq; fata subire,
 Ac uelut epoti uicina obliuia Lethes
 Nil metuunt, heu triste nefas hinc unda dehiscit
 Depressura ratem, uastis aquilonibus inde
 Tollimur, ergo preces miseris & uota supersunt:
 Vota precesq; mouent superos: his arduus æther,
 His pelagi imperium, terræq; his omnia curæ:
 Vosq; precaturo linguis animisq; fauete
 O iuuenes, quanquam media iam morte tenemur,
 Desperare tamen turpe est: qui singula nutu
 Temperat, ille pios fors ad meliora referuat.
 Vocibus his igitur superos affabimur orsi:
 O patris immensis soboles, ò uirginis almæ
 Dulce puerperium, si tellus, pontus & æther,
 Totaque signiferi seruit tibi regia cœli:
 Respice diuictam Rhiphæis flatibus alnum,
 Casuramq; una uicto cum remige, ni tu
 Continuo boreæ rabiem, fluctusq; sonantes
 Presseris, & toto mulcebis stagna profundo.
 Hæc est illa ratis, qua cum pius ille federet
 Piscator, subito pisces & retia curuo
 Littore desituit, teq; & tua iussa secutus.
 Huic te pollicitum fama est pater alme futurum,
 Tenderet æquoreæ quò non sua retia prædæ:
 Sed quem mox hominum melior captura iuaret.
 Euentusq; rei tantæ non defuit, ecce
 Præsidio quos ille tuo quæsiuerat unam
 Impositos spectas boreas, quam uexat in alnum,
 Siue Palæstinis illa est, quæ immitibus curis

Obruta

Obruta penè uadis, quum iam deuicta periclo
 Esset tota cohors, nec non sibi naura timeret,
 Vectori seruata suo est: sed pontus & euri,
 Cui parent tu uector eras, hæc porrò uel illa
 Sit licet, impulsæ nos naufraga sarcina cymbæ,
 Nos miser! tua turba sumus: miserere tuorum
 Christus decus cœli, uacui referator auerni:
 Qui super æthereas nubes & sidera trina
 Maiestate sedes, pergit uis aspera ponti
 Remigium uexare tuum, tua dextera uictos
 Sola leuare potest: intendant cætera mortem,
 Nil tibi difficile est: tua mira potentia totum
 Librat, & arcanis moderatur legibus orbem:
 Tu noctis lucisq; uices, tu mensis & anni
 Iura tenes, ipsi nil te fallentibus horis:
 Connexum imperio cœlum cœliq; meatus,
 Et quæ perpetuo degunt concordia nexu
 Auscultant elementa tuo: tibi terra fretumq;
 Seruit, & his aer atq; aere sanctor æther:
 Deniq; quodq; fuit, quodq; è nunc, quodq; futurū ē,
 Tu fator & rerum rector ratione gubernas.
 Sed quid summa loquor, tantū mortalia supplex
 Deprecor, & prorsus ualeant quæ fata mouere.
 Tu fluctus diuersa nimis, ne exempla sequamur,
 Diceris æquoreos, quos barbara frangit Erythre
 In partes traxisse duas: pro mœnibus unde
 Hinc atq; inde diu steterant, dum transfuga Moses,
 Impia cum populo Pharij fuit arma tyranni:
 Teq; iubente ferit Nereus uada uindice fluctu,
 Niliacasq; manus, instantiaq; obruit arma.
 Rore leui iudam per deuia lustra uagantem
 Pascis, & expressa rigidis è cauitibus unda
 Ora leuas profugi, sribundaq; pectora uulgi:
 Velle tuo in uiridem conuersa est uirga draconem,
 Deq; dracone recens mox mystica uirga renata est:
 Vis tua terrarum damnauerat imbribus orbem,
 Vis tua damnatum presso seruauit ab imbrī.
 Vindice te pueris tribus impia flamma pepercit.
 Tres Ionam lucas aluere immania cæte
 Vissera. fatidico iuueni mirabile dictu,
 Sæpius obiecto sæui parlare leones.
 Haud illi referata prius tibi ianua diris
 Celsit, & inferni distracto cardine postes:
 Non gressus remorata tuos Acheruntias unda est,
 Non Stryx, nō Phlegethō, cōfusate flumina Lethes.
 Te simul inspecto presit tria Cerberus ora,
 Et minus atq; minus diris latratibus umbras
 Intonuere canes: quæ ipsi in faucibus orci
 Monstra cubant subito cessere offensæ nitore.
 Quid quod & intacta dignatus uirgine nasci
 Pallas es æternis fato debentia neiti
 Rebus & immensis, quæ sunt dimensa coire.
 Ne tua pastores tantum cunabula scirent,
 Iussa pijs pia stella Magis sese obtulit: illi
 Hac duce ab Eois terris tibi grandia portant
 Munera: thus, myrrham, myrrhaq; potentius aurū.
 Teq; sacer uidit, norasq; Asphaltidos unda
 Conuersis Iordanis aquis, pontumq; refugit.
 Vis tua flumineos latites in pocula Bacchi
 Vertit, & exutos uita reuocauit ab orco.
 Sæpe super pelagi faciem tua planta cucurrit,
 Naufraga sæpe ratis te formidantibus austris,
 Depulsisq; fretu portu seruata resedit.
 Deniq; quicquid habet cœlum, Neptunna quicquid
 Aequora, quæq; iacent Strygia caligine mersa,
 Imperio subiecta tuo, tibi maxime rerum
 Auscultant, seruantq; tuos per sæcula nutus.
 Quando igitur rerum seruit tibi quicquid ubiq; est,
 Nec non uelle tuum certatim elementa sequuntur,
 Diclute iactantem tua naufraga transtra procella,
 Insanumq; fretum, turbataq; stagna coherce:
 Concidat immittis boreas, uacuumq; relinquat
 Quicquid acer pelagi domitis sibi uendicat undis,
 Quicquid & Oenotriæ rapuit lugentia circum

A Littora, mœsta sedet qua lamentabilis Hydrus.
 Cymbrica recta olim, & refluxis te curibus Ambro
 Obruit oceanus: sed non nimis improbus ille
 Gallica, quum posset confundere fluctibus arua,
 Abstulit, cedensq; ultrò sua regna reuifit.
 Secius Ionij ueniunt qui ad littora fluctus,
 Quosq; ferox boreas agitat, non proxima tantum
 Corripuisse uolunt, sed uasto inuoluere ponto
 Hesperiam, terrasq; omnes à Gadibus usq;
 Ad Tanaim, & gelidas Scythicæ Mæotidos undas.
 Non Apennini surrecta cacumina cœlo
 Auerrunt inimicam imbrem, non Iulia saxa,
 Saxa diu quondam Libycos remorata furores:
 Non Pyrenei saltus, rupisq; Gebennæ
 Cellus apex, munditè tenens confinia Calpe:
 Deniq; non quicquid montisq; alpisq; niuofæ,
 Se tenuis tollit nimbo uertice ad auras.
 Fallor? an id cerre est? uatis quòd uota precesq;
 Præsentem terigere deos, mitescere pontus
 Cœpit, & infesti uersant minus æquora uenti.
 Quid quod & Erefiæ iam dudum leniter ipso
 Solis ab occasu contendunt sternere fluctus:
 Cessat & acris hyems, iam se furor ille remisit
 Aequoreus: sperare licet, quæ naufraga nuxer
 Puppis erat pelago & uentis melionibus ecce
 Vritur, ecquis iam ò focij tam segnis incersq;
 Quis nostrum tam fractus erit, qui talibus auris
 Omnia quicq; regunt superis ad uota secundis
 Desperet, turoq; ratem confidere portu
 Hanc tandem non posse putet? date lintea uentis
 Continuo, atq; ipsi alacres incumbere remis:
 En prope se tellus nobis, atq; ostia contra
 Sepandunt, iam iam totis conatibus illuc
 Flectere uela liber: tuq; huc piscator adesto,
 Remigioq; tuæ moderare Bariona cymbæ.
 Illa quidem postquam portu seruata sedebit,
 Luserit, & felta frontem redimita corona:
B Ipse ratis rector grato cum remige supplex,
 Tristitia quòd sæui superare pericula ponti
 Contigit, & reduci portum tetigisse carina:
 Ad Vaticanas uotorum debitor aras
 Ritè perenne sacrum, meritosq; indicet honores.
 Huc omnes pia thura ferent, huc grandia dona
 Votaq; concipient, superosq; in uota uocabunt.
 Ecquis id tam sæuus adest? quis uis impius ultra,
 Qui neget esse deos? sunt dii, quibus omnia curæ,
 Quos fas atq; pius, nec non mortalia tangunt:
 Qui mare, qui terras strepitu, qui cætera nuper
 Terrebat: boreas iacet æternumq; iacebit,
 Fatali compressus ope: iam cuncta filescunt,
 Pacem cuncta tenent, eutos seu prendere portus,
 Seu quis iam medium mauult sulcare profundum,
 Tutus utrunq; potest. grati date thura ministri
 Cœlicolis, nec parca manus dispenset acerram:
 Plus nunquam meruere Dei, ductoribus illis
 Infestam pelagi rabiem Scythicumq; furorem
 Sustinuit Petreia ratis: sed dum freta mulcet
 Candida Cymodoce, uersasq; aquilonibus undas,
 Dumq; sopitur hyems, hic alliger ancora puppi,
 Hic concessa pij foueant (licet) oia nautæ
 Thure litent superos, onerentq; altaria donis,
 Flatibus arctois languorem & uincla precentur
 Carceris Eolij: toros uel turpiter annos
 Rhiphæis depressa iugis uis tanta senescat.
 Interea nostris rebus sint oia, sitq;
 Pax & alta quies superi, sit numine uestro
 Securum mortale genus, sit libera tellus:
 Sitq; pia Tethys nunquam non petiua cymbæ
 Mollibus Eteijs, semper discurrat aperto
 Illa fretu, uictetq; manus quascunq; parabit
 Alma fides: talis sit semper quæstus & illi
 Vectura, hosq; ipsos uobis seruetur in usus
 Cœlicolæ, mundi q; omnes (licet) exigat annos:
 Atq; eadem, quando casurus concidet orbis,

Non

Non cadat, immò poli nitidis referatur in astris:
Hemonis ut quondam (famæ sic credimus) Argo.

M. ANTO. COC. SABEL.

DE RERV ET ARTIVM IN/
uentoribus poema, ad M. D. Hiero/
nymum Bassum foro Iulienſis
prouinciæ quaestorem.



INTER grata soles studij commer-
cia noſtri
Prifcorum laudare frequens monu-
menta uiuorum
Auctores ipſos rerum miratus & uſus,
Et quas quilibet olim meditando prodidit artes.
Hæc eadem quia sæpe iubes, studioq; requiris,
Ordinar hic Venetæ decus & noua fama iuuentæ
Ludere pauca (breui quis enim queat omnia uerſu)
Baffe tibi: at quamuis maiora negocia tenas,
Huc animum conuertere precor, diſpendia ſient
Nulla reor, tenuem non auerſatus honorem,
Huc ades, & mecum hunc lector fortire laborem,
Sed iam tempus adeſt trepidæ dare uela carinæ,
Imus, & immenſum iuuat hoc tentare profundum.
Emptio prima datur, datur auctio prima Lyco:
Ille triumphales etiam traducere pompas
Inſtituit, diadema dedit geſtare tyrannus.
At quamuis uictum nondum Dodona negaret,
Ipſa dedit frumenta Ceres, & frangere saxo,
Pinſendiq; rudem prima eſt commenta laborem:
Hæc eadem leges præfixit gentibus, at qui
Te Rhadamæthe uelint auctorem muneris adſunt.
Phœnices primi (famæ ſi credimus) auſi
Manſuram rudibus uocem ſignare figuris.
Ipſa ſuum contra decus hoc Memphisica tellus
Sublatamq; acri repetit certamine palmam.
Cadmus Agenorides patrio propulſus ab orbe,
Intulit Hemonijs cœleſtia munera terris:
O ſonans totidemq; dedit uix illic figuræ.
Inde alias Graij ſenſim inuenerunt recentes:
Hinc porro Auſonijs decus hoc tribuiſſe colonis
Se ueteres ſactant mutata ſede Pelafgi.
Palladis (fama eſt) primum ſibi finxit Athenis
Eurialos cum fratre domum: nanq; orbe recenti
Speluncas coluiſtis auis, uilesq; latebras:
Tunc primum fragili conſurgere limina teſta.
Obſtupuit mortale genus, proh triſtis abuſus:
Quam parua contenta fuit natura, ſed ecce
Quamuis Sparrano conſurgant atria ſaxo:
Sublimisq; ornet poſtes Titana Caryſtos:
Illita Callico radient ni cuncta metallo,
Credimus eſſe nihil: ſpernitq; hæc luxus & odit.
Aeriamq; bifrons Cærops hic conſidit arcem,
Te Phoronee canunt alij teſtantibus Argis:
Primum Agriopide Paphijs eſt uila colonis
Tegula ſicta manu: ſic prodidit alta uerſtas:
Marculus atq; recens incus & forcipis uſus.
Huic ueſtis debere etiam tutela fatetur.
At pureos Pharijs Danaus deuectus ab oris
Argiua defodit humo: conſcindere ſaxa
Rupibus, & certam proſciſiſis addere formam
Ogygias Cadmus docuit ſua mœnia Thebas:
Archiphraſus quamuis Tyrius ſibi debita dona
Eſſe uelit, turresq; Thraſon & mœnia circum
Oppida conſtituit: contra ſua præmia dicunt
Phœnices ſoliti ingenio ſibi poſcere palmam.
Argento tenues telas ſubtexere & auro
Niliacæ docuere manus: ſed uellera primo
Perdita mollicies inſecit Lydia fuco.
Lanificos ſulos Cloſter dedit unus Arachne,
Dignus matre ſatus: linumq; & retia mater
Prodidit: at Nicias ſtatuit fullonibus artem,

A Megara quem genuit fatalis regia Nyſi.
Boetio ſurrina datur: medicina Canopo.
Aſt Arabus, quem Phœbe tibi Babylona creaffe
Fama refert, medicæ fertur dator artis & auctior.
Repperit Hemoniæ Chiron uetus incola terræ,
Herbarum medicas uires, & nomina primus.
Temperat ipſe Scythes: ſubicis fornacibus æra
Lydius humanos olim conſlauit in uſus.
Cudere Phryx docuit: Delas exhauſta metalla,
Inq; nouos uſus telluris uertere uenam.
Hanc chalybes quidam, quidam Cyclopos in arte
Mortales traxiſſe ferunt, tu Daſtyle ferrum
Primus in Idæis monſtraſti gentibus antris.
Cephicus argenti uenas: aut Atticus imis
Fodit Erichthonius, terris tu Cadme, ſed aurum
Inſinuas colles Pangeaq; ſaxa recludens:
At uetus oceano genitum fert fabula ſolem:
Muneris auctorem quidam fecere Thoantem:
Midacritiq; dedit Caſſeteris inſula plumbum:
Cyclopes media poſitis in cudiſibus Ærna,
Humanum docuere genus ſibi cudere ferrum.
Cecropius ſigulis ſanxit præcepta Chorebus:
Aſcia Dedaliæ glutenq;, & terra Mineruæ
Et perpendicularum, & obliqui prima terebri
Commoda debentur: conuexi fornicis uſus
Clauis & arguti torni, tenuisq; libellæ
Commentum Samij, ſi credimus eſt Theodori.
Sunt Palamedis opus menſuræ & pœdera: Phidous
Creditor Aguius gemini uetus auctior honoris.
At tua magne Cilix ſoboles noua ſemina flammæ
Excuiſit pyrodes ſaxis, excuiſit & ignem
Prima Promethææ ferulis ars incluta dextræ.
Bisq; duas ſtatueret rotas ſub curribus ipſi
Gens operoſa Phryges, calidi proponere mercem,
Et uectare procul monſtrant mercalia Pœni.
Cœpta Eumolpe coli eſt primum tibi uitis & arbor
B Cecropio generate ſolo: domuitq; Scytheni
Ipſa merum ſoboles admotis Staphilus undis:
Fertur Ariſtæus uicino natus Hymetto,
Orchades & radios rudibus præſiſſe trapetis:
Idem mella fauis primus diſcuſit: aratro
Ante alios biges docuit ſubmittere tauros.
Triptolemū pars magna canit: pars maxima Brigē
Muneris auctore tanti: Pharioq; Canopo.
Ciuiſis res prima fuit, ſed ſubdita regi.
At populare decus ciuilia iura ſacrumq;
Attica gens olim fertur commenta ſenatum:
Theſea mortales primum uidere tyrannum:
Poſt quæ fama refert Phalarim trepidiſſe Sicanos,
Proh ſcelus indignum uictor Spartanus adegit
Humanum ſeruire genus: docuiſtis Athenæ
Vos ueſtrum damnare caput, noua prælia ſæui
In Pharijs gentes geſſere phalangibus Aphri.
Acritus & Prætus dum triſtia bella cierent,
In ſe forte rudes clypeos ſtatueret: ſed adſunt
Dent Athamante ſato qui inuenti præmia calco.
Loricam Mydiæ inuentam purat alta uerſtas,
Quem Meſſana tulit: gladium Spartanus & haſtam
Commentus, galeaq; ferox proceſſit in hoſtem.
Aſt ocreas primi geſſere in prælia Cares.
Ipſe Scythes curuos arcus, teretesq; ſagittas
Alcitonante ſatus: decus hoc tibi maxime Perſes
Perſeos inſignis proles nunc uendicat error.
Velitis ignotam Tyrrhenus protulit haſtam
Pilaq; non priſcis ingrata Quiritibus arma:
Vulnificam uila eſt primum ſuccincta ſecurim
Pentheſilea furens: Piſeus uenabula, & ipſum
Scorpion: Idæis debet catapultæ colonis:
Martius amentum iaculumq; Ærolus in hoſtem
Conſixit, baliſta Syrum Phœnicæ recensq;
Fama canit: ſed tu meditando prælia Piſeu
Das Tyrrhene tubam: teſtudo Anthemona laudat,
Arctius hoſtiles illabens machina muros.
Sigæi fabricator equi generoſus Epeus
Creditor:

Creditor: en aries mutato nomine nunc eſt.
Inſcius ante fuit ſonipes ſeſſoris, adactus
Bellerophonta tulit: frenumq; induxit, & ipſa
Strata Pelethronius domitor, Martemq; ciere
Theſſalus: uſus equo eſt primus, quæ pura uerſtas
Semiferum ſpectaſſe uirum ſibi uila uocauit
Centauron: bigasq; Phryges iunxere fugaces:
Sanxit Erichthonius uolucres agitare quadrigas.
At belli ſignum, uigiles & teſſera magni
Sunt Palamedis opus: ſtatuitq; hæc Pergama circū
Dux ille, Iliaci inſtat dum Græcia fatis.
At decus inuentæ ſpeculæ dat fama Sinoni:
Hic eſt ille dolis potuit qui euertere Troiam,
Quæ non mille rates, decimus non uicerat annus,
Non gemini Attidæ, Attidisq; inſenſus Achilles.
Dire Sinon, cuius nunc impia facta nepotes
Oderunt, meritoq; omnis mox oderit ætas.
Hoſtibus inducias ſuſpenſo Marte Lycaon
Præſtitit ante alios: Ægides fœdera primus
Percuſit, primus, famæ ſi credimus, augur
Præpetibus certo ſeruatis ordine pennis,
Prædixit uentura Caras, animalia ruſus
Induxere tibi augurium (ni fallimur) Orpheu.
Ignibus Oicides uifis uentura canebat,
Coniugis impuſus fatales uifere Thebas
Proditione ſuæ, proh triſtia ſata, uentem
Curribus & bigis hauserunt tartara uatem.
Faticæ Mantus genitor ſcrutabile primus
Prodidit auſpicium: primus quoq; Delphus aruſpex
Creditor: Alcæo genitum portenderet anceps
Oſtentum quicquid, quicquid noua ſomnia ferrēt
Præcuiſſe uolunt: at ſidera maximus Atlas
Cœpit, & ignotos aſtrorum pandere curſus:
Nunc uero Aſſyrijs, Pharijs nunc ipſa prophetis
Hoc dat fama decus: ſphæralis præmia formæ
Anaximandro referunt, Mileſia tellus
Quem genuit. Maia cretus dedit ipſe monaulon.
At ſaryrus geminam compegit Marſya buxum:
Marſya quem uictum Phœbo fleuere Celenæ.
Æolus ignotos ſtatus, ſcrutatus & Euros.
Nunc etiam imperio Siculis hos urget in antris.
Lydorumq; rudes modulos, at ſiſtula Panos
Creditor: obliquæ referuntur præmia buxi
Præmida: Dorij moduli perſcribit auctior (uulgus
Thrax Thamyras: Phrygios modulos tibi Martia
Iure refert: uates citharam mortalibus Orpheus
Imputat: Amphion pleſtri ſibi uendicat uſum
Auctorem pars magna Linon creditq; canitq;
Tu Terpandre locas ſeptenas ordine chordas:
Simonididq; octona fuit: ſtatuiſſe nouenam
Te Timothee, uetus fama eſt, ſine carmine pleſtri
Geſtaret Thamyras: ſidibus Linus addere cantum
Thrax dedit: Amphio primo decus hoc Aracyntho
Se contra meruiſſe refert: nec credere iniquum eſt:
Cantus erat citharæ, deerant ſed carmina: tandem
Hæc quoq; Terpandrum uidit tribuiſſe uerſtas.
Tibia grata fuit, caruit quoq; tibia cantus.
Dardanus, ut fama eſt, Trezenius addere primum
Nouerat inſflexas certo diſcrimine uoces.
At Iouis Idæi circum cunabula pulſis
Nunc clypeis dextra galeis nunc arte retuſis.
Diſtæa Curetes humo duxere choreas.
Vidit Creta rudes Pyrrhum traducere motus:
Pyrrhica deinde fuit ſaltatio priſca, uerſti
Auctoris laudem referens & nomina Pyrrhi.
Proh pudor, & quis nam cœleſtia pectora uatum
Eſſe putet primam, primiq; poematis ortum
Scire neſas: illud Troiani tempora belli
Præceſſiſſe uolunt: heroica carmina Phœbo
Delphica poſt caelum cecinit Pythona iuuentus.
Hic quoq; ſi ſas eſt, ortus elegia requirit
Ipſa luos: Colophon petulans quem iactat alumnū
Neſcio: Spartano inuenti dat fabula palmam
Archilochos: Cadmus ſoboles Mileſia primus

A Prodidit hitoriam: ſed mox ludicra Lycaon
Gymnica Parthenijs primus celebrauit in oris.
Natus in Hemonia eſt funebris Iudus Iolche,
Munus Acaſte tuum: te Theſeu laudat & Iſthmos
Quod te dante nouas meruiſſent funera pompas.
Magnus olympicam nullo monſtrante palæſtram
Protulit Alcides. Pichi eſt pila luſibus apæ.
Picturam Phario Giges commentus in orbe eſt:
Græcia ſed Pyrrhū memorat tibi ſanguine iunctū
Dædale Cecropiæ ſublimis fama Mineruæ.
Niliaco primam Danaus de littore nauim
Soluit, & Argiuas curſum deflexit ad oras.
At ratis (ut fama eſt) debet ſtutialis Erithræ:
Aut quum Troia feros, inſenſaq; Mœſia Thraces
Impereret, ſpectaſſe rates ſe docta uerſtas
Teſtatur: longa pontum ſulcaſſe carina
Magnanimū Æſoniidæ pars maxima credidit: at ſunt
Qui Samyrā Philartumue putēt: primosq; biremis
Vexit Erythraeos: Amocles ſtatuiſſe triremem
Fertur, & inſolito uolitaſſe per æquora curſu.
Hinc alias alij numeroſo remige puppes
Expediunt: ſenſim maior concreuit & ordo,
Vt quinquageno quaterentur uerberare claſſes.
Structa ratis Tyrio eſt oneraria craſſius hippo.
Primaq; conſpexit lembum ſtribunda Cyrene:
Celocem Rhodus ipſa dedit: Phœnicibus undis
Cymba recens (ſi priſca fides eſt uera) cucurrit.
Incluta Cercyram deduxit in æquora Cypros.
Phœnices primi, famæ ſi creditur, orſi
Obſeruare polos, motusq; & ſidera cœli,
Atq; iter & curſus medio hgnare profundo.
Eſt tua, ni fallor, remorum palmula Plateu.
Icarus infelix qui ſe malè credidit aliſ,
Ante alios rudibus ſpaciola per æquora uelis
Fecit iter, teretem primus tu Dædale malum,
Antennamq; paras ratibus, longasq; carinas
B Se rex iſſe Thoſos iactat dilecta Lyæo.
Piſeus at uolucris primus præſixit inermi
Roſtra rati: debet Tyrrhenis anchora nauis.
Eupalmi fuit illa bidens: at cætera Tiphys
Inſtrumenta dedit, ſi uera eſt fama, carinæ:
Fluctibus in medijs auſus committere claſſes
Gnoſius eſt Minos, obtruncat Hiperbius ipſum
Ante alios animal, maſtauit cæde iuuentum.
Primus dira luens æternum furta Prometheus.
Tonfores tibi Roma nouos miſere Sicani.
Inq; diem docuit ſubeuntem tondere barbam,
Cui deuicta ſuum quondam dedit Aphrica nomē.
Munere curſoris caſum didicere Quiritites.
Gens domitrix rerum metiri ſolis & ortum.
At Naſica diem certas diſcreuit in horas.
Lucis erant nullæ partes, diſcrimina nulla,
Ante illum: uix ueſper erat diſunctus ab ortu.
Sed quid multa ſequar? complecti carmine ſiquis
Omnia priſcorum curret monumenta uiuorum,
Et uarias artes, rerumq; ab origine primos
In commune datos uſus, hic audeat idem
Connumerare uices, agitataq; ſidera cœli:
Quod ſpirante Noto Libycæ turbentur arenæ:
Cecropioq; uagentur apes cum uernat Hymetto.
Siſtimus ergo gradum: placido conſidere porru
Me iuuat, emeritâ fundetq; hic anchora puppim.

MARCI ANTONII SA-

BELLICI CARMEN, IN HVN-
ni originem.



MÆC ſpaciantis humi facies, quæ clau-
dit ad euros
Sontius: ad boream ruſus zephy-
rosq; repentes
Tiliuæteæ flexus ſibi uendicat un-
dæ,

BBB Car

Carnorum res prisca fuit (sic alta uetustas
Tradidit) hi terram primi tenuere coloni.
Frugiferis agreste genus degebat in aruis,
Solaq; cura fuit præcingere uitibus ulmos,
Lanigerosq; agitare greges, armenta q; palsim
Pascere, & artrato terram renouare ligone.
Quisq; suo contentus erat, pax longa fouebat
Ocia, non ferrum non clausica pulla uereri
Agricolæ: quæ culta fuit melioribus annis,
Aurea dum senior Saturnus regna tenebat,
His possessa quies, ò secula læta diesq;
Non urbis tunc usus erat, non montibus arces
Condere, non ullo præcingere menia uallo.
Vicinas tunc nullus opes uexabat, inermis
Mundus erat: uerum postquam scelerata cupido
Regnandi mortale genus contraxit in arma:
Tum primum in galeas, & sæua in pilâ ligones
Infandæ uertere manus: tunc oppida primum
Erecta in tumulis, Carnisq; in collibus arces.
Cœperat interea Romana potentia totum
Vertere iam signis in se uicticibus orbem.
Viribus Oenotrijs primum cessere subacti
Bellorum populi expertes humilesq; tyranni.
Mox uerò Ausoniæ fati succensa secundis
Perq; iuga ignotasq; prius mortalibus alpes
Tellurem inuasit rabies peregrina repostam.
Tum Cimber Gallusq; ferox, tum Teutoniam arma,
Indomitusq; furor Latias se fudit in oras.
Scilicet Hesperiam iam dum fati arua perebant
Non uno distracta loco: sed Carnica tellus
Prima nouos motus atq; horrida crebrius arma
Excipere: hic etiam bellorum feruor & omnis
Impetus incubuit, semper noua uulnera & ipsas
Semper prima faces, primos quoq; pertulit ictus.
Ne furor ille autem Romana stipendia semper
Posceret, & nostras longa formidine curas
Distraheret: turres obiectaq; menia prisca
Motibus externis anibus fatiscq; sinistris
Æneadæ posuere tuos Aquileia penates.
Prostratas, quotiens Romano uindice turmas
Barbaricoq; tuos uidisti sanguine campos
Fœdari, & diro lymphas rubuisse cruore.
Sed felix res nulla diu: fauor ille recessit
Prædiditq; tuum, postquam Itala fata uetustasq;
Imperij uolucris sedes migravit ad Euros.
Tempore iam ex illo sese fortuna remisit:
Oenotriæ uires, omnisq; potentia lapsa est.
Continuò fines & Carnica claustra refringi
Aspiceres: in stat nullo iam uindice uictor
Barbarus, & patrium repetit ferus ense cruorem.
Cui clades numerare uacet? cui tristia damna
In nostros distracta dies? haud fœda malorum
Vlla fuit facies, quam non Aquileia tulisset.
Iam suprema dies aderat cum Pannone & Hunnus
Te & tua non uno cinxerant menia uallo.
Hic uatem memorare tuum da Musa, quis auctor
Primus Vtineam (res est nam prisca) sub auras
Extulit erecto circum prius aggerem molem.
Inde mihi series breuiter ducenda per ipsa
Incrementa loci: sub secula nostra diesq;
Sumptum fyrma traham, tu si mihi tangere laudes
Heme tuas curæ est nosterq; huc cursus anhelat,
Dexter adas tenni q; precor moderare carinæ,
Iamq; inimica phalanx quas circumfederat arces
Tesquosofq; lares longa obsidione premebat,
Pertulerat duos audax Aquileia labores
Hostilesq; minas: atq; imperterrita casum
Excidiumq; suum properantibus ultima Parcibus
Stamina sub primam uario certamine brumam
Traxerat acris hyems, atq; inclementior annis
Cogere Pannonias acies Hunnumq; minacem
Limosos campos undantiaq; imbribus arua
Deferere, atq; hostem festum obsidione leuare,
Deferit inuisas sedes hyememq; perosus

A Castra mouet: madidasq; Hunnus circumtrahit alas,
Haud procul ad gelidos pandit se uasta triones
Planicies (bis dena interfunt millia) collis
In medio tum fortè fuit non arduus: aut si
Nullus erat condi facilis natura sinebat
Posse manu, mensus latos hic Artia campos
Irriguos fontes, & pabula læta, parumper
Substitit: inde loco sensim demulctus amœno
Cautus castra locat apricis sedibus, atque
Protinus in medio quâ fortè tendendat, aut quâ
Mox tenturus erat tumulum sibi mandat ad auras
Attolli, unde arces ini micatq; mœnia cernat.
Accelerant mox mille manus, atque ipsa capeffunt
Iussa ducis: pars hæc rastros, pars illa ligones
Corripit: ingenti seruent noua castra tumultu
Vndiq; sese operi accingit numerosa iuuentus,
In q; orbem munire solum se turba uicissim
Hortatur: lætis resonat clamoribus æther.
Brachia mille simul, totidem quoq; rastro micare
Aspiceres: hic saxa quatit, gerit ille subactam
In glebas ue recidit humum: pars maxima cœptum
Munit opus: quanto moles magis ardua crescit,
Tanto terra magis sensim decrefcit ad ima.
Talis erat, si parua licet componere magnis,
Conatus: talisq; fuit labor ille Gigantum,
Tentarunt superas quum frustra scandere sedes:
Pelion illa cohors Ossæ, atq; Ossam olympo
Addere nixa: suo fremitu compleuerat omnem
Emathiam, & Laria pollutos cæde Philippos.
Tot subito manibus moles operosa sub acta
Erigitur: summa tum qui fabricantur in arce
Teitanti extremum peregrina uoce laborem.
Huc huc ferte uiri clamant, Vtinumq; sonabat
Ille fauor: saltus Vtinum resonare propinqui:
Dulce loco nomen sic omine mansit ab illo,
Vrbs quoq; clara tenet (prisca non immemor ortus
Auctorisq; sui) quod uox dat Acuntia nomen.
A. Ubi sublimi residens dux Breucius arce
Vndantes campos longè quos odit & urbem
Sub pedibusq; uidet sibi Carnica rura iacere:
In sua castra refert oculos, quæ collis ad ima
Circumfusa uidens: mox artibus illa coire
Imperat, & ualido cingi coeuntia uallo.
Iussa facit, uallumq; simul traducit in orbem
Attaliana manus. fuit hæc prima urbis origo,
Hæc facies antiqua fuit, uix urbica mille
Quingentosq; breuis complexa est area passus.
Credibile est etiam puteos, quos arcis ad ima
Cernimus immensos, quiq; ipsa in tartara tendunt
Pannonias fodisse manus, noua uenerat æstas,
Hunnica castra mouet, rursusq; Aquileia res, qua
Obsidione premit pollutus sanguine beblæ
Oedipodes: bruma alternis iamq; altera castris
Exierat, tempusq; aderat fatumq; nefandi
Excidij, impatiens tantorum animosa laborum,
Immemor heu patriæ, & morti deuota futuræ
Egreditur totis portis Aquileia pubes:
Excipit amentes motus hic Hunnius heros.
Quâ nunc rara solo mœrentia tecta recumbunt,
Hinc aquilæ, inde feri fulgebant signa tyranni.
Continuò Carnos seq; & sua signa secutus
Impiger in geminas Menapus dux diuidit alas.
Cornu Oricos dextrum frater regit, ille sinistrum:
Bellorum regniq; simul moderator uterq;
Frater erat: læctas diuersa parte cateruas
Hunnus agit, Martem iam bellica signa canebant,
Ipsaq; terrifica feriebant sidera uoces.
Itur in ambiguos casus, multoq; fragore
Concurrunt missis in se prius eminus hastis:
Confliguntq; manus, crebris sonat ictibus æther:
Testaturq; nefas sublatum ad æthera clamor:
Anceps pugna fremit, stimulat succincta flagello
Præcipites Bellona uiros: fouet illa premitq;
Alternas acies: multo demersa cruore

Prata

Prata natant, passim ferit hic, cadit ille uicissim:
Stantq; caduntq; truces alterna sorte manipuli.
Iam multum progressa dies, cum cœpta moueri
Barbara signa loco, sensimq; euicta referri:
Carnica turba pedem profert, Hunnumq; morantè
Cædit, & Ausonias uictrix ulciscitur umbras.
Marte sed aduerso nihil hic perterritus heros
Breucius ante aciem campo discurrat aperto,
Nomine quæq; uocâs, reuo cansq; in prælia turmas.
Hunc autem inuictum totq; inter tela uagantem
Spectat atrox Menapus, nec non spectatur ab illo.
Continuò inensis animis, ac lumine toruo
Se lustrare duces, iramq; ciere tuendo.
Ac uelut aduersi meditantis prælia tauri
Defixi obtutu, dum sese odere morantur
Attolluntq; iras, uibrataq; cornua truncis:
Protinus inde ruunt toris conatibus, ac ui
Decertant, multoq; lauant sua membra cruore.
Interea tremefacta silent armenta stupentq;
Inscia quem pulso maneat, uictoria uicto.
Sic quoq; ductores, postquam nō pauca minantes
Diuerfis in se spacijs egero citatos
Cornipedes: perculsa nouo certamine tota
Agmina, & undantes in se uertere cateruas:
Deniq; diffractis hastis configitur, altè
Disiliunt uolitantq; leues per mania trunci.
Tam procul Oenotrio iacuit dux Hunnius ictu
Pugnaci discussus equo, quam lancea dudum
Longa fuit Menapi, ille nihil profectus in herba
Defedit: nitidum sed protinus eripit ensem
Vagina, atq; aciem ferri uenientibus offert.
Increpat & uicto assultans Aquileius heros
Multa monet, poscitq; fidem, gladiumq; retentat:
Hoc Breucius prohibere nefas, hoc Pannonos armis.
Latij uicisse uolunt: concurrunt ergo,
Vndiq; & infanso reparatur pugna tumultu.
Huc coeunt equitum turmæ, peditumq; cateruæ:
Ira furor rabies, & sanguinis alta cupido
Huc coit, & Stygiæ meditantis bella forores.
Ac uelut ad uernos egressa examina soles,
Quum depasta diu uernantia prata reculant.
Æmula si uirtus ad pugnam prouocet: aut si
Regnorum sedes trahat in certamina reges
Magnanimos, quocumq; duces traduxit Erinny,
Huc omnes glomerantur apes, huc agmina sese
Coniiciunt, uitamq; uolunt pro rege pacisci.
Non aliter quâ fortè acres coiere tyranni,
Impetus & belli uis huc fecit uictor omnis.
Certatur totis hinc atq; hinc uiribus: orbem
Vertit in exiguum sese peritura iuuentus.
Aspiceres passim surgentes sanguine riuos,
Infandosq; uirum per densa cadauera lapsus.
Horror erat gemitus suspiriaq; alta cadentum
Audire infandos casus, infanda uidere
Funera, & undanti fluitantia membra cruore.
Hic Latios fortuna uiros, aquilamq; micantem
Deferit, & cœptum præuertit uana fauorem.
Namq; Oricos dum bella ciet, mediamq; recurrit
Infelix aciem, uexatq; in sensus hostem,
Cogitur aduersi deiectus uulnere teli
Excessisse loco: medio certamine cantu
Cedentem uidere ducem, multoq; cruore
Gramina fœdantem, subito perculsa pauore
Corda cadunt, gelidusq; coit formidine sanguis.
Iam summotâ gradu, sensimq; auersa repelli
Prima acies: tentare fugam qui signa tenebant
Proximiora uiri, & quæ extrema in parte repostæ
Rem prope collapsam totiens iuere cateruæ.
Inclinat fortuna palam, nec uocibus ullis
Sistitur aut factis Menapi, dux Breucius instat
Iamdudum sublatum equo sese ingerit hosti,
Hortaturq; suos, ciet agmina tota, iubetq;
Itala terga premi, carpit uestigia uictor
Hunnus, & Oenotrias sternit manus impia turmas.

A Iamq; ante ora patrum, proq; ipsis mœnibus urbis
Sternitur infelix acies: iamq; agmine mixto
Vrbs poruit generosa capiti: sed fata supremos
Vouere adhuc ipsos refecando flamine fusos.
Scilicet incumbens primis nox atra tenebris
Imposuit cædi finem, pugnamq; diremit.
Territus aduersis rebus belloq; sinistro
Tempus ad id Menapus, noctisq; silentia nactus
Affectos locios crudis uulneribus, atq;
Vicinas Oricon pelagi præmittit ad oras:
Inq; diem cognata daret dum funera terræ,
Impetrat inducias, tenebris aurora fugatis
Tertia iam totum ueniens referauerat orbem,
Quod propiore uidet Menapus sua mœnia rursus
Obsidione premi: nec non tormenta parari
Bellica, & in muros extolli ad sidera turres:
Ille autem uultu simulans spem, corde dolorem
Supprimit, & quæ se circum sint agmina lustrat.
Innumeras bello ereptas Aquileius heros
Sensit abesse manus: nec quæ sibi pauca superfluit
Corpora iam dudum patrijs se credere muris.
Territus hic Menapus regnum desperat autum,
Moliturq; fugam: tacitis præuerterat umbris
Nox obscura diem: focijs & classe parata
Deferit illachrymans patriam patriosq; penates,
Testaturq; suis fati contraria fata,
Auerfosq; deos, per quos sua regna tueri
Non licuit, uehitur uentis fluctuq; secundo
Exul in Adriacum per proxima stagna profundû.
Cingitur undiugo propius breuis insula Ponto,
Qui tenuere Gradum prisca dixerat coloni.
Hæc prima exilij sedes: hic turpiter Hunnum
Eiecti patria fratres latuere tyrannum.
Ast ubi desertos muros, desertaq; uidit
Omnia, & elapsum quem Barbarus oderat hostem:
Infremuit, portisq; iubet mox signa refractis
Inferri extemplo: capta discurrunt urbe:
Diripitur quicquid fecum non tranfuit exul.
Inijcit inde faces tectis manus impia: surgens
Insinuat passim monstrofa uolumina fumus.
Continuò uolucres uolitant per inane fauillæ,
Afsiliuntq; polo: lambunt quoq; sidera flammæ.
Quaq; uacant ignes hæc limina Pannon & Hunnus
Concutiunt, uelluntq; sacros à limine postes.
Vrbs antiqua ruit, diffractaq; menia uictor
Æquatasq; solo calcatur dux Breucius arces.
Tale sub excidium funestaq; tempora primos
Crediderim, & fama est, Vtinum migrasse colonos.
Vrbs in effigiem tum primum mœnibus ipsa
Area castrorum (sed mœnia parua fuere)
Muniri cœpta est: tum primum culmina Carnis
Erexit plebs parua deis: sed qualia quondam
Regna tenente Numa posuit noua Roma tonanti.
At nunc marmorei quâ splendida tecta senatus
Confurgunt, parijsq; nitet quâ fulsa columnis
Porticus, agresti culmo congefta sedebat
Curia: pro summis etiam tunc parua placebant.
Quaq; noui ueterisq; fori nunc campus uterq;
Perfretit artificum studijs multoq; labore,
Vilis erat facies telluris, uilia circum
Culmina constiterant: sed culmina rara fuere:
Cœperat at postquam maior fortuna uideri
Quam fuit ante loci, largo mox omnia sumptu
Aspiceres superis immania templa parari.
In primisq; ipsam cœlo sublimibus arcem
Mœnibus æquari, uicosq; & strata uiarum,
Murorumq; nouas pinnas, sex ordine portas
Muniri: mox rostra patrum, nitidumq; senatum
Rhipheas imitantem niues confurgere saxo.
Nec firmasse satis fossaq; & mœnibus urbem
Est uisum: cinxere simul fluuijalibus undis.
Cura quibus cinxisse fuit, per deuia secto
Gurgite cærulei traxerunt flumina Turri:
Quippe uetus facies urbis formosa uideri,

BBBB 2

At

At non ampla fuit: conuenerat undiq; uulgius,
Nec turbæ fuit illa capax, magalia circum
Ruræq; spatia solo muris subnixæ iacebant.
Hæc quoq; flexiuago pomeria grandia tractu
Hunnei claudere patres: discurret in orbem
Murorum facies uastis meandria campis.
Est aliquid turres surrectaq; mœnia longè
Cernere: uix hostes infandaq; bella uereri
Credideris, sed nulla grauis fiducia belli,
Nulla fides hic ante fuit: quem sensimus olim
Pertulimusq; metum, fas sit mihi ritè fateri.
Fouerat alta quies pacataq; fœdera Carnos,
Tempore iam ex illo, quo Iulia terra potenti
Imperio Venetum atq; inuictis cesserat armis.
Bosphoron at postquæ rabies Mahometia Thracè
Chalcidicumq; fretum Istryania claustra reclusit:
Illyricis rursus postquam reserauit & arces
Ille furor, Latias & Iapidis arua Timau:
Polluit & nostro tepescit sanguine fluctus
Sontius Adriacos: nec non & Barbarus ignis
In patrios fines longè grassatus & arua est.
Deniq; conspecta Turcorum cominus ala
Diriguere metu, qui imbellia fortè tenebant
Mœnia: conciderant animi, uultusq; uiriles
Telaq; torpentes negligunt cessantia dextræ.
Non fauor aut animis ullus se fuscitat ardor.
Parte alia matres trepidæ inuictaq; puellæ
Vocibus horrendis, & fœmineo ululatu
Omnia complerant: muro portisq; refractis
Non alius uulgi terror lucis uel fuisse.
Nec stultum trepidasse fuit, deserta iacebant
Mœnia per uastos nullo munimine campos.
Scilicet in nostros annos urbs clara potensq;
Esse equidem potuit, quam uis non præda fuisse.
Cauit & hoc Veneti dudum pia cura senatus
Sceptra hæc magnanimo cum Iulia tradidit Hemo,
Continuò ille urbis tantæ patriæq; miseratus
Immensum meritum opus, murisq; tenaci
Appendice parat, fossaq; ambire profunda.
Consultit ille prius patres Venetumq; senatum
Assensumq; rogat: mox publica iussa secutus
Accersit populos, multaq; in gente laborat.
Hic mihi Musa breui liceat consistere, & Heme
Clarè stemma domus, claramq; ab origine gentè,
Virtutesq; uirum, mirandaq; gesta referre:
Quippe erat indignum prius noscisse parentes,
Cuius gesta uiri canimus: quo præside tandem
Pars salus populis, qui Iulia claustra tuentur.
Hemorum testantur aui cognomine à Nini
Assyrio genitos regum se sanguine priusci.
Sed maior celebrata fides, si uera uetustas,
Assyrios inter primum te Nine tyrannum
Emeruisse refert: etenim tu primus in armis
Diceris effigiem regni sedemq; locasse.
Mox natum mentita parens tam coniugis expers
Sceptra capit, nomenq; armis regnumq; propagat:
Inde utroq; fatus tentati criminis ultor
Occupat asperfos materna cæde penates.
Subsequitur porrò regum longissimus ordo:
Ultimus ille fuit regni corruptor auiti:
Cuius delicias & mollia sceptra superbus
Non tulit Arbactus, sed fortia comparat arma,
Aggrediturq; senem, uictumq; ad nobile fatum
Compulit: ipse autem sceptra aulaq; potitus,
Prorinus antiqui nomen uenerabile regni
Transiit ad Medos. Medis sua fata decusq;
Assyrios inter regali sanguine creti
Inuidere duces: reparant noua bella, sed illos
Sorte pari uictor Medus fuditq; fugatq;.
Continuò extorres patria discedere terra
(Virgebant etenim uictoria tela) coacti
Expediunt classem, & uentis dant uela secundis,
Incerti quo fata ferant, quas cursus ad oras
Tendatur: uolat illa freto rapientibus eurus.

A Arduus ad superos mons nomine tollitur Hemus:
Circum Thraces arat, Geticos hinc uertice fluctus
Despicit, hinc undas, quibus indidit Adria nomè:
Hic fidiibus traxit sylvas, hic Orgia primum
Orpheus instituit: fama est per cærulea uectas
Æquora, perq; diu longis erroribus actas
Ad Ciconas cursum Syrias tenuisse carinas:
Iactatosq; undis Hemeæ rupis ad imas
Radicesq; sedi ille uiros: sua nomina genti
Mons dedit: inde ipsa ueteres à sede coloni
Prognaatq; illis Hemi cognomine dicti.
Sithonios inter subitò gens aduena mores
Facta ferox stuidijsq; ardens & Martis amore
Bella ciuicis, populos uicinaq; regna lacessit.
Interea uirtus Hemeaq; gloria crescit:
Nec iam Strymonijs gliscens se continet oris
Fama, sed ignotas dilcurrit læta per urbes.
Bis Danaos: testis Salamin Marathonis & arua:
Hæmeæ iuere manus: bis rursus Amynthæ
Græcia quum natum ferret, magnumq; nepotem
Armauit socia pro libertate cohortes.
Inde autem multis sese uoluentibus annis:
Incertum est ne ipsam damnato frigore sedem
Tellurem; uiri infœliciaq; arua perosi:
An procul exciti Venetæ dulcedine terræ
Fortè errore uia, seu quòd sic fata ferebant:
Dalmaticos Hemea cohors confedit ad Histros:
Demulctisq; locis lætis & littore ameno,
Exiguam statuerunt formosis mœnibus urbem:
Hemoniamq; uocant Hemi de nomine dictam.
Hic maior fortuna uiris requiesq; laborum:
Nullorumq; in opes lætis his rebus agebant.
Occupat interea Venetas dux Hunnius arces:
Quodq; Getæ scelerata manus non uerterat antè,
Impius in prædæ partem putat ille relictum:
Has Aquileia faces, has tu concordia Carnis
Non ingrata deis, cinctumq; paludibus ipsum
Pertulit. Altinum, rapientibus omnia flammis,
In Venetosq; feri Martis grassante flagello:
Deferit obellum lirtus patriosq; penates,
Æquoreasq; coit uulgius miserabile ad undas.
Insulæ in Adriaco tenues iacere profundo:
Cæruleas quæ Doris aquas fluctusq; sonantes
Nittitur in Venetos penitus curuare recessus:
Has mare meandri specie uarioq; Euripo
Implicitas crebro tenuiq; interluit æstu:
Huc Venetæ coiere manus: hic undiq; septæ
Æquoreæ lecta locant fortunatosq; penates:
Exiguam effingunt urbem, datq; ocyus urbi
Conuenaturba suo factum de nomine nomen.
Scilicet urbs pario quæ marmore splendet & auro,
Quæ quoq; nunc rerum terra pelagoq; potita
Est Latium transgressa decus: quæ deniq; nomen
Littore ab Hesperio nigros promouit ad Indos:
Tum primum res parua fuit: perrara iacebant
Culmina quæ fulgent diui penetrabilia Marci:
Crescebat fortuna loci, maiorq; uideri
Cœperat, assumit populi crescentis habenas
Conuenanobilitas: condit noua iura senatus,
Cuius erant patres pars non ignobilis Hemi.
Ille equidem aut rebus trepidis urbisq; sub ortum
Littore deiecit patrio, noua fata secuti
Applicuere loco: seu post noua mœnia, magnis
Auspicijs in spes tantas uenere uocati.
Sed quid ego illustres ataus belloq; togaq;
Hemeosq; patres reperens ab origine dicam.
Aut alios quàm te referam Maffæ, tuamq;
Egregiam lobolem. Petrum pater ipse uocaras.
Ille autem iuuenis uix dum patientibus annis
Magnanimus Gallum Galli quoq; signa secutus,
Militiæ donis auroq; ornatus equestri,
Regia dextra dedit patrias remeauit ad oras.
Nec mora: sed patrum iussis urgentibus idem
Ad regem hospitio notum legatur eundem.

Ingenio

Ingenio ille uiri & mira prius indole captus,
Annuit oranti uultu quæsitæ sereno.
Rursus ad ambiguos Ligures, cum sumeret arma
Genua, & antiq; uolaret fœdera pacis,
Iulius adit, pacisq; deos testatur & aras.
At postquam classes & uela Ligustica lirtus
Texerunt Venetum, quæ Clodia fossa recumbit,
Fortiter aduersum rapientibus omnia fatis
Obstitit in gaulis in temelijsq; carinis:
Nec prius abstinuit, sensu quàm prælia læuo
Marte geri, atq; hosti iam Clodia tecta teneri.
Quàm largas heu uertit opes, quot clara uirorum
Corpora, & Hemei quantum lux illa cruoris
Abstulit, hic etiam paruo post tempore ductor
Militiæ factus Venetæ, sceptraq; potitus
Immodicas acies Taurinia mœnia circum
Euganeumq; ducem felicibus exudit armis,
Artonitamq; urbem, grauioraq; fata timentem
Hortatur: trepidamq; fouet, Venetumq; fouendo
Traxit ad imperium, prætoriam sceptra silebunt,
Et quæ Dictæas gefsit dux ille per oras:
Nec non Tarpeia residens quæ celsusq; arce,
Quæq; fluentinis dicturus iura premebat.
Deniq; Sabatias iterum legatus ad oras
Magnus ciuis obiit, proles cui bina superstes,
Cuius ritè genunt clarissima nomina nati
Hemertui: Gabriel unus patruelis imago:
Nomen aui referens uultumq;, Georgius alter:
Ille tuus uerò patruus uirtutis auitæ
Æmulus extremos aduectus classe Britannos
Sponte Calidonio regalia tecta penates
Intrat, & ingenti sese uirtute Britanno
Insinuat regi, & magno sibi uincit amore.
Hospitis ingenio demulctus Barbarus hospes
Haud tantum hospitio Venetum dignatur & aula:
Tradit & aruigaræ gestanda insignia gentis,
Militiæq; uirum signis exornat & auro.
Mox & res Venetas commissaq; castra tribunus
Progreit: & patrijs mox Rhetica mœnia signis
Circumfessa domat, belloq; euicta suorum
Adjicit imperio: prætoriam sceptra subinde
Sortitur, Patauosq; noua ditione receptos
Firmat, & impositas urbis moderatur habenas.
Transseo perspicuos clari genitoris honores
Confiliumq; tui: uix ipsa penatibus Hemis
Bellica res laudis peregrinæ gloria tantum
Illa patris celebrata foro celebrata senatu
Ingenio quantum tribuit ueneranda senectus.
Fallimur, an nobis aperit se portus, & auræ
Admorunt terræ properantis uela carinæ.
Cerno equidè lirtus, sed adhuc non parua profundi
Pars superanda mihi est: ualidis incumbite remis
Pierides, placidoq; ratem mihi sistite portu.
Interea huc adfis prætor uenerande, tuasq;
Ne pudeat (si uera cano) cognoscere laudes:
Scilicet inter auos Hemeaq; nomina læti
Sideris instar habes, cuius fulgore propinquo
Victa repercussio maiorum facta nitore,
Ac uelut obducta tenui caligine fulgent.
Vix tua bis denos æras numerauerat annos,
Florebantq; genæ prima lanugine barbæ,
Quum te Cenomano patria trepidante tumultu
Delectis equitum turmis peditumq; cateruis
Præfecere patres: has tu per tela per hostes
Cautus agens cogis duris affluere rebus
Imperiumq; patri: mox publica iussa securus
Bellorum ante ducem statuis, commissaq; iungis
Castra celer castris, signisq; exercita signa.
Militiæ rudimenta tuæ uiridisq; iuuentæ
Hæc memorant: his quantus eras qualisq; futurus
Coniectare omnes, uultumq; animumq; uirilem
Mirari, laudesq; tuas ad sidera ferre.
Creuerat interea uirtus melioribus annis,
Rebus & immensis irrepererat acior ætas:

A Pacis ad arbitrium missus cum Cæsaris aulam
Alpicis, infensusq; animos irasq; minaces
Illius hortando flectis, ipsumq; ferocem
Goriciæ non pauca monens ad iussa tyrannum
Retrahis imperij: teq; his pacata merentem
Exin atq; tuum celebrat Germania nomen.
Ipsa nigras aquilas, & equestris signa decusq;
Successus monumenta tui tibi tradidit Heme
Cæsareana manus: sed non hic fessa resedit
Æmula gestorum uirtus operosa suorum.
Continuò, neq; enim patrias inuifere terras
Cunctari ue datum, felix sed iussus ad oras
Pannoniæ contendis iter, subitòq; piorum
Bellorum socium percusso fœdere iungis
Magnanimum Venetis regem: Mahometius heros
Euboicas etenim postquam reserauerat arces,
Dalmaticos fines & Syrmia regna refregit:
Cœperat Oenotrijs fatis attollere mentem:
Discussit pax illa nefas, hostemq; frementem.
Mansisset quæ utinam Latijs auerterat oris:
Ille autem subitò auersos in Pannones iras
Detorquet sua damna fremens, Breucosq; repente
Depopulatur agros, at dux non talia passus
Hunnius, arma mouet, regniq; in finibus ipsis
Castra ferox castris, signisq; minantia signa
Haud longinqua locat, turmas Alibechus agebat
Hostiles, regisq; feri fera signa fouebat.
Militiæ comes interea, conlorsq; laborum
Belligerum regem uictoriaq; arma securus
Bellorum pars Hemus erat, teq; auspice teq;
Fortunæ monstrante uiam rex ipse Piruscas
Traxit in ancipitem Mazeciæq; agmina Martem:
Expediit & pugnae sese Mahometia pubes.
Tela tenent, cecinerunt tubæ, mox impere uasto
Currit utrinq; phalanx: ualles clamore propinque
Horrendumq; tonat funestis uocibus æther.
B Hinc atq; inde cadunt, feruntq;, hortantur utrinq;
Voce ducum consortæ acies: it sanguinis altus
Amnis, & infando reuoluta cadauera tabo
Palsim strata iacent: agit agmina tristis Erinny
Sanguineoq; fremens circum Bellona flagello.
Anceps pugna diu fuerat cum iussa partim per
Cedere Turca phalanx summotaq; signa referri:
Breucia uis instat: cedentiaq; acris arma
Urget, & inuiso pensat sua damna cruore.
Interea ante aciem, quæ Mars ferus arma fatigat
Hemus erat, turmasq; equitū, quas rector agebat,
Hortatur, stimulatq;, ferox atq; impiger hostem
Cunctantem ferro cunctantiaq; arma refringit,
Proffigat, sternitq; fouens: it fulminis instar
Ignibus impacti per robora densa trifulcis.
Inclinat res uicta palam, palsimq; profanæ
Diffugiunt actæ spaciose per arua cateruæ:
Terga premunt alacres Breucæ, funduntq; minaces,
Disijciuntq;, capiuntq; fugacia signa.
Cœperat assultans blando uictoria uultu
Pannonium reuocare ducem, cursumq; sequentem
Sistere, & hortando requiem suadere labori.
At uirtus Hemea fremit, mediaq; reuelli
Cæde nequit: gestumq; nihil nisi castra relinquat
Hostis ait: probat id dux Breucius, atq; referri
In Turcas mox signa iubet, uestigia rursus
Carpit, & in multum deuoluitur ira cruorem:
Consciscitur quicquid fors improba texerat, Hemo
Auspice iam dudum coram castrisq; sub ipsis
Res geritur, atq; unâ irrumpunt agmine mixto
Pannones, atq; alacres tentoria capta recurant:
Cedentemq; premunt hostem, palsimq; trucidant:
Talibus euictus sese Mahometius heros
Proripit auersa castrorum parte, fugaxq;
Per medios enses & funera densa suorum
Barbarico seruatus equo, fatisq; malignis
Victus abire: præda interea castrisq; potitus,
Successuq; suo exultans rebusq; secundis

BBB

Inter

Inter tot laudes immensa; gaudia prenat,
 His quoque magnanimi affatur rex Hunnius Hemu:
 Fortunam mirabar ait, Venetosque; fatebor
 Successus, siquidem totus miratur & orbis:
 Et quod fama loci Gades, nunc pulsat & Indos
 Arctoum Libycumque; polium, terraque; marique;
 Polleat: id mecum moliri fata volebam:
 Sed fatum gens ipsa facit, si discere ab una
 Indole fas Venetos omnes: iam Roma Camillos
 Desinat, atque ipsos quibus indidit Africa nomen
 Censere, æternumque; suos iactare Quirites.
 Quod si Hemos plures diui capitaurea Marci
 Curia, iam dudum iam formidabile regnis
 Nescio quid metuum: uerum hæc cognoscere uelle
 Nunc certe indignum est, reges sua fata uidebunt.
 Interea quando merita est sua præmia uirtus,
 Perpetuumque; habeat decus: hinc atque; inde uocati
 Stant proceres, cingunt castrensia rostra cateruæ:
 Ille autem quando superis ultoribus inquit,
 Atque; hostem uirtute tua prostrauimus Heme.
 Militiæ comitem, nostræ te rursus & aulae
 Accipio, tradoque; lubens insignia regni,
 Quæ tibi gestando nostrum restentur amorem.
 Fortia facta sequi discant, qui castra sequuntur.
 Dixit, & ornatus coram superaddit equestres,
 Barbaricoque; latus læuum circumligat auro:
 Imbutit hostilis partum quoque; sanguis honorem:
 Ter denos iubet ille manus post terga reuinctos
 Captiuos ad rostra trahi, captosque; necari
 Edicit, cecineret tubæ, signumque; dedere:
 Agmina conclamant, fauor ite sublatu ad astra.
 Armorum quando decus hoc rogo contigit ulli?
 Cui maior uirtutis honos est redditus unquam?
 Maeste inquam uirtute tua, sic Heme perennis
 Fama uenit, ueris sic laudibus itur ad astra.
 Sed quid plura moror, nunquid ne ex ordine dicam?
 Iamque; Alibechus uti reparatis uiribus ultrò
 Inferat arma ferax, Hemo uelut auspice rursus
 Fortiter euictus fugiens uictoribus Hunnis
 Pannonios fines & Sirmia claustra relinquat.
 Aut uelut Arctoio congressus regibus ipsum
 Sarmaticæ qui sceptrum plagæ, qui que; acrior illo
 Mælia regna tenet per mutua traxerit Hemus
 Alloquia, in Turcumque; nouas exciuerit iras.
 Munera quid referam patrias remeantis ad oras,
 Successusque; nouos: Siculi bis recta tyranni,
 Bis Vaticanæ rursus qui præsidet aræ
 Pontificem legatus adit: quàm gratu utrique;
 Et quibus ille animis acceptus ritè fuisset:
 Signa affixa domi & magni testantur honores.
 Ille autem indignas quamuis conceperat iras
 Resque; nouas animo, & curas uersarè iniquas,
 Quod Venetis antiqua Paphos concesserat armis:
 Ingenio dolor ille tuo liuorque; refedit.
 Regius atque; suas spes aspernatus inanes
 Sicania rector sociali fœdere mansit.
 Transeat Hemeum quicquid nunc Brixia laudat:
 Quodque; Rubertus adhuc iuuenis genitore sepulto
 Quem (licet insontem) regni iactura manebat:
 Ariminumque; pauens te tandem uindice tutum
 Præstitit: atque; omnis pcul inde offensa repulsa est.
 Ille memor ueteris studij Venetique; fauoris
 Res Venetas ductor commissaque; signa tuetur:
 Transeat ipsa etiam quicquid Bellunia laudum
 Heme tibi res gesta dedit, Herdonia quicquid.
 Haud sumptu reparata breui tibi mœnia, & ipsæ
 Nunc demum exhaustæ cerealia rura paludes.
 Sed quid res Itale, quid me tam parua morantur.
 Quin potius, quando Hemarum Germania rerum
 Admonet, atque; iterum reuocat nos Cæsaris aula,
 Dicage magnus uti patrum noua iussa securus
 Hemus ad arctos rursus concesserit oras,
 Et quibus alloquijs uersarè Cæsaris aures.
 Successu simili mox arbiter Hemus eidem

A Pannoniæ regem iamiam fera bella cientem
 Iungit, & extrinctis odijs conneçit utrunque;
 Conlociatque; ducem, connexaque; signa profanum
 Concitat aduersus multis hortatibus hostem.
 Quid memorem quales curas, quæ iussa senatus
 Haud ignota sui mox Breucia signa securus
 Antiquo hospitio fretus transegerit Hemus?
 Quid quod Sarmaticas iamiam moturus in oras
 Fortia præsidio regni quæ castra locarat
 Oenotrio moderanda uiro dedit Hunnius heros.
 Absit liuor edax, illud mirabile dictu,
 Indole nec tantum Veneta, sed sanguine dignum
 Quo satus Hemus erat, potuit uir maximus idem
 Ingenio fretus miraque; in dustris arte.
 Germanos Gallosque; duces omnemque; mouere
 Europam: illustres reges, clarosque; tyrannos
 Imperijque; caput cepit generosa Rarispo.
 Confedere duces: superum uenerabilis ille
 Non hominum conspectus erat: mentita uetustas
 Cœlicolam talem cœlesti finxerat aula
 Confessum, in medium quoties sator ille deorum
 Consulturus erat, fari tum denique; iussus
 Luminibus tacitis collustrans omnia circum
 Oraque; clara ducum: satus sic dicitur Hemus,
 Sat tibi nostra fides Cæsar, uobisque; probata est
 Magnanimi proceres, lecta hæc qui rostra tenetis.
 Communi ecce diu immani que; resistimus hosti:
 Proque; fide fideique; pijs cultoribus uni
 Ambiguus Veneti fati terra que; marique;
 Congredimur, decimoque; pares decernimus anno:
 Nec uacat alternas clades & damna referre
 Barbarico quoties, quoties quoque; sanguine nostro
 Ebria sit tellus uarios restata labores.
 Quod mare, quod litus, uel quæ non insula iam dudum
 Est nostris imbuta malis: huc ritè citentur
 Hellespontiacæ fauces, Thrax Bosphorus, atque;
 B Æquoribus centum Pelopis circumflua tellus
 Isthmus, & Ægeis spaciante Cyclades undis.
 Oetæumque; latus, pollutaque; Phocidos arua.
 Scilicet occiduas Titan prius hauserit undas,
 Quàm memorare locos, exhaustaque; bella referre
 Cuique; uacet: nulla est facies tam dira pericli,
 Nulki nempè labor, quem non tot fortiter anno:
 Pertulerint Veneti: sed postquam Barbarus hostis
 Chalcidicas uiolentus aquas referauit & arces,
 Sanguinis heu quantum nostri rerumque; portus
 Ille fuit, nihil inde animis aut uiribus iisdem
 Pugnatum, tantoque; pares uix credimur hosti.
 Successu ille suo exultans rebusque; secundis
 Continud illustres quondam Macedonas armis
 Chaoniamque; omnem, mox Sirmia subiicit arua:
 Peonas, & terris te Dalmata iuncte Liburnis.
 Quid quod pollutos uicino sanguine uultus
 Surrexit Oenotrijs fati, ac limine primo
 Iamiam rupturus populis infanda minatur:
 Nec tantum Venetos odit nomenque; Latinum:
 Christicolis uno, sed enim ferus ordine cunctos
 Quærit ad exitum: geminus furor excitat illum.
 Hinc odium fidei, regni inde immensa cupido.
 Scilicet imperium cui unum non sufficit, atque;
 Tot regna: huic totus quis nescit? quæritur orbis.
 Haud Venetis tantum fati propè uictor anhelat:
 Sed domito tandem uult fræna imponere mundo.
 Vos prohibete nefas superi, tuque; optime Cæsar
 Inuictique; duces, fidei si cura uentis,
 Vestra metus si quis regni percussa recurfat
 Pectora, præsentem dubijs succurrite rebus,
 Dum licet in medium ualidas armate cohortes:
 Et Venetis signis ultricia iungite signa.
 Expectare nefas, dum se, quæ gliscit in horas
 Insinuet scelerata lues: immò ocyus arma
 Expedienda procul: præstat non limine regni
 Pugnare, hæc bonis auibis superisque; secundis:
 Hanc ueræ fidei pestem diximque; piorum

Exitium,

Exitium, & uestram (ni occurreritis) ire, futuram
 Tollite perniciem, siquidem uictoria nostra est.
 Si Veneti tantum (quamuis terraque; feroque;
 Quid ualeant notum est) tot iam labentibus annis
 Sustinuerè pares Mahometia signa, ferosque;
 Conatus: quid erit si te nunc auspice Cæsar
 Germani Galli que; duces, mox Pannon & Hunnus
 Hesperiaque; manus ultricia signa secutæ
 Coniurent, cadet humani fitis illa cruoris,
 Baccharumque; nefas superis ultoribus, & quas
 Hauserat ipse prius pœnas luer impius hostis.
 Barbarica diues præda remeabit onustus
 Miles, & exuuijs uictor gaudebit opimis.
 Ipsa autem pacata fides grande incrementum
 Seniet, atque; tuum toto mox in clype Cæsar
 Vltorumque; ducum nomen celebrabitur orbe.
 Talibus accensi, qui proxima rostra tenebant
 Exclamare duces: ultricia tollito signa:
 Nec mora sit Cæsar: fidei miserere labantis
 Imperijque; tui: nos te & tua iussa sequemur:
 Nec dubitamus enim pro religione piorum
 Sponte mori: sed tu ne tanta negotia differ.
 Coniurant unà Arctoi regesque; ducesque;
 Pontificemque; iubent, qui que; Italia regna tenerent
 Consilio exciri, profusque; in fœdera iungi.
 Protinus alioquo, quo nomina clara coirent,
 Adriacis dicta est obnoxia fluctibus Anconi
 Digressu res tanta tuo discussa, leuesque;
 Indignas sortita moras concessit in auras.
 Tu motu frustrata pios mandata secutus
 Vix patriæ sedes diuque; palatia Marci
 Contigeras, quando ecce uiros te protinus inter
 Bis quinos statuerè patres: mox inde reuulsus
 Iussus adis Pharij Babylonia recta tyranni:
 Mœnia clara uides, responsaque; grata reportas.
 Quid memorem postquam reducè te læta recepit
 Adria, quanta tuus tibi mox obeunda senatus
 Munera decreuit, quum pulchra Fluentia rebus
 Confermata nouis, magnoque; euicta tumultu
 Præsidio firmata tuo est, summoque; relaxat
 Pontifici insontem quem iunxerat ille nepotem.
 Transeat ipsa etiam patriæ non digna ferentis
 Clara recognitio: quanto felicior esset
 Credita collegæ ni morte imbuta fuisset?
 Sed iam tempus erat, portum quo fessa teneret,
 Aut pleno intraret dudum fati quoque; uelo.
 Sed superest, da uela Notis, breuis æquoris ora
 Calliope, extremumque; iuua mihi diua laborem:
 Nequa foret laudum tellus non plena tuarum:
 Nèue ipsam rerum seriem mora frangeret ulla:
 Quo minus interea famam protendere factis
 Fas esset, Venetis tibi Iulia sceptrum senatus
 Heme dedit: neque; ego accessus, fascès ue receptos,
 Non comites ipsos prætoris signa secutos
 Ritè canam: quamuis horum sanctissima coniunx,
 Coniunx Heme tua, & nati pars una fuissent.
 Clara quidem soboles illi clarique; penates,
 Moribus ipsa suis, atque; indole maior Elifa est.
 Quam tulerit priuata domus, Lucretia talis,
 Martia talis erat magno bis iuncta Catoni.
 Hanc uerò atque; illam tenuis fortuna premebat,
 Permodicique; lares, magna est concordia parui
 Atque; pudicitia: sed longè sanctior hæc est,
 Quæ thalamo felix, rebusque; afflueta secundis
 Se sciât ipsa pati, sed quid res parua moratur,
 His longè maiora manent: transibimus ergo
 Quod pede mox dextro te Carnica regna premetè,
 Visentemque; forum populis pax grata secuta est:
 Et quod te cœlo superisque; Astræa relictis
 Præside mortales dignata est noscere curas:
 Sontiacoque; obiecta uado quod castra labore
 Immodico magnoque; instant munimine firmas.
 Et quod perspicuis surgentem mœnibus arcem
 Cernimus: hic quæ pars castrorum auersa tumebat

A Hemopolimque; uocant auctoris nomine dictam,
 Transeat Hunneæ quæ nobilis accubat arci
 Area, & affurgens cognatæ porticus ædi:
 Ipsiisque; unà silcant formosa facelli
 Limina, quæque; arcis portas interiaceret ambas
 Pinnarum series: quicquid nitet intus & extra.
 Huc precor, huc cursus Clio deslestat anhelos,
 Vnde modò egressa Hemeos decurrit honores:
 Perspicuum miretur opus, quod nulla uetustas
 Deleat, atque; ipsi stupeant relegantque; nepotes.
 Cœperat Hunneos Hemi solertia muros
 Ambire aggeribus magnis, fossaque; profunda,
 Credit inexhaustum uulgu, negligitque; laborem,
 Ille instat contra, curasque; remordet inertes:
 Acceritque; procul populos, mox iussa secutæ
 Innumerae coiere manus Hunneia uallant
 Mœnia, & immenso accingit se turba labori.
 Continud rastra expediunt, magnosque; ligones.
 Feruet opus, fodit hic terram, iacit ille refossam:
 Molitur pars saxa manu, pars illa recidit.
 Pro se quisque; ardens properat, sit fossa repente
 Extera: telluris quicquid pomœria nuper
 Pressere, & quantum tellus decreuit ad ima,
 Paulatim superas tantum confurgit ad auras,
 Murorum in speciem prælatus mœnibus agger.
 Diffugiunt urbem campi, deserta fugaces
 Illa procul spectat, nolleque; uidere propinquo:
 Quippeloco meliore sedens subnixta superbit.
 Nec quod nuper erat uult his cognata uideri.
 Vix tua noctu uagum decies reparauerat orbem
 Phœbe foror, denæ nec adhuc uenere Calendæ,
 Aggerè cum multo, & fossis munita refedit
 Vrbis humili fundata loco, fremit anxius Hemus,
 Exhaustumque; negat quicquam prodesse laborem,
 Mœnia ni muris atque; appendice supina
 Extera firmentur, rebus mox ritè paratis
 B Sacra facit, superosque; uocat, quodque; ipsa secundet,
 Cœpta rogat, nitèa circumstant ueste sacerdos
 Non unus: concurrunt huc iuuenesque; senesque;
 Matronæque; iurusque; unà, innuptæque; puellæ:
 Ingentique; locum mixti cinxere corona.
 Ille autem primus læta inter uota suorum
 Fundamenta iacit, mox cætera turba secuta est:
 Quisque; suum fundat lapidem, sic crescit in horas
 Proxima lux aderit, qua urbs hæc quæ mœnibus olim
 Condita simplicibus motus trepidabat ad omnes,
 Iam gemino nitens muro fossaque; profunda
 Cominus instantem securam irideat hostem:
 Auctoremque; suæ fundatoremque; salutis
 Interea miris extollat laudibus Hemum.
 Forsitan & patrem patriæ uocet illa Ioanitem,
 Atque; exosa uetus quod uox dedit Hunnia nomen,
 Auctore Hemoniam dici se mandat ab Hemo.

MARCI ANTONII SABELLICI IN NATALEM
 diem Virginis, Elegia prima,
 unde ille poetice est
 auspiciatus.



IRGINIS alma dies, tellus
 quam pontus & æther
 Laudat, & immensi regia
 tota poli:
 Salue festa dies cœlestis con-
 scia partus,
 Virgineo saluè digna puer
 perio.

Venturam cecinere pij te carmine uates,
 Teque; Sibyllini non tacuere chori.
 At tibi nascenti quamuis prænuncijs irei

BBB 4 Splen-

Splendidior solito lucifer ater erat:
Iret & aurato coniunx Tithonia curru,
Candidior cygnis, candidiorq; niue.
Fuscior illa tamen uisa est, quis credere possit,
Quamuis zelotypo non placitura uiro:
Clarius atrifero sidus splendebat Olympo,
Cedere cui potuit Phœbus & alma soror:
Illius aduentum manes sensere profundi,
Cerberus & Stygiam qui regit artem,
Cynthus oceano nitidum cum tolleret axem,
Et maruinis surgeret actus equis,
Vidit ut in solito radiantem lumine mundum,
Numine nonnullo sensit adesse diem:
Quid cunctamur ait, tantòs ne morabimur ortus?
Nascere, iam fas est, nascere sancta dies.
Dixit, & extremis subito se prodir ab Indis,
Cætera spectasses nil nisi splendor erat.
Non pluuio lux illa notos, boreamue niuaem,
Sed mollis zephyros sensit & Etefias:
Credita nec cœlo est longis erroribus ulla
Dulcia, sed uernans carmina fudit auis.
Perq; diem nulli tentantur bella leones,
Nullaq; montanis prædæ perita lupis:
Perq; diem tutæ iacuerunt littore phocæ,
Forfitan & Stygiam non tulit unda ratem:
Pallidus inuisis orcus paraffet, & umbris
Parcere si poterat tristior ille locus:
Pulchra fuit mundo, fultit quæ prima recenti,
Nempe dies longè pulchrior una tamen.
Pendebant mites apricis collibus uuæ,
Strataq; erant pascim poma sub arboribus.
Prefferat Erigones flagrantem Cynthus aluum,
Instabatq; procul nec glacialis hyems:
Libra diem tacitis æquabat noctibus, & iam
Spirabat repido missus ab axe Notus:
Verna fuit tamen illa dies, uernare putasses
Æquoreos fluctus, æthera, rura, polos.
Hæc est illa tui sacri lux conscia partus,
Anna parens tantæ uirginis Anna parens:
Felix cui matris mater ueneranda tonantis,
Annuit æthereo suspicienda throno:
Illinc maternos uultus miratur, & ulnas,
Et quæ se toties sustinere manus.
Natalem celebrare sacrum Garamantes & Indi,
Hesperia Gades & boreale solum:
Hunc immensa colat tellus, hunc pontus & æther,
Cœlestes mentes fidereiq; chori:
Ipse ego pampineo seruatis mensibus anno
Virginis ante aras mascula thura dabo:
Solennemq; diem traducam carmine & hymnis,
Suspendamq; sacro munera nostra tholo:
Immodicasq; preces addam: da uirgo quotannis
Ipsa tuo uati mystica sacra coli:
Tu uerò æternum quotiens lux alma redibis,
Sæpius hoc uultu, uel meliore nite.

IN REGIAM PROGENIEM
Virginis, Elegia secunda.

Regia progenies regis ueneranda creatrix,
Sidera cui parent, Tartarei; lacus:
Natales regina tuos en tollere cantu
Aggredior, cœptis intermerata faue:
Annue, & æternum ualeant Permeisidos undæ
Phocæica laurus, Libethridumq; chori.
Tu Cynosura mihi medio dux certa profundo,
Montibus & syluis tu mihi fida comes.
Sed quid, regalem repetam ne ab origine gentem,
Er qui te sancti progeniue patres?
Prodit in exhaustum series immensa laborem,
Pauca sequar: multum sic quoq; gliscet opus.
Ille pius uates dinini carminis autor,
Ille senex gentis gloria prima tuæ.

A Qui non æquoreos fluctus, cœliq; meatus
Dura, nec Æolij carceris imperia:
Qui non magnanimos reges, non tristia bella,
Sed secreta poli prodidit alloquia.
Cœlitus ò quotiens raptus super æthera sensit
Vnius & trini numen adesse Dei:
Ter ueneranda tribus quotiens lux una figuris
Est quoq; sidereo uila sedere throno.
Virgineos partus, & mystica fata nepotis,
Credibile est etiam tum didicisse senem:
Cætera fatidico meditarus carmina plectro,
Creditor ante ipsam præcuisse diem.
Huius Idumææ post fatum conditor aræ,
Regelatus Salomon regia scepra tulit.
Nunc sequitur Roboam, Roboam triseris Abiæ,
Qui subit Æthiopem, contudit Asa ducem:
Inde Philistæis ditissima regna tribuitis,
Ille tenet, cuius nomina pauit Arabs.
Mox uidere Ioram non mitia sidera regem,
Sidus Ochozias tristius inde tulit.
Difficiles audax populi molitur habenas,
Quæ ruit ante sacras sanguinolenta fores.
Hinc regit ille puer, quem inter miseranda suorum
Funera nutrices surripuere manus:
Victor Amasias scelerato sanguine manes
Vindicat, & patris regia signa tenet:
Cui nix una tribus lustris accesserat æstas,
Subsequitur fato deteriore puer.
Inde subit, sacra posuit qui limina portæ
Limina Riphæia candidiora niue.
Magnus agam hosti pœnas, sua sacra inueniens,
Dat pro neglecta religione Syro.
Imperat ille pius, templi qui sancta reclusit
Limina, & antiquos iussit adesse choros.
Ditior hic Cresfo, celebrat quem fabula, Lydos:
Ditior Idæo Laome donte fuit:
B Te taciturus eram luci fabricator, & aræ,
Sed ueneranda domus me tacuisse uetat.
Huic succedit Amon, cuius post fata Iofias
Regnat, & in uanos concitat aræ deos:
Euerit magicos lucos, euerit & aras,
Maioris fastus numen adesse Dei.
Quid Iochim reliquosq; canam, post tristia regni
Excidia illustri, qui subiere uiri?
Fatidicos ne senes, num carmina sacra reuoluam,
Cœlicolamq; patrum sancta ministeria?
Tu mihi uirgo satis summa ad præconia, siue
Epica plectra magis, seu magis ista placent:
Tu splendor, tu gentis honor, tu summa tuorum
Gloria, & antiqui fama suprema laris.
Deniq; tu quicquid poterit succurrere uati,
Ara tibi erecta est, ad tua sacra ueni.

QVO RITV SIT AD DIVAE VIR-
ginis aram sacrificandum, Ele-
gia tertia.

Carrite, uirgineas circum disponite lauros,
Qua rudis hæc dominæ tollitur ara meæ:
Ite, instat solenne lacrum, properate ministri,
Abfit & à uotis uana supersticio.
Haud quisquam ante aras aurata fronte iuuencti,
Lanigeram ue mihi de grege sistat ouem:
Non caper hic Baccho, uiuax non cerua Dianæ,
Non tibi Phœbe celer hic cadit ictus equus.
Irrita sacra uacent, iam iam uacet irritus ille
Sacrorum ritus, quem tenuistis aui.
Prò furot ille fuit, gaudent non sanguine, quisnam
Ignorat: cœli numina, sed precibus.
Ter lustratus aqua, niueaq; in ueste sacerdos
Prodiges arcanis det pia thura focus:
Stent pueri circum trepidi, innuptæq; puellas
Perspicuus certa uirginitate chorus;

Quem

Quem si forte iuuat festas ducere choreas,
Comprimat inronfas candida uirta comas.
Succincti niueas uestes, altaria circum,
Virginis ætheræ nomina magna uocent:
Sacrificis Nabathæa focus dent thura ministri,
Dent quoq; Corycij mollia fila croci.
Stet matrona procul moneo, procul inde resistat,
Quæcumq; est primos passa puella toros:
Non Floræ ludicra paro, non Orgia Baccho,
Mollia Cecropiæ non paro sacra deæ:
Sed quæ præcipuos meruit gestare triumphos,
Perpetuumq; decus uirginitatis haber:
Non hanc lasciuu motus, rursus ue proceas,
Sed meritura fides, & pia thura mouent:
Hic uoces iactare pias ad sidera fas est,
Exaudit iustas uirgo uocata preces.
Thuricremas moneo uenerabile uirginis aras,
Procinus & tutum carpe uiator iter:
Hinc licet & Tiphys committat carbasa uentis,
Non nisi mitificas sentiet Etefias:
Vota hic maturis pro frugibus annua sistat
Vinitor, & quisquis uomere sulcat humum:
Hanc pro fœtura pecorum tutela magistri,
Pro grege munificam ritè litare deam:
Hic pacem qui pacis amat, læta ocia quærat,
Quæritet & supplex hic sibi pauper opem.
Non nisi uocalis, quamuis modò mutus abibit,
Clausus ear, celeri cesserit inde gradu:
Audiet & lurdus, fuit & qui lumine captus,
Procinus aspiciet fastus adesse deam:
Deniq; quisquis erit, sanctas qui aduenerit aras,
Virginis imploreit numina magna meæ.
Nos quater, ò liceat, totis uenerabimur annis,
Quem de cespitibus fecimus esse locum:
Cespitibus duris rudis hæc mihi tollitur aræ,
Viure si fas est, nil nisi marmor erit:
Hic & maturæ pendet cum uitibus uuæ,
Et quum decreuit frigida rursus hyems:
Dulcibus hic etiam uernant cum rura diebus,
Et quum triticeæ præterierit dies:
Supplicibus uotis stantes adolebimus aras,
Ignibus effunder garrula turba preces:
Hic toto bona uerba die dixisse iuabit,
Sæpius & dominam thure litasse meam.

AD NAZARETH NATALE S O-
lum Virginis, Elegia quarta.

Hic rōgo Phœbeos, quæ proxima suspiciis ortus,
Nascentis dominæ conscia terra meæ,
Illuxit quum læta dies, qua diua tonantis
Humano generi est, & tibi nata parens:
Quæ tibi signa dedit cœlum, quæ nuncios æther,
Qualis erat Iochim regia parua senis?
Dic quamuis nitido Phœbus prodiret Olympo,
Hic minor ætherea lampade splendor erat?
Cœlestes circum cunabula parua ministri,
Quot steterant trepido lucida turba pede?
Quales parua domus circum fundebat odores?
Quis dabat arcanis mollia thura focus?
Nerua dissimula mihi gaudia, suspicer an te
Cernere præfentes non meruisse deos:
Onimium felix tellus, tua si bona noris,
Terrarum nulla es, maxima terra fores.
Sic quoq; quis nescit, Delos tibi celsit & Ida,
Ista licet uanos iactet, & illa deos:
Celsit & æquoreis undis circumflua Cypros,
Illustrisq; Samos Trinacriumq; solum:
Deniq; quæcumq; est tellus commenta per orbem,
Quos malè pro superis thure litastis aui.
En age Phœbeos castis scrutemur & ortus,
Quaq; fremens calido spirat ab axe Notus:
His quoq; Riphæas addas licet anxius arces,
Nullus erit toto maior in orbe locus.

A Non mihi maior erit quæ primos terræ parentes
Edidit, humanum proditur unde genus:
Non natale solum, ponto quum merla iacerent
Omnia, qui struxit, rexit & areratem.
Non Moyti, sint ampla licet, cunabula tanti,
Primorumq; trium testa uerenda patrum.
Nò quæ magnanimos reges magnosq; prophetas,
Nouit Idumæi regia clara soli.
Prostratam bello tenuit te Roma, quid inde?
Non ualeam, si non tunc quoq; maior eras.
Iactet Marte satos, fratres regesq; superbos,
Oebaliumq; addat ambitiosa Numam.
Quiq; reos cædi iussit se consule natos:
Tanta fuit patriæ gratia, tantus honor:
Iactet & Ausonium, spreuit quæ Cloelia Tybrim,
Quæq; fuit Latia fama pudicitia:
Et quem deceptæ plestemem crimina dextræ
Cernere magnanimus Porfena non potuit:
Quiq; sibi pontem passus post terga reuelli,
Ipsa licet contrà staret Hetrusca phalanx.
Tercentum Fabios, assertoresq; Camillos,
Nec quibus agnomen Africa uicta dedit:
Non Catulos Deciosq; duos, geminosq; Catores,
Non Capitolini nomina magnalari:
Nec taceat Cossium, nec te Marcelle relinquat,
Non Curios parcos Fabriciumq; senem:
Tollat in immensum Syllam, Mariosq; feroces,
Pompeiosq; duos, Cæsareamq; domum:
Ipse etiam Tyria tollant se laudibus arces,
Iactet & ingentes Punica terra duces:
Neu sileant Gades, nec gens suprema Britanni
Aruigarum fas est, Aruigarumq; uocent.
Gallia si quid habet, si quid Germania laudet,
Cantet & illustres Græcia docta uiros.
Arsacidumq; genus memorent & prælia Parthi,
Et Ptolemæorum nobile stemma Pharos.
B Clarior una tamen terraq; beator omni
Nascentis Dominæ conscia terra meæ.
Tu Bethlem summi regis ueneranda creatrix,
Credetis hoc ipsum præterijisse decus:
Hanc primam immensi cœli fabricator, & orci
Factus homo mixto numine presit humum,
Hæc igitur regem regem tulit illa parentem,
Vtraq; terra suo clara puerperio.
Ista uel illa coli digna est sit longior ætas,
Sentiet alterutrum munera nostra solum.
Nunc age uirgineo tellus memorabilis ortu,
Suscipe deuotæ munera parua lyrae.
Tu mentem metire tui, non munera uatis,
Munera non flectunt, sed pia uota deos.

DE NATALI DIVAE VIRGINIS
ad illustres sui seculi poetas, Ele-
gia quinta.

Natalem celebrare diem paro uirginis almæ,
Virginis ante pium, postq; puerperium.
Huc properate pij uates cantare periti,
Lustret honoratum laurea sancta caput.
Ipse ego uirgineæ factus modò uillicus aræ,
Gramineos sterno sedulus ecce toros:
Hic sub pampinea carmen meditabimur umbra,
Quam fons perspicua leniter ambit aqua.
Stant circum platani, denfæq; ex ordine laurus,
Cespitibus medio tollitur ara solo:
Lux solennis adest iam dum subfella fixi,
Ite precor Latij fama suprema uiri.
Docte Philephe ueni, fas est parer optime cultam
Claudere pro tanta uirgine Sfortiadem:
Imperfecta seni ne sit sua Pheltria uati,
Néue Sabine tibi bellica bella moræ.
Tu quoq; ne cessa Musis comitate Sicani,
Pandormita tuæ gloria Trinacriæ.
Huc Pontanus ear, nec non mihi redditus oris
BBB & Pantho

Pannoniæ, maior nomine Callimachus:
Phileticumq; stium nihil Hernica Nympha moret,
Nil Verulana meum mœnia Sulpitium.
Huc Volscus Marfusq; adfit, iuniorq; Carullus,
Adfit & arguti laurea Pierij:
Nec decantati toties remorentur amores
Te, mihi sed cultam Cofinice rende chelyn.
Calphurni pia Musa ueni, tuq; ipse uenito
Carbo ferox tanto conspiciende choro:
Dalmaticū Cipicon, cupidusq; huc plectra requiro,
Cenomani multum sobria Cimbriaci:
Tu Pyladæ comitate tuo doctusq; Catillo
Corneli huc adsis, huc & Alexis eat.
Hæc meus aurato teneat subsellia plectro
Cynthius Aufoniæ fama futura lyrae:
Creticus Argiuis adfit reuocatus ab oris,
Et tibi qui fuerat Cretice magne comes.
Transeo, sed multos forsitan, quos fama recondit,
Et quorum nondum cognita Musa mihi est.
At uos Pieridum uates decus ire uocati,
Qui solennis adest hunc celebrate diem.
Omnia uirgineo resonet mihi carmine & hymnis,
Non nisi per laudes lux genialis eat:
Ipsa sui interea patris miranda creatrix,
Ætherea gratos spectet ab arce choros:
Illustresq; uiros nunc primum forte reuullos,
Fontibus Aonijs ad sua sacra uocet:
Et sibi facundo meditari carmina plectro,
Gaudet æthereo conspicienda throno.

DE VIRGINITATE EIVSDEM,
Elegia sexta.

Hactenus ecce tuos uirgo uenerabilis ortus
Diximus, & gentis nobile stemma tuæ,
Virginitatis honos, mirandaq; gloria nunc me
Admonuit, cœptum dirige uatis iter.
Non leuis exiguo uersatur puluere currus,
Fluctuat in tenui non mihi linter aqua.
Planicies hinc uasta iacet, iacet inde profundum,
Sive paro terris pergere, sive mari:
At fauces, nullusq; meis moderetur habenis
Automedon, Tiphys nec regat ipse ratem.
Alter & Automedon medio certamine credat:
Alter & in medijs, te duce, Tiphys aquis.
Te sine conatus frustra meditabimur omnes,
Et sine te nullus proderit usq; labor.
Prætereæ non ipse mihi Berecynthius Atys
Luditur, aut quales pauit Adonis oues.
Non bis raptus Hylas, non tristis fata Lycurgij,
Vestæ nec infolitis Hippodamia rotis.
Deniq; non prisco decies cantata cothurno
Fabula, sed mentem grandius urget opus:
Ardua res certe est, uani non indiga fuci,
Quæq; uelit plectro nobiliore frui.
Quisquis enim regina tuas comprehendere laudes
Audeat, & uersu præmia magna suo,
Ille etiam memoret morus, & sidera cœli,
Quam uernante die plurima uernet auis:
Quot Libycæ spirante Notu turbentur arenæ,
Et quot Cecropium uer populentur apes.
Plus tua uirginitas meruit, quam grata tonanti,
Ordinis altantis sacra ministeria.
Et plus quam quos ipsa super lux trina recumbit,
Cœlitibus cunctis nomina grata throni:
Non tantum numero se Seraph metuisse putaris,
Deniq; non cuncti tam meruere chori:
Quem non Elysijs repetitus clamor ab aruis,
Quem non mille patrum comminuere preces:
Virginitas hæc sola poli secreta tenentem,
Credetur in terras elicuisse Deum.
O felix nimium, felix quem non capit orbis,
In tua se fudit uiscera factus homo:
O nimium felix, cœlos qui & cuncta creauit,

A Lactasti tanto pignore digna parens.
O nimium felix, dextra sua regna tenentem,
Altrices cuius sustinere manus.
Te cœlum, te terra colit, te pontus & æther,
Forsitan & Strygiæ te uenerantur aquæ:
Sis felix, quotiesq; precor reuocabere uari,
Protinus huc adsis intemerata tuo.

DE PRÆSENTATIONE VIR-
ginis ad templum, Elegia
septima.

Venerat alma dies, qua te pia uota marii
Soluere cœlicolis fas erat, Anna tui.
Exierat teneris iamdum uirguncula cumis,
Ibat & intrepido pergere docta gradu.
O quales uoces, quam dulcia uerba parenti
Edidit, arcana blanda puella sono.
Tanta quidem, non talis erat, cum uisa per annos
Posse capi Oebalio fertur amata Numæ.
Gratus uterq; parens ad limina sacra tonantis
Limina Riphæia candidiora niue:
Suppliciter niuea, stabatq; in ueste sacerdos,
Ante fores gratum constituitis onus.
Candida uestis erat, præcinctaq; tempora lauro,
Cætera uirginem non decuere caput:
Hic utriusq; manu templis illara parentum
Constitit ante ipsum parua ministra tholum.
Gratius equando productum munus ad aras?
Quando dari potuit uictima tanta Deo?
Pluris parua fuit uirgo, mactare parantis
Ante aras natum quam senis obsequium,
Quam noua quæ primus libauit dona sacerdos,
Quam populi sanctæ deniq; primitiæ.
In populum hic oculos rerum fator ille retorfit,
Cœpit & in melius uertere consilia:
B Sperari cœpta est misero concordia mundo,
Senferunt manes proxima fata pios.
Hæc erat ille pijs totiens repetita prophetis,
Exemptura sua uirginitate nefas.
Quicquid prima parens mortalibus abstulit una,
Virginitas tanti restituisse fuit:
Intermissa mouent quid te commercia natæ,
Quid dederis, nescis, ne mouere parens:
Quod non uis auri, rotis ue redemerit orbis,
Quam das pro populo, sola puella potest.
Hinc erit ille nepos infanti sanguine, qui te,
Humanumq; uelit restituisse genus:
Horridus immenti trepidet quem ianitor orci,
Prorsus & infernæ nauita tristis aquæ.
Purget & Elysijs campos, claustrisq; refractis,
Emergat qui auras uictor ad æthereas.
O felix, cuiusq; datum suffusa rubore
Cernere præsentis uirginis ora meæ:
Indolis ô qualis species, quam clara futuræ
Induerat uultus signa pudicitia:
Non fata mortali cœlo demissa uideri,
Hic pudor, hic pietas, hic decor omnis erat.
Virginibus subducta loco penetrare subiuit,
In medio talis conspicienda choro:
Qualis nocte cadens prima inter sidera uesper,
Inter Hamadryades Delia qualis erat.
Tu ueneranda parens cum coniuge parua reuifis
Limina iam uoci liber uterq; sui.

DE MINISTERIO VIRGI-
nis ad aram in templo, Ele-
gia octaua.

Dicite Idumææ, uestra est nam fama puellæ,
Quando Palæstini plus meruere foci?
Quando magis licuit superos sperare secundos?
Quando fuit tantus religionis honor?
Quam dominæ quum dextra meæ gestabat acerrâ,
Placabatq;

Placabatq; suos parua ministra lares.
Dicite demisso properat dum singula uulit,
Virgineo qualis sedit in ore rubor.
Numq; hilaris non mœsta fuit, per cætera nonne
Nominis omne fuit omen in alloquio.
Quid toties Vestæ unum penetrale uestustas,
Vestalemq; refert ambitiosa chorum.
Integritas seruata metu non grata ministris,
Sed patriæ ritus religionis erat.
Hinc pudor, inde metus, sperataq; uerbera sæui
Pontificis: Vestæ si periere foci,
Terrebatq; specus Collinæ proxima portæ,
Non nisi pollutis cognita uirginibus.
Virginem nunquam spargi mea uirgo cruorem
Viderat, aut terris uiuida membra tegi:
Virginas sed grata fuit, quam parua tonanti
Vouerat, & sanctæ norma pudicitia:
Non meruit, sed si talem sortita ministram
Vestæ foret patrum uana supersticio.
Credibile est uix sena deæ sat iustura fuisse,
Emeritaq; manu se uoluisse coli.
Pro populo sola hæc faciat, permittite magni
Pontifices, sanctis det pia thura focis.
Vosq; Palæstinæ templi tutela puellæ
Fundite, deuotas dum facit illa preces:
Cuius dextra magis poterit flexisse tonantem,
Aut quæ uenturo gratior esse manus.
Quam toties qua se gestandum destinet, aut qua
Opre ab æthereo culmine lapsus ali.
Tu quoq; magna roga, quid enim tibi uirgo negatū
Ille uelit, cui sis sæpe uocanda parens.
At te humilè parumq; geris minimamq; ministrâ,
Credis & in tanto te nihil esse choro:
Cunctarum tu iussa facis, dictarq; sacra,
Bisq; die obsequium, terq; operata pium.
Longæusq; frequens aditas studiosa magistræ,
Decessura pio non nisi iussa loco:
Synaicas leges, & fata prophetica discis,
Virginæ sortis nuncia fata tuæ.
Proh quoties tantam matrem mirata precaris,
O uenias oculis conspicienda meis:
Virgo suprema ueni, miseri spes unica mundi,
Ante tuos liceat procubuisse pedes:
Figerè prætentæ detur precor oscula plantæ,
Et tua si non sim seruula credat ego.
Sed quid ais, cuius ue cupis die, serua uideri,
Cuius ad opratos procubuisse pedes.
Si nescis, tu illa es uirgo, qua missus Olympo
Nascitur intacta uirginitate puer.
Eia age & exacto gemino tua præmia iustro,
Præmia momentum grande salutis habe.

DE APPARATV VIRGINEI
triumphi, & in primis de ipsius currus
ornatu, Elegia nona.

Cessit inexpleti tandem possessor auerni,
Et qua uictor erat, hac quoq; parte iacet.
Ducite laurigeros huc templi ad limina currus,
Sit uictrice nihil pompa futura minor:
Aureus axis eat, temo aureus ornet eburnas,
Stellatasq; decet plurima gemma rotas:
Hic carchedonij radient, opaliq; rubentes,
Asimillis uiridi tuq; smaragde freto:
Chrysophilon, durusq; adamas, teretesq; cylindri,
Et quid quærenti dat tibi Cythis Arabes:
Acopus & quondam precio spectatus achates,
Fortis alecatoria galaciosq; duplex:
Multicolor mithrax, nec non & candidus ion;
Gafidane & uenis pulcher apiste tuis:
Splendeat hic Arabes quicquid misistis & Indi,
Arte laboratum cætera spiret ebur:
Atq; duplex rerum series uiuere, quarum

A Altera credatur nobiliore manu:
Alter non notis rudius cælata figuris,
Nondum perspicuæ religionis opus.
Hic spectare noui liceat primordia mundi,
Ut terras rerum condar & astra parens:
Iustus ut elatas sedes sibi uendicerignis,
Aër ut in medio præster & unda loco.
Vtq; nouis errent syluis animalia, primus
Vtq; parens stupido corpore surgat humo:
Hic malè contacti spectentur crimina ligni,
Et nece fraternæ commaculata manus:
Exilio damnata domus, tumidisq; sub undis
Obrutus ut quondam maximus orbis erat:
Arca uetus rectorq; senex, sobolesq; sub illa
Et modò uictoris nobile stemma domus.
Obsequiumq; senis prolem mactare parantis,
Et pueri infantis mystica uenditio.
Nec procul assurgant diuini culmina templi,
Gestaq; cum populis prælia finitimis:
Niliacus carcer, desertaq; errata, famesq;
Non nisi diuino conolerata cibo,
Diuisumq; fretum, nec non remeantibus undis,
Spectentur Phariæ quæ periere manus:
Igneus ille rubus Moles quem uiderat, & quæ
Pumice percusso profluuistis aquæ:
Deniq; Synaicae leges, reparataq; regna
Pontifices templi, uirgineusq; chorus:
Se quoq; permixtam uirgo Galilæa ministris
Cernat, & arcanos sæpe adolere focos.
Parte alia miranda quidem sint multa, nec ipsi
Intellecta nouis condita imaginibus:
Hic miretur uti sinuosis nunciis alis,
Portet ab æthereo culmine missus aue:
Inscia ut aspectu titubet uirguncula primo,
Tradat ut edoctas ad pia fata manus:
Atq; eadem prægnantis uti montana sororis
Visat, ut optatum gentibus edat onus.
B Spectentur pueri infantes, infanda tyranni
Imperia, & domini nuncia stella sui:
Vtq; tribus prælata magis sint munera, & ipsum
Monstratum cœlo rutilius effugium:
Auctorem texere suum deserta Canopi,
Concidit in matris plurima palma manus:
Fatidicusq; senex referans sua fata, relatus
More patrum rursus in sua templa puer.
Regis sancta cohors, & publica uerba salutis,
Et data bis senis dogmata discipulis:
Obuius ut matri Stygio sit uictor ab orco,
Horteturq; palam terq; quaterq; suos:
Deniq; ut ad superos scandat rediturus ad ipsum,
Ultima post mundi tempora iudicium.
Ipsa licet media miretur singula pompa,
Tale decus rerum nesciat esse suum:
Ornet & Eoi currus fastigia laurus,
Laurus perspicuæ uirginitatis honos.
Candida uela duo præstent, super aureus illis
Ales erit, cuius funera nouit Arabs.
Non niuei iungentur equi, non deniq; tygres
Sub iuga, sed casti monocerotes eant.

APPARATVS ET PROCESSVS
Virginalis triumphij, Elegia X.

Scande triumphales uirgo Tamneia currus,
Pro foribus templi pompa parata tibi est.
Iamdudum captiua phalanx præcedere iussa est,
Post humeros læuas turba reuincta manus:
Præcessit superis inuisa superbia, cuius
In sua conlurgit cornua torua caput:
Infernæ comes est, infensior ira sorori,
Pergit inexpletæ pallor auaritiæ.
Liquida cura subit, nec non damnata perenni
Terponti facies horrida desidia;

Conse

Consequitur Veneris species lutulenta nefandæ,
Formaq; damnosæ luxuriosa gulæ:
Ocia fœda simul, simul est quoq; iussa uoluptas,
Et cum mortifero crimine culpa sequi.
Segnitie & somnus iners, tactusq; nefandi,
Nequitie mollis luxus, inanis honos:
Eumenidum uictæ facies, & flumina auerni
Deniq; præsigni præteriere nota.
Omne nefas, claro præmissa est præda triumpho:
Netibi sis uirgo, desere templa moræ:
Thuricremis abscede focus, arisq; relictis
Virgineo prodi conspicienda choro:
Ipsa sed Eoo uictrix iam tollitur axe,
Vitricesq; premit laurea parta comas.
Instita uirgineas abscondit candida plantas,
Perradiat niueos plurima stella sinus.
Non alius quisquam decuit me iudice cultus,
Indicium candor uirginitatis habet:
Ite licet Solymæ, uestra est quoq; fama ministræ,
Carpite communis præmia militiæ.
Consortes meriti collegaq; turba fuistis,
Sit tua tam claris gloria militibus:
Ite coronatæ uictoria tempora lauro,
Dextra gerat palmam, concutiaturq; manus:
Proxima progressus comitetur turba triumphos,
Carmine uirgineum resuscitata decus.
Succedat numerosa cohors, pompamq; sequatur,
Quæcunq; est nullos passa puella toros:
Adsit & à Solyms uirgo digressa cilicis,
Adsit ab irriguis uallibus Hierici:
Accolite & quæ te fluuio Iordanis amœno,
Præ fortunati conscia Nympha uadi:
Si qua tenet diras famosi Asphaltridis undas,
Callirhoën medicam Genesaramq; bibit:
Tharicien quæcunq; colit Tenamq; Sebonq;
Et te Samario condita Lydda solo,
Intactas huc Tamna manus, huc mittat Idumææ,
Et Bedoros quicquid uirginitatis habet.
Nec sit Gaza moræ, Raphiæ properate puellæ,
Protinus elusam linquite & Epiceron.
Vos nihil Hæseni fas est huc mittere nusquam,
Palmiferis errat femina uestra locis:
Nec stimulat lasciuia Venus sobolis ue Cupido,
Sed sobolis præstat conuena turba uicem.
Incola non desit Cafi, quem lumina Phœbi,
Cernere nascentis nocte silente putat.
Huc coëat Galilæa phalanx Bethleiaq; turba,
Quæq; colunt Piores ardua saxa manus:
At uos municipes neu linquite uestra puellæ
Mœnia, sacrificis sed date thura focus.
Ne mora sit rebus, uictoria signa propinquant,
Ipsa triumphatrix gloria uestra uenit.
Ite & uictrici linguis animisq; fauere,
Reddite tam claræ præmia militiæ:
Cingite mox lætam uelis & frondibus urbem,
Gaudet ignota religione dies.
Clamet id uulgius repetitis uocibus, ipsi
Sedq; sciant nunquam plus meruisse lares.

DE CAUSIS DOMINICAE AN-
nuntiationis, Elegia undecima.

Iustitiæ moderare tuæ, gladiumq; remitte:
Iustus es, atq; idem crederis esse pius.
Parce, satis limum miserandæ crimina culpæ,
Postera progenies inscia turba sumus:
Respice possessum Stygijs prædonibus orbem,
Definat antiquum perdere cuncta nefas.
Numen in immensum primi coiere parentes,
Supplicij immensus debuit esse tenor.
Sed tua te pietas flectat regnator Olympi,
Pœnarum exhaustum creditur esse nimis:
Te cælum, te terra rogat, te pontus & æther,

Museosi fontes, perspicuiq; lacus:
Ad te stagna soli sinuotaq; flumina clamant,
Clamat ab immensis cædua syluauugis.
Indomiti colles, possessaq; rura colonis,
Seu rigear bruma, seu modò uerneret ager:
Te uolucres piscesq; orant, te grandia cete,
Quadrupedumq; greges, omnigenumq; pecus.
Quicquid in humanum uertisti conditor ulum,
Immemorem domini te uetat esse sui.
Cui spectanda olim numerandaq; sidera cœli,
Cui data terrarum machina tota poli:
Cui quoq; debuerant animantia cuncta teneri,
Tartareo merfus sub Phlegethonte iacet.
Illa tibi afsimilis species iacet obruta flammis,
Auctoris mundo nuncia forma fui:
Humanum miserata genus te cuncta precantur,
Teq; rogant, populi contrahe fata tui.
Hoc rogat Elyijs clamor repetitus ab aruis,
Quid ueteres tantum commeruere patres.
Ut fileam fauces, contusaq; pectora lapsu
In medio fama est, indoluisset uirum:
Supplicium doluisse tamen, pœnamq; perennem
Comminuit tanti pœnituisse fuit:
Te uocat ille senex oppressæ conditor arcæ,
Qui nisi bis dena celsit Olympiade:
Te Moysis spectata fides, atq; impigra fratris
Imperia, & sanctæ præmia militiæ:
Te patris obsequium meditantis funera nati,
Quo casura magis uictima grata foret:
Te quoq; longæ uim mitisima facta parentis,
Vnde per illustres exoluere tribus.
Te pietas nati fratrum, quem turba perodit,
Fatidicq; rogant sobria pleetra senis:
Clamat Idumæi templi molitor, & aræ,
Et qui nos docuit tristia fata pati:
Virtutum numerosa cohors tibi deniq; ab imis
Sedibus extensas tollit ad astra manus:
Promissam sobolem poscunt, pignusq; salutis
Omnia, & aduentus tempora certa tui:
Iam natum demitte polo pater alma, reperta est
Fertilis, & tanto semine digna seges.

DE VICATHOLICAE FIDEI
aduersus ueteres cœli perscrutatores,
Elegia duodecima.

Astrorum potuisse nouo deprendere cursus
Vestra Parethonij est gloria uestra uiri.
Ite licet radio partam prætendite palmam,
Sitq; perenne decus, sitq; perennis honor.
Cœlorum seruare uices docuistis & astra,
Quod monstrastis iter, postera turba tenet.
Protinus immensi uobis auctoribus ipsa
Innotuit moles irrequieta poli.
Continuò errantis lunæ solisq; labores,
Cognita & obliqui semita zodiaci.
Inq; duodenas abiit discreta figuras,
Zona uagaturis peruia sideribus:
Mox quibus inter se spacijs ea sidera distent,
Septenosq; fuit discere cura tonos:
Quo non læte senex tutè Saturne receptes,
Quo Iouis Idæi prospera stella micet:
Ut gelido Mars mixtus auo per uictoria regna
Temperet affinem, mirificetq; Iouem:
Ut gemina uertere domo tu bellice, monstri
Terga Cleonei non nisi Phœbus amet.
Hinc Veneris notuere lares, dubijq; meatus
Lux & Phœbeis æmula luminibus,
Quo facunde loco mediteris fata repertum est,
Cylleni & Phœben quod iuuet hospitium.
Præterea ignotum nequid mortalibus esset,
Scrutata est geminos improba cura polos.
Deprenditq; pari cursu per climata labi,

Dissimi-

Dissimiliq; tamen sidera curriculo:
Inde Hyadas Pleiadasq; notat, Cressamq; nitentè,
Quam teneat cœli pilcis uterq; plagam:
Qua regione poli spaciatur lubricus anguis,
Quo fitus arctophylax, quo cynosura loco:
Nec superas referalle fores contenta quieuit,
Mens hominum nixa est ulteriora sequi.
Defectus hic Phœbe tuos prædicere Graijs
Ante diem Latio nititur ille suo:
Vnde imbres mixtiq; ruant cum grandine nimbi,
Hauriat unde suas concolor arcus aquas:
Quid tam dira micent turbantes regna cometa,
Vnde micent subitæ bolides, unde faces.
Et quæ tam densæ iaculentur fulmina nubes,
Fulmina quid possit elicuisse polo.
Quid boreas zepheriq; ferat, quid ue auster & euri,
Quis pluuius terris, quis iuste serenus eat:
Felicis cœli mentes rerumq; capaces,
Durat adhuc uester, quem peperisti honos:
Peruentum ad limen cœli est, postesq; reclusi,
Altius atrolli non potuistis aui.
Non speculæ Phariæq; rudes numeriq; sequaces,
Nullaq; adhuc tanti sedula cura fuit:
Scrutari lecreta poli sedesq; beatas,
Et quæ sustineant pondera grata throni.
Vna quidem species ternis discreta figuris,
Hic pater, hic natus, luxq; sequestra nitet,
Trinus & unus amor, trina est atq; una potestas:
Hic Deus, atq; ille est tercia forma Deus.
Ecquis ubi illa aderat mundo promissa precanti,
Felicis inter semper habenda dies:
Qua noua progenies mitti debebat Olympo,
Progenies nostrum soluere missa nefas.
Quis rogo, confessus mentem ter ritè uerendi,
Verbaq; mirandi mutua concilij?
Grandia quis demum solij decreta superni?
Non homo, sed docuit religiofa fides:
Affuit hæc testis, uiditq; hæc una, quod ipsi
Discere cœlestes uix meruere chori.
Hæc eadem nobis cœli penetrare reclusit,
Traxit & in superas pectora nostra domus:
Cedite iam Phariæ mentes curæq; procaces,
Quod canimus uestra sedulitate uacat.
Non radij nunc, si qua latent, non astra recludent:
Sed mihi sancta comes, duxq; futura fides.

A AD DIVAM GRATIARVM VIR-
ginem, Elegia decimatertia.

O patris ueneranda parens & filia nati,
Sidus & astri feri ianua sancta poli:
Accipe diua pij non impia munera uatis,
Laudibus immixtas accipe dita preces.
Ante thronum nati supplex tu crimina mundi
Diluis, & mundo pandis ad astra uiam.
Iram sæpè tuæ lachrymæ flexere tonantis,
Sæpè minas lachrymæ comminuere tuæ.
Humanum fortasse genus periisset & orbis,
Et potuit rursus mergere cuncta chaos,
Maternæ ni ritè preces natiq; patrisq;
Fregissent iusti fulmina iudicij.
Per te tuta quies, per te sunt oicia terris:
Pressa iacent merito bella nefanda tuo.
Te duce tuta raris tumido uolat æquore, tutum
Quilibet orbe uagus te duce carpit iter.
Præsidium lapsis sola es, lux unica cæcis
Supplicibus sola es portus & aura reis:
Tu pia uirgo facis, quod dat sua munera cælum,
Quodq; datis fruimur, tu pia uirgo facis.
Humanum tutare genus lux alma, tuamq;
Perge precor sobolem conciliare tuis.
In primisq; pios hæc Hunnia recta penates,
Deuotosq; tibi protege diua lares.
Præside te pueri ualeant iuuenesq; senesq;
Et cum uirginibus turba pudica nurus:
Arboribus felix, felix sit frugibus annus,
Sitq; ferax tellus, omnigenumq; pecus:
Pax & læta tuos foueat concordia ciues,
Inq; uicem populus seq; senatus ament.
Qua tibi sponte pius celsit Geruasius ædem,
Incolis immodica religione locum:
Fac rata nota pij uaris regina precesq;
Proq; rudi nitidum te penetrare manet.
Quod lapis est, mox marmor erit, splêdebit & auro
Hæc templi facies, quæ cariota tibi est.
Centum thure pio, fertisq; recentibus aræ,
Spirabunt tepidis quæq; operata focus.
Exoluent populi seq; hæc ad limina uotis,
Suspendentq; tuo grandia dona tholo.
Hæc te diua manent, maioraq; præmia: sed tu
Supplicibus uotis ritè uocanda ueni.

SABELLICI POEMATA VM FINIS,

